ACTA
SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE RES GESTAS BOHEMICAS ILLUSTRANTIA.

EDIDIT

COMITIORUM BOHEMIAE DEPUTATIO.

PRAGAE 1939.

TYPIS GREGERIANIS.

ACTA
SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE RES GESTAS BOHEMICAS ILLUSTRANTIA.

PRODROMUS.

OPERA

IGNATII KOLLMANN.

PRAGAE 1939.

SUMPTIBUS COMITIORUM BOHEMIAE DEPUTATIONIS.

TYPIS GREGERIANIS.

ÚSTŘEDNÍ KNIHOVNA
PRÁVNICKÉ FAKULTY UJEP
STARÝ FOND
Č. inv.: 034883

PRODROMI PRAEFATIUNCULA.

Habent sua fata libelli... Haec verba olim e Terentiani Mauri carmine didactico repetita, quibus hisce temporibus plerique abuti potius quam uti videntur, vix umquam meliore iure adhibita sunt, quam nunc ei, quod iuris publici fit, operi praemittuntur.

Iam qui obiter paginas eius percurret, sine ulla dubitatione mirabitur, cur totum volumen Praefationis titulum prae se ferat, cur characteribus magnitudinis nunc iam desuetae expressum sit, cur denique in omnium — indice excepto — paginarum angulis numeros Romanos exhibeat. Quod cur factum sit ut legentibus breviter explicemus, nostrum esse officium putamus.

Volumen hoc magnum, quod ab Ignatio (Hyncone) Kollmann, archivario Bohemo bene merito, hereditate relictum nunc demum in lucem emittitur, initia in praefatione genuina habuit, quam ille vir doctus, qui e Bohemis primus thesauros Archivii Sacrae Congregationis de Propaganda fide perquirere coeperat, multis annis ante conscribere instituit et primo tomo seriei Actorum Sacrae Congregationis de Propaganda fide res gestas Bohemicas illustrantium sumptibus Archivii terrae Bohemicae edendae praemittere in animo habuit.

Archivium Sacrae Congregationis quanti esset ad res gestas cum alienarum nationum tum Bohemiae illustrandas momenti, hoc loco enarrare supervacaneum esse duximus, quia Kollmann non solum iam bis (in ephemeride Časopis Musea Království Českého 1892 et in Archivii Regni Bohemiae Commentariis 1906) de archivio ipso indagationeque in eo a Bohemis instituta luculenter exposuit, sed etiam in huius voluminis primo et ultimo capite indagationis illius principium progressumque abunde perscripsit. Praeterea quanti copiae Archivii Sacrae Congregationis essent aestimandae, in Bohemia homines docti et viri res publicas curantes tum optime ostenderunt,

cum indagandi fructus in Actorum serie speciali publice edendos esse decreverunt. Quod ut fieri liceret, anno 1901 Sacrae Congregationis de Propaganda fide praefectus cardinalis Ledóchowski benevole permisit.

Indagatio actorum ad res gestas Bohemicas pertinentium in Archivio Sacrae Congregationis a Kollmannio incohata, ab aliis porro tractata, adeo rite processit, ut indefesso multorum annorum labore contigerit acta inde a Congregatione a. 1622 condita usque ad a. 1800 perquirere omnia. Sed in Actorum serie typis excudenda variae difficultates obortae sunt.

Totum opus primitus disponentibus idoneum esse videbatur, ut Actorum tomus primus, curis Kollmannianis edendus, primum a Congregatione condita quinquennium (a. 1622—1626) complecteretur ac praeterea totius seriei praefationem ab eodem viro docto conscribendam contineret. Postea ingenti materiae copia, quae ex illo quinquennio haud minus quam 464 numeros edendos amplectebatur, effectum est, ut tomus primus in quattuor partes divideretur, cuius tomi pars prima tantum 88 primos numeros — praemissa praefatione — contineret. Horum 88 numerorum textus a Kollmannio diligenter praeparatus et annotationibus copiosissimis instructus a. 1908 excudi coeptus, a. 1911 ad finem perductus est. Eodem anno 1911 Kollmann praefationis initium, quam modo conscribere coeperat, typothetis excudendum tradidit.

Quia illis temporibus tam ampla documentorum ex Archivio Sacrae Congregationis desumptorum editio ne apud exteras quidem gentes parem habuit, Kollmann in praefatione de Sacrae Congregationis auctoritate, cancellaria, officialibus, imprimis autem de eius archivio variisque rerum in Congregatione pertractandarum et actorum conficiendorum modis copiosissime disserere instituit. Quam ad prolixitatem non tantum litteratorum edocendorum causa esse adductus videtur, sed etiam sine dubio prospicere studuit, ut editoribus futuris praecepta quaedam, qu bus inniterentur, praeberet iisque, qui in actis edendis continuarent, adiumento esset, cum facile appareret vastam editionis molem vires unius hominis longe excedere neque constaret, num futurum esset, ut posterioribus, qui actis edendis operam daturi essent, in situ materiem conquirere examinareque liceret.

Consilia hoc modo concepta quo ampliora et insigniora, eo etiam difficiliora erant, quae perficerentur. Tamen iam a. 1914, antequam bellum, quo totus fere orbis terrarum conflagravit, exortum est, praefationis XVI signaturae excusae sunt; bello confecto, exeunte anno 1918, earum numerus ad XXXV crevit. Cum autem Kollmann stipendiis a. 1920 emeritis in Archivio terrae Bohemicae muneris vacatione impetrata morbo inhumano impediretur, ne quintam fere praefationis partem, quae restabat, mox perficeret, decretum est a. 1923, ut tomi primi partis primae textus 88 numeros complectens, iam dudum typis excusus, statim seorsum publici iuris fieret, praefatio autem differretur et posteriore tempore Prodromi totius seriei vice fungeretur. Quod eo iustius fieri potuit, quoniam praefatio non solum ad textum primae partis neque tantum ad ceteras partes tomi primi, sed ad omnes totius seriei tomos dis propitiis edendos pertinebat.

Itaque eodem anno 1923 re vera Actorum tomi primi pars prima, praefatione seclusa atque omissa, in 464 paginis textum 88 numerorum annotationibus instructum continens a Kollmannio in lucem prodiit.

Ingravescente interim morbo, quo vir strenuissimus omni fere movendi facultate adeo privatus est, ut nisi aliis opitulantibus uti libris non posset, Kollmann animi vigore haud collabefacto non solum ulteriores Prodromi VIII signaturas typis excudendas ipse curavit, sed etiam Archivii terrae Bohemicae praefecto instante consensit, ut ultimum caput, quo libri adhibito Sacrae Congregationis Archivio a variis conscripti percenserentur et viri docti, qui ei perscrutando operam dedissent, enumerarentur, a Prodromo secerneretur seorsum edendum, et mense Februario a. 1938 ultimas chartas manu exaratas, quae exeuntes duas signaturas efficerent, prelo tradidit. Quas signaturas ut ab erroribus typographorum emendaret, Kollmannio non contigit; etenim, heu, 22. die mensis Iunii a. 1938 fato concessit.

Quo factum est, ut ad seriem Actorum Prodromus diu exspectatus nunc auctore mortuo, sed ab eo integerrime praeparatus in lucem emittatur. Etiam Index nominum, ex quo quantas mutationes orbis terrarum in unico volumine praeparando subierit mirum quantum apparet, e copiis Kollmannianis subicitur.

Ille autem, quem supra commemoravimus, librorum et virorum doctorum conspectus, quem etiam auctor ipse in huius voluminis pagina DCLXXXI et DCLXXXVI promisit, publici iuris fieri non poterit, quoniam chartae ex hereditate relictae supplendae haud par-

vum laborem exigerent vixque spes esset conspectum umquam integrum reddi posse; praeterea singula opera in annotationibus afferuntur et in ulterioribus tomi primi partibus tomisque subsequentibus suo loco laudabuntur. Qui conspectus omissus integritatem operis Kollmanniani nequaquam imminuit.

Dubitari nequit, quin Kollmann opus praebuerit, quod curae actorum edendorum semper ornamento sit futurum. Neque eo privandus est Kollmann merito, quod, quamquam in fructibus laboris sui in lucem tradendis ab aliis tempore superatus, primus tamen inter viros doctos cum ex aliis nationibus tum e Bohemica gente oriundos pretiosissimis Archivii Sacrae Congregationis thesauris systematice perquirendis et ad scientiae fines augendos adhibendis sit usus.

Pragae Bohemorum Kal. Ian. 1939.

Ph. Dr. Fridericus Jenšovský,
Archivii terrae Bohemicae praefectus.

PRAEFATIO.

PROOEMIUM.

Bohemicarum rerum gestarum investigatores, qui ex incliti regni Bohemiae comitiorum decreto VI. Idus Januarii anno 1887 facto sumptibus eiusdem regni inde ab anno 1888 quotannis Romam mittebantur, archivii Vaticani thesauros generosa Leonis s. p. XIII. magnanimitate urbi et orbi reclusos primum indagare coeperunt. Quorum assidui aliquot annorum labores fructus reddiderunt non contemnendos: „Monumentorum Vaticanorum res gestas Bohemicas illustrantium“ dico tomos hucusque tres, quorum primus opera Ladislai Klicman perfectus Clementis VI. pontificis Romani (1342—1352), secundus opera Joannis Friderici Novák confectus Innocentii VI. (1352—1362), quintus autem opera Camilli Krofta absolutus Urbani VI. et Bonifacii IX. pontificum Romanorum (1378—1404) acta complectitur.

Editio haec „Acta S. Congregationis de Propaganda Fide res gestas Bohemicas illustrantia,“ quae e S. Cong^{nis} de P. F. archivio praecipue deprompta nunc primum in publicum prodit, tam inscriptione ac origine quam argumento (etiam quatenus ad sententiam sub voce regni Bohemiae subiectam pertinet) ad „Monumenta Vaticana“, quae modo tetigimus, proxime accedit. Originem enim Romae eodem fere tempore ac illa habuit, iisdem (non quidem tantisdem) investigatoribus collaborantibus. Praecipuum utriusque editionis argumentum idem est, dico, ecclesiastica regni Bohemiae historia, non tamen exclusa publica, ad quam etiam longe plura hic, quam in „Monumentis Vaticanis“ afferuntur. Qua utraque de causa huic novae nostrae editioni eadem ac „Monumentis Vaticanis“ est externa facies, ita ut, si „Monumentis Vaticanis“ titulus „Monumenta Romana“ praemissus esset, „Monumenta Vaticana“ unam, haec autem „Acta“ alteram

eiusdem editionis partem efficerent. Ceteroquin, etsi „Monumenta Vaticana“ maximam partem cancellariae et camerae apostolicae, haec autem „Acta“ S. Cong^nis de P. F. actiones respiciunt, potestas tamen, quae penes omnes tres, quos modo commemoravimus, magistratus est, atque ius, quod ii exercent, ex eodem fonte, suprema dico Romani pontificis auctoritate, originem acceperunt.

I. DE S. CONGREGATIONIS DE P. F. AUCTORITATE.

Quid iuris pontificii Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Gregorius XV., qui eam die 6. Januarii 1622 (v. infra, num. 1 annot. 6) instituit, attribuerit, constitutio „Inscrutabili divinae providentiae“ ab eo die 22. Junii 1622 edita docet, quae, deplorata tristi illius temporis conditione,[1]) institutoris mentem his verbis declarat: „Quamobrem etsi a fel. rec. Romanis pontificibus praedecessoribus nostris pastorali vigilantia, ope, studio et industria elaboratum fuerit, ne tam multae messi deessent operarii, et negotiatio haec sancta non negligeretur, nihilominus nos, ut maiori cum vigilantia, cura et fervore opus prosequi possimus, et in posterum successores nostri possint, nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum, sacrae Romanae ecclesiae cardinalium peculiari sollicitudini negotium committendum duximus, prout tenore praesentium committimus et demandamus, volentes, ut in unum congregati, adhibitis etiam aliquot Romanae curiae praelatis et religiosis viris ac secretario, prout nos hac prima vice eos adhiberi

[1]) In constitutionis „Inscrutabili“ arenga haec verba leguntur: „. . . . Quantum vero his calamitosis temporibus excreverit errantium et dispersarum ovium numerus, qui ecclesiam sanctam eius catholicam, Christi ovile, vel nunquam cognoverunt, vel cognitam Satanae dolis deseruerunt, sine lacrimis commemorari non potest. Si enim mentis nostrae aciem convertimus ad innumerabilem populorum multitudinem iam tot seculis Agarenorum impurissima dementia captam insanique erroris ac mendacii tenebris obcoecatam, miseratione commoventur viscera nostra, cernentes tam multis ac variis coelestibus donis olim celebres nationes per ignorantiae et pestilentis persuasionis stuporem humanitatem in bestiarum naturam fere mutasse atque ad aeterna incendia diabolo et angelis eius parata ali ac propagari. Et, licet inter eas aliquae sint gentes in iustitia detentae, quae Christi nomen invocant, tamen ita antiquarum haeresum veneno sunt infectae, ut sinceram veritatem paucissimae agnoscant ac fere omnes in multis, nedum in uno peccantes factae sint omnium reae. Ubi vero, peccatis nostris facientibus, inimicus homo super bonum semen in septemtrionalibus partibus seminavit haeresum zizaniam, ita dira contagia grassata sunt, ut animas innumerabiles iam diu perdiderit ac provincias et regna Christo per summam iniuriam erepta suae tyrannidi mancipaverit“ (Raphael De Martinis, Juris pontificii de Propaganda Fide pars prima, complectens bullas, brevia, acta S. S. a Congregationis institutione ad praesens iuxta temporis seriem disposita. Vol. I., Romae 1888, pag. 2).

voluimus et nominavimus,[2]) in commune consulant tantaeque rei nobiscum invigilent ac tam sancto et divinae maiestati maxime grato operi, quanto melius fieri poterit, incumbant. Quod ut commodius praestari possit, semel coram nobis ac bis saltem in domo antiquioris eorum quolibet mense congregentur omniaque et singula negotia ad fidem in universo mundo propagandam pertinentia cognoscant et tractent et graviora, quae in praedicta domo congregati tractaverint, ad nos referant, alia vero per se ipsos decidant et expediant pro eorum prudentia, missionibus omnibus ad praedicandum et docendum evangelium et catholicam doctrinam superintendant, ministros necessarios constituant et mutent. Nos enim eis tam praemissa quam omnia et singula alia desuper necessaria et opportuna, etiam si talia fuerint, quae specialem, specificam et expressam requirant mentionem, faciendi, gerendi, tractandi, agendi et exequendi plenam, liberam et amplam facultatem, auctoritatem et potestatem apostolica auctoritate earumdem tenore praesentium concedimus et impertimur. Ut vero res tanti momenti, in quam magnus sumptus fieri necesse est, per temporalium cum spiritualibus felicem commutationem nullo retardata impedimento facilius et celerius procedat, ultra ea, quae ex arca nostra privata suppeditari iam mandavimus, et piorum fidelium liberalitate collata sunt, et in posterum non defutura subsidia in Domino confidimus, cum nostrum et huius sanctae sedis proprium sit negotium, certos huic operi redditus ex camera nostra apostolica in perpetuum attribuemus eorumque administrationem iisdem cardinalibus committemus, prout in aliis nostris expediendis literis plenius continebitur.[3])“ Per amplas clausulas derogatorias, quae sequuntur, eadem constitutio praeter alia omnibus „privilegiis, indultis et literis apostolicis quibusvis ordinibus, congregationibus, societatibus et institutis . . . . in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis“ derogat.[4]) Jus igitur, quod Gregorius XV. S. Cong^ni de P. F. impertivit, non ad ecclesiae catholicae iam institutae regimen, ad quod cancellaria et camera apostolica pertinent, sed ad alteram auctoritatis

[2]) V. infra, num. 1 (annot. 6.) – Ceteroquin eadem constitutio ipsa cardinales praelatosque cum P. Dominico a Jesu Maria S. Congregationi de Propaganda Fide ascriptos enumerat (v. infra, num. 1 annot. 4).

[3]) Conf. R. De Martinis, Juris pontificii de Propaganda Fide pars prima ∞, vol. I. pag. 2.

[4]) Conf. R. De Martinis, l. c. pag. 2 3.

pontificiae partem, quae haereticorum infideliumque conversionem respicit, spectat.[5])

Ex his, quae modo dicta sunt, etiam si temporis nullam rationem habemus, luculenter apparet, quantum „Monumentorum Vaticanorum“ et horum „Actorum“ argumentum inter se differat; quae differentia, temporum conditionis ratione habita, multo magis etiam patescet. Si enim „Monumenta“ ad aetatem pertinent, qua religio catholica in regno Bohemiae specie quidem maxime florebat, ita ut ecclesiastici rerum gestarum scriptores illam auream appellarent, reapse vero (aliis causis cooperantibus) propter nimium auctoritatis pontificiae usum [6]) ita corruit, ut brevi post totum fere regnum sedis apostolicae obedientiam detrectaret seque ab ecclesia Romana seiungeret, „Acta“ nostra illo tempore incipiunt, quo religioni catholicae post victoriam ab exercitu caesareo in Albo Monte reportatam latum, quo in Bohemiae regnum rediret, patebat ostium.

Haec igitur „Acta“ complectuntur omnia, quae ad S. Cong^nem^ de P. F. vel ad summum pontificem eiusve curiam de personis rebusve Bohemicis ad auctoritatem eidem S. Cong^ni^ attributam pertinentibus scripto vel etiam oretenus allata vel relata sunt, quae pontifex Romanus, eadem vel aliae (praecipue Sancti Officii) Cong^nes^ aliive curiae pontificiae magistratus earum causa decreverunt, quae S. Cong^o^ earum gratia rescripsit, fecit, rescribi fierive iussit, et quae in S. Cong^nis^ de P. F. vel aliis archiviis bibliothecisve reperiri potuerunt; longe maxima pars eorum, quae in „Actis“ nostris afferuntur vel afferentur, ex ipsius S. Cong^nis^ de P. F. archivio deprompta est, cum sit fere integrum,

[5]) Conf. De Martinis, l. c. pag. IX. — Quid iuris inde a Gregorii XV. temporibus qui summus pontifex ipse ex. gr. omnium seminariorum (collegiorum) pontificiorum tam Romae quam extra Urbem (v. gr. Pragae, Olomucii, Viennae) a Gregorio XIII. eiusque successoribus institutorum administrationem S. Cong^nis^ de P. F. curae demandavit, eidem S. Cong^ni^ accesserit, eiusdem Raphaelis De Martinis opus, quod modo commemoravimus, multis paginis ostendit. Proxima Pii X. pontificis maximi constitutio ‚Sapienti consilio‘ die 29. Junii 1908 edita potius territorium, ad quod ius S. Cong^nis^ de P. F. usque ad id temporis extendebatur, quam ipsam eiusdem S. Cong^nis^ auctoritatem immutavit (conf. Kam. Henner, Znovuzřízení kurie římské, Sborník věd právních a státních, IX., Pragae 1909, pag. 255, 268–269).

[6]) Conf. Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia: tom. II. Acta Innocentii VI. pontificis Romani 1352–1362. Opera Joannis Friderici Novák (Pragae 1907) pag. XLI—L; tom. V. Acta Urbani VI. et Bonifacii IX. 1378–1404, pars I. Opera Camilli Krofta (Pragae 1903) pag. XX—XXI. Conf. etiam K. Krofta, Kurie a církevní správa zemí českých v době předhusitské (in Český časopis historický, X., XII., XIV.); K. Krofta, Řím a Čechy před hnutím husitským (in Sborník prací historických. K šedesátým narozeninám dvor. rady prof. dra Jaroslava Golla vydali jeho žáci. Pragae 1906, pag. 178–194).

perpaucis solum tomis, iisque ad Bohemiae res gestas non pertinentibus, et non multis epistolis aliusve generis scriptis, quae antea habuit, carens, tametsi, calamitate, quae Napoleonis I. tempore omnia archivia Romana oppressit, non devitata, una cum iis anno 1810, quo iam e 3963 tomis constabat, Parisios translatum est, sed, postquam imperator ille corruit, salvum fere atque incolume Romam reportatum est, paucis solum tomis, quorum paulo superius mentio iniecta est, amissis [7]); epistolae vero scriptaque, quae in archivio eodem desiderantur, non eadem sed aliis occasionibus deperdita sunt.

II. DE MODO, QUO S. CONG^o^ DE P. F. NEGOTIA SIBI COMMISSA TRACTABAT.

Ut negotia, quae ad religionem catholicam propagandam spectabant, absolverent, cardinales praelatique S. Cong^ni^ de P. F. ascripti ex institutoris praescripto (v. supra, pag. III) singulis mensibus ter (et quidem semel coram summo pontifice in Quirinali vel Vaticano palatio, bis in antiquioris cardinalis domo) congregari debebant. [8]) Hi eorum conventus congregationes generales, si autem

[7]) Ad tomos archivii S. Cong^nis^ de P. F. deperditos „Avvertimento“ in fronte voluminis „Decreti della S. Cong^e^ dall' anno 1719 al 1740 [Num.] 1“ spectat, cuius verba sunt haec: „Nel trasporto di tutti i volumi esistenti in archivio fatto a Parigi nel 1810 per ordine del governo Francese tra le molte cose smarrite si conta la collezione o registro dei decreti, messi, come si dice, in forma signandi. A siffata perdita si è procurato di supplire raccogliendo in archivio tutte le minute originali le quali, distribuite per ordine di tempo, si sono fatte copiare e legare in proporzionati volumi. Questa collezione principia dall' anno 1719 e termina all' anno 1789. Ma però conviene avvertire, che non tutte le minute si sono potute rinvenire, per la qual cosa sarà facile osservare, che mancano nella serie i registri di anni interi. — Il volume poi che contiene i decreti dal 1800 al 1819 non era andato smarito, mancava però di molti decreti, che sono stati registrati ꝛc.“ Quae nota anno 1843 in archivio S. Cong^nis^ de P. F. scripta est. — Duodeviginti tomi ex illis quadraginta, qui in S. Cong^nis^ de P. F. archivium restituti non sunt, in caes. et reg. archivio aulico Viennae reperiuntur; reliqui 22 tomis olum exemplaria scriptorum in aliis S. Cong^nis^ archivii tomis contentorum complectebantur. Conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide (in Zprávy zemského archivu království Českého, I., Pragae 1906, pag. 46 annot. 1) et Die böhmische Forschung im Archive der Kongregation de Propaganda fide (in Mitteilungen aus dem Landesarchive des Königreiches Böhmen, I, Pragae 1906, pag. 56 annot. 1).

[8]) Cum S. Cong^o^ de P. F. primum (die 14. Januarii 1622) convenisset, decrevit, ut cardinales praelatique singulis mensibus bis congregarentur (v. infra, pag. 7: 5°); at ne bis quidem singulis mensibus congregationes habebantur: ipsius Gregorii XV. tempore intra 18 menses 33, Urbano VIII. regnante intra 250 menses 316, anno 1699 et 1708 septenae denae, anno 1704 et 1720 senae denae, annis 1700 et 1707 quindenae, annis 1696, 1707, 1710, 1711, 1714 quaternae denae, anno 1714 tantum modo 13 congregationes peractae sunt.

coram summo pontifice celebratae sunt, congregationes generales coram Sanctissimo appellabantur. Congregationes generales, quibus summus pontifex non intererat, inde ab anno 1633 exeunte non amplius in antiquioris cardinalis domo, sed in S. Cong^nis de P. F. palatio in foro Hispanorum sito, ubi hodie quoque eiusdem S. Cong^nis sedes est, peragebantur.[9]) Ante congregationes coram summo pontifice interdum congregationes generales praeparatoriae habebantur, in quibus praeter nonnulla alia illa praecipue negotia tractabantur, de quibus S. Cong^o ad summum pontificem in congregatione proxima referre volebat.[10])

Modus autem, quo in congregationibus generalibus negotia tractabantur, hic erat: a tergo quorumcunque libellorum, epistolarum, aliusve generis scriptorum S. Cong^ni de P. F. allatorum eiusdem

[9]) Prima congregatio, quam S. Cong^o de P. F. in sua domo celebravit, congregatio 185^a (tempore Urbani VIII.) fuit, cuius acta sic scripta sunt: „Die 15. Novembris 1633. Congregatio 185^a. Fuit congregatio in palatio collegii de P. F. iuxta mandatum S^mi, cui placuit, ut congregationes cardinalium non in palatio senioris cardinalis, sed in dicto collegio habeantur, tum ob maiorem cardinalium commoditatem, tum ut locus ille magis conspicuus reddatur ꝛc" („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 318). — Anno 1632 congregationes generales in palatio Roberti cardinalis Ubaldini, qui mense Decembri 1615 cardinalis creatus est, eo autem aliquo modo impedito, inde a die 29. Martii 1632 in palatio Guilielmi cardinalis Bentivoglio die 11. Januarii 1621 creati peragebantur, at 170^a congregatio, cui Guilielmus cardinalis Bentivoglio interfuit, die 14. Decembris 1632 „in palatio Em^mi domini [Bernardi] cardinalis Spadae [qui die 19. Januarii 1626 cardinalis creatus est] ob maiorem cardinalium palatinorum commodidatem" („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 151) et congregatio 171^a die 10. Januarii 1633 rursus in Roberti cardinalis Ubaldini palatio peracta est (ibidem, fol. 172). Ut primum autem Urbanus VIII. Scipionem cardinalem Caffarelli-Borghese (mense Julio 1605 creatum) S. Cong^ni de P. F. ascripsit, congregatio die 28. Februarii 1633 „in palatio Em^mi domini cardinalis Burghesii" habita est (ibidem, fol. 193).

[10]) Congregationes praeparatoriae anno 1630 peragi coeperunt. Congregatio enim 124^a die 15. Junii 1630 habita „censuit habendam esse congregationem ante illam, quae coram pontifice celebrari debet, ut materiae in ipsa referendae seligantur, et illae, quae non indigent auctoritate papae, definiantur, ut citius et profectius negotia expediantur" („Acta S. C. de P. F. anno 1630 e 1631" fol. 75). Et in exordio congregationis 125^ae die 8. Julii 1630 peractae haec verba leguntur: „Fuit congregatio praeparatoria ad congregationem coram S^mo iuxta decretum praecedentis congregationis ꝛc" (ibid., fol. 85 b). Quae congregatio coram summo pontifice die 9. Julii 1630 celebrata est (ibid., fol. 92). Postmodum tempore primi S. Cong^nis de P. F. secretarii Francisci Ingoli multae congregationes praeparatoriae peractae sunt, sed in suo exordio hoc verbo non nominantur. Eius generis fuit congregatio 160^a die 14. Julii 1632 habita, cuius acta tantummodo ad 9 negotia spectant, at finem his verbis capiunt: „Reliquae materiae in hac congregatione relatae per eosdem et alios cardinales fuerunt reservatae pro sequenti congregatione coram S^mo" („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 83—84). Post Francisci Ingoli mortem (a. 1649) congregationes praeparatoriae rariores esse coeperunt, at saepius ita appellabantur. Anno 1657 ex. gr. duae congregationes praeparatoriae habitae sunt: „Die 26. Februarii 1657 fuit congregatio generalis de P. F. praeparatoria pro alia habenda coram S^mo D. N. ꝛc" („Acta S. C. de P. F. anno 1656 e 1657" fol. 62), altera vero die 11. Junii 1657 peracta est (ibid., fol. 91); post illam congregatio generalis

S. Cong^nis secretarius (seu eius officialis) eorum summam (summarium, italice: sommario, ristretto) ascribebat, vel, si epistola brevis aut tanti momenti erat, ut digna esse videretur, quae integra recitaretur, id annotabat (v. infra, num. 225). Levioris momenti epistolis libellisve apud se retentis, scripta cetera ad singulos S. Cong^nis cardinales mittebat, servato ordine a S. Cong^ne de P. F. in tertia congregatione die 8. Martii 1622 habita statuto (v. infra, num. 2), qui demum anno 1655 immutatus et anno 1670, quod ad cardinales S. Cong^nis pertinet, sublatus est.[11]) In singulis congregationibus postmodum singuli cardinales et secretarius scriptorum allatorum summas, vel (et quidem raro, uti diximus) literas integras et, si quid aliud referendum erat, recitabant, cardinales, qui congregationi intererant, sententiam dicebant, suffragium ferebant atque de negotio decernebant et quidem persaepe conditionaliter, verbis: „si Sanctissimo placuerit" decreto suo interiectis. In congregationibus autem coram S^mo celebratis, cardinalium sententiis relatis, summus pontifex ipse de negotiis constituebat, quamvis earundem congregationum acta nonnunquam — praecipue initio — verbis utantur, e quibus coniicere liceret etiam in congregationibus coram summo pontifice celebratis omnia a cardinalibus esse statuta (v. infra, num. 118, 154: 4° et al.).

Primo tempore in congregationibus generalibus, etiam in eis, quae coram S^mo habebantur, S. Cong^nis de P. F. secretarius primus

coram S^mo die 15. Martii, post hanc die 14. Junii eiusdem anni celebrata est (ibid., fol. 64 et 111). Pari modo etiam anno 1677 duae congregationes praeparatoriae (die 19. Januarii et 31. Augusti) habitae sunt. Omnium ultima, opinor, congregatio praeparatoria die 4. Maii 1693 celebrata est („Acta S. C. de anno 1693" fol. 71); acta autem congregationis, quae post eam coram S^mo peragenda erat, in volumine, quod modo tetigimus, desunt, nec postea ulla congregatio coram summo pontifice habita est.

[11]) Decreto tertiae congregationis (die 8. Martii 1622) orbis terrarum in 13 provincias divisus est, quarum singulae singulorum vel etiam plurium apostolicae sedis nuntiorum aliorumve officialium (v. gr. prolegati Avinionensis, inquisitoris Melitensis, collectoris Lusitaniae, vicariorum patriarchae Constantinopolitani, Hierosolimitani, Alexandrini) curae commissae atque in S. Cong^ne de P. F. singulis cardinalibus assignatae sunt. In locum mortuorum vel eorum, qui alio modo discesserunt, cardinales a summis pontificibus eidem S. Cong^ni adscripti succedebant. In congregatione die 15. Junii 1655 habita decretum est „esse denuo faciendas divisiones provinciarum orbis ita, ut pro qualibet provincia sint duo cardinales ponentes, ut, deficiente uno, possit per alium suppleri" („Acta S. C. de P. F. de anno 1655" fol. 17.). In proxima, die 12. Julii 1655 peracta congregatione nova provinciarum orbis divisio sancita est (ibid. fol. 37 seq.), at iam anno 1670 negotiorum inter cardinales distributio S. Cong^nis secretarii arbitrio commissa est (conf. Dr. A. Pieper, Römische Archive: I. Das Propaganda-Archiv, in Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte, I., 1887, pag. 86). Ceteroquin S. Cong^nis de P. F. cardinalium numerus non semper tantusdem ac provinciarum fuit; paulatim crescebat: congregationi equidem die 30. Januarii 1719 habitae 18, congregationi die 27. Februarii eiusdem anni celebratae 19 cardinales interfuerunt („Acta S. C. de P. F. de anno 1719" fol. 55 et 73).

referre solebat, at in congregatione 39ª tempore Urbani VIII. coram ipso summo pontifice die 21. Julii 1625 celebrata, „iussit Smus, ut Illmi cardinales ante secretarium negotia illis commissa referrent, ne graviora, quando iam congregatio esset fere absoluta, sine debita diligentia examinari contingat; atque ita fuit observatum“ („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 241 b). Triginta autem annis post (die 15. Junii 1655) congregatio generalis ordinem antiquum restituit, in ea enim „primo fuit dictum, quod in futurum secretarius S. Congnis referat, quid actum sit quidve decretum in congregatione antecedenti, quid fuerit executioni mandatum et quid supersit exequendum“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1655“ fol. 17). Id S. Congnis praescriptum posteriore tempore tantum in congregationibus coram Smo celebratis non viguit, in quibus cardinalibus solis recitare licebat, quamvis in congregationibus praeparatoriis etiam secretarius referebat. Cardinalis, qui de negotiis ad S. Congnem referebat, cardinalis ponens, eiusque relatio praecipue posterioribus temporibus, quando omnes italice referebant, verbo italico ponenza vocabatur. Si cardinalis ponens — primis temporibus — qualicunque de causa congregationi, in qua referre debebat, interesse non potuit, negotium, quod ille relaturus erat, in congregatione illa non expediebatur. Cui malo remedium tulit decretum, quod S. Congo die 15. Junii 1655 fecit (v. supra, annot. 11), nam loco unius cardinalis impediti alter referre poterat.[12])

Cardinalibus, qui S. Congni de P. F. adscripti non erant, eius congregationibus (tam generalibus, quam aliis) interesse non licuit.[13]) E contrario congregationibus, etiam iis, quae coram Smo celebrabantur, S. Congnis agens vel alius officialis interdum intererat;[14]) imo etiam

[12]) In congregatione 109ª die 19. Julii 1666 habita ex. gr. verba „Relationes Emmi Ginetti relatae ab Emmo Brancaccio“ („Acta S. C. de P. F. anno 1666“ fol. 188 b), in actis congregationis 193ªe die 8. Augusti 1667 peractae verba: „Relationes eiusdem Emmi Rasponi pro Emmo Ninio“ („Acta S. C. de P. F. anno 1667“ fol. 193 b) leguntur.

[13]) Exceptiones rarissimae leguntur. Eius generis congregatio 94ª, die 28. Septembris 1648 peracta, fuit, cuius acta sic scripta sunt: „Fuit congregatio generalis de P. F. in Quirinali de mandato Smi, dum concistorium habebat, cui interfuerunt 9 cardinales, videlicet Lantes, Sacri Collegii decanus, ita Ste Sua iubente, pro hac vice tantum, Barbarinus . . . . . In ea primo praedictus dominus cardinalis Lantes retulit Smum D. N. congregationem sex cardinalium instituisse, quibus mandavit, ut de mediis excogitarent . . . . , quibus posset dominus cardinalis de Harrach redimi ab haereticis ꝛc“ („Acta S. C. de P. F. anno 1648“ fol. 169).

[14]) Agens, qui S. Congnis de P. F. rerum temporalium curam gerebat, ex. gr. congregationi 12ªe, die 2. Augusti 1622 habitae, introductus interfuit („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 15); in congregationem 8am die 22. Januarii 1624 peractam S. Congnis

ii, qui ne officiales quidem S. Congnis fuerunt, in congregationes (tam generales, quam particulares) introducebantur.[15]) — Quale praelatorum S. Congni de P. F. ascriptorum (praeter secretarium) in congregationibus generalibus ministerium fuerit, ex earum actis non est satis perspicuum; in congregationibus quidem raro referebant, iis autem magni momenti officia extra congregationes iniuncta esse constat.[16]) Horum praelatorum (perinde ac S. Congnis cardinalium) numerus procedente tempore crevit:[17]) accesserunt praelati, quibus certa ipsius S. Congnis de P. F. munia exequenda commissa sunt, accesserunt alii, qui ob munera extra S. Congnem de P. F. habita eidem adiumento esse poterant.[18])

de P. F. notarius introductus est (v. ibid., fol. 83. b). — Agentem S. Congo de P. F. Achillem Venerium, ecclesiae s. Nicolai in carcere canonicum, perinde ac rationarium (‚rationalem seu computistam‘) dominum Rudolphum Ghirlandarium Florentinum in congregatione 6ª die 25. Aprilis 1622 habita constituit (v. ibid., fol. 8 b); Dominicum autem Fonthia, camerae apostolicae notarium, suum S. Congo de P. F. notarium in congregatione 7ª, die 10. Januarii 1624 celebrata, deputavit (v. ibid., fol. 80 b).

[15]) Fr. Valerianus de Magni, Capucinus, apostolicus in regno Bohemiae missionarius a S. Congne de P. F. constitutus, ab Ernesto Adalberto cardinali de Harrach archiepiscopo Pragensi Romam missus, ut S. Congnem de P. F. de eiusdem cardinalis in aula imperiali actionibus edoceret, in 101ª congregatione generali rem totam exposuit („Acta S. C. de P. F. anno 1628 et 1629“ fol. 171); idem etiam anno 1634 die 27. Januarii congregation particulari „theologorum et canonistarum super negotiis Ruthenorum“ interfuit, in qua „introductus . . . . de diplomate a se composito late disseruit ꝛc“ („Acta S. C. de P. F. anno 1634 e 1635“ fol. 11).

[16]) V. ex. gr. infra, num. 2 annot. 6. — In congregatione generali die 6. Septembris 1624 coram Smo celebrata praelatus Laurentius Magalotti referebat („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 143).

[17]) Conf. H. Kollmann, O archivu Sv. Kongregace de propaganda fide (in Časopis musea království Českého, LXVI, Pragae 1892, pag. 425).

[18]) Primi generis praelati erant: S. Congnis de P. F. iudex substitutus (sive deputatus), S. Congnis de P. F. prothonotarius, prosecretarius. Quod ad iudicem attinet, Gregorius XV. in congregatione generali 27ª die 21. Martii 1623 in Vaticano palatio celebrata „mandavit expediri breve, quo S. Congni facultas concedatur perpetua deputandi iudicem unum ex cardinalibus ipsius Congnis in omnibus causis quomodolibet spectantibus ad eandem Congnem, sive ipsa conveniat, sive conveniatur, cum facultatibus amplissimis privative quoad omnes alios iudices, etiam sanctae Romanae ecclesiae cardinales . . . . ,qui cardinalis auctoritatem et potestatem habeat deputandi et substituendi praelatum curiae Romanae seu aliam quamlibet personam sibi bene visam in eisdem causis cum eisdem facultatibus aut aliis sibi bene visis, qui deputatus seu substitutus nuncupari debeat distinctionis gratia auditor S. Congnis de P. F. ꝛc“ („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 35). Ludovicus cardinalis Ludovisi a S. Congne de P. F. iudex die 23. Maii electus (v. infra num. 65), pag. 300, die 28. Decembris 1623, „habito verbo cum Smo, in locum suum Revmum dominum Caesarem Montium [qui utriusque signaturae referendarius, S. Consultae praelatus et Congnis S. Officii consultor erat] deputavit“ („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 80). Hic igitur Caesar Monti primus S. Congnis de P. F. auditor fuit; at S. Congnis de P. F. acta verbo ‚auditor‘ non utuntur. — Suum prothonotarium constituendum esse S. Congo de P. F. in congregatione 51ª die 6. Februarii 1626 coram Smo celebrata censuit, cuius acta sic scripta sunt: „ . . . . 23o. Quoniam frequenter in ecclesia

Si quod negotium in congregatione generali relatum tanti momenti esse videbatur, ut S. Cong° de P. F. de eo decernere vel non posset, vel nollet, negotium eiusmodi duobus, tribus pluribusve cardinalibus et praelatis S. Cong^ni adscriptis deliberandum tradebatur, qui, re diligenter perpensa, de ea ad congregationem generalem referrent. Horum cardinalium praelatorumque conventus congregationes particulares appellabantur, quo nomine etiam ipsi cardinales praelatique ad certum negotium considerandum delecti significabantur. Erant enim negotia, quae uno paucisve consessibus absolvi potuerunt, erant alia, quae multorum mensium aliquotve an-

Dei et potissimum hac nostra aetate propter diversas haereses pessimorum hominum malitia exortas catholici diris infidelium vel haereticorum persecutionibus exilia, carceres aliasque poenas et denique mortem ipsam fortiter sustinent pro catholica fide, et multoties contingit, ut in S. Cong^ne de illorum confessionibus, gestis ac martyrio fiat relatio, Patres veterum pontificum permoti exemplo unanimi consensu censuerunt unum ex protonotariis apostolicis in ipsa Cong^ne adscribendum esse, qui confessorum et martyrum gesta, quae in ea referentur, scribat, ut et tantorum virorum praestantissima virtus ad Dei gloriam ipsorumque laudem immortalitati consecretur, et posteris exempla verae fortitudinis ad imitandum relinquantur. Et, cum inter Patres disceptaretur de protonotario in Cong^nem adsciscendo, S^mus D. N., cardinalibus omnibus approbantibus, elegit in protonotarium S. Cong^nis Rev^mum dominum Petrum Sanesium" („Acta S. C. de P. F. anno 1626 e 1627" fol. 18 b — 19; v. infra, num. 362). — Prosecretarium S. Cong° de P. F., cum secretarius aut Roma abesset, aut aegrotaret, aut e vita discessisset, aut munus aliud adeptus esset, constituebat. Primus S. Cong^nis de P. F. prosecretarius Antonius Manfroni (inde a die 22. Septembris 1664 usque ad 20. Decembris 1666) fuit („S. Cong^ne: cardinali ∝ 1669—1830. Num. 1" fol. 10). — A prosecretario S. Cong^nis de P. F. secretarius substitutus discernendus est, quod munus demum seculo XIX. originem habuit, sed non perduravit (conf. Missiones catholicae cura S. Congregationis de Propaganda Fide descriptae in annum MDCCCXCII, Romae 1892, pag. XXIV; Missiones cath. cura S. C. de P. F. descriptae anno 1898, Romae 1897, pag. XXVI; Dr. Kam. Henner, Znovuzřízení kurie římské, in Sborník věd právních a státních, IX., Pragae 1909, pag. 270). Secretarius substitus S. Cong^nis de P. F. secretarii munere suo fungentis primus coadiutor erat; prosecretarius, cum secretarius deesset, eius vices obibat. Exceptiones autem non absunt: congregationi generali die 20. Nomvebris 1673 peractae Franciscus Ravizza, novus S. Cong^nis de P. F. „secretarius, et Urbanus Cerrus, prosecretarius et iudex", interfuerunt; quia enim secretarius paucis diebus ante Romam pervenit, prosecretarius, secretario praesente, de negotiis ad S. Cong^nem referebat („Acta S. C. de P. F. anno 1673" fol. 341); aliud exemplum huiusmodi in actis congregationis generalis die 27. Januarii 1721 habitae legitur; licet enim in eis verba: „Relationes R. P. D. Petri Aloisii Carafae secretarii" scripta sint, tamen in rescripto decreti 31 verba: „ad dominum prosecretarium iuxta mentem, quae est, ut ∝" („Acta S. C. de P. F. de anno 1721" fol. 80 b) leguntur; hic autem mendum subesse iure optimo credere possumus, nam et in prosecretariorum albo Dominicum Passionei „a mense Novembri 1720 ad finem Februarii 1721 loco, R. P. D. Carafae a secretis absentis" prosecretarium fuisse legimus („S. Cong^ne: cardinali ∝ 1669—1830. N. 1." fol. 10), et literae, quas in eadem congregatione S. Cong° de P. F. ad S. Cong^nem Concilii dari iussit, die 30. Januarii 1721, non secretarii, sed prosecretarii nomine scriptae sunt („Lettere di M^r secretario dell' anno 1721. N. 111" fol. 34.). Mendum simile etiam in actis congregationis generalis die 12. Januarii 1711 accidisse („Acta S. C. de P. F. de anno 1711" fol. 1) verisimile est; nam inde a die 16. Decembris 1710 usque ad diem 2. Martii 1711 Silvii de Cavalieri, S. Cong^nis de P. F. secretarii, tunc infirmi vices Carolus Collicola prosecretarius implebat („S. Cong^ne: cardinali ∝, 1669—1830. N. 1." fol. 10;

norum laborem assiduum postulabant,[19]) erant etiam eius generis, ut congregationes particulares eorum causa institutae, perpetuo permanerent. Quam varia autem et diversa fuerint negotia, quae congregationibus his committebantur, ipsa earum nomina satis superque ostendunt.[20])

Congregationes particulares aut a S. Cong^ne de P. F. in congregationibus generalibus aut summi pontificis iussu instituebantur, se autem tum in alicuius cardinalis vel praelati iis ascripti domo, tum in S. Cong^nis de P. F. aedibus, tum in aliquo palatio apostolico congregabant.[21])

v. etiam „Lettere della S. C. e di Monsr segret° dell' anno 1711. N. 100" fol. 274). — Haec de praelatis primi generis sufficiant. Alterum praelatorum genus munerum causa, quae extra S. Cong^nem de P. F. gerebant, ei ascribebatur. Inter hos praelatos ipso S. Cong^nis de P. F. initio summi pontificis secretarius erat, Joannes Agucchia (v. infra, num. 1 annot. 4), qui brevi post anno 1623 exeunte Venetias, ubi nuntii apostolici officio fungeretur, abiit (v. „Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 72 b), et Laurentius Magalotti, „qui uti secretarius principum [die 16. Oct 1623] in Cong^ne fuit adscriptus" (v. ibidem, fol. 60 b). Posterioribus temporibus etiam assessor S. Officii S. Cong^ni de P. F. ascribebatur. Pari modo cardinales quibusdam muneribus fungentes fere semper S. Cong^ni de P. F. adscribebantur; tales ex. gr. primis S. Cong^nis de P. F. temporibus cardinales nepotes fuerunt (Ludovicus Ludovici, de quo v. infra, num. 1. annot. 4, et Franciscus Barberini, cui Urbanus VIII. locum, quem ipse in S. Cong^ne obtinuerat, concessit, v. ibid. fol. 69), et postquam eorum institutum sublatum est, cardinales secretarii status, quod libellus a S. Cong^ne de P. F. Benedicto XIV. die 6. Septembris 1740 porrectus his verbis testatur: „.... Si suplica similmente di annoverare il predetto signor cardinal Valenti alla Cong^ne di Propaganda ed anche alle particolari, conforme è solito dei cardinali segretarii di stato ∝" („Udienze di N. S^re dall' anno 1710 a tutto il 1740" fol. 205).

[19]) Eius generis fuit ex. gr. congregatio particularis de Carolina universitate Pragensi, quae anno 1628 unum (die 13. Junii), anno 1630 duos (die 20. Maii et 12. Novembris) anno 1638 unum (7. Januarii) consessum habuit; „congregatio particularis super facultatibus missionariorum" anno 1634 et 1636 ternos, annis 1635, 1638 et 1640 singulos consessus habuit; „congregatio particularis super emendatione euchologii Graecorum" die 20. Aprilis 1636 primum, die 25. Januarii 1637 decimum, die 22. Decembris 1641 sexagesimum quartum consessum habuit.

[20]) Die 22. Decembris 1628 fuit „congregatio particularis de negotio parochorum Moraviae" („Acta S. C. de P. F. a. 1628 et 1629" fol. 184 b); d. 4. Augusti 1630 fuit alia „super minuta brevis missali Illyrico praefigendi" („Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631" fol. 104), d. 10. Decembris alia „in causa servi Dei Josaphat archiepiscopi Polocensis" (ibid., fol. 161 anni 1631), d. 15. Martii 1633 alia „de facultatibus cardinalis de Harrach in Bohemia et episcopi Viennensis in eius episcopatu" („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 205), d. 27. Martii 1634 alia „super oratione, quae recitatur Constantinopoli pro Christianissimo" („Acta S. C. de P. F. anno 1634 e 1635" fol. 40 b), die 9. Dec. 1636 alia „de notario et instrumentis et testamentis captivorum" („Acta S. C. de P. F. a 1636, 1637" fol. 204), d. 15. Dec. 1636 alia „de libro a P. Petro Wadingo Soc. Jesu edito in materia Carolinae [universitatis]" (ibidem, fol. 211 b).

[21]) Congregatio particularis de Carolina universitate die 13. Junii 1628 habita, quam in annot. 19 tetigimus, a summo pontifice instituta, in „aedibus Quirinalibus Ill^mi domini cardinalis Bandini" est celebrata („Acta S. C. de P. F. de anno 1628 et 1629" fol. 78 b); congregatio particularis „theologorum et canonistarum super negotiis Ruthenorum, cuius

Modus, quo negotia in congregationibus particularibus tractabantur, fere idem erat ac in congregationibus generalibus, at multo maiorem laborem illae quam hae S. Cong^nis de P. F. secretario iniungebant et praecipue tempore posteriore, quo non solum omnium scriptorum ad negotium pertinentium summaria, sed etiam omnes relationes in singulis congregationibus particularibus recitandae in S. Cong^nis de P. F. secretaria conscribendae erant, quae relationes ante diem consessui constitutum per manus cardinalium congregationi, ad quam negotium spectabat, adscriptorum mittebantur; in earum margine, quidquid in consessu decretum est, a secretario annotandum erat.

Omnia congregationum particularium decreta congregationi generali proponi debebant, a qua approbarentur. Cum autem tempore procedente mos hic neglectus esset, congregatio generalis die 20. Augusti 1669 peracta statuit, quae sequuntur: „.... Cum multa saepe negotia huic S. Cong^ni exposita eius sint ponderis et momenti, ut peculiari indigeant discussione, atque adeo ad particulares congregationes examinanda remittantur, et usus obtinuerit, ut resolutiones in iisdem congregationibus captae congregationi postmodum generali non communicentur, et cum experientia docuerit circa eadem negotia difficultates nonnunquam oriri ex eo, quod congregationi generali participata non fuerint, et ceteroquin decreta fieri non sit facile, nisi prius omnes Em^mi de eis fuerint edocti: idcirco .... mandatum fuit, ut de iis omnibus, quae futuris temporibus in dictis congregationibus particularibus stabilita fuerint, una cum plena negotiorum occurrentium informatione congregatio generalis .... particeps fiat“ („Acta S. C. de P. F. anno 1669“ pag. 333).

Congregationum particularium decreta (perinde ac generalium), si auctoritate apostolica confirmanda erant, summo pontifici proponebantur, idque interdum, praecipue seculo XVII., die proximo post earum consessum fiebat, itaque prius, quam congregatio generalis de

in annot. 15 mentionem fecimus, die 27. Januarii 1634 „in aedibus Rev^mi domini [Alexandri] Boccabella“, Rotae auditoris, S. Officii consultoris, qui praelatus S. Cong^ni de P. F. ascriptus erat, peracta est („Acta S. C. de P. F. anno 1634 e 1635“ fol. 11). — Hora, quai congregationes particulares convenire debebant, initio non constituebatur, neque congregationes ipsae peragebantur, si quis cardinalis eis adscriptus interesse nequivit; quod malum Clemens XI. rescidit, qui in audientia die 3. Januarii 1704 facta congregationes particulares „ea .... die et hora, qua intimata fuerint, ... etiamsi aliqui ex Em^mis dominis cardinalibus deputatis .... interesse non possint,“ haberi iussit („Audienze di N. S^r dall' anno 1691 sino al 1709. Num. 3“ fol. 244).

iis edoceri potuit.[22]) Inde factum est, ut decretum congregationis generalis anni 1669, quod modo attulimus, mox irritum redderetur, nam decreta a summo pontifice approbata S. Cong^nis de P. F. confirmatione non egebant.[23])

Primae congregationis particulares (duae) iam in prima congregatione generali die 14. Januarii 1622 sunt institutae: alteri tres, alteri duo cardinales ascripti sunt (v. infra, num. 1 pag. 7 : 3° et 4°); in secunda congregatione generali die 4. Februarii 1622 habita alia congregatio particularis constituta est, quam duo praelati componebant (v. infra, num. 2 annot. 6). Haec congregatio tempore brevissimo pensum suum absolvit, nam negotium ei commissum iam in tertia congregatione generali decerni potuit (v. infra, num. 2 : 1°); in eadem tertia congregatione etiam sententia alterius particularis congregationis die 14. Januarii institutae et quidem per cardinalem, qui ei ascriptus non erat, recitatata est (v. infra, num. 2 : 3°); primae autem congregationis particularis in prima congregatione generali institutae, quae constitutionis apostolicae ad S. Cong^nem de P. F. institutam spectantis argumenta concipere debebat, sententia, postquam per manus cardinalium missa est, demum in 16^a congregatione generali (die 26. Septembris 1622) est relata („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 17b—18). Quot consessus hae tres congregationes particulares habuerint, ex archivii S. Cong^nis de P. F. libris

[22]) Decretum congregationis particularis pro „consulendo faciliori religionis catholicae in partibus septentrionalibus incremento“ institutae die 24. Aprilis 1732 „in palatio apostolico Quirinali“ factum summus pontifex „in audientia eadem die per .... secretarium“ habita approbavit („Decreti della S. C. dell' anno 1719 al 1740. [Num.] 1“ fol. 299; „Udienze di N. S^re dall' a. 1710 a tutto il 1740. Num. 4“ fol. 87). — Quae congregatio particularis „super rebus Bohemiae“ die 12. Julii 1711 decreverat, summus pontifex iam die 13. Juli eiusdem anni, facta per secretarium relatione, approbavit et effici iussit; eiusdem congregationis particularis decreta die 1. Octobris 1715 facta a summo pontifice iam die 2. Octobris proxime secuto sunt confirmata („Cong^ni part^ri sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 fino al 1716. Num. 35“ fol. 10, 139). Decreta congregationis eiusdem die 23. Septembris 1716 peractae summus pontifex die 25 Septembris 1716 approbavit (ibid., fol. 344 b).

[23]) Congregationis particularis super rebus Bohemiae die 10. Maii 1717 habitae eiusque decretorum acta congregationis generalis die 11. Maii 1717 peractae nullam iniiciunt mentionem („Cong^ni part^ri sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 sino al 1719. Num. 36“ fol. 1 seqq.; „Acta S. C. de P. F. de anno 1717“ fol. 133 seqq.). — Ceteroquin aliquid eiusmodi iam seculo XVII. accidit: die 28. Maii 1646 congregatio particularis „super solutione provisionum collegiis seu alumnatibus ultramontanis“ in consistorio secreto eodem die celebrato habita est, cuius decretum summus pontifex iam die 7. Junii 1646 approbavit, proxima vero congregatio generalis (tricesima prima) demum die 11. Junii, praecedens autem congregatio (tricesima) die 7. Maii peracta est („Acta S. C. de P. F. anno 1646 e 1647“ fol. 81, 99 b, 101 b, 102).

non apparet; omnes autem ex iis erant, quae brevi tempore paucisque consessibus absolvi poterant.

Diuturnae vel perpetuae congregationes particulares paulo posterius institui coeperunt. E perpetuis antiquissima est congregatio particularis de statu temporali [S. Cong^nis de P. F.], quae italice „congregazione dell' hazienda" vocabatur et a congregatione generali 23^a, die 24. Januarii 1623 peracta, originem trahit et hodie quoque manet; in illa enim congregatione generali duobus cardinalibus id negotii iniunctum est, ut de modo, quo S. Cong^nis de P. F. facultates administrarentur, deliberarent. Qui, re brevissimo tempore perpensa, iam in proxima congregatione generali coram S^mo die 20. Februarii 1623 celebrata praeter alia suaserunt, „che ogni principio d' anno siano eletti due cardinali della Cong^ne, che insieme col signor cardinal secretario [recte: prefetto] pro tempore habbino a sopraintendere tutto quell' anno a gl' interessi temporali della Cong^ne, il cui uffizio debba esser non solamente il procurare essecutione puntuale di tutte le presenti ordinationi, con obligo d' opporsi in Cong^ne ogni volta, che conosceranno, che si tratti di fare alcuna cosa contro li presenti capituli, et in particolare, mentre si trattasse di spendere l' entrate della Cong^ne in altro uso, che in quello che sarà permesso dalli presenti capituli,[24]) ma anco, che non siano distratti nè spesi quelli danari che per oblighi delli presenti capitoli debbono essere . . . . posti a frutto; et in defetto od in assenza d' essi signori cardinali deputati sia tenuto sempre cio effetuare ex officio il signor cardinale capo che sarà pro tempore della Cong^ne, et il secretario stesso, di cui sarà anco obligo di portar sempre seco al sodetto effetto in Cong^ne un essemplare delli presenti capituli x" („Acta S.

[24]) Impensas a S. Cong^ne de P. F. faciendas haec eiusdem consilii verba spectant: „In che cosa s' habbino da spendere l' entrate della Cong^ne. Che l' entrate della Cong^ne non si possano dispensare in altri usi, che nell' infrascritti: 1. nelle missioni sole che si faranno d' ordine espresso della Cong^ne in partibus infidelium, haereticorum et schismaticorum; 2. nel dar aiuti temporanei per ereggere nuovi seminarii o collegii nelli luoghi sodetti d' heretici, scismatici et infedeli ad tempus nel modo detto di sopra; 3. nel dar aiuti simili ad tempus a seminarii o collegii gia eretti alli confini d' heretici, scismatici et infedeli, ad effetto però solamente e non altrimenti d' allevarsi in essi alunni idonei ed atti a poter servire la Cong^ne nelle sodette missioni" („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 31 b — 32). Modus autem, ad quem lector paulo superius vocatur, hic est: „Che tutti gli aiuti che vorrà dare la Cong^ne, siano solamente ad tempus preciso e limitato in modo, che non si possa obligar mai a dare assegnamenti perpetui, ma solo per tempo preciso, cioè d' anno in anno, overo al più, quando l' opera lo comportasse, per tre anni ad summum, non essendo però prohibito in tal caso, finito il primo triennio, di potersi prorogare il tempo, causa cognita dalla Cong^ne" (ibidem, fol. 30b – 31).

C. de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 31 b). Quod consilium et „S^mus et Patres approbarunt" (ibidem, fol. 30 b). Ad hanc congregationem particularem etiam negotia Bohemica (ex. gr. rationes ecclesiaticae capsae salis, quae ab ea perscrutabantur et examinabantur) pertinebant.[25])

Non multo post congregationem de statu temporali congregatio particularis super rebus Bohemiae („congregazione particolare sopra le materie di Boemia"), quae etiam perpetua esse debebat, instituta est.[26]) Primum consessum die 24. Januarii 1629,

[25]) Congregatio particularis de statu temporali, postquam vi decretorum a congregatione generali die 16. Martii et in consistorio secreto die 22. Martii 1633 editorum („Acta S C. de P. F. a. 1638 e 1639" fol. 50 – 50b, 54 – 54b) die 4. Maii 1638 novata est, praeter cardinalem S. Cong^nis de P. F. praefectum e tribus cardinalibus constabat, quorum duo stabiles erant, tertius autem, quem mensarium vel quadrimestrarium vocabant, quarto quoque mense mutabatur; huic plurima officia, quae absque congregationis consessu absolvi poterant, incumbebant (conf. Kollmann, O archivu Sv. Kongregace de propaganda fide, in Časop. mus. král. Česk., 1892, pag. 426). Huic congregationi particulari Innocentius XI. die 4. Decembris 1676 proprium praefectum praeposuit, de quo facto S. Cong^nis de P. F. secretarium Urbanum Cerri die 20. Decembris 1676 certiorem reddidit („Tomo XV: cong^ni partic.: stato temporale, visita del seminario di s. Pancratio ab anno 1685 usque 1692. Num. 28" fol. 59). Hanc congregationem particularem Clemens XII. „nella conferma dei decreti della visita apostolica del collegio Urbano e dello stato temporale di questa S. Cong^ne, seguita li 22 di Febraro dell' anno" 1733 perpetuam instituit; inde ab hoc die haec congregatio „composta di 4 signori cardinali, cioè dei due più anziani della Cong^ne generale dimoranti in curia, del prefetto pro tempore della stessa e dell' altro sopr'intendente allo stato economico" erat „con questo però, che non potendo talvolta intervenire o uno overo tutti due i predetti più anziani, debbono in tal evento intimarsi et intervenire i susseguenti nell' anzianità" („Lettere di Monsr segretario dell' anno 1733. N. 138" fol. 137). Hunc suum praefectum, quem praefectum super statu temporali seu praefectum pro re oeconomica, italice ‚sopr'intendente allo stato economico' vel ‚prefetto dell' Hazienda' vocabant, haec congregatio particularis usque ad annum 1908 conservavit; constitutio enim „Sapienti consilio" a Pio pp. X. die 29. Junii 1908 edita praefecturam hanc aboluit et hanc congregationem particularem S. Cong^nis de P. F. praefecto subiecit (conf. Dr. K. Henner, Znovuzřízení kurie římské, in Sborník věd právních a státních, IX., Pragae 1909, pag. 269).

[26]) Congregationi particulari super rebus Bohemiae posterioribus temporibus S. Cong^nis de P. F. praefectus maiorque quam initio cardinalium numerus ascribi solebat. Innocentius X. cum congregationem hanc renovaret (22. Januarii 1645), ei quinque cardinales et praeter S. Cong^nis de P. F. secretarium tres praelatos, quorum unus S. Officii assessor erat, ascripsit („Acta S. C. de P. F. a. 1644 e 1645" fol. 217b). Anno autem 1711, cum e sex cardinalibus, inter quos Josephus cardinalis Sacripanti praefectus erat, constaret, Clemens XI. die 14. Aprilis eiusdem anni duos cardinales ei superaddidit („Udienze di N. S^re dall' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4" fol. 13). Anno 1733 haecce congregatio particularis iam 10 cardinales habuit („Congreg^ni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1737. Num. 40" fol. A). Eius autem consessus seculo XVIII. rari fuerunt. Post congregationem particularem super rebus Bohemiae die 12. Julii 1711 peractam (v. supra, annot. 22) eiusdem congregationis particularis consessus die 1. Octobris 1715 (v. ibid.), 16. Martii et 23. Septembris 1716 (v. ibid.), 10. Maii et 12. Decembris 1717, 23. Septembris 1718, 24. Julii 1719 („Cong^ni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" fol. 1 seqq., 42 seqq., 148 seqq. et 277 seqq.), 9. Septembris 1720, 27. Aprilis 1722 („Cong^ni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1720, 1722. Num. 37" fol. 1 seqq. et 332

secundum die 23. Junii eiusdem anni („Acta S. C. de P. F. a. 1628 et 1629“ fol. 203 seqq. et 299 b — 300 b), ultimum die 22. Martii 1771 habuit („Congni particolari sù la cassa del sale di Boemia: 1767, 1769 e 1771. Num. 47“ fol. 145 seqq.).

Alia, perpetua eaque maximi in S. Congne de P. F. momenti congregatio particularis, cui initio „Congregatio particularis de rebus Sinarum et Indiarum orientalium“ nomen fuit, anno 1665 instituta, per breve a Pio IX. die 6. Januarii 1862 editum commutata est et nomen S. Congnis de P. F. pro negotiis ritus orientalis accepit.[27])

Mortuo summo pontifice, consuetudo, imo opus erat, ut congregationes particulares, quas commemoravimus, omnesque reliquae ab eius successore confirmarentur. Benedictus XIV. initio sui pontificatus (die 6. Septembris 1740) tredecim congregationes particulares, quae tunc erant, a S. Congnis de P. F. secretario eiusdem S. Congnis nomine rogatus confirmavit[28]) et non multo post (die 8. Februarii 1741) congregationem particularem super seminariis pontificiis, quae amplius 40 annis ante intermissa erat, motu proprio renovavit ceterisque adiunxit.[29])

seqq.), 28. Aprilis 1727 („Congni partri sopra le materie di Boemia dell' a. 1727. Num 38“ fol. 1. seqq.), 16. Maii et 22. Augusti 1729, 6. Februarii et 22. Augusti 1730 („Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39“ fol. 1 seqq., 216 seqq., 244 seqq., 257 seqq.), 23. Decembris 1733 („Congni partri ∝ dell' anno 1733. Num. 40.“ fol. 1. seqq.), 20. Martii 1736 („Congni particori ∝ dell' anno 1736. Num. 41“ fol. 1 seqq.), 31. Jannuarii 1738, 17. Augusti 1739, 18 Septembris 1747 („Congni partri sopra ∝ 1738 all' anno 1747. Num. 42“ fol. 1 seqq., 215 seqq, 243 seqq.) etc.

[27]) Haec congregatio particularis perinde ac illa, quae de statu temporali nominatur (v. supra, annot. 25), ab anno 1863 suum praefectum, suum secretarium, imo iam inde ab anno 1677 etiam sua „Acta“, suos tomos literarum tam allatarum, quam missarum, suos „Audientiarum Smi“ tomos habuit; constitutione vero „Sapienti consilio“ die 29. Junii 1908 a Pio pp. X. edita proprium praefectum amisit (conf. Dr. K. Henner, Znovuzřízení kurie římské, in Sborník věd právních a státních, IX., pag. 269).

[28]) Inter tredecim congregationes particulares a Benedicto XIV. confirmatas, prima „per gl' affari delle Indie orientali,“ quinta „per i provvedimenti e distribuzione de' proventi della cassa ecclesiastica generale e dell' altra detta de' parochi di Boemia“ (quae eadem est ac „congregatio particularis super rebus Bohemiae“ superius commemorata), ultima „per lo stato temporale ed economico della S. Congne“ erat. Supplex autem libellus summo pontifici porrectus his verbis incipit: „Parimente viene supplicata V. Stà per la necessaria solita conferma delle congregazioni particolari che sono le seguenti ∝“ („Udienze di N. Sr dall' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4“ fol. 204).

[29]) Huic congregationi particulari, quae fere ab ipso S. Congnis de P. F. initio usque ad finem seculi XVII. duraverat, et cui Innocentius X., qui eam die 25. Octobris 1644 renovavit, tres cardinales adscripsit („Acta S. C. de P. F. anno 1644 e 1645“ fol. 161 b), Benedictus XIV. quinque cardinales et S. Congnis de P. F. secretarium adscripsit. Renovata haec congregatio particularis primum consessum die 18. Februarii 1741 habuit („Visite riferite de' collegii pontificii di Vilna ∝ nelle congni particolari degl' anni 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41“ fol. 3, 12 seqq.) Ad hanc congregationem particularem seminaria pontificia Pragense, Olomucense, Viennense aliaque spectabant.

Congregationibus tam generalibus quam particularibus nonnunquam fides secreti servanda imponebatur.[30])

Praeter congregationes generales et particulares negotia ad S. Congnem de P. F. pertinentia, etiam, si necessarium erat, ubicunque aliquot cardinales convenerunt, tractabantur, quod saepiusnumero in consistorio secreto succedebat. Hoc loco cardinales S. Congnis de P. F. aut inter se vel cum summo pontifice de aliquo negotio necessario deliberabant,[31]) aut de negotiis in congregatione generali (vel particulari) iam relatis vel proxime referendis ad summum pontificem referebant.[32]) Opportunitate aliqua data vel occasione oblata, etiam alio loco negotia eaque interdum magni momenti tractabantur,

[30]) In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ inscripto haec verba leguntur „Die 20. Septembris 1638 post S. Congnem de P. F. coram Smo Smus D. N. secretario Ingolo facultatem concessit, ut in negotiis, in quibus indictum iam est vel indicetur secretum sub poena excommunicationis latae sententiae soli Sti Suae reservata, uti possit opera unius ex iuvenibus, qui in secretaria de P. F. inserviunt pro copiis et registro scripturarum quarumcunque et decretorum, quae fient, ac literarum, quae scribentur pro praefatorum negotiorum expeditione, sub eodem secreto et censura reservata, ut supra“ (fol. 180—180b). — In volumine „Congregat. de statu temporali, missionibus. Num. 7“ annotationes secretarii sic scriptae sunt: „Negotii da proporre in congregatione de P. F. da tenersi avanti la Stà di N. Sre il dì 30 Luglio 1652: il signor cardinal Barberino proporrà la nuova missione . . . .; il signor cardinal Pamphilio portarà il negotio della nuova erettione de vescovadi di Boemia et il bisogno della nuova deputatione de cardinali per la c[ausa] del imperatore ∝“. Et iuxta haec verba in margine secretarius adscripsit: „Il segreto“.

[31]) V. ex. gr. supra in annot. 13 et 23. — Aliud exemplum in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633“ habetur, in quo post acta 158ae congregationis generalis die 31. Maii 1632 peractae 25 numeros continentia haec verba leguntur: „Die 7. Junii 1632 in consistorio secreto: 26o. Congregati Emmi domini cardinales Caetanus, Harrach et Barbarinus censuerunt ∝“ (fol. 73). — Huc pertinent negotia, quae pro re nata tam ad S. Congnem de P. F., quam ad consistorium secretum spectabant: die 20. Junii 1639 v. gr. „in concistorio secreto de archiepiscopo in Japoniam destinato“ tractatum est („Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ fol. 291).

[32]) V. ex. gr. infra, num. 423: 22o. — In vol. „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ fol. 54—54 b haec verba leguntur: „Die 22. Martii 1638 in consistorio secreto: 1o Referentibus Emmis dom. cardinalibus Caetano et Spada . . . .; 2o referentibus eisdem Emmis dominis cardinalibus Caetano et Spada sententiam congregationis generalis habitae die 16. huius circa congregationem particularem ex duobus cardinalibus S. Congnis de P. F. a Smo D. N. deputandis et dominis cardinalibus praefecto et quadrimestrario instituendam pro faciliori negotiorum ad statum temporalem eiusdem S. Congnis pertinentium expeditione, Stas Sua illam probans, mandavit Emmum dom. cardinalem praefectum commoneri, ut de praedictorum duorum cardinalium deputatione cum Beatne Sua agat“ (v. supra, annot. 25). — Aliud exemplum in volumine „Acta S. C. de P. F. a. 1644 e 1645“ habetur et quidem: „Die 20. Novembris 1645 in consistorio secreto: referente Emmo domino cardinali Capponio, Smus D. N. mandavit ratam provisionum collegiis pontificiis extra Urbem a sede apostolica assignatarum tribus mensibus respondentem solvi rectoribus praefatorum collegiorum“ (fol 456).

ÚSTŘEDNÍ KNIHOVNA
právnické fakulty UJEP
BRNO

nec semper invenire possumus, ubi consessus eiusmodi, quos „extra congregationem“ vocabant, peracti sint.[33])

S. Cong^nis de P. F. decreta ubivis facta a summis pontificibus nonnunquam in consistorio secreto approbata esse supra dictum est; id autem hac opportunitate data non per eminentiam fiebat.[34]) Congregationum utriusque generis decreta vel sententiae, si pontificia auctoritate indigebant et nisi vel in congregationibus coram S^mo celebratis vel in consistorio secreto vel alibi approbata erant, a summo pontifice saepissime confirmabantur, quando vel S. Cong^nis de P. F. praefectum vel cardinalem seniorem vel alium vel secretarium ad colloquium admittebat. Haec colloquia „audientiae Sanctissimi“ (italice „Udienze di Nostro Signore“) appellantur. Opinionis error esset existimare audientias S^mi demum anno 1666, quo „Audientiarum“ tomi in S. Cong^nis archivio incipiunt, originem habuisse, cum id institutum eiusdem fere aetatis quam S. Cong^o de P. F. ipsa sit.[35]) Discrimen hoc est: quamdiu congregationes coram S^mo celebrabantur (v. supra, annot. 10.), audientiarum numerus magis

[33]) Eius generis aliquid in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ reperitur, ubi secundum acta congregationis particularis „super sanctis locis“ die 11. Februarii 1639 habitae (fol. 240 seqq.) haec verba sequuntur: „Die 11. Februarii 1639. Post congregationem habitam super sanctis locis in palatio Em^mi domini cardinalis Spadae, convocatis eodem Em^mo d. cardinali Spada et dominis cardinalibus Pamphylio, Pallotto et Barberino, relatoque decreto edito in congregatione particulari super negotio Boemiae habita die 14. Januarii proxime praeteriti [ibid., fol. 216 seqq.] in causa Leopoldi Maioris...., placuit Patribus ɔc“ (ibid., fol. 243). Hoc loco fas est opinari consessum hunc, in quo decretum in congregatione particulari die 14. Januarii 1639 factum emendatum est, in aedibus Bernardi cardinalis Spada, ubi ante annum 1634 etiam congregationem generalem celebratam esse constat (v. supra, annot 9), peractum esse. Magis dubium est, quod in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1626 e 1627“ legitur: ibi enim 61^ae congregationis generalis die 28. Julii 1626 habitae acta, quae 32 decreta continent, haec verba sequuntur: „33°. Die 28. Julii 1626 significante apostolico Poloniae nuntio Capucinos in regnum illud introducendos [v. infra, num. 359, 384, 385, 386, 463] ex regis sententia primum in Prussia habitationem figere debere, S. Cong^o ita fieri mandavit“ (fol. 102 b.) Modus enim, quo hocce decretum actis 61^ae congregationis generalis additum est, nisi forte negotium illud in eadem congregatione quidem tractatum, secretarius vero id eius actis inserere oblitus est, nec ubi, nec quo tempore post congregationem peractam, nec a quibus quotve cardinalibus de re deliberatum sit, ostendit.

[34]) Mandatum, quo Innocentius X. congregationem particularem super pontificiis seminariis extra Urbem renovavit (v. supra, annot. 29), „die 25. Octobris 1644 in camera S^mi D. N. Innocentii X.“ datum est („Acta S C. de P. F. anno 1644 e 1645“ fol. 161 b).

[35]) V. ex. gr. infra, num. 145 (annot. in fine): decretum congregationis vicesimae die 24. Augusti 1624 habitae (num. 146) summus pontifex die 5. Septembris eiusdem anni confirmavit; vel num. 321 (annot. 3): decretum congregationis die 29. Octobris 1625 peractae a summo pontifice in audientia die 30. Martii 1626 Octavio cardinali Bandini concessa emendatum est; vel num. 398 (annot. in fine): decretum congregationis die 4. Maii 1626 habitae a summo pontifice die 20. Maii 1626 approbatum est.

exiguus fuit, quam tempore, quo summus pontifex congregationibus interesse non solebat.[36]) At etiam tempore, quo congregationes coram S^mo non celebrabantur, fiebat, ut earum (tam generalium quam particularium) decreta eodem die, quo facta sunt, confirmarentur.[37])

Etsi audientiae S^mi eo praecipue fine sunt institutae, ut decretis S. Cong^nis de P. F. auctoritatis apostolicae robur impetrari posset, accidebat tamen, ut de certis negotiis ab eadem S. Cong^ne dependentibus prius in audientia ad summum pontificem quam ad eam vel eius praefectum referretur, vel ut idem pontifex ex audientia S. Cong^ni motu proprio aliquid praeciperet.[38]) Fiebat etiam, ut libellos supplices ad summum pontificem e regionibus S. Cong^nis de P. F. iurisdictioni subiectis datos, quos ille ei delegaverat, S. Cong^o, re deliberata, rursus ad pontificem mitteret, ut in audientia de ea decerneret.[39])

[36]) Non omnia decreta in congregationibus coram pontifice celebratis facta ab eo confirmata esse censebantur; ex. gr. decretum congregationis 52^ae numero 18° signatum verba: „Eodem die S^mus decretum S. Cong^nis approbavit“ (v. infra, num 352) sequuntur, ubi tamen non dicitur id congregatione, cui summus pontifex intererat, durante factum esse. Decretum congregationis 57^ae coram S^mo die 1. Junii 1626 celebratae, quod numero 35° signatum est, idem Urbanus VIII. demum die 3. Junii 1626 confirmavit (v infra, num. 408 annot. 16.).

[37]) Rescriptum decreti 30^i in congregatione generali die 2. Maii 1719 facti haec verba sequntur: „Ex audientia S^mi habita die eadem: S^mus concessit mille indulgentias ɔc“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1719“ fol. 148); itidem decretum congregationis generalis die 13. Novembris 1719 peracte, quod numero 12° signatum est, eodem die confirmatum est: „Eodem die ex audientia S^mi : S^mus annuit“ (ibidem, fol. 423); pari modo secundum rescriptum decreti undecimi in congregatione generali die 8. Januarii 1720 habita facti haec verba leguntur: „Ex audientia S^mi die 8. Januarii 1720: S^mus annuit“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1720“ fol. 9). — Quod ad decreta particularis congregationis de rebus Bohemiae spectat, v. supra, annot. 22.

[38]) In audientia die 3. Decembris 1644 „referente E^mmo domino cardinali Spada, S^mus D. N. mandavit procuratori generali Capucinorum, ut P. Valeriano de Mediolano .... licentiam concedat ingrediendi Urbem ɔc“ („Acta S. C. de P. F. anno 1644 e 1645“ fol. 190). Quod negotium a S. Cong^ne de P. F. dependens ante diem 3. Decembris 1644 in congregatione non est relatum. Causam S. Cong^nis de P. F. secretarius Franciscus Ingoli a tergo epistolae ab eodem Fr. Valeriano de Magni die 1. Octobris 1644 Varsavia datae his verbis scribit: „Il signor cardinale di S. Onofrio è tanto contrario al P. Valeriano, che forse sarà bene parlarne in camera con S. S^tà per haver la licenza ɔc“ („I. Memor. 1644. Num. 407“ fol. 137 a, b). — Quod ad praeceptum a summo pontifice Clemente XI. ex audientia S. Cong^ni de P. F. motu proprio die 3. Januarii 1704 datum pertinet, v. supra, in annot. 21.

[39]) A tergo literarum a cardinali ab Harrach die 7. Aprilis 1666 ad summum pontificem datarum, per quas ei supplicabatur, ut mortuo suffraganeo Pragensi Martinum Kemlich surrogaret, praeter alia haec verba scripta sunt: „La S^tà di N. S^re ha rimesso alla S. Cong^ne una lettera del signor cardinal Harrach ɔc. — Die 8. Junii 1666 [dies, quo negotium in congregatione generali tractatum est]: Cum S^mo. [m. pr.] Manfronus prosecretarius. — Ex audientia S^mi: Die 30. Junii 1666 S^mus approbavit Martinum Kemlich pro suffraganeatu Pragensi, sed mandavit, ut mutetur titulus ecclesiae Constantinensis ɔc“ („Germania, Boemia, 23. Num. 327“ fol 310 b).

Falsum esset credere audientias cum S^mo^ praecipue inde ab anno 1666 solum secretarium habuisse.[40]) E contra idem mos, qui ipso S. Cong^nis^ de P. F. initio vigebat, ut, dico, audientias tam cardinalis praefectus (vel senior, vel etiam alius) quam secretarius haberent,[41]) etiam seculo XVIII. exeunte durabat, illo tantum discrimine interposito, quod hocce tempore audientias solummodo S. Cong^nis^ de P. F. praefectus vel secretarius habebant.[42])

Crescente negotiorum, quae S. Cong^ni^ de P. F. afferebantur, mole, fieri non potuit, ut omnia in congregationibus sive generalibus sive particularibus perficerentur. Primum id die 5. Novembris 1622 in congregatione generali 18^a^, quae omnium prima coram summo pontifice („sub baldachino" sedente) celebrata est,[43]) evenisse primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius Franciscus Ingoli his verbis testatur: „ . . . . 2° Ego legi literas nuntiorum et aliorum et simul libellos supplices, quos elegeram, ne diutius, quam par erat, protraheretur congregatio ∝" („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 19 b et 20). Si hoc loco fas est credere id tantummodo adversae valetudinis, qua Gregorius XV. tunc utebatur, respectu[44]) factum

[40]) Conf. Dr. A. Pieper, l. c., pag. 87, 88; Kollmann, O archivu Sv. Kongregace de propaganda fide (in Čas. mus. král. Č., 1892, pag. 426).

[41]) Audientiam die 20. Maii 1626, quam supra (in annot. 35) commemoravimus, secretarius Franciscus Ingoli, die autem 3. Junii 1626 Octavius cardinalis Bandini, qui tunc omnium S. Cong^nis^ de P. F. cardinalium senior fuit, habuit (v. ibidem et infra, num. 398 et 408). Bernardus cardinalis Spada, qui die 3. Decembris 1644 audientiam S^mi^ habuit (v. supra, annot. 38) nec S. Cong^nis^ de P. F. praefectus nec tunc temporis senior cardinalis erat; pari modo Antonius cardinalis Barberini, quem cardinalem s. Honuphrii vocabant, in audientia, quam die 7. Novembris 1639 habuit, ad Urbanum VIII. fratrem germanum de S. Cong^nis^ de P. F., cuius tunc praefectus erat, decretis retulit („Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639" fol.400 b).

[42]) In volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1720" in margine folii 311 b, in quo acta congregationis generalis die 3. Junii 1720 peractae reperiuntur, haec verba leguntur: „Si noti, che per udienza particolare di N. S^re^ data al signor cardinal prefetto li 15 Giugno 1720 si è fatta la spedizione della grazia per rescritto, come nel libro de' decreti generali sotto il medesimo giorno." — Pari modo in vol.: „Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 5" fol. 17 legimus: „Ex audientia S^mi^ habita per Em^mum^ praefectum die 30. Novembris 1741." Ut hoc colloquium cardinalis praefectus peteret, S. Cong^o^ de P. F. in congregatione generali die 28. Novembris 1741 habita decrevit. Cuius decreti verba sunt haec: „Ad Em^mum^ praefectum ponentem cum S^mo^, ut dignetur committere causam S. Cong^ni^ Concilii ∝". — Et in volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1786. Num. 24" audientiae die 1. Junii 1786 habitae acta sic scripta sunt: „Ex audientia S^mi^ die 1. Junii 1786. Pro gratia in forma commissoria ∝. L. card. Antonellus praefectus" (fol. 185 b). — Multo crebriora audientiarum S. Cong^nis^ de P. F. secretarii cum summo pontifice habitarum sunt in eiusdem S. Cong^nis^ archivio exempla.

[43]) V. infra, num. 23 (pag. 88).

[44]) V. etiam ea, quae de congregationibus coram S^mo^ habendis supra, ubi congregationum praeparatoriarum mentio fit (v. annot. 10). dicta sunt.

esse, necessitas ipsa mox S. Cong^nem^ coegit, ut exemplum illud frequenter sequeretur. Itaque mox mos invaluit, ut in congregationibus generalibus solum res maioris momenti tractarentur, reliqua vero negotia senior S. Cong^nis^ de P. F. cardinalis (temporibus posterioribus autem cardinalis eidem S. Cong^ni^ praefectus) una cum secretario eiusdem S. Cong^nis^ transigerent.[45]) Eorum consessus initio varie nominabantur: modo „colloquia", modo „audientiae privatae Em^mi^ domini cardinalis praefecti," modo „colloquia sive audientiae," saepissime tamen et tempore posteriore fere per eminentiam „congressus" (italice: „congresso del segretario coll' Em^mo^ prefetto") dicebantur.[46])

Hi congressus primo semel vel bis pro rerum necessitate singulis mensibus, posterius autem octavo quoque die peragebantur, in iisque omnia scripta allata lustrabantur, pro sua natura vel generalibus vel particularibus congregationibus attribuebantur, vel statim expediebantur, si praefecti auctoritas ad ea sufficiebat.[47]) Fiebat etiam, ut negotia e congressu ad congregationem aliquam missa, vi decreti ab eadem facti in congressum reverterentur a cardinali praefecto cum secretario transigenda.[48])

Congressuum, qui frequentissimi fuerunt, acta rarissima in S. Cong^nis^ de P. F. archivio inveniuntur, ita ut neque comperire possimus, quot singulis annis mensibusve congressus peracti sint, neque, quo singularum septimanarum die congressus potissimum habiti sint, neque, quae personae singulis congressibus interfuerint. E paucis autem,

[45]) Prima exempla huiusmodi v. infra, in annotationibus in fine numerorum 160, 161, 162, 166, 167, 168, 177 ∝ positis, ubi verba: „Lecta cardinali Bandino", quae a tergo literarum S. Cong^ni^ de P. F. allatarum in secretaria eiusdem S. Cong^nis^ ascripta erant, leguntur. Octavius cardinalis Bandini anno 1624, quo anno omnes illae epistolae datae sunt, senior S. Cong^nis^ de P. F. cardinalis fuit.

[46]) Nomen „colloquia" ex. gr. anno 1633 et 1637 („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 345 b, „Acta S. C. de P. F. anno 1636, 1637" fol. 430), nomen „audientiae privatae" anno 1641 („Acta S. C. de P. F. anno 1640 e 1641" fol. 414 b, 419 b), nomen „colloquium sive audientia" anno 1650 („Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650" fol. 377) inveniri potest. — In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1636, 1637" fol. 430 etiam „colloquium secretarii circa sancta loca habitum cum domino cardinali Albernotio" legitur, qui cardinalis S. Cong^nis^ de P. F. neque senior neque praefectus fuit.

[47]) Conf. Pieper, l. c., pag. 87.

[48]) Id ex. gr. in congregatione generali die 3. Julii 1719 peracta factum est, in cuius decreto 25° haec verba leguntur: „Rescriptum: ad dominum secretarium cum Em^mo^ praefecto pro expeditione et destinatione missionariorum, auditis superioribus, generalibus Capucinorum et Reformatorum" („Acta S. C. de P. F. de anno 1719" fol. 277 b.) — Congregatio generalis die 3. Martii 1722 habita eodem modo decrevit: „Rescriptum: arbitrio Em^mi^ praefecti et domini secretarii" („Acta S. C. de P. F. de anno 1722" fol. 50 b).

quae reperiuntur, actis apparet congressibus praeter cardinalem praefectum (senioremve) etiam alias, imo et extraneas personas interdum interfuisse.[49]) Epistolae, quae solummodo in congressibus recitatae sunt, suos quidem in S. Cong^nis de P. F. archivio tomos habent, sed e verbis, quae a tergo earum in eiusdem S. Cong^nis secretaria ascripta sunt, non semper apparet, in quo congressu, quo die relatae sint; id potius e tomis literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum colligi potest, praecipue eo tempore, quo eidem S. Cong^ni in usu erat epistolis, quas singulae congregationes sive generales sive particulares scribi iusserunt, eundem, quo congregationes illae habitae sunt, diem ascribere; si enim in tomis literarum eo tempore missarum aliquot a S. Cong^ne missas literas invenimus, quibus omnibus quidem idem dies, at non ille, quo aliqua congregatio generalis (vel particularis) peracta est, ascriptus est, iure optimo existimare possumus congressum aut eo die aut paulo ante esse habitum.[50])

[49]) Ex. gr in vol.: „Acta S. C. de P. F. anno 1646 e 1647“ unius congressus acta sic scripta sunt: „Die 3. Martii 1646 fuit congressus apud Emmum dominum cardinalem Capponium [qui tunc temporis S Congnis de P. F. senior cardinalis fuit] circa Carolinam universitatem et seminaria Pragensia, cui interfuerunt P. Ariaga Jesuita et secretarius Ingolus ∝“ (fol. 39b). Qui P. Robertus Ariaga S. Congni de P. F. nunquam adscriptus est. At hic congressus potius congregatio particularis fuit, prout etiam in actis 26ae congregationis generalis die 27. Februarii 1646 peractae legi potest, quae sic scripta sunt: „ . . . S Congo probavit sententiam eiusdem domini cardinalis Capponii, ut habeatur congregatio particularis super differentiis Patrum Societatis cum Emmo domino cardinali de Harrach apud Emtiam Suam cum secretario Ingolo et P. Ariaga Societatis praedictae ∝“ (ibid. fol. 29b — 30) — Idem, quod modo de primo, etiam de altero congressu die 7. Martii 1646 „circa negotia Carolinae et seminariorum Pragensium apud Emmum dominum cardinalem Capponium [habito], in quo interfuit . . . . Ingolus et P. Robertus de Arriaga Jesuita ∝“ (ibid. fol. 40b), dictum esse puta. — Aeque dubius est congressus, cuius acta sic scripta sunt: „Die 16. Septembris 1648 in audientia sive colloquio cum Emmo domino cardinali Capponio, praesente R. P. D. Lanuvio [S. Congnis de P. F. iudice substituto] Emtia Sua infra scripta ordinavit: 1o ∝“ („IX. Acta congregationum partic. pro statu temp. S. C. de P. F. Num. 9“ fol. 252), nam et hic et alii congressus die 22. Januarii 1648 (ibid., fol. 197b: „Die 22. Januarii 1648 fuit colloquium cum Emmo domino cardinali Capponio ante sequentem congregationem de statu temporali ∝“), 9. Septembris 1648 (ibid., fol. 251 et in volumine „V. Congregat. de collegio Urbano et statu temporali. Num. 5.“ fol. 170) et 16. Septembris 1648 („IX. Acta congregationum partic. pro statu temp. S. C. de P. F. Num. 9“ fol. 252 et „Visite e collegii dell' anno 1648. Num. 29“ fol. 432) habiti c o n g r e s s i b u s o f f i c i a l i u m (de quibus inferius, pag. XXIII) simillimi sunt.

[50]) In volumine „Lettere della S. Congne ∝ 1719. Num. 108“ ex. gr. aliquot epistolae a S. Congne de P. F. die 23. Decembris 1719 datae et in una ex iis (fol. 592b) haec verba leguntur: „In questo punto mi si notifica dal signor cardinale Sacripante, prefetto di questa S. Congne e prodatario, havere la somma clemenza di N. Sre conferita a V. Sia la semplice vicaria ∝.“ Has igitur epistolas omnes in congressu die 23. Decembris 1719, quo nulla congregatio generalis habita est, peracto scribi esse iussas verisimillimum est. — Pari modo in voluminibus „Lettere della S. C. dell' anno 1722. Num. 112“ et „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1722. Num. 113“ complures epistolae die 17. Januarii 1722 datae reperiuntur; cum autem congregatio generalis proxima die 19. Januarii eiusdem anni celebrata sit, fas est credere epistolas illas e congressu datas esse.

Ab his congressibus secretarii cum S. Cong^nis de P. F. praefecto c o n g r e s s u s o f f i c i a l i u m (congressi d' offitiali) discernendi sunt, qui congregationi particulari super statu temporali (v. supra, pag. XIV) cohaerent. Officialium congressus, quibus S. Cong^nis de P. F. agens, computista, tabularii praefectus, collegii Urbani rector atque procurator interesse debebant,[51]) vi decretorum die 12. Augusti 1651, 23. Januarii 1652, 26. Januarii 1654, 26. Februarii 1654, 15. Februarii 1674 factorum paulo ante quemcunque congregationis particularis, quam modo diximus, consessum, posterius singulis mensibus, immo singulis septimanis peragi debebant, et quilibet officialium, quos diximus, negotia, quae in proxima congregatione particulari proponenda censebat, annotata apportare debebat. Quibus consessibus aut cardinalis, qui particulari congregationi de statu temporali praeerat, aut cardinalis mensarius, aut etiam S. Cong^nis de P. F. secretarius praesidere solebat.[52])

Etiam in his officialium congressibus negotia Bohemica interdum tractabantur.[53])

Alia praeterea munia a S. Cong^ne de P. F. obeunda ad eandem congregationem particularem de statu temporali spectabant: huius generis sunt v i s i t a t i o n e s collegii Urbani, e x a m i n a a l u m n o r u m tam in idem collegium assumendorum, quam in eo studiis operam iam navantium (inter utrosque etiam Bohemi erant), v i s i t a t i o n e s t y p o g r a p h i a e a S. Cong^ne de P. F. institutae.[54])

[51]) Nonnulli S. Congnis de P. F. officiales etiam congregationibus particularibus de statu temporali interdum interesse solebant: die 30. Januarii 1649 v. gr. „fuit congregatio particularis de statu temporali S. Congnis de P. F. in collegio de Propaganda, cui interfuerunt 3 cardinales, videlicet 2 fixi, Spada scilicet et Capponius, et mensarius, videlicet Sfortia, et RR. PP. DD. Lanuvius iudex, Vermigliosus advocatus, d. Joannes Liberatus procurator et d. Serugus agens ∝“ („IX. Acta congregationum partic. ∝. Num. 9“ fol. 266).

[52]) In actis officialium congressus die 26. Julii 1650 habiti, quae verbis: „Congresso d' offitiali ai 26 Luglio 1650. — Cose che si dovranno ricordare al signor cardinal d' Harrach“ incipiunt, haec verba leguntur: „ . . . . Il signor Giovanni mi [secretarius intelligendus est] darà la copia della sentenza ∝“ („VI Congregat. de studiis, missionibus et statu temporali. Num. 6“ fol. 397). — Alius congressus huiusmodi acta ita incipiunt: „Die 10. Julii 1689 fuit congressus super statu oeconomico, in quo interfuerunt Emmus dominus cardinalis Spinula, praefectus super statu temporali, R. P. D. Odoardus Cybo secretarius, [Dr. Joannes] Camilus Peretius et Leonardus Libri agens, et fuit discussum ∝“ („Tomo XV. Cong. partic.: stato temporale ∝. Num. 28“ fol. 30).

[53]) In actis officialium congressus die 11. (vel 17.?) Augusti 1650 habiti haec verba ex. gr. leguntur: „Il computista faccia una instruttione al cassiero del sale di Boemia ∝“ („VI. Congregat. de studiis, missionibus et statu temporali Num. 6“ fol. 390).

[54]) Visitationum collegii Urbani aliaque eiusmodi acta in tomis, qui „Scritture riferite nei congressi: collegio Urbano ∝“, „Visite e congni particolari sopra i collegii ∝ 1692. Num. 35“, „Scritture di visita del colleg. Urbano ∝ 1674 ∝. Num. 33,“ „Congreg. particul. 1667 ∝.

Aliorum collegiorum (seminariorumve) in Urbe institutorum visitationes ad alias congregationes particulares de P. F. pertinebant.[55])

Certo modo etiam congregationes cardinalium collegii Germanici (Ungarico-Germanici) protectorum S. Cong^ni de P. F. cohaerebant: non solum enim hae congregationes aliquamdiu in S. Cong^nis de P. F. aedibus peragebantur, sed etiam, quando rursus in collegio Germanico habebantur, eiusdem S. Cong^nis de P. F. secretarius his consessibus intererat eorumque Actis, quae ad eius officium pertinebant, nomen subscribebat.[56])

Num. 21", „Collegii 34, 35, 36, 37: Urbano. Num. 379", „Collegii 38 usque 41: Urbano. Num. 380", „Collegii 50 usque 65: Urbano. Num. 381" aliterque inscribuntur; reperiri possunt. — Examina alumnorum, inter quos etiam Bohemi esse solebant, ex. gr. 17. Augusti 1647, 4. Februarii et 16. Septembris 1648, 5. Decembris 1657 habita sunt („Acta S. C. de P. F. anno 1646 e 1647" fol. 476b, „Acta ∝ anno 1648" fol. 13 et 159b, „Acta ∝ anno 1657" pag. 600). — S. Cong^nis de P. F. typographia primum die 6. Decembris 1639 visitata est („Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639" fol. 414); visitationem annis 1640 et 1641 complures congregationes particulares de negotiis typographiae secutae sunt. — Etiam typographia S. Cong^nis de P. F. ad investigatores Bohemicarum rerum gestarum quadamtenus pertinet: nam inde a 31. Julii 1657 usque ad mortem, quae eum 5. Julii 1691 corripuit („Scritture origin. riferite ∝ 1691. Num. 509": congr. 30. Julii 1691 num^o 26°), Zachariae Dominici Aksamítek de Kronenfeld, S. Cong^nis typographi, Bohemi, curae commissa erat („Acta S. C. de P. F. anno 1657" fol. 247b), quem multorum annorum spatio alius, aeque insignis typographus Bohemus, Joannes Jacobus Komárek, eius nepos, adiuvabat („Scritt. orig. rif. ∝ 1691" l. c.), et cui defuncto Franciscus Maria Aksamítek filius et Franciscus Rossi gener successerunt (ibid., l. c.). Qui Zacharias Dominicus Aksamítek de Kronenfeld primus (et quidem iam anno 1673) S. Cong^ni de P. F. suasit, ut tabernam librariam pararet „in luogo frequentato e di concorso, acciò capitandovi le varie nationi che in questa grande e commune patria si trovano, e vedendovi detti libri per la maggior parte fin hora a molti d' esse affatto ignoti, se ne venga a facilitare la vendita con avantaggio della stamperia ∝" (Scritture orig. rifer. ∝ 1673. Num. 442" fol. 52). — S. Cong^nis de P. F. typographia in custodiam unius e congregationis particularis de statu temporali cardinalibus committebatur.

[55]) Visitatio v. gr. seminarii seu collegii missionum s. Pauli in conventu s. Mariae de Victoria ordinis Carmelitarum Discalceatorum (in quo etiam eiusdem ordinis Fratres e Bohemia oriundi studiorum causa interdum versabantur) die 27. Novembris et 7. Decembris 1639 a S. Cong^ne de P. F. peracta est, quas duas anno 1640 aliae quatuor visitationes et die 3. Julii congregationis particularis consessus secuti sunt („Acta S. C. de P. F. a. 1638 e 1639" fol. 412 seq., 415 seqq. et „Acta ∝ 1640 e 1641" fol. 2b, 24, 34, 51b, 129). Multorum seminariorum huiusmodi visitationes e praescripto Clementis IX. S. Cong^nis de P. F. secretarius perficiebat, de quibus postmodum ad congregationem particularem, quam spectabat, referebat. In volumine: „Scritture riferite nei congressi: collegio di s. Pietro Montorio dal 1666 al 1739 con carte senz' anno. Num. 1" ex. gr. haec verba legimus: „Avendo io visitato nel giorno di mercordì 24 del cadente mese [in marg.: „di Settembre"] il collegio regolare de Padri Minori Osservanti riformati di s. Pietro Montorio secondo il prescritto del noto breve della s. mem. di Clemente IX., mi do l' onore di dare all' Em^ze Vostre il presente succinto ragguaglio ∝" (fol. 575). Et a tergo illius scripti verba: „Visita fatta da Monsr segretario 1732" reperiuntur.

[56]) Congregationum (visitationumve) collegii Germanico-Ungarici acta in voluminibus: „Cong^ni particolari e visite de collegii pontificii: Germanico ∝. Num. 36", „Cong^ne del collegio Germanico, tomo I. 1697 al 1723. Miscell. collegi, tom. II.", „Decreti del collegio Germ^co, tom. II. Miscell. collegi, tom. III.", „Miscell. collegi t. IV. Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici, tom. III.", „Miscell. colleg. tom. V. Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici, tom. IV" leguntur. — Etiam in hocce collegio iuvenes Bohemos vel Moravos Silesiacosque literis studuisse constat.

III. DE S. CONG^NIS DE P. F. CANCELLARIAE ARCHIVIIQUE OFFICIALIUM MUNIBUS.

Omnia sui muneris officia secretarius solus sustinere non potuit. Erat profecto, cur administrorum opera uteretur, quod iam primi S. Cong^nis de P. F. secretarii Francisci Ingoli tempore viguisse constat (v. supra, annot. 30.) Quorum administrorum, officialium, numerus tam ipso S. Cong^nis de P. F. initio, quam seculo XVIII. exeunte exiguus erat. Quot autem quo tempore fuerint, et quae sui quisque muneris officia exsequi debuerit, ipsorum libelli supplices anno 1784 S. Cong^ni de P. F. porrecti[57]) relatioque („ponenza") a Vitaliano cardinali Borromeo in congregatione generali die 17. Maii 1784 recitata[58]) clarissime ostendunt.

Cuius relationis verba, omissis, quae ad rem non faciunt, sunt haec:

„Stato primitivo. — La segretaria della S. Cong^ne fu da principio servita da un minutante e due scrittori. Questi venivano prescelti e mantenuti da Monsr segretario, che somministravagli abitazione, tavola, biancherie per letti e provvisioni ovvero salarii, e che riceveva a tale effeto dalla liberalità delli due primi cardinali preffeti di essa S. Cong^ne, Ludovisio e Francesco Barberini, ‚scudi 300 l'anno oltre le stanze nel palazzo della Cancellaria ed il commodo di cucina per se e per li tre giovani sopradetti ed oltre il rimborso di cio, che occorreva spendersi per uso di detta segretaria'. Di cio assicuraci Monsr Ingoli, che fu il primo segretario della S. Cong^ne, in una sua memoria intitolata ‚Stato e bilancio' della segreteria esistente nel tom. 2° della congregazione al fol. 353.

Assegnò in appreso la S. Cong^ne alli suddetti tre giovani di segretaria il rispettivo loro salario, cioè scudi dieci il mese al minutante D. Valerio Milzetti nel 1639, e scudi cento l'anno per cadauno alli due scrittori nel 1636, oltre la casa nel palazzo Ferratino, lasciato alla S. Cong^ne da Monsr Vives, cuoco, medico e barbiere pagati, ed altre annesse commodità, senza che per altro apparisca, che o al minutante o alli scrittori per tutto il tempo che fu segretario Monsr Ingoli (e lo fu sino alla morte per anni 27, cioè dal 1622 al 1649) siasi giammai accordata veruna straordinaria somministrazione.

Gli obblighi e le incombenze del minutante consistevano, siccome rilevasi dalla sopraccennata memoria di Monsr Ingoli, nell' aver cura di sommariar le

[57]) Uterque libellus in volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 17 Maggio e 27 Luglio 1784. Num. 867": „congr^o 17. Maii num^o 19°" legitur.

[58]) Vitaliani cardinalis Borromeo relatio verbis: „Osservazioni su le istanze degli officiali della segretaria e dell' archivio della S. Cong^ne estratte dalli registri della medesima Sagra Cong^ne" inscripta in volumine „Acta S. Cong^nis de P. F. anni 1784" fol. 392 seqq. reperitur.

lettere, relazioni (vale a dire di compendiarne a tergo il contenuto),[59]) di far le minute delle lettere volgari e latine sopra i decreti, che stende il segretario,[60]) di metterle in netto per farle sottoscrivere, di riveder li registri di esse,[61]) se stassero conformi alle minute, e finalmente di soprastare al dispaccio delle lettere, acciò non si facesse errore in mandarle.[62])

Gli obblighi poi e le incombenze dei due scrittori erano le seguenti: il primo aveva cura di registrare tutte le lettere sì volgari, come latine,[63]) farne li dupplicati e triplicati, che sono frequentissimi, perchè si mandano in parti lontanissime, fare in forma signandi tutti li decreti, che si mandano agli ufficiali delle corti, a nunzii, a vescovi e a missionarii,[64]) e piegare e sigillare e far le soprascritte alle lettere.

Il secondo aveva cura di copiare le scritture (cioè le relazioni, o siano ristretti) che faceva esso segretario,[65]) e che gia non eran poche, massimamente

[59]) V. supra, pag. VI–VII.

[60]) Franciscus Ingoli decretorum in congregatione factorum commentarios frequenter a tergo literarum, libellorum aliorumve scriptorum, de quibus in ea deliberatum est, annotabat idque in consessibus ipsis interdum fecisse videtur (v. inferius in hoc capite: „4. Lettere originali riferite").

[61]) Tomi significantur, qui verbis „Lettere latine" vel „Lettere volgari della S. C.", vel „Lettere della Congne" vel „Lettere [interdum: „Biglietti"] di Monsr segretario" inscripti sunt (v. inferius in hocce capite: „6. Lettere della S. Congne").

[62]) Haec circumspectio non impedivit, quominus errores acciderent (v. infra, num. 306). — Idem etiam posterioribus temporibus accidebat: exemplum eiusmodi in tomis literarum a S. Congne datarum reperimus; ibi enim in margine epistolarum a S. Congne de P. F. ad Mathaeum Josephum Peterka, parochum Eltenbergensem in Germania (in districtu Düsseldorfensi), qui collegii de P. F. alumnus fuerat et de suo statu S. Congnem de P. F. quotannis certiorem reddebat, datarum saepissime quidem intitulatio, quam vocant, iusta: „Germania" legitur (v. gr.: „Lettere della S. C. dell' anno 1762. Num. 200" fol. 17b et „Lett. della S. C. dell' anno 1769. Num. 214" fol. 57b), sed in margine epistolae die 7. Januarii 1764 ad eum missae intitulatio: „Transilvania" („Lett. della S. C. dell' anno 1764. Num. 204" fol. 14b) et in margine literarum die 17. Januarii 1767 ad eum datarum intitulatio: „Belgio" („Lett. della S. C dell' anno 1767. Num. 210" fol. 12) ascripta est! – Alii errores S. Congnis de P. F. secretaria invita accidebant. Id literae ab eiusdem S. Congnis secretario ad internuntium Flandriae die 15. Octobris 1672 datae his verbis testantur: „. . . . Nella materia delle spedizioni de' brevi è solito, che si faccino frequentemente de gl' errori, mentre, dovendosi questi mandare in segreteria di stato, segue ordinariamente l' invio assai tardi, nè sapendosi, con che fine siano stati scritti, si trattengono ivi, finchè ne prendono informatione dai segretarii ∝" („Lettere di Monsr secreto anno 1672. Num. 60" fol. 81).

[63]) V. supra, annot. 61.

[64]) Decreta „in forma authentica" hic significantur, quae Francisci Ingoli tempore quidem decretis, prout in tomis „Actorum" leguntur, simillima erant, posterius autem, praecipue inde a tempore, quo prima decretorum pars (summarium) italice, altera (rescriptum) latine scribebantur (v. inferius in capite IV: „1. Acta S. Congnis"), multum ab iis differebant, cum usque in finem seculi XVIIIi „decreta in forma authentica" tantum latine conficerentur, neque fieri posset, ut summaria integra, quae nonnunquam longissima erant, decreto continerentur; quapropter summaria decretorum, cum „decreta in forma authentica" vel „decreta in forma signandi" conscriberentur, abbrevianda et latine reddenda, rescripta autem, quae in „Actis S. Congnis" latine quidem, sed concise scribebantur, frequenter pluribus verbis perscribenda erant.

[65]) V. supra, pag. VII.

per uso delle congregazioni particolari,[66]) e li dubii ed articoli che si disputavano in dette congregazioni, inoltre di fare le copie delle scritture, che si mandano a nunzii, a vescovi ed a missionarii, di registrar le istruzioni[67]) ed in fine di far le tavole agli registri et a tutti i volumi, che si legano ogn' anno, ed agli atti della Sagra Congne, e ciò importa grandemente (aggiunge ivi Monsr Ingoli) e ricerca una diligenza ogni due anni di più mesi, acciò si possino subitamente trovare le risoluzioni fatte dalla S. Congne in tutti li negozii, che si propongono.

Con questi oblighi ben discreti e colle sopra indicate commodità e provvisioni per que' tempi assai cospicue, caminarono le cose tutte della nascente segretaria sotto il governo di Monsr Ingoli con un ordine, con un regolamento, con una attenzione e con una quiete veramente ammirabile; ed ammirabili a dire il vero furono li vantaggi, che ritrasse la cattolica fede da tante missioni e da tante pie opere o erette o promosse in que' primi anni dalla S. Congne.

Stato progressivo. — Ma, appena mancato Monsr Ingoli, gli affari della segreteria cominciarono a prendere diverso aspetto. Li di lei officiali continuavano ad essere li medesimi in quanto al numero, ed a godere delle solite provvisioni e commodità, ma gli obblighi a ciascuno corrispondenti erano gia divenuti di gran lunga maggiori, sicchè o negligentavano il proprio dovere, o si licenziavano dal servizio. La S. Congne accresceva e dilatava le sue cure a misura, che andava crescendo le proprie rendite, e mancando alli successori di Monsr Ingoli o il tempo o la volontà o la prattica per fare quel tanto, che facevasi da detto degnissimo prelato, cioè per stendere li decreti, le scritture, o siano registri per le congregazioni e le istruzioni o memorie, veniva a rifondersene tutto il peso negli officiali della segreteria e principalmente nel minutante. Infatti nel breve giro di dieci o dodici anni successero a D. Valerio Milzetti niente meno, che sette minutanti, cioè Girolamo Fabri nel 1647, Francesco Spaccasassi nel 1649, Paride de Grassis nel 1650, Alessandro Corbices nel 1651, Vincenzo Falconi nel 1652, D. Pier Simone Galli nel 1653 e D. Giovanni Battista Galarati nel 1659.

Per la stessa ragione anche l'archivio è stato soggetto a cambiar spesso li suoi sostituti, mentre il solo archivista Zambecchini giuniore ebbe la disgrazia di avere un dopo l' altro quattro sottoarchivisti, vale a dire Giuseppe Amici, Giacomo Antonio Bianconi, D. Raimondo Giaccone e D. Domenico Baiardi, de' quali due primi si licenziarono spontaneamente, il terzo fu dimesso dalla S. Visita, ed il quarto finalmente gli successe nell' officio.

Si avvidde la Sagra Congne dell' origine di sì frequenti mutazioni e de' gravi danni, che alli di lei interessi ed alla pronta ed ordinata spedizione degli affari dalle medesime mutazioni non possono non derivare, e perciò ha procurato in ogni tempo di rimediarvi, proporzionando non meno il numero, che le provvisioni ed emolumenti de suoi officiali all' accrescimento delle rispettive loro incombenze e fatiche.

[66]) V. infra, cap. IV.: „2. Congregazioni particolari".

[67]) Instructionum pauci tomi in S. Congnis de P. F. archivio reperiuntur; nonnullae ex iis, quae in primo („A") instructionum tomo leguntur, infra (v. num. 83, 174 b, 297 b) typis redduntur.

Ed incominciando dal numero, ingiunse sin dal 1653 la piena congregazione a Monsr segretario Massari[68]) in congiuntura d' essersi licenziato dall'impiego di minutante D. Pier Simone Galli di prendere non più uno, ma due giovani per tale officio, come fu allora eseguito; e sebbene nei principii del corrente secolo tornasse di nuovo il minutante ad essere uno solo, contuttociò nel 1717 fu ristabilito il secondo minutante in persona del canonico Carlo Uslenghi, a cui, divenuto primo nel 1720, per essersi giubilato il minutante canonico Bianciardi, fu subito accordato il secondo in persona del canonico Tommaso, di lui fratello, ed a questi si aggiunse il terzo nel 1741 in persona di Carlo Coquelines, e finalmente il quarto minutante nel 1757 in persona dell' abbate D. Luigi Bandini a proposta della chiara memoria del cardinale Nicolò Antonelli, fatto di recente segretario.

[68]) Francisci Ingoli, S. Congnis de P. F. primi secretarii, successores fuerunt: 2. Dionysius Massari inde a die 30. Augusti 1649 („Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650" fol. 266 b) usque ad mensem Aprilem 1657; 3. Marius Alberici inde a mense Maio 1657 usque ad Augustum 1664, qui anno 1671 nuntius apud aulam imperialem Viennae factus et a. 1675 cardinalis creatus est; quem Antonius Manfroni prosecretarius (inde a mense Septembri 1664 usque ad diem 20. Decembris 1666) secutus est; 4. Hieronymus Casanate inde a die 20. Dec. 1666 usque ad mensem Aprilem 1668, quo S. Officii assessor factus est; 5. Fridericus Ubaldi Baldeschi inde a die 7. Maii 1668 usque ad mensem Martium 1673, quo S. Officii assessor factus et brevi post una cum Hieronymo Casanate cardinalis creatus est; quem Urbanus Cerri prosecretarius usque ad diem 20. Novembris 1673 secutus est; 6. Franciscus Ravizza archiepiscopus Sidoniensis inde a die 20. Novembris 1673 usque ad mensem Maium 1675; 7. Urbanus Cerri inde a mense Junio 1675 usque ad mortem, quam mense Augusto 1679 occubuit; eum Dominicus Corsi prosecretarius usque ad finem anni 1679 secutus est; 8. Odoardus Cybo, archiepiscopus Seleuciae, postea patriarcha Constantinopolitanus, inde ab anno 1680 ineunte usque ad mensem Septembrem anni 1695; 9. Carolus Augustinus Fabroni inde a mense Septembri 1695 usque ad diem 17. Maii 1706; eo Roma absente Antonius Banchieri prosecretarius inde a die 22. Julii 1702 usque ad diem 20. Novembris anni, quem modo diximus, et, cum C. A. Fabroni cardinalis creatus esset, Ulyxes Josephus Gozadini prosecretarius archiepiscopus Theodosiae inde a die 16. Maii 1706 usque ad 30. Septembrem eiusdem anni secretarii munere functi sunt; 10. Antonius Banchieri inde ab ineunte Octobri 1706 usque ad 3. Octobrem 1707; 11. Silvius de Cavalieri archiepiscopus Atheniensis inde a die 3. Octobris 1707 usque ad mensem Januarium 1717, quo diem supremum obiit; eo adversa valetudine utente (inde a die 16. Decembris 1710 usque ad diem 2. Martii 1711) et postquam rebus humanis ereptus est, Carolus Collicola prosecretarius eius vicem explebat; 12. Petrus Aloisius Caraffa archiepiscopus Larissenus inde a die 19. Julii 1717 usque ad mensem Novembrem 1724, cuius absentis munus Dominicus Passionei prosecretarius inde a mense Novembri 1720 usque ad finem Februarii 1721 sustinebat; 13. Bartholomaeus Ruspoli inde ab anno 1725 ineunte usque ad diem 2. Octobris 1730, quo cardinalis creatus est; 14. Nicolaus Forteguerri inde a die 2. Octobris 1730 usque ad diem 7. Februarii 1735, quo fato cessit; eo absente (inde a die 6. Julii 1733 usque ad diem 6. Novembris eiusdem anni), iterumque, cum mortifero morbo affectus esset, (inde a die 24. Novembris 1734 usque ad diem 7. Februarii 1735) Marius Riccardi prosecretarius partibus eius functus est; 15. Philippus Maria Monti inde a die 18. Februarii 1735 usque ad diem 9. Septembris 1743; 16 Nicolaus Lercari archiepiscopus Rhodiensis inde a die 9. Septembris 1743 usque ad mensem Martium 1757, quo diem supremum obiit; eo absente, Nicolaus Antonelli prosecretarius inde a die 30. Septembris 1743 usque ad 22. Junium 1744 vicem eius implevit; 17. Nicolaus Antonelli inde a die 16. Martii 1757 usque ad 24. Septembrem 1759, quo cardinalis creatus est; 18. Marius Marefoschi inde a mense Septembri 1759 usque ad diem

Si aggiunse in oltre alla segreteria circa il 1720 un terzo scrittore in persona del canonico Melchiorre Uslenghi, fratello delli due minutanti, Carlo e Tommaso, e dal 1744 prese posto nella medesima come quarto scrittore il bussolante, pagandoglisi in conto a parte le copie che andava facendo, secondo la tassa.

In archivio poi si diede subito a D. Guglielmo Lesleo, che fu il primo ad essercitarvi l' officio di archivista colla mensuale provvisione di scudi dodici oltre la casa e commodi a quella annessi,[69]) un sostituto o sia sottoarchivista con scudi otto il mese e l' abitazione, ed acciocchè questi potesse unicamente impiegarsi in aiutare l' archivista a far le note alli ristretti e materie da proporsi e risolversi dalla S. Cong^ne, e quindi rendersi abile per succedergli nell' officio, si teneva in archivio un' amanuense fisso per copiare le note suddette, e si continuavano a far gl' indici alli volumi degli atti e delle lettere della S. Cong^ne dagli officiali di segretaria,[70]) ai quali in appresso pagaronsi in conto a parte e gli indici sopradetti e le copie di tutto ciò che stendevasi e minutavasi dall' archivista e dal sottoarchivista. Nel mese di Marzo del 1760 si diede all' archivio un secondo sostituto in persona dell' odierno archivista[71]) colla provvisione di scudi dieci il mese, sebbene poco dopo rimasero di bel nuovo in archivio due soli ufficiali, siccome vi restano al presente da cinque anni in

10. Septembris 1770, quo cardinalis creatus est; eum Joanes Rinuccini prosecretarius (inde a die 16. Septembris usque ad 24. Octobrem 1770) secutus est; 19. Stephanus Borgia inde a die 24. Octobris 1770 usque ad 30. Martium 1789, quo cardinalis creatus est; 20. Felix Antonius Zondadari archiepiscopus Adanensis inde a 30. Martio 1789 usque ad Junium anni 1795, cuius absentis partes inde a 30. Martio 1789 usque ad 2. Februarium 1791 Julius de Carpineo prosecretarius implebat; 21. Caesar Brancadoro archiepiscopus Nisibiensis inde a mense Junio 1795 usque ad diem 23. Februarii 1801, quo (simul cum Felice Antonio Zondadari) cardinalis creatus est.

[69]) Guilielmus Lesle e Scotia oriundus S. Congnis de P. F. archivio, opinor, demum post primi eiusdem S. Congnis secretarii mortem praefectus est. Senectute oppressus anno 1671 ineunte S. Congnem supplex petiit, ut ipsi coadiutorem Josephum Zambecchini, qui tunc temporis secretarii cancellariae scriptor erat, daret („Acta S. C. de P. F. a. 1671" fol. 2), et anno proximo munere cessit, in quo eundem Josephum Zambecchini die 5. Septembris 1672 successorem habuit („Acta S. C. de P. F. anno 1672" fol. 219). In volumine „Audienze di N. S^r 1666—1679. Num. 1" fol. 159 die 24. Maii 1673 his verbis commemoratur: „Signor Guglielmo Lesleo Scozzese, archivista della S. Cong^ne da 12 anni ∞".

[70]) „Actorum S. Congnis de P. F." tomi omnes perinde ac volumina congregationum particularium in fine suos indices habent, „Lettere della S. Cong^ne" demum seculo XVIII. exeunte (inde ab anno 1797) indice carent; praeterea vero etiam multi tomi literarum allatarum et quidem tam relatarum, quam non relatarum, indices habent eosque vel in fronte vel in fine. Audientiarum tomis indices desunt. Indices aut nullam inscriptionem habent, aut vario modo ex. gr. „index actorum", „indice delle cose contenute in presente libro", „tabula actorum ∞", „tabulae seu indices actorum ∞", „indice delle lettere della S. C.", „tavola", „indice per località" inscribuntur. Nonnulli tomi duos, immo tres (locorum, personarum, rerum) indices habent. In nonnullis tomis praeter indicem etiam eius commentarium a primo S. Congnis de P. F. secretario Francisco Ingoli scriptum reperimus. — Causa, cur indices secretarii cancellariae (non autem archivii) officiales scribebant, ea est, quod initio archivii officiales S. Congo nullos habuit.

[71]) Anno 1784 S. Congnis de P. F. archivio D. Vincentius Alexander Costanzi praeerat.

quà, cioè dal 1779, in cui cessò di vivere il secondo sostituto, nipote del defunto canonico Baiardi ristabilitovi nel 1771 . . . .[72])

Stato presente. — Sono ora nella segreteria della Sagra Cong^ne tre minutanti, altrettanti scrittori ed un bussolante, che aiuta gratis li scrittori suddetti nel mettere in pulito le minute dei decreti e delle lettere volgari e latine in forma da sottoscriversi dall' Em^mo signor cardinal prefetto e da Monsr segretario, ed accudisce alli registri e copie d' archivio, ed a tale effetto gli si danno a parte scudi tre il mese. L' archivio poi resta servito, come lo era nel secolo passato, dal solo archivista e suo sostituto. Non vi è ora in dette tre classi alcun giubilato, giacchè l' unico, che da sessant' anni in quà è stato in grado di richiedere e di ottenere la sua giubilazione, è morto tre anni appena dopo averla ottenuta.[73]) L' enorme accrescimento delle fatiche e la mancanza di una commoda e decente sussistenza ha prodotto in questi ultimi tempi o la morte o la dimissione della maggior parte degli officiali in età verde e giovanile. Dovette licenziarsi nel 1760 Carlo Coquelines, terzo minutante ancor vivente. Morirono poco prima Gaetano Gavedoni terzo scrittore e D. Alessandro Zarlatti sottoarchivista,[74]) questo in età di anni 40, quello in età di anni 30 in circa, di malattie acquisite nel vegliare le notti intiere a copiar scritture per rimediare in cotal guisa alle loro strettezze. Nel 1761 dovette parimente dimettersi dal servizio Carlo de Marchis bussolante per debiti contratti. In somma di nove officiali, che contansi nella segreteria ed archivio, nel brevissimo tempo di sette o otto anni cinque gia sono caduti estinti sotto il peso delle troppo gravi fatiche per necessità intraprese, perchè o essenzialmente annesse al respettivo officio o necessarie a supplire la tenuità delle provvisioni. Così nel Decembre del 1775 l' abbate D. Ludovico Ferri secondo minutante nell' età di 40 anni appena[75]); così in Novembre del 1777 l' abbate D. Luigi Bandini primo minutante, uomo

[72]) Loco ommisso beneficia ecclesiastica singulis S. Congnis de P. F. officialibus concessa vel annua salaria aucta commemorantur; officiales autem, quorum hoc loco fit mentio, sunt: „Don Giovanni Battista Gallerati che fu minutante dal 1659 al 1680"; „minutante Michel Angelo Maria Bianciardi", cui S. Congo de P. F. anno 1720 otium permisit; eius successores Carolus, cuius annua annis 1739 et 1753 aucta sunt, et Thomas fratres Uslenghi; „minutante Don Luigi Bandini morto nel Novembre del 1777"; „abbate D. Ludovico Ferri secondo minutante morto nel 1775"; „abbate Serassi", qui beneficium ecclesiasticum anno 1766 obtinuit et „divenuto primo minutante" anno 1780 praemium pecuniae adeptus est; D. Martius Pomponius Baiardi et D. Melchior Uslenghi scriptores; Vincentius Argenti, „in oggi [1784] primo scrittore", praemium 30 scutorum a 1779 accepit; D. Josephus Zambecchini, „che esercitò l' ufficio di archivista dal 1672 al 1707 [v. supra, annot. 69], ... nel 1707 con decreto de 19 Settembre si giubilò, ... e si diede contemporaneamente il posto di sottoarchivista . . . . al di lui nipote giovane di anni 16"; „D. Domenico Bianchi che entrò al servizio in qualità di sottoarchivista nel 1672 . . . . e in fine nel 1707 fu fatto archivista", anno 1717 diem supremum obiit; „il defonto archivista canonico Baiardi", qui anno 1766 in archivio munia iam obivit, anno 1780 in otium se contulit; „il sottoarchivista D. Alessandro Zarlatti" beneficium quoddam in ecclesia s. Mariae Maioris Romae et anno 1759 praemium pecuniae accepit; eius successor „D. Vincenzo Alessandro Constanzi che è l' odierno archivista", a. 1761 praemium pecuniae atque anno 1768 scriptoris in bibliotheca Vaticana munus adeptus est.

[73]) Canonicus Baiardi, qui archivio praefuit, significatur (v. superius, annot. 72.)

[74]) V. supra, in annot. 72.

[75]) V. supra, in annot. 72.

quinquagenario e regolarissimo;[76]) così nel 1779 Camillo Baiardi sopranumero da sett' anni in archivio senza provisione,[77]) giovane di anni 23 incirca; così nel 1781 l' abbate Vincenzo Guerrini terzo minutante, giovine di anni 30; così finalmente è morto nell' anno corrente 1784 D. Cesare Angelini terzo scrittore, giunto ancor egli appena nell' anno trentesimo della sua età

Questi esempii atteriscono al certo gli officiali viventi, e massime li più anziani, li quali, se hanno resistito al torrente, hanno altresì sofferto delle gravi e mortali malattie, ma non possono renderli o più cauti o più coraggiosi e tranquilli nell' operare, se la Sagra Cong^ne non si degna di porger loro la sua benigna mano e di far provare anche ad essi gli effetti di quella generosa munificenza, colla quale soccorre tutti coloro, che in qualunque modo s' impiegano per l' aumento e il sostegno della religione.

Gli obblighi e le attuali fatiche tanto ordinarie, che straordinarie dei minutanti e dei scrittori e bussolante vengono fedelmente descritte e poste sotto gli occhi dell' Em^ze Vostre nelle due rispettive loro suppliche o memorie. Sicchè a queste riportandomi, aggiungo soltanto, che il peso di mettere in netto, cioè in forma signandi le minute delle lettere volgari e latine e de' decreti, che secondo lo stato primitivo incombeva al minutante, come altresì quello di soprastare al dispaccio delle lettere, acciò non si faccia errore in mandarle, e di spedire le facoltà ordinarie e straordinarie e tutte quelle materie, nelle quali hanno luogo le formole, rimane ora interamente appoggiato alla classe dei scrittori, siccome avvertesi nella loro rappresentanza.

In quanto poi all' archivista, la di lui incombenza da principio ed in progresso è stata sempre, ed è attualmente quella di estrarre dalle carte, memorie e registri dell' archivio, che già riempiono da capo a fondo le due grandi stanze del piano superiore a quello in cui adunansi l' Em^ze Vostre,[78]) di estrarre dico . . . . dai registri le notizie confacenti alla buona direzione ed al pronto disbrigo di tutti li negozii, dubbii ed istanze, alle quali si dà corso, termine e provvedimento o dal sommo pontefice nell' udienze che comparte a Monsr segretario, o dall' Em^zé Vostre nelle congregazioni generali o particolari, o dall' Em^mo signor cardinal prefetto nei privati congressi, che tiene a tale effetto ogni settimana col detto prelato segretario.

Al sottoarchivista poi oltre il prestare aiuto all' archivista nella ricerca delle notizie ed in tutto cio, onde possa rendersi abile all' esercizio dell' officio primario, incombe di ordinare e disporre ogn' anno le carte e le materie tutte dell' anno precedente, lavoro assolutamente necessario, il quale, se in tempo di Monsr Ingoli occupava il terzo giovane di segreteria per alcuni mesi, in oggi occupa il sottoarchivista per tutto l' anno, crescendo anno per anno a dismisura, senza che questi possa aver campo d' impiegarsi a fare indici, che per tutto il decorso del passato secolo si son fatti dagli ufficiali di segreteria e nel corrente sono rimasti di quando in quando arretrati, e rimarrano arretrati sempre

[76]) V. supra, in annot. 72.

[77]) Hic Baiardi a canonico Baiardi, cuius nepos erat (v. supra, pag XXX et annot. 72 atque 73), est discernendus.

[78]) V. infra, in cap. IV. (annot. 85).

più in avvenire a misura, che coll' aumento degli affari e delle materie anderanno crescendo alli custodi dell' archivio le ordinarie occupazioni e fatiche....[79])

Supplex officialium, qui literarum a S. Cong^ne de P. F. mittendarum relationumque a cardinalibus ponentibus secretarioque in congregationibus tam generalibus quam particularibus recitandarum commentarios (quos vulgo conceptus vocant) conficiebant, et ad quem Vitaliani cardinalis Borromeo relatio ceteros eiusdem S. Cong^nis cardinales delegavit,[80]) libellus, quod ad eorundem ministrorum munia pertinet, ita scriptus est:

„I minutanti di Propaganda umilmente rappresentano all' Em^ze Vostre, che le loro fatiche nella segreteria altre sono ordinarie ed altre straordinarie. Perciocchè la Sagra Cong^ne fin dal principio ha prescritto a tutti i suoi ministri i limiti dell' officio, a cui li ha condotti con mensuale stipendio, ed ha sempre riconosciuto a parte le fatiche, le quali eccedono l' obbligo del proprio ministero, come si dimostrerà in appresso. I minutanti sono stati presi dalla Sagra Cong^ne all' opera ordinaria di segretarii italiani e latini, e quali siano le loro ordinarie fatiche è stato ben chiaramente determinato a non potervi nascer confusione nè dubbio....[81])

Quanto alla fatica, le sole lettere che si scrivono ora in un mese, superano tutte le lettere di un anno, che si scrivevano nel secolo passato, come costa dai registri di archivio. A misura delle lettere sono anche cresciuti i ristretti, i quali ben spesso sono così voluminosi che non lasciano ai minutanti il tempo necessario per gli altri officii ordinarii, come sono decreti, lettere, istruzioni e un gran numero di udienze e rescritti pontificii. Si aggiungono a tutto cio le notificazioni e i mandati in computisteria, il registro de' medesimi, l' analisi a tergo d' ogni lettera, i ristrettini delle relazioni di Monsr segretario,

[79]) Relationis finis omittitur, cum nil aliud quam ministrorum salaria aucta augendaque spectat. Congregatio enim generalis die 26. Junii 1780 habita officialibus S. Cong^nis de P. F. salaria quidem auxit, ita ut singulis mensibus „primo minutante scudi 20, secondo minutante 16, terzo minutante 13, primo scrittore 11, secondo scrittore 9 : 33, terzo scrittore sopranumero 5, bussolante 8; archivista 18, sottoarchivista 10, amanuense, le di cui veci supplisce il bussolante, 3" perciperent, sed, quia simul praemia pecuniae extraordinaria, quae officiales eousque adipiscebantur, sustulit, ministri potius detrimentum quam emolumentum ceperunt.

[80]) V. supra, pag. XXXI.

[81]) In parte intermissa officiales id pugnant, ut praemia extraordinaria maneant, et suum ius antiquis exemplis defendunt, demonstrantes tam Valerium Milzetti „che fu il primo minutante della Sagra Cong^ne", quam eius successores, canonicum Bianciardi „che fu giubilato nel 1720", canonicum Carolum Uslenghi et D. Aloisium Bandini propter extraordinarios labores praemia pecuniae extraordinaria adeptos esse; a se autem inde ab anno 1780 [v. supra, annot. 79] nullum praemium extraordinarium acceptum esse conqueruntur, „benchè le fatiche straordinarie de' minutanti sieno state gravissime"; quapropter S. Cong^ni supplicantur, ut pro extraordinariis laboribus praemia ipsis eodem modo, quo et scriptoribus solverentur. Modus autem, quo S. Cong^o de P. F. scriptores remunerabatur „per le loro fatiche straordinarie, cioè per i registri e per qualsivoglia altra scrittura che non sia di loro ordinaria ingerenza, è sempre stato di farne lista, la quale di mano in mano, che l' esibiscono, viene a ciascuno de' medesimi pagata a parte secondo la tassa di curia".

talora ancora le minute de' brevi e nelle preconizzioni de' patriarchi gli atti del consistoro e le allocuzioni. Debbono oltre a cio i minutanti spendere gran parte di tempo in riscontrare le materie, portarsi in archivio ed in computisteria per osservare le provvidenze passate e verificare i pagamenti, consultare il bollario e sinodi orientali, il concilio di Trento e cose simili. Una così laboriosa occupazione ha dato gran causa all' infermità di tre minutanti, i quali benchè giovani nello spazio di cinque anni sono mancati di vita, cioè Ferri, Bandini e Guerrini. Qual è di fatti quella segreteria, che esigga tanta applicazione e fatica, o per la copia e diversità degli affari, o per la difficoltà delle materie, o per la novità dell' estensione, che non ammette formola? E pure niuna segreteria ha meno stipendio di questa ...."[82])

Scriptorum S. Cong^nis de P. F. munia supplex libellus ab iisdem scriptoribus S. Cong^ni de P. F. porrectus, ad quem Vitalianus cardinalis Borromeo in sua relatione, cuius partes superius attulimus, cardinales ceteros relegavit, his verbis describit:

„.... Il primo senza veruna dilazione di tempo deve settimana per settimana mettere in punto da sottoscriversi tutte le minute dei decreti, lettere, istruzioni, memorie, udienze e viglietti, che sogliono farsi dai tre minutanti, ed appartiene ad esso solo formarne i plichi con le direzioni e spedizioni al loro destino, lo che basterebbe per tenerlo pienamente occupato; gli si aggiunge però un altro non indispensabile peso, qual è quello di attendere senza veruna ingerenza dei minutanti all' altra spedizione di tutti li decreti delle prefetture e deputazioni di missionarii con le concessioni di facoltà, delle quali spesso deve anche concertare ed adattare le formole, secondo esiggono le circostanze de' luoghi e de' soggetti. Egli solo spedir deve tutte le concessioni e conferme di facoltà tanto ordinarie, che straordinarie, solite concedersi a tutti gli arcivescovi e vicarii apostolici, che senza numero ne sono in possesso, conforme apparisce dall' annuale registro. Esso spedisce le dimissorie per le ordinazioni degli alunni ed in un libro a parte tiene il registro, da cui apparisce il diportamento nell' esame di tutti li missionarii, che si spediscono dalla Sagra Cong^ne. E per fine al detto primo scrittore ancora straordinariamente ed in parte si appoggia il peso di formare alquante minute di decreti ed udienze, quali cose lo fanno uscir dalla linea di semplice scrittore e lo tengono totalmente occupato nel servizio della Sagra Cong^ne non solo in tutti li giorni feriali, ma ben anche nelle feste di precetto, quando cadono in venerdì ed in sabbato.[83])

Appartiene al secondo il registro „per extensum" di tutti gli atti delle congregazioni generali, decreti, patenti di prefetture e deputazioni di missionarii, facoltà, dimissorie e tutt' altro che, come sopra, viene immediatamente spedito dal primo scrittore. Ed inoltre deve egli fare li dupplicati di lettere e decreti

[82]) In parte omissa hi officiales salariorum exiguitatem lamentantur: „Si aggiunge," aiunt, „che questa loro provvisione [v. supra, in annot 79] cala al presente di uno scudo in circa per il cambio della cedola in moneta (qual pregiudizio supplicano l' Em^ze Vostre a voler compensare), onde la medesima si riduce anche a meno", labores autem extraordinarios „dopo l' abolizione della Compagnia [di Giesù] a dismisura" crevisse dicunt.

[83]) Die Saturni literae S. Cong^nis de P. F. mitti solebant.

che spessissimo per la maggior sicurezza del loro arrivo nelle Indie ed altre parti remote si trasmettono anche triplicatamente dalla Sagra Cong^ne^, e per fine nelle angustie di tempo, come si dirà in appresso, presta egli la maggior parte di aiuto al primo scrittore nelle ebdomadali spedizioni.

L' obbligo poi dello scrittor sopranumerario consiste principalmente in registrare tutte le lettere, istruzioni, memorie per lo più voluminose e biglietti, che si spediscono tanto in nome della Sagra Cong^ne^, che di Monsr segretario, qual registro ai tempi presenti si è reso così voluminoso, che il tomo di ogni anno supera anch' esso quello de' tempi andati più che per metà, attesa l' estensione maggiore delle missioni e la nuova apertura delle medesime in varie parti del mondo, ove per l' avanti non esistevano. Per il che, dovendo attendere, come esigge il dovere, agli obblighi del proprio officio, non può aver tempo d' industriarsi in altra guisa per procacciarsi onestamente quel di più che gli manca al necessario mantenimento.

Deve altresì aggiungersi per questi due, che non potendo il più delle volte il primo scrittore negli ultimi giorni della settimana, atteso l' affollamento delle materie, per mancanza di tempo arrivare al tutto, in tal caso riporta il medesimo la maggior parte dell' aiuto in tutte le spedizioni del secondo e, quando sono esorbitanti, anche dallo scrittor sopranumerario ed, occorrendo, ancora dal bussolante; e, quel che è più notabile, dandosi la contingenza di malattia nel primo, debbono l' uno all' altro supplire per le spedizioni correnti senza esimersi dall' obbligo del proprio officio, conforme è accaduto gia per due volte, che il secondo ha sostenuto in tutto e per tutto senza veruno aiuto oltre li proprii pesi anche quelli del primo, per non ritardare le spedizioni sudette, senza averne riportato per tale supplemento alcuna gratificazione.

Vi è di poi nella segreteria oltre gli accennati scrittori anche il bussolante, il qual, benchè non compreso in tal linea, pure nelle urgenti occorrenze presta anch' esso qualche aiuto, ed altro non ha di fisso per il suo impiego, che soli otto scudi per ogni mese così fissati fino dagli antichi tempi, ed a cui, quantunque nel detto piano di accrescimento niente fosse considerato, furono però successivamente assegnati altri tre scudi mensuali coll' obbligo di accudire al registro de' brevi, bolle apostoliche e di tutte le udienze e facoltà straordinarie, risoluzioni del S. Officio ed altre Cong^ni^, che dovrebbe farsi in archivio, e per fine di copiar l' indice di tutte le lettere della Sagra Cong^ne^ . . ."[84])

[84]) Pars praetermissa (perinde ac initium omissum) ostendit neque salaria, neque praemia pecuniae extraordinaria ad temporis necessitates sufficere, et ad Bohemicarum rerum gestarum investigatores his verbis pertinet: „Per fine umilmente espongono all' Em^ze^ Vostre, che li ministri di essa segreteria non prendono incerti, conforme costumasi in tutte le altre segreterie di Roma, a riserva di qualche dupplicato che rarissime volte per commodo ed a richiesta di qualche agente si spedisce, e per cui non si prendono più che baiocchi 30, i quali si dividono tra il primo e secondo scrittore, a differenza delle altre segretarie, come è quella dei Riti, delle Indulgenze, Immunità etc., ove si fanno pagare una piastra ed anche di più per dupplicato; anzi uno che ve ne era annuale, consistente in una piastra per ogni decreto che si spediva sopra la distribuzione dell' introito delle casse de parochi e del sale di Boemia, per il numero de' quali ordinariamente si ritraevano scudi venti, che per metà si dividevano tra il primo minutante ed il primo scrittore, gia sono due anni, che si è perduto, per non essersi fatta più consimile spedizione."

IV. DE S. CONG^NIS^ DE P. F. ARCHIVIO.

S. Cong^nis^ de P. F. archivium[85]) in partes aliquot dividitur. Quae divisio e diverso modo, quo eadem S. Cong^o^ negotia, quae ad eam perferebantur, tractabat et usque ad hodiernum diem tractat (v. supra, in cap. II.), pendet. Non ad omnes archivii partes investigatoribus accessus patet (ex. gr. ad tomos, qui brevia summorum pontificum inde a Pii VI. temporibus, et ad illos, qui Cong^nis^ S. Officii rescripta — „biglietti del Santo Offizio"[86]) — complectuntur); patent autem: „Acta S. Cong^nis^", quae praeter alia singularum congregationum generalium acta continent, „Congregazioni particolari", quae congregationum particularium, non tamen omnium, acta,

[85]) Archivium S. Cong^nis^ de P. F. primo tempore sedem stabilem non habuit. Initio in S. Cong^nis^ secretarii domicilio fuisse videtur; num autem Franciscus Ingoli, primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, iam anno 1622 in cancellariae apostolicae palatio habitaverit, non constat. Acta congregationis generalis die 12. Decembris 1625 habitae mentionem de archivio in palatio de Ferratinis nuncupato, quod Joannes Bapt. Vives, praelatus S. Cong^ni^ de P. F. ascriptus, anno 1622 eidem S. Cong^ni^ obtulit, instituendo iniiciunt („Acta S. C. anno 1622 ad 1625" fol. 294 b). Anno 1627 Urbanus VIII. „concessit S. Cong^ni^ de P. F. locum in palatio s. Petri in Vaticano sub bibliotheca existentem, et in quo currus reponi solebant," ubi „archivium pro suis scripturis construere" posset („Memoriali 1627. N. 387" fol. 70b); qui locus, si non idem est, in quo nunc archivii Vaticani illa pars reperitur, qua investigatores studiis in hoc archivio operam dantes utuntur, ei certe vicinus erat. Inde archivium in cancellariam apostolicam translatum esse Dr. A. Pieper (Römische Archive, in Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte, I., Romae 1887, pag. 82) affirmat, et verba, quae Franciscus Ingoli, primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, die 11. Augusti 1633 ad Joannem B. cardinalem Pamfili sua manu scripsit („Ho veduto nelle mie scanzie, ove tengo con ordine grande le scritture della S. Cong^ne^, e non ho trovato, quelle della causa del canonico [Martino] Stricerio; però è necessario, che siano presso di V. Em^za^ x"), attestantur S. Cong^nis^ archivium in palatio Vaticano, si unquam totum ibi erat, non permansisse, sed saltem partem eius etiam anno 1633 in domicilio secretarii, qui in ipso cancellariae apostolicae palatio habitabat (v. supra, pag. XXV), fuisse; at loco, quem Urbanus VIII. ei concesserat, S Cong^nem^ etiam anno 1641 usam esse acta congregationis particularis „super negotiis typographiae" die 23. Maii 1641 habitae testantur, e quibus apparet in eadem congregatione decretum esse, „ . . . . 3. ut libri omnes, qui relicti fuerunt in typographia post transportationem librorum registratorum in archivium s. Petri, cum diligentia registrentur . . . .; 4. pro conservatione librorum registratorum in archivio s. Petri existentium decretum fuit, ut fenestrae archivii ex tela cerata conficiantur et bene claudantur, ne pluvia a ventis delata in archivium cadat, et sub ballis praedictorum librorum ponantur tabulae cum particulis travium, ut libri a pavimenti archivii humiditate defendantur" („Acta S. C. de P. F. anno 1640 e 1641" fol. 345—345b). Quae verba sane clarissime demonstrant locum, quem S. Cong^o^ in palatio Vaticano anno 1627 obtinuit, non fuisse aptum, in quo archivium collocaretur; quoniam autem locus ille tamen archivium s Petri a S. Cong^ne^ de P. F. appellatur, verisimile est, si non totum eiusdem S. Cong^nis^ archivium, saltem aliquam eius partem ibi aliquamdiu fuisse. In S. Cong^nis^ de P. F. palatium in foro Hispanorum („piazza di Spagna"), ubi hodie quoque reperitur, hoc archivium demum post Francisci Ingoli mortem (1649) translatum esse videtur, sed etiam in palatio hoc sedem aliquoties mutavit (conf. Dr. A. Pieper, l. c., pag. 84—85).

[86]) Conf. H. Kollmann, O archivu sv. Kongregace de propaganda fide (in Časopis musea království Českého, tom. LXVI, Pragae 1892, pag. 437).

literas ad eas allatas etc. complectuntur, „Udienze di Nostro Signore", quae audientiarum cum summo pontifice habitarum acta sunt, „Lettere originali riferite", quae literas allatas, de quibus ad S. Cong^nem^ de P. F. in congregationibus generalibus et nonnullis particularibus relatum est, continent, „Scritture non riferite" sive „Scritture riferite nei congressi", in quibus literae allatae, de quibus in congressibus cardinalis praefecti cum secretario tractatum est, maiore ex parte reperiuntur, „Lettere della S. Cong^ne^", quae literarum a S. Cong^ne^ missarum tomi sunt, atque „Miscellaneà et varia".

1. „Acta S. Cong^nis^."

Haec archivii pars, licet primum locum (quem „Udienze di N. S^re^" [87]) obtinuerunt) in eo non habeat, tempore omnium prima est. Paulo enim post, quam Gregorius XV. die 6. Januarii (qui S. Cong^nis^ de P. F. dies natalis est) anni 1622 S. Cong^nem^ de P. F. instituit, quod „vivae vocis oraculo" factum esse videtur, cardinales praelatique, quos ille ad id officii eodem die destinavisse videtur,[88]) die 14. Januarii 1622, priusquam facti fama percrebruit, se congregaverunt et, quid faciendum esset, consuluerunt; quae autem in hac prima congregatione decreverunt, secretarius a summo pontifice constitutus scripto mandavit. Haec S. Cong^nis^ archivii simulque „Actorum S. Cong^nis^" prima origo fuit.[89]) Quae verba minime significare volunt id ipsum scriptum, quod Franciscus Ingoli, S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, in illo consessu perscripsit, in S. Cong^nis^ archivio hodieque reperiri, vel primum „Actorum S. Cong^nis^" tomum, quem nunc ibidem cernere et videre possumus, ipso die 14. Januarii 1622 initium sumpsisse, cum e certis Fr. Dominicum a Jesu Maria attingentibus verbis, quae actis primae congregationis praemissa sunt,[90]) appareat acta haec non ante diem 1. Martii 1622, quo idem Fr. Dominicus S. Cong^ni^ de P. F. ascriptus est, et consequenter certo post secundam, quae die 4. Februarii 1622 habita est, fortasse etiam post tertiam (die 8. Martii eiusdem anni peractam), quartam, quintam etc. congregationem in primum „Actorum S. Cong^nis^" tomum relata esse. Qui

[87]) Conf. ibidem, pag 429.

[88]) V. infra, num. 1 (annot. 6).

[89]) V. infra, num. 1 (pag. 6—7).

[90]) V. infra, num. 1 (annot. 6).

modus in consuetudinem venisse videtur, ita ut singularum congregationum acta non simul, atque congregationes peractae sunt, sed interdum aliquot diebus, hebdomadibus mensibusve post in „Acta S. Cong^nis^" referrentur.[91])

Qui hunc laborem excipiebat, non S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, sed e scriptoribus ei attributis unus [92]) fuit. Secretarius quidem

[91]) Libellus Ernesti Adalberti de Harrach archiepiscopi Pragensis, qui infra (v. num. 145) typis affertur, ad S. Cong^nem^ de P. F. certe die 24. Augusti 1624 (in congregatione generali 20^a^) relatus est; a tergo enim libelli haec verba a Francisco Ingoli scripta leguntur: „Die 24. Augusti decretum, ut in literis ad archiepiscopum, fuit. — Num. 9. — S. Cong^o^ censuit, si S^mo^ placuerit, expediri posse brevia .... — Die 5. Septembris 1624 S^mus^ decretum S. Cong^nis^ approbavit et mandavit brevia praedicta per Rev^mum^ Ciampolum expediri quamprimum, ut ∝;" vicesimae autem congregationis, quam diximus, acta nullam illius libelli mentionem iniiciunt, et demum in actis congregationis vicesimae primae, quae die 6. Septembris 1624 peracta est (v. infra, num. 154), decretum ad eum spectans legitur, quod ita scriptum est: „4°. S. Cong^o^ censuit expediri posse brevia ab archiepiscopo Pragensi petita ∝." Quod decretum omnino quidem cum verbis ‚S. Cong^o^ ∝ [usque ad:] posse brevia ....' a tergo libelli die 24. Augusti 1624 ascriptis congruit, at, quoniam verba: ‚Si S^mo^ placuerit' praetermittit, S. Cong^nis^ auctoritati non est consentaneum, nam brevia solus pontifex Romanus scribi iubere potuit. Quod mendum Franciscus Ingoli evitare potuisset, si decretum illud in acta congregationis vicesimae, ad quam pertinebat, referre iussisset. In mendum hoc vero propterea secretarius incurrit, quod negotium, priusquam absolveretur, in „Acta" referre noluit. Unde fas est credere congregationis vicesimae (24. Aug. 1624) acta demum post congregationem vicesimam primam (6. Sept. 1624) peractam in „Actorum" tomum relata esse. — Neque hoc exemplum solum est, quod afferri potest. In volumine „Acta S C. de P. F. anno 1636, 1637" in actis congregationis 218^ae^, quae die 7. Julii 1636 peracta est, decretum „de provisione pro secretaria S. Cong^nis^ de P. F." reperitur (fol. 111—111b), iuxta quod in margine haec verba leguntur: „Vide hoc decretum confirmatum infra, pag. 182"; hoc loco (fol. 182b) decretum idem post acta congregationis particularis die 21. Octobris 1636 et ante acta congregationis generalis die 11. Novembris peractae legitur cum annotatione, quae dicit a summo pontifice decretum illud die 1. Novembris 1636 approbatum esse. Idem vero decretum in eodem tomo iterum fol. 226 B legitur, ubi id acta audientiae S^mi^ die 5. Octobris 1636 habitae praecedunt (fol. 226) et acta congregationis 224^ae^ die 30. Decembris 1636 celebratae sequuntur (fol. 217—225). — In eodem „Actorum" tomo fol. 387 acta congregationis generalis die 14. Novembris 1637 peractae leguntur, eaque folio 401 congregationis particularis die 14. Novembris 1637, fol. 403 congregationis particularis die 19. Novembris 1637, folio 405 audientiae cum S^mo^ die 7. Decembris 1637, folio 405 b alius audientiae die 14. Novembris „post S. Cong^nem^ de P. F." habitae, folio 406 congregationis particularis die 20. Novembris 1637, folio 408 generalis congregationis die 11. Decembris eiusdem anni celebratae et folio 430 colloquii, quod secretarius [cum cardinali praefecto] die 25. Martii 1637 habuit, acta sequuntur. — In volumine: „Acta S. C. de P. F. anno 1648" folio 13—13b examinis „adolescentum, qui in collegio de P. F. admitti petierunt," die 4. Februarii 1648 peracti acta leguntur, iuxta quae (in margine folii 13) S. Cong^nis^ de P. F. secretarius sua manu annotavit: „Hoc examen per errorem fuit positum ante sequentem congregationem," et reapse folio 14 generalis congregationis die 3. Februarii 1648 celebratae acta sequuntur. — In tomo: „Acta S. C. de anno 1691" folio 1 congregationis generalis die 30. Julii 1691 habitae acta incipiunt, intra quae „relationes factae in conclave per Em^mum^ praefectum .... die 15. Februarii 1691, ... die 24. Aprilis 1691 ∝" leguntur. — In tomo: „Acta S. C. de P. F. anno 1704" (folio 19. seqq.) acta congregationis generalis die 21. Januarii 1704 peractae post acta congregationum generalium die 7. et 28. Januarii 1704 habitarum (fol. 1—18) incipiunt.

[92]) V. supra, pag. XXV—XXVII et XXXIII.

inter congregationem ipsam, quidquid in ea actum decretumve est, aut a tergo literarum in congregatione recitatarum aut in chartae plagulis inscribebat[93]) et, consessu finito, aut eius actorum commentarium, quem postea scriptor in „Actorum S. Cong^nis^“ tomos referebat, scripto mandabat, aut scriptori dictabat, postremo menda a scriptore illata corrigebat et in foliorum margine uniuscuiusque decreti (rescripti) sententiam aut sua manu scriptam apponebat aut per scriptorem apponi iubebat.

Modus, quo congregationum generalium acta in „Actorum S. Cong^nis^“ tomos referebantur, non semper idem fuit; ipsius primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii tempore aliquantulum variabat, semper vero cuiusvis congregationis acta ex aliquot partibus constabant. Quae partes erant: inscriptio, exordium, decreta.[94])

Inscriptio actorum singularum congregationum generalium Francisci Ingoli tempore erat mutatis mutandis haec: „Congregatio 3^a^. — Die 8. Martii 1622“. Post quam verbis: „Fuit congregatio *x*“ exordium incipiebat. Praeterea autem congregationum uniuscuiusque anni perinde ac omnium tempore cuiusvis summi pontificis celebratarum congregationum acta in fronte communem inscriptionem habebant.[95])

[93]) Quae Franciscus Ingoli primo S. Cong^nis^ de P. F. tempore a tergo epistolarum libellorumve allatorum annotabat, nondum decretorum commentarii (quos vulgo conceptus vocant), sed potius commentariorum brevissimae delineationes erant; v. infra, in annotationibus in fine numerorum 4 a (pag. 16), 4 b (pag. 36), 10, 14 (pag. 55), 19 (pag. 82), 20, 21, 22, 23 (pag. 88), 28 (pag. 165), 29 (pag. 170) et al. positis. Posterius autem eodem loco tam Franciscus Ingoli quam nonnulli eius successores decretorum commentarios ascribebant; v. ex. gr. infra, in annotationibus in fine numerorum 59 (pag. 268), 64 (pag. 278), 74 (pag. 338), 90, 124 a, 125 b, 129, 142, 143, 144, 223, 270, 279, 293 et al. positis. Hoc modo v. gr. decretorum in num. 270 (v. infra) typis allatorum commentarii a tergo epistolarum, quae infra (num. 126 et 269) afferuntur, reperiri possunt; decretorum in num. 293 (v. infra) redditorum commentarios a tergo epistolarum, quae infra numeris 287, 288, 289, 290 signatae leguntur, invenies. At commentarii hi decretis ipsis non semper simillimi sunt; v. ex. gr. annotationem in fine numeri 74 (pag. 338) positam; confer etiam decreta, quae numerus 362 (v. infra) affert, cum eorum commentariis, qui in annotationibus in fine numerorum 360 et 361 positis leguntur; v. commentarium in annotatione in fine numeri 330 posita et decretum ipsum (num. 331). Fit etiam, ut a tergo epistolarum allatarum decreti commentarius annotatus sit, at in „Actis S. Cong^nis^“ inveniri non possit (v. infra, num. 33. pag. 188, num. 40. pag. 214 et annotationes in fine numerorum 256, 271, 277 positas).

[94]) Rarissime (et quidem solum ipso S. Cong^nis^ initio) ad partes has conclusio accedit; v. ex. gr. infra (num. 1. pag. 7) in actis primae congregationis generalis: „Quibus peractis, fuerunt dimissi Patres.“

[95]) Primus „Actorum S. Cong^nis^“ tomus folio [1] his verbis inscriptus est: „Acta S. Cong^nis^ de P. F. sub Gregorio XV. et Urbano VIII. ab anno 1622 usque ad 1625“, quae inscriptio folio [2] paululum aucta repetita est; in eodem tomo fol. 54. inscriptio: „Acta S. Cong^nis^ de P. F. sub Urbano papa VIII.“ et folio 25: „Acta S. Cong^nis^ de P. F. anni 1623“ atque fol. 180: „Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno iubilaei 1625“ legitur. Eodem modo

Exordium post verba „Fuit congregatio de P. F.“ locum, ubi consessus habitus est, cardinalium et praelatorum, qui ei interfuerunt, nomina, rarius tantummodo eorum numerum indicat atque verbis „et in ea:“ vel „in qua:“ vel „In ea:“ finem capit.[96]) Si quae congre-

tomus „Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633“ inscriptione: „Acta S. C. de P. F. anni 1632,“ tomus „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ verbis: „Acta S. C. de P. F. anni 1638“ incipit.

[96]) Ubi congregationes generales (priusquam in ipsius S. Cong^nis^ de P. F. palatio haberi coeperunt) peractae sint, superius (v. pag. V—VI et annotationem 9) ostendimus. Cardinalium praelatorumque, qui interfuerunt, nomina Franciscus Ingoli variis modis significabat ex. gr: „Congregatio 16^a^. Die 26. Septembris 1622. Fuit congregatio in solito cardinalis Sauli palatio, in qua intervenerunt omnes cardinales praeter duos absentes, de quibus supra, simul cum praelatis et Rev^do^ P. Dominico“ („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 17 b). Qui autem illi duo cardinales, qui Roma aberant, fuerint, exordium congregationis 9^ae^ die 20. Junii 1622 habitae, verbis: „exceptis duobus absentibus, Farnesio videlicet et Surdio, de quibus non fiet amplius mentio, donec ad curiam reversi fuerint“ (ibid., fol. 12; v. infra, num. 9 ann. 1) docet. — Nonnunquam exordium solum numerum cardinalium, qui interfuerunt, indicat; ex. gr.: „Congregatio 7^a^. Die 10. Januarii 1624. Fuit congregatio coram S^mo^ in Vaticano, cui interfuerunt sex cardinales tantum, Rev^mus^ Magalottus et Rev^mus^ Caesar Montius *x*“ („Acta S. C. de P. F. a. 1622 ad 1625“ fol. 80 b). Alio loco causae afferuntur, cur cardinales adesse non potuerint; ex. gr.: „Congregatio 4^a^. Die 30. Octobris 1623. Fuit congregatio in palatio cardinalis Bandini, quia Farnesius Urbe discesserat Parmam petiturus. In ea sex tantum cardinales adfuere, nam cardinalibus Della Valletta et Barberino nondum fuerat apertum os [quod in consistorio secreto fiebat], cardinalis Ubaldinus Bononiam se contulerat, Borgia et Ludovisius aliis negotiis occupati interesse non potuerunt; praelati vero omnes praesentes fuerunt, videlicet Vives, Agucchius et Magalottus; P. autem Dominicus Caprarolam adierat [!], conventum novum ibi pro sua religione fundaturus *x*“ (ibid., fol. 66). — Quotiescunque cardinales, qui congregationi intererant, nominantur, omni tempore (tam initio, quam etiam seculo XVIII° exeunte) pro dignitatis gradu enumerantur: primo loco cardinales episcopi, tum presbyteri, deinde cardinales diaconi, et in quovis ordine ii, qui prius creati sunt, cardinales posterius nominatos praecedunt. — In exordio Francisci Ingoli tempore etiam traditur, qui cardinales vel praelati S. Cong^ni^ ascripti sint; in actis v. gr congregationis die 16. Octobris 1623 peractae, quae Urbani VIII. tempore tertia fuit, legimus: „. . . . interfuerunt novem cardinales, videlicet Bandinus, Millinus, Capponius, qui Cong^ni^ additus fuit, Borgia, ... insuper et duo praelati Vives et Magalottus, qui uti secretarius principum [v. supra, annot. 18] in Cong^ne^ fuit adscriptus, et simul cum eis P. Dominicus a Scala, qui scuta 200 auri retulit donata Cong^ni^ a diversis piis hominibus *x*“ (ibid., fol. 60 b). Aliud exemplum eiusmodi in exordio actorum congregationis 5^ae^ die 24. Novembris 1623 habitae his verbis scripto reperimus: „. . . . interfuerunt septem cardinales, et inter eos fuit [Franciscus] cardinalis Barberinus, S^mi^ D. N. nepos, cui S^tas^ Sua locum, quem in Cong^ne^, dum erat in minoribus, obtinebat, concessit *x*“ (ibid., fol. 69). Etiam in hoc, aeque ac in praecedentis, atque in multarum aliarum congregationum exordio pecuniae a Fr. Dominico a Jesu Maria (seu a Scala) allatae mentio fit. — Diversius exordium actorum primae congregationis Urbani VIII. tempore die 4. Septembris 1623 peractae scriptum est et quidem in hunc modum: „Gregorio XV°, S. Cong^nis^ de P. F. institutore, vita functo die 8. Julii praesentis anni, et die 6. Augusti ad apostolatus apicem evecto cardinali Barberino, uno ex eiusdem Cong^nis^ cardinalibus, Urbani VIII^i^ nomine assumpto, similiterque mortuo cardinali Saulio ex morbo in conclavi Vaticano contracto, fuit prima congregatio de P. F. in hoc pontificatu in palatio Farnesii, antiquioris cardinalis Cong^nis^, in qua interfuerunt sex tantum cardinales, videlicet ipsemet Farnesius, ... duo praelati, videlicet Rev^mi^ Vives et Agucchius et Rev^dus^ P. Dominicus, nam Bandinus, Borgia, S. Susanna et Sacratus morbo impediti adesse non potuerunt. In ea *x*“ (ibid., fol. 54). — Exordium congregationis omnium primae, die 14. Januarii 1622 habitae, v. infra, num. 1 pag. 6.

gatio generalis coram summo pontifice celebrata est, id vel e loco indicato apparet, et praeterea in ipso eius actorum exordio verba „coram Smo“ leguntur.[97]) Interdum, si quid insolitum in actorum cuiuspiam congregationis generalis exordio traditur, eius summa iuxta exordium in margine tribus verbis, ut aiunt, annotatur.[98])

Decreta Franciscus Ingoli — praecipue primis temporibus — brevi scriptura concipiebat, singula in singularum congregationum actis ex ordine numeris signabat, singulisque iuxta in margine concisam eorum sententiam apponebat.[99]) Quod ad relationum in singulis congregationibus generalibus ordinem attinet, v. supra, pag. VII—VIII. Interdum etiam summus pontifex in congregationibus verba faciebat, quorum summa plerumque primo earundem congregationum loco legitur.[100]) Ubi autem secretarii relationes redduntur, vel ubicunque acta cuiuscunque congregationis secretarium spectant, semper prima verbi persona vel primae personae pronomen (‚ego‘) adhibetur.[101]) Qui mos postea (usque in finem seculi XVIII[i]) perstitit, licet

[97]) V. ex. gr. supra, in annot. 96, exordium actorum congregationis die 10. Januarii 1624 peractae et infra, num. 65, 118, 136, 154, 170 et al. — Actorum congregationis 18ae die 5. Novembris 1622 celebratae exordium diversius scriptum est: „Fuit congregatio in Quirinali palatio coram Smo D. N. Gregorio XVo, et fuit prima coram Ste Sua iuxta ipsius constitutionem super erectione Congnis de P. F. emanatam, qua iussit, ut semel in mense in praesentia papae haberetur congregatio. In ea intervenerunt ipse pontifex et cardinales Congnis praeter Farnesium et Surdium absentes, Revmi praelati Vives et Agucchius, Revdus P. Dominicus et ego secretarius. Smus sedebat sub baldachino .... ꝛc. In hac congregatione 1o Smus ꝛc“. („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 19b). — Exordium actorum congregationis 24ae die 7. Februarii 1623 peractae, quae coram Smo celebrari debebat, ita scriptum est: „Fuit congregatio in palatio Illmi cardinalis Sauli, quia Smus podagra laborabat, in qua ꝛc“ (ibid. fol. 29b).

[98]) Ad exordium actorum congregationis die 5. Novembris 1622 habitae, quod modo (in annot. 97) attigimus, in margine verba: „Prima congregatio coram papa, videlicet Gregorio XVo“ Franciscus Ingoli ipse ascripsit. — In margine exordii actorum congregationis die 24. Novembris 1623 peractae (v. supra, in annot. 96) verba: „Cardinalis Franciscus Barberini in Congne adscriptus“ et „P. Dominicus scuta 107 attulit“ leguntur. — Iuxta exordium actorum congregationis 2ae die 18. Septembris 1623 habitae, cui octo cardinales interfuerunt, „nam Sancta Susanna nondum integra fruebatur valetudine, et cardinalis Sacratus ex morbo in conclavi contracto iam ex hac vita migraverat“, in margine Franciscus Ingoli sua manu ascripsit: „Cardinalis Sacrati mors“ („Acta S. C. de P. F. a. 1622 ad 1625“ fol. 57b).

[99]) V. ex. gr. infra, num. 1 (pag. 6—7, 7—8), num. 2, 9, 13, 65, 78 et al., ubi tamen singulorum decretorum sententiae, quae in margine leguntur, quia et quatenus nihil novi afferunt, praetermittuntur. Juxta acta v. gr. primae congregationis, quae infra (num. 1 pag. 6—7) typis traduntur, omissis iis, quae iuxta eius exordium scripta sunt, hae singulorum decretorum summae leguntur: iuxta primum „Literae nuntiis primo decretae“, iuxta secundum „Bulla erectionis Congnis“, iuxta quintum „Congregatio fit bis in mense“, iuxta sextum „Saulius ad subscribendum deputatus“ etc.

[100]) V. ex. gr. supra, in annot. 97; contra autem v. infra, num. 65.

[101]) Acta congregationis 16ae die 26. Septembris 1622 habitae sic scripta sunt: „.... In ea: 1o ego legi decretum de studiis controversiarum Romae erigendis .... 2o Sententias Patrum circa constitutionem erectionis Congnis antea per manus transmissam rogavi ꝛc“

non satis congruenter; tempore enim, quo singuli cardinales aeque ac secretarius relationes suas alias post alias recitare consueverunt, secretarii relationes verbis: „Relationes R. P. D. secretarii,“ non autem ‚meae‘, inscribebantur.[102])

Modum, quem Ingoli in actis congregationum generalium scribendis servabat, primus eius successor Dionysius Massari paululum commutavit; qui singularum congregationum acta non amplius verbo ‚Congregatio‘ cum numero, sed interdum verbis „In nomine Domini amen“ et die, mense annoque, quo congregatio habita est, inscribebat frequenterque non solum, quoto die singulorum mensium, sed etiam quo hebdomadis die celebrata erat, indicabat, saepissime autem solis die, mense, anno singula acta incipiebat.[103]) Exordium, quod eius tempore eodem fere modo ac prius scribebatur, verbis: „In ea:“ raro finem capit, saepissime vero (immo fere semper) decreta verbis vel: „Et primo“, vel solum: „Primo“ incipiunt.[104]) Decreta hoc tempore perinde ac Francisci Ingoli aetate cum concisioribus sententiis in margine conscribebantur. Horum autem actorum lectoris oculis manus secretarii tam frequenter, quam in actis Francisci Ingoli tempore scriptis obviam non venit.

Tempore tertii S. Congnis de P. F. secretarii, Marii Alberici, modus, quo congregationum generalium acta in tomos referebantur, magis immutatus est.

(„Acta S. C. de P. F. a. 1622 ad 1625“ fol. 17 b).—V. etiam infra, num. 33 pag. 188.—Nonnunquam vero etiam cardinalis praefecti vel alius cardinalis ponentis mentio in prima persona iniicitur; ex. gr. in actis congregationis generalis die 3. Augusti 1744 celebratae re-scriptum ad relationem „Emmi et Revmi domini cardinalis Petra praefecti“ pertinens his verbis incipit: „Ad me, praefectum, cum Smo ꝛc“ („Acta S. C. de P. F. de a. 1744“ fol. 327 b et 332).

[102]) Hanc autem inscriptionem frequenter paulo post verba „devo soggiungere“ „mi scrive“ aliaque huius generis sequuntur. — Tempore posteriore interdum etiam in cardinalitia ‚positione‘ verbum in prima persona reperitur; ex. gr. in congregatione die 1. Octobris 1658 peracta tali loco verba „non sento cosa in contrario“ („Acta S. C. de P. F. anni 1658“ fol. 262 b). Confer etiam verba: „Sicchè a queste riportandomi, aggiungo solamente ꝛc“, quae e ‚positione‘ Vitaliani cardinalis Borromeo supra afferuntur (pag. XXXI).

[103]) Ex. gr.: „In nomine Domini amen. — Die 22. Decembris 1649“ (Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650“ fol. 293) vel: „In Dei nomine amen. Die Lunae 21. Februarii 1650“ (ibid., fol. 327) vel: „Die 27. Septembris 1649“ (ibid., fol. 271 b); acta autem congregationis die 12. Octobris eiusdem anni habitae verbis: „Die 12. Octobris 1649. — Congregatio“ incipiunt (ibid., fol. 277 b).

[104]) Dionysii Massari tempore exordium hoc modo scribebatur: „Fuit congregatio generalis de P. F. in collegio de Propaganda in solito loco [quae verba saepe omittebantur], cui interfuerunt [ex. gr.] 8 cardinales, videlicet [cardinalium nomina sequuntur], necnon Illmus ꝛc [nomina praelatorum, si interfuerunt, afferuntur].“ Juxta exordium actorum anni 1652 in margine verba: „Congregatio generalis 1a“, „Congregatio generalis 2a“ etc. leguntur. Aliis annis congregationes ne in margine quidem a Dionysio Massari numeris signabantur.

Eorum quidem inscriptio eodem fere modo ac Francisci Ingoli tempore scribebatur, nam Marius Alberici (anno 1657) congregationes numerare rursus coepit et verbo „Congregatio“ cum numero adiecto atque die, mense et anno earum acta incipiebat, sed initio verbum „Congregatio“ cum numero adiecto solum in superiore folii margine ascribebat et, postquam eundem modum, quem primus secretarius servabat, restituit, si quae congregatio coram summo pontifice celebrata est, in ipsa inscriptione verba „coram S^mo^“ ascribebat.[105])

Exordium simili modo, quo eousque, scribebatur; in eo enim et locus, ubi congregatio habita est,[106]) et nomina (non quidem numerus) tam cardinalium quam praelatorum, qui ei interfuerunt, indicantur;[107]) nec unquam verba „coram S^mo^“ in exordio desunt, si congregatio coram summo pontifice celebrata est.

At modus, quo decreta tunc perscribi coeperunt, priori valde dissimilis est. Verba: „et in ea“, „in qua“, „et primo“, quae exordium cum decretis pridem coniungebant, omittuntur, et decreta verbis: „Relationes secretarii“ (etiam in nonnullis coram S^mo^[108]) celebratis congregationibus) incipiunt. Quibus (quotquot erant) absolutis, singulorum cardinalium relationes (‚Relationes Em^mi^ N.‘) sequuntur. Singula autem decreta e duobus partibus constant; prima pars, quae ‚summarium‘, ‚relatio‘, ‚positio‘ (italice: ‚sommario‘, ‚ristretto‘, ‚ponenza‘) vocabatur, aut eorum, quae sive secretarius sive cardinalis ponens in consessu ipso recitavit, sententiam aut ipsa eorum verba reddit et quidem non latine, sed italice,[109])

[105]) In inscriptione Marius Alberici ordinem, qui Francisci Ingoli tempore fuerat, invertit; non enim ex. gr. „Congregatio 9^a^“, sed „Nona congregatio“, eodemque modo v. gr. „Quarta congregatio coram S^mo^“ scribebat.

[106]) Generales quidem congregationes tunc temporis omnes in S. Cong^nis^ de P. F. palatio, congregationes autem coram S^mo^ in uno ex apostolicis palatiis celebrabantur. Solum in congregationum praeparatoriarum (v. supra, pag. VI) exordiis locus, ubi habitae sunt, non refertur.

[107]) Inter praelatos etiam Marius Alberici secretarius non quidem principio, at posteriore tempore nominabatur, quod Francisci Ingoli et Dionysii Massari aetate fere nunquam fiebat (v. supra, annot. 96), in exordio autem primae congregationis coram S^mo^ die 5. Novembris 1622 celebratae (v. supra, annot. 97) factum est.

[108]) V. supra, pag. VII—VIII.

[109]) Italice iam congregationis generalis vicesimae quintae die 20. Februarii 1623 habitae actorum pars, quae verbis: „Capitoli da osservarsi circa l' entrata et uscita di tutti gl' effetti della S. Cong^ne^ de P. F.“ inscribitur et in primo „Actorum S. Cong^nis^“ tomo reperitur („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 30 b — 32), scripta est (v. supra, pag. XIV). — Etiam in actis congregationis die 14. Aprilis 1654 celebratae (et quidem in decreto 11°) epistolae ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach ad S. Cong^nem^ de P. F. datae pars „vulgari modo [i. e italice] descripta“ traditur („Acta S. Cong^nis^ de anno 1654“ fol. 34).

altera pars, quae ‚rescriptum‘ inscribebatur, latine scripta, quidquid S. Cong^o^ de P. F. decrevit, continet; prior autem pars longe verbosior, quam altera esse solet. Qui modus anno 1657 initium sumpsit.[110])

Inde ab hoc tempore leviores tantummodo commutationes in actis congregationum generalium conscribendis animadverti possunt.

Quod ad eorum inscriptionem attinet, modum, quem Marius Alberici restituerat,[111]) Antonius Manfroni prosecretarius, Hieronymus Casanate successor, imo et Fridericus Ubaldi Baldeschi retinuerunt, hicce autem secretarius eum anno 1669 ineunte reiecit, nec unquam postea congregationum acta numeris signabantur.[112]) Ex quo tempore congregationum generalium acta non numerabantur, modus, quo inscribebantur, frequenter variabat, et seculo XVII° exeunte mos singula congregationum generalium acta inscribendi prorsus sublatus est.[113])

[110]) In vigesimo „Actorum S. Cong^nis^“ tomo, qui congregationum annis 1656 et 1657 habitarum acta complectitur, congregationis die 7. Maii 1657 celebratae acta, quibus volumen illud finem capit, sunt ultima, quae proprie latine scripta sunt; iuxta quae in margine haec verba leguntur: „Li presenti atti da questo giorno si trovano trasportati nel tomo seguente 1657 in italiano coi rispettivi rescritti.“ Vicesimus primus „Actorum“ tomus („Acta S. C. de P. F. anno 1657“), qui proxime sequitur, in suo principio acta congregationis 7. Maii 1657 habitae, quam diximus, iterum, sed modo novo scripta, reddit.

[111]) V. supra, pag. XLII.

[112]) Inter modum, quo Franciscus Ingoli generales congregationes numerabat, illumque, quo id tempore eius successorum, qui supra nominantur, fiebat, aliquid interest: primus enim secretarius Gregorii XV^i^ tempore inde a S. Cong^ne^ de P. F. instituta, Urbani VIII^i^ autem et Innocentii X^i^ aetate inde ab uniuscuiusque pontificatus primordiis, Marius Alberici vero et qui eum eiusque exemplum hac in re secuti sunt, nulla pontificatuum ratione habita, congregationes numerabant ita, ut ultima tempore Alexandri VII^i^ habita congregatio numero 120°, prima, quae Clemente IX° regnante peracta est, numero 121° signaretur; ultima congregatio, cui Marius Alberici secretarius (30. Junii 1664) interfuit, 86^a^ fuit, proxima, in qua eius vices Antonius Manfroni prosecretarius (22. Sept. 1664) obibat, numero 87° signata est; Hieronymus Casanate secretarii munere in congregatione 115^a^ (die 10. Januarii 1667) fungi coepit. Postrema congregatio, quae numero adiecto inscripta est, erat 136^a^.

[113]) Friderici Ubaldi Baldeschi tempore aut solummodo die, mense et anno (ex. gr.: „Die 30. Julii 1669“) aut verbis: „Congregatio generalis habita die x“ (v. gr.: „10. Sept. 1669“) congregationum acta inscribebantur; haec autem (longior) inscriptio acta ipsa uno, imo et duobus foliis praecedit, quo casu acta verbis: „Die x“ (ex. gr.: „Die 4. Augusti 1670 fuit x“ vel — quod frequentissime anno 1671 legitur —: „Die Lunae 27. mensis Aprilis 1671 fuit x“) incipiunt. Id exemplum etiam Urbanus Cerri prosecretarius et Franciscus Ravizza secuti sunt. Cum Urbanus Cerri secretarius factus esset, actorum inscriptionem verbis: „Congregatio generalis habita sub die x“ (ex. gr.: „25. Junii 1675“) vel: „Cong^ne^ generale de x“ (ex. gr.: „12 Novembre 1675“) vel: „Registro della cong^ne^ de x“ (v. gr.: „30 Giugno 1676“), vel: „Cong^ne^ generale coram S^mo^ tenuta li x“ (ex. gr.: „29 Gennaro 1677“), vel: „Cong^ne^ generale de P. F. da tenersi [!] coram S^mo^ li x“ (v. gr.: „15 Maggio 1679“), acta autem ipsa, quae uno vel duobus foliis post sequuntur, aut verbis: „Die x“ (ex. gr.: 30. Junii 1676) aut verbis: „Die Veneris (vel Lunae, Martis etc) x“ (v. gr. „29. Januarii 1677“) incipiebat. Etiam Odoardi Cibo secretarii tempore inscriptiones variabant, qui congrega-

Exordium non tantas, quantas inscriptio, commutationes habuit: locus quidem, quia congregationes generales semper in iisdem S. Cong^nis aedibus peragebantur, inde ab Odoardi Cibo tempore non amplius indicabatur, cardinales, qui aderant, et praelati, si aderant, semper nominabantur, sed etiam hoc tempore interdum novum aliquid vel inusitatum hoc loco reperitur.[114])

Minime modus, quo inde ab anno 1657 decreta scribebantur, immutabatur. Singularum relationum inscriptiones quidem variabant, at non multum.[115]) In relationibus ipsis cardinales verbis: „Em^ze

tionum acta tum solis die, mense et anno ipsi exordio praemissis (v. gr.: „Die 20. Maii 1680“), tum verbis: „Congo generalis habita sub die x“ (ex. gr.: „24. Martii 1681“), vel: „Congo generalis habita die x“ (v. gr.: „16. Martii 1683“), vel: „Die x“ (ex. gr.: „2. Maii 1684“), quae uno duobusve foliis ante actorum exordium ponebantur, inscribebat, inde autem ab anno 1684 simplicissimo, quem superius ostendimus („Die 20. Maii 1680“), modo utebatur. Tandem inde ab anno 1696 ineunte inscriptio plane omittitur, quod iam antea (ex. gr. annis 1680, 1682, 1687, 1688 aliisque) fiebat, et exordium verbis „In congregatione generali [quod verbum interdum intermittitur] habita die x“ (v. gr.: „9. Januarii 1696“) incipere in consuetudinem venit, qui mos deinde usque in finem seculi XVIII^i praeter paucas congregationes anno 1729 peractas, quae die mense et anno ipsi exordio suprascriptis inscribuntur (ex. gr.: „10. Januarii 1729“), perstitit.

[114]) Inde ab Odoardi Cibo secretarii tempore, qui, ut superius diximus, inscriptionem interdum omittebat, mos cardinalium nomina duabus columnis scribendi usu receptus est, ubi primo nomina in columna sinistra, deinde illa, quae in columna dextra scripta sunt, a summo ad imum legenda sunt. — Quod ad praelatos attinet, morem, quem Marius Alberici, tertius S. Cong^nis secretarius, postremo sui muneris tempore introduxit (v. supra, annot. 107), nonnulli eius successores (A. Manfroni prosecretarius, Hieronymus Casanate, Fridericus Ubaldi secretarii, Urbanus Cerri, tam prosecretarius quam secretarius, Franciscus Ravizza secretarius) servabant; Odoardus Cibo autem suum nomen interdum omittebat, et Carolus Aug. Fabroni inde ab anno 1700 se ipsum inter praelatos, si qui aderant, nunquam nominavit, qui mos postea in omnium eius successorum (praeter Silvium de Cavalieri, cuius nomen inter aliorum praelatorum nomina raro legitur) usu erat. Progrediente tempore e S. Cong^nis de P. F. praelatis solus prothonotarius apostolicus (at ne hic quidem frequenter) congregationibus generalibus interesse solebat. — Quod ad res novas et inusitatas, quae etiam hoc perinde ac Francisci Ingoli tempore (v. supra, annot. 96) in „Actorum“ exordio nonnunquam reperiuntur, spectat, consuetudinis, quae Silvii de Cavalieri tempore vigebat, hoc loco mentio facienda est; hic enim secretarius (aeque ac Carolus Collicola prosecretarius) etiam horam, qua congregatio „intimata“ erat, in exordio (non quidem semper) indicabat; hora autem, qua generales congregationes intimabantur, italica erat (aestate: „11 cum dimidia“ — „12 cum dimidia“, vere atque autumno: „13“ — „14“, hieme: „15“ — „15 cum dimidia“), quae hodierna septima cum dimidia vel octava hora matutina est. — Rarius in congregationum exordio inusitata quaedam reperimus; ex. gr.: „In congregatione generali de P. F. habita die 27. Novembris 1724 cum anniversario omnium Emm^orum cardinalium defunctorum eiusdem Cong^nis interfuerunt x“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1724“ fol. 316), vel: „In congregatione generali de P. F. habita die 14. Januarii 1726 cum exequiis Em^mi et Rev^mi domini cardinalis Vallemani defuncti interfuerunt x“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1726“ fol. 1).

[115]) Primo tempore (inde ab anno 1657) relationes, quas secretarius (prosecretarius) recitabat, verbis „Relationes secretarii“, „Relationes prosecretarii“, postea (primum anno 1663) interdum verbis: „Relationes R[everendissimi] P[atris] D[omini] secretarii“ vel „Relationes R. P. D. prosecretarii“ inscribebantur, quibus verbis Odoardi Cibo secretarii et Antonii

Vostre“, si autem congregatio coram summo pontifice celebrata est, papa verbis: „S^tà Vostra“ appellabantur, quae consuetudo cum more, quem supra (v. annot. 101 et 102) tetigimus, plane congruit.

Relationes (‚ponenze‘) longe verbosiores, quam prius, esse solebant, nonnunquam aliquot folia explentes. Si de quo negotio in duabus pluribusve congregationibus generalibus tractatum est, fiebat, ut in posterioris congregationis actis integra prioris congregationis relatio cum toto rescripto vel cum eius parte iteraretur, ac tum demum nova ‚positio‘ (‚ponenza‘) cum novo rescripto sequeretur.[116]) — Rescriptum, quod saepe brevissimum est (ex. gr.: „Lectum“, „Relata“, „Nihil“, „Annuerunt“, „Laudandi“), interdum in partes aliquot dividebatur.[117]) In rescripto, sive longius sive brevissimum est, saepe verba: „ad mentem““ vel „iuxta mentem“ leguntur, quae aut verbis: „et mens est, ut x“ vel: „et mens est, quod x“, quae in-

Banchieri prosecretarii tempore raro quidem, at inde a Silvii de Cavalieri tempore saepius etiam secretarii vel prosecretarii cognomen, postea etiam nomen et dignitas accedebant (ex. gr.: „Relationes R. P. D. Cerri secretarii“ anno 1678 et 1679, „Relationes R. P. D. Bancherii prosecretarii“, „Relationes R. P. D. secretarii de Cavaleriis“, „Relationes R. P. D. Silvii de Cavaleriis secretarii“, „Relationes R. P. D. Petri Aloisii Carafae, archiepiscopi Larissae, secretarii“); tandem Stephani Borgia secretarii tempore inde ab anno 1772 exeunte relationes hae verbis: „Relationes Ill^mi et Rev^mi domini Stephani Borgiae secretarii“ inscribebantur; interdum autem (ex. gr.: anno 1690, 1691) quaecunque relationum a secretario recitatarum inscriptio omittebatur. — Cardinalium relationes etiam vario modo ex. gr.: „Relationes Em^mi x“ (v. gr.: „Spadae“), vel „Relationes Em^mi cardinalis x“ (v. gr.: „Columnae“), vel „Signor cardinal x“ (v. gr.: „Barberini“, vel: „Sacripante prefetto“), vel: „Relatio Em^mi domini cardinalis x“ (ex. gr.: „Otthoboni“) inscribebantur, postremo vero (seculo XVIII° ineunte) modus relationes cardinalitias verbis: „Relatio Em^mi et Rev^mi domini cardinalis x“ (v. gr.: „Spinola“) inscribendi invaluit.

[116]) In decreto v. gr., quod numero 14° signatum est, congregationis generalis die 30. Septembris 1697 peractae integra relatio decreti noni congregationis generalis die 11. Martii 1697 celebratae cum rescripto, quod verbis: „Cio non ostante, l'Em^ze Vostre rescrissero“ inducitur, repetitur; rescriptum illud, quod verbis: „Quoad ecclesiam Boemobrodae“ incipit et verbo: „onerata“ finem capit, nova relatio, quae verbis: „Torna hora di nuovo la predetta città x“ incipit, cum novo rescripto: „Proponatur per Em^mum Tanaram“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1697“ fol. 52—53 et 371 b—373 b) sequitur. Et totum congregationis generalis die 30. Septembris 1697 habitae decretum in relatione decimi sexti decreti congregationis die 12. Novembris 1697 peractae iteratur, quod ibi nova, quam cardinalis Tanara recitavit, relatio cum novo rescripto, quod verbis: „Ad § ‚Fra tanto‘: ad congregationem particularem“ finem habet, sequitur (ibidem, fol. 409 b — 412). E quo rescripto patet negotium, quod tres congregationes generales tractabant, nondum esse absolutum, sed saltem eius partem congregationi particulari (pro Bohemicis negotiis institutae, v. supra, pag. XV) esse delegatam.

[117]) In actis ex. gr. congregationis generalis die 16. Junii 1687 peractae rescriptum ita scriptum est: „Rescriptum: Ad primum §: annuerunt arbitrio Em^mi nuntii. — Ad §: ‚Di più‘: annuerunt. — Ad §: ‚In oltre‘: dentur facultates x“; verba autem ‚di più‘ et ‚in oltre‘ in relatione (‚positione‘), quae rescriptum praecedit, leguntur („Acta S. C. de anno 1687“ fol. 81 b).

terdum sequi solent, statim aut alio loco (v. gr. literis a S. Cong^ne datis) explicantur.[118])

In „Actorum S. Cong^nis" tomis relationum a S. Cong^nis de P. F. ministris, quos italice ‚minutanti' vocabant, et a secretario confectarum et ab eodem aut a cardinali aliquo in consessibus recitatarum plerumque tantummodo exemplaria (copiae) leguntur, sed fiebat etiam, ut relationes eae ipsae, quae in S. Cong^nis de P. F. secretarii cancellaria conscriptae erant, postquam in congregatione generali recitatae et S. Cong^nis secretario a cardinali ponente restitutae sunt, congregationis, ad quam pertinebant, actis interponerentur.[119]) Talibus relationibus rescriptum aut in calce aut a tergo ascribebatur.

Si decretorum longitudo inde ab anno 1657 crevit, eorum sententiae, quae iuxta ea in margine apponebantur, eodem tempore ad minimum redactae sunt: earum locum intitulationes, quas vocabant, frequentissime uno vocabulo vel duobus tribusve contentae ceperunt.[120])

Congregationum praeparatoriarum (v. supra, pag. VI) et subsequentium, quae coram S^mo celebratae sunt, acta vario modo in „Actorum" tomos referebantur: modo praeparatoriae congregationis acta tantummodo ea continent, de quibus in congregatione coram

[118]) Nonnunquam cardinalis ponens, si e congregationis generalis decreto de negotio statuere debuit, mentem suam aliquot diebus post congregationem peractam secretario per literas aperiebat. — In congregatione v. gr. die 6. Julii 1733 habita („Acta S. C. de P. F. de anno 1733" fol. 254 seqq. et 285 seqq.) Agapitus cardinalis Mosca relationem, quae in eiusdem congregationis actis numero 20° signata est, recitavit; congregatione peracta, hanc et aliam relationem (‚positionem') secum abstulit, quam utramque demum 13. Julii 1733 S. Cong^nis de P. F. secretario restituit simulque ad eum literas dedit, quae sic scriptae sunt: „Di casa li 13 Luglio 1733. — Il cardinal Mosca rimette a V. S^ia l'una e l'altra ponenza, perchè le risoluzioni di quella di Servia che non incontrano difficoltà, possono intanto eseguirsi, come sono quelle del 2°, 3° e 4° [v. supra, annot. 116]; e quanto al primo, si è posto „ad mentem", intendendo, che la mente sia, che, quatenus constet de consensu Patrum Bosnensium, restituant hospitia, de quibus, Patribus reformatis Serviae instantibus. De che essendo inteso il P. procuratore generale delle missioni dei Padri Osservanti riformati, questi si è presa la cura di far costare a suo tempo di detto consenso ∝" („Scritture originali riferite ∝ 1733. Num. 676": cong^ne 6 Luglio num^o 20°).

[119]) Eiusmodi exempla in „Actis S. C. de P. F. de anno 1757" atque in Actorum S. Cong^nis tomis ad annos 1758, 1759, 1761 — 1780, 1782, 1784 — 1787, 1789 (in quo tomo relationes huiusmodi etiam typis descriptae reperiuntur), 1791, 1792, 1793 (ubi etiam typis exscriptae relationes leguntur), 1794—1796 spectantibus inveniri possunt

[120]) Juxta decreta inde a Marii Alberici tempore in margine vocabula ex. gr.: „Silesia", „Bohemia", „Dalmatia" „Notitie de soggetti", „Boemia — cassa del sale — Chinisgratz" legimus; interdum etiam ‚intitulationes' desunt (v. ex. gr. „Acta S. C. de P. F. anno 1669").

S^mo postmodum celebrata non relatum est,[121]) modo omnia, de quibus in ea tractatum est, ideoque etiam ea, quae postea in subsequente congregatione coram summo pontifice habita recitata sunt, eaque tum iisdem, tum aliis verbis reddunt;[122]) alias utriusque congregationis (tam praeparatoriae, quam subsequentis coram S^mo celebratae) actis una, communis inscriptio est, quam utriusque congregationis acta non distincta sequuntur, alias tantummodo alterius (aut praeparatoriae aut coram summo pontifice peractae) congregationis acta in „Actorum" tomos relata sunt.[123])

Praeter generalium omnis generis etiam particularium congregationum acta in „Actorum S. Cong^nis" tomis reperiri su-

[121]) Eius generis sunt v. gr. acta congregationis [praeparatoriae] die 14. Julii 1632 peractae, cuius mentio superius (v. annot. 10) iniecta est.

[122]) Acta congregationis praeparatoriae die 26. Februarii 1657 peractae a congregationis proximae coram S^mo die 15. Martii 1657 celebratae actis, in quibus multa decreta illius congregationis repetuntur, nonnullis locis discrepant („Acta S. C. de P. F. anno 1656 e 1657" fol. 62 seqq.); idem de praeparatoriae et subsequentis coram S^mo habitae congregationis, e quibus illa die 11., haec autem die 14. Junii 1657 peracta est, dictum esse puta („Acta S. C. de P. F. anno 1657" pag. 91 seqq.); acta vero congregationis praeparatoriae, quae die 18. Februarii 1658 habita est, cum congregationis coram S^mo die 21. eiusdem mensis et anni celebratae actis, quod ad decreta utrique congregationi communia pertinet, fere verbotenus idque etiam quoad rescripta, quae tamen diversa esse deberent, congruunt ita, ut etiam in praeparatoriae congregationis actis rescripta ex. gr. sic scripta reperiantur: „S^mus [!], plurimis rationibus perpensis, censuit ∝"; imo in tomo, in quem relata sunt („Acta S. C. de P. F. anno 1658"), acta congregationis posterioris, quae coram S^mo habita est, prioris congregationis praeparatoriae actis, quae etiam plura decreta, quam illa continent, praeposita sunt; congregationis enim coram summo pontifice celebratae acta folio 34, prioris autem congregationis acta demum fol. 69 incipiunt.

[123]) Praeparatoriae die 4. Januarii 1678 peractae proximaeque coram summo pontifice die 17. Januarii 1678 celebratae congregationis acta verbis: „Congregatio generalis habita coram S^mo die 17. Januarii 1678" inscripta hoc modo incipiunt: „Die Lunae 17. Januarii .... fuit congregatio generalis .... cui interfuerunt Em^mi .... et Cerrus secretarius. — Relationes eiusdem secretarii in congregatione praeparatoria ad praedictam generalem habita die 4. eiusdem, in qua ∝" („Acta S. C. de P. F. anno 1678" fol. 1). Simili modo praeparatoriae die 19. Januarii anni 1679 peractae subsecutaeque, die 29. Januarii eiusdem anni coram summo pontifice habitae congregationis acta scripta sunt („Acta S. Cong^nis de anno 1677" fol. 1 seqq.), in quibus secundum S. Cong^nis de P. F. secretarii relationes in congregatione praeparatoria recitatas, quae in infimo folio 4a finem capiunt, folio 4b „Relationes Em^mi Barberini in congregatione generali coram S^mo" recitatae sequuntur. Eodem modo congregationum praeparatoriae die 31. Augusti 1677 et generalis coram S^mo die 6. Septembris 1677 habitarum acta scripta sunt („Acta S. Cong^nis de anno 1677" fol. 207 seqq.). — Contra autem acta congregationis die 14. Novembris 1678 peractae, quae verbis: „Congregazione coram S^mo li 14 Novembre 1678" inscripta sunt, nil aliud quam praeparatoriae congregationis acta continere videntur. Similiter in volumine verbis „Acta S. C. de anno 1693" inscripto (fol. 71 et seqq.) tantum congregationis ‚generalis et praeparatoriae' pro alia congregatione „habenda coram S^mo" die 4. Maii 1693 celebratae acta leguntur. Quae congregatio omnium praeparatoriarum ultima erat, nec exploratum est, num post eam congregatio coram S^mo re vera peracta sit (v. supra, pag. VII annot. 10).

perius (v. pag. XXXVII annot. 91) iam significatum est; quamvis autem tantum prima S. Congnis de P. F. aetate moris esset, ut earum (non quidem omnium) acta in tomos, quos modo diximus, referrentur, tamen in primis „Actorum“ tomis paucissima eiusmodi exempla inveniri possunt. Modi, quo id fiebat, duo erant: aut particularium congregationum acta generalium congregationum actis inserebantur,[124]) aut propria et sua inscriptione praedita in tomos referebantur, et quidem non servato interdum temporis ordine, prout superius ostendimus.[125])

Modus, quo integra particularium congregationum acta generalium congregationum actis non inserta in „Actorum S. Congnis“ tomos referebantur, fere idem erat, ac ille, quem superius, ubi de perscribendis generalium congregationum actis scripsimus, tetigimus;

[124]) Generalis congregationis ipso S. Congnis de P. F. initio celebratae actis si non integra particularis congregationis acta, saltem eius decretum, cuius partem superius (v. pag. XIV et annot. 24) attulimus, hoc modo insertum est: „Congregatio 25a. Die 20. Februarii 1623. — Fuit congregatio coram Smo, in qua intervenerunt omnes Patres praeter cardinalem Bandinum et cardinalem Sacratum, qui ad ecclesiam suam Cesanatensem se transtulit. — In ea 1o Smus et Patres approbarunt capitula, quae circa bona et redditus S. Congnis compilata fuerunt a cardinalibus Ubaldino et Valerio iuxta ipsius S. Congnis mandatum sub die 24. Januarii proxime praeteriti sub numero 10o: Capituli da osservarsi circa l'entrata et uscita di tutti gl'effetti della S. Congne de P. F.: 1o Che tutti gli aiuti che vorrà dare la Congne siano solamente ad tempus preciso e limitato in modo, che non si possa obligar mai a dare assegnamenti perpetui, ma solo per tempo preciso, cioè d'anno in anno, overo al più, quando l'opera lo comportasse per tre anni ad summum, non essendo però prohibito in tal caso, finito il primo triennio, di potersi prorogare il tempo, causa cognita dalla Congne; 2o che non si possa ∝ [usque ad verba:] nelle sodette missioni [quae in annot. 24 leguntur]. — 2o Cum exquisivissem a Patribus ∝“ [sequitur altera pars actorum vicesimae quintae congregationis generalis]. — Alio modo actis generalis congregationis 94ae, quae die 7. Julii 1628 habita est, particularis congregationis die 13. Junii celebratae acta inserta sunt; generalis enim congregationis, quam modo diximus, decretum primum sic scriptum est: „In ea: 1o referente Illmo domino cardinali Millino decretum particularis congregationis habitae die 13 Junii 1628 circa negotium Carolinae universitatis, S. Congo illud confirmavit et approbavit iussitque . . . . Decretum vero, de quo supra fit mentio, est, quod sequitur. — Decretum particularis congregationis habitae die 13. Junii 1628 super universitate Carolina: Fuit congregatio particularis in aedibus Quirinalibus Illmi domini cardinalis Bandini, cui interfuerunt ∝“ („Acta S. C. de P. F. anno 1628 et 1629“ fol. 78 b). Hoc loco sane non decretum solum, licet inscriptio id asseveret, sed integra congregationis particularis acta generalis congregationis actis inserta sunt. Saepissime inserta particularium congregationum acta solis die, mense ac anno, quibus habita sunt, inscribuntur, quibus raro verba: „Congregatio particularis de . . . .“ praeposita sunt; ex. gr.: „Congregatio particularis de bonis ecclesiasticorum Boemiae. — Die 25. Octobris 1630“ („Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631“ fol. 166), cuius acta generalis congregationis 132ae die 22. Novembris 1630 celebratae actis inserta sunt. — Ceterum integra particularium congregationum acta congregationum generalium actis imposita eodem modo, quo generalium congregationum actis non inserta integra congregationum particularium acta scribebantur (v. supra).

[125]) V. supra, annot. 91.

perinde enim atque generalium, etiam particularium congregationum acta ex inscriptione, exordio, decreto decretisve constabant.

Inscriptio maxima ex parte ab inscriptione, quae generalium congregationum actis tunc temporis praeponi solebat, discrepabat: nam fere omnia particularium congregationum acta tantummodo die, mense, anno, quo celebratae sunt, inscribebantur.[126])

Exordium congregationum particularium simili modo ac generalium congregationum perscribebatur: verbis „Fuit congregatio particularis de [vel: „super“] . . . .“ incipiens, negotium, cuius gratia congregatio instituta erat, significabat, locum, ubi peracta est, indicabat et post verba: „cui interfuerunt“ cardinalium praelatorumque, si qui aderant, nomina, interdum etiam numerum ponebat.[127])

Decreta particularium simili modo ac generalium congregationum scribebantur; si quae congregatio particularis plura decreta fecit, singula ex ordine numeris signabantur; nonnunquam etiam singulae rationes, quae particularis congregationis cardinales praelatosque moverunt, ut aliquid decernerent, numeris signatae sunt. Summatimque

[126]) Etiam hic exceptiones reperiuntur: particularis ex. gr. congregationis „de negotio parochorum Moraviae“ acta verbis: „Congregatio 102a [bis]. — Die 22. Decembris 1628“ perperam inscripta sunt. Alius particularis congregationis actis inscriptio: „Congregatio particularis de Carolina universitate. — Die 12. Novembris 1630“ praeposita est, at eiusdem congregationis particularis exordium numero 55o incipit, qui numerus ad generalis congregationis 130ae acta spectat; haec autem congregatio generalis iam die 1. Octobris 1630 celebrata erat, quamobrem illius congregationis particularis acta ad eius acta pertinere vix dixeris; attamen eorum inscriptio eadem ac insertarum congregationum particularium est (v. supra, annot. 124). Praecedentia alius congregationis particularis acta ita inscripta sunt: „Die 10. Novembris 1630“, quo modo particularium congregationum acta saepissime incipiunt, at etiam huius congregationis particularis exordio numerus „53o“ praepositus est, licet congregatio haec ad generalis congregationis 130ae acta, quae decreto numero 52o signato finem capiunt, nullo iure pertineat („Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631“ fol. 133, 152 b, 155). — Jure eodem generalis congregationis 122ae (die 15. Aprilis 1630 habitae) actis, quae e 56 decretis constant (ibid. fol. 43 seqq.), quatuor particularium congregationum acta adiecta sunt, quarum congregationum prima quidem die 25. Martii 1630 (i. e. ante congregationem 122am), reliquae autem tres demum mense Maio 1630 celebratae sunt; ultimae (die 20. Maii 1630 peractae), quae ad universitatem Pragensem spectabat, non solum exordium, sed etiam omnia decreta, imo et singulae rationes allatae, quibus congregatio particularis mota rem decrevit, numeris continuis [inde a 71o usque ad 76um] signata sun (ibid. fol. 61 b—63 b).

[127]) Ex. gr.: „Fuit congregatio particularis de negotio parochorum Moraviae in palatio Illmi domini cardinalis Millini, cui interfuerunt ipsemet dominus cardinalis Millinus, Illmus dominus cardinalis Borgia et Revmi domini Maraldus et Paulutius“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1628 et 1629“ fol. 184 b). — At ne hic quidem exceptiones desunt: particularis congregationis „super instructionibus pro transactione super bonis ecclesiasticis Boemiae“ (quae verba ibidem in margine folii 203 leguntur) habitae actis exordium hoc est: „Fuit congregatio in palatio Illmi domini cardinalis Millini, cui interfuit cum eodem Illmo Millino dominus cardinalis S. Sixti“ (ibid. fol. 203).

dici potest particularium congregationum decreta pleniora atque verbosiora quam congregationum generalium eiusdem temporis fuisse.[128])

Particularium congregationum acta in „Actorum S. Cong^nis^" tomos praecipue primi eiusdem S. Cong^nis^ secretarii Francisci Ingoli tempore referebantur; secundi secretarii Dionysii Massari tempore potissimum illarum congregationum particularium, quae S. Cong^nem^ ipsam spectabant (v. gr.: congregationum super typographia S. Cong^nis^ de P. F., congregationum super statu temporali S. Cong^nis^ aliarumque similium), acta in tomis „Actorum" inscribebantur.

Longe diutius audientiarium S^mi^ (v. supra, pag. XVIII) acta in „Actorum S. Cong^nis^" tomos referebantur, ubi non solum ipso S. Cong^nis^ de P. F. initio,[129]) sed etiam seculo XVIII° exeunte saepe, imo saepissime reperiri possunt.[130]) Modus, quo audientiarium S^mi^ acta in tomis „Actorum" inscribebantur, varius erat: tum brevissima, tum longiora erant; tum singularum congregationum actis inserta, ipsa decreta, quae a summo pontifice per ea approbabantur, e vestigio sequuntur, tum a decretis, ad quae pertinent, separata, congregationum, quas spectant, actis modo viciniorem, modo longius positum locum occupant;[131]) saepissime tamen paucissimis verbis contenta audientiarum acta decreta, ad quae referuntur, vestigiis consequuntur.

[128]) Etiam in particularium congregationum decretis verba: „S. Cong^o^ censuit", vel: „Cong^o^ censuit posse, si S^mo^ placuerit" („Acta S. C. de P. F. anno 1636, 1637" fol. 177, 179 b), vel: „Cong^o^ iussit" (ex. gr. „ut de facultate tertiae formulae in ordine secundo agatur cum S^mo^" – ibid. fol. 104) leguntur; v. autem supra, pag. XII.

[129]) V. supra, annot. 35 (pag. XVIII).

[130]) In actis congregationis generalis ex. gr. die 30. Julii 1770 celebratae rescriptum decreti undecimi hoc modo scriptum est: „Annuerunt, et ad dominum secretarium cum S^mo^". Secundum quae verba continuo haec leguntur: „Ex audientia S^mi^ die 5. Augusti 1770: S^mus^ annuit pro gratia mandavitque breve apostolicum desuper expediri. M. Marefuscus secretarius" („Acta S. C. de P. F. anni 1770" fol. 285).

[131]) Brevium actorum huiusmodi exempla nonnulla superius in annot. 36 et 37 allata sunt; v. etiam infra, num. 321 (annot. 3), 352 (18°), 398 (annot. in fine), 408 (annot. 15), 423. — Audientiarum acta autem creverunt, si vel rei ad summum pontificem relatae expositio, vel pontificii praecepti explicatio, vel simul utraque verbosior erat. Longioris expositionis exemplum in congregationis generalis die 22. Aprilis 1749 habitae actis legimus: „11° . . . . Rescriptum: Consulendum esse S^mo^ pro concessione facultatum iuxta modum explicandum ab Em^mo^ ponente [Josepho cardinali Sacripanti] cum domino secretario abbati Neocellensi pro Lusatia Inferiori ad quinquennium, atque idem abbas quotannis certioret S. Cong^nem^ de statu religionis in illis partibus, et quoad facultates pro aliis regionibus iuxta mentem. Quo vero ad decanum Budissinensem, supplicet pro facultatibus, et providebitur. — Ex audientia S^mi^ habita die 4. Maii 1749: S^mus^ annuit" („Acta S. C. de P. F de anno 1749" fol. 91). — Longior pontificiae sententiae explicatio in congregationis generalis die 3. Augusti 1744 celebratae actis legitur, quae sic scripta sunt: „. . . . Ex audientia

Negotiorum, quae extra congregationes tractabantur, acta exiguam „Actorum S. Cong^nis^" partem efficiunt; ex iis ea, quae in consistorio secreto agebantur, maxima ex parte ad audientias S^mi^,[132]) quas modo tetigimus, paucissima autem ad secretarii cum cardinali praefecto congressus seu colloquia pertinent.[133]) Utrius-

S^mi^ habita die 20. eiusdem mensis: S^tas^ Sua, praevia avocatione causae super praetensa exemptione monasterii, de quo agitur, a S. Cong^ne^ Concilii, in qua nondum fuit proposita, eiusque remissione cum facultatibus necessariis et opportunis ad S. Cong^nem^ de P. F., mandavit, quod partes intra annum deducant formaliter coram ea iura sua, et interim sine praeiudicio iurium earundem partium tam in possessorio quam in petitorio et pariter sine praeiudicio omnium et quorumcumque interesse habentium vel praetendentium concessit ad biennium abbati monasterii Neocellae facultatem administrandi extra fines sui monasteri et per utramque Lusatiam sacramenta, etiam parochialia et praesertim poenitentiae, necnon absolvendi ab omnibus casibus sedi apostolicae reservatis, cum potestate communicandi huiusmodi facultates suis religiosis usque ad numerum sex pro casibus tamen dumtaxat in eius libello supplici expositis et non aliter nec alio modo; quo autem ad licentiam retinendi et legendi libros haereticorum et infidelium ad effectum, de quo in precibus, orator et aliqui ex eius monachis, quos ille magis idoneos putaverit, supplicent quisque pro se S. Cong^ni^ Sancti Officii" („Acta S. C. de P. F. de anno 1744" fol. 332–333.) Aliud eiusdem modi exemplum in tomo, qui „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639" inscriptus est, fol. 180—180 b reperitur (v. supra, annot. 30). Cum autem prioris utriusque audientiae acta, quae attulimus, congregationum, ad quas pertinent, actis inserta sint, postremae audientiae, quam commemoravimus, acta separatim in tomum, quem diximus, relata sunt. — Verbosioris tam expositionis quam pontificii praecepti explicationis exemplum acta audientiae die 22. Martii 1638 habitae continent, quae superius (v. annot. 32) allata sunt. Aliud exemplum in actis audientiae S^mi^ die 20. Junii 1657 legitur: „3°. Comandò V. S^tà^, che per segretaria di stato si scrivesse al nuntio di Vienna, che procurasse in qualche modo insinuare a Fr. Valeriano Magno di venirsene a Roma a farsi conoscere, ma perchè io ho ricevuta in quest' ordinario una letera d' un suo compagno che mi si dà a conoscere come nato suddito della mia casa e dà qualche cenno delli travagli e persecutioni patite da Fr. Valeriano da che meno doveva, ho soprasseduto di rispondere per sentirne i sensi della S^tà^ Vostra. — Rescriptum: S^mus^ magis opportunum censuit, ut egomet in responsione ad socium id ipsum suggererem, et interim supersederetur per secretariam status" („Acta S. C. de P. F. anno 1657" pag. 152–153). — Huc etiam audientiae S^mi^ die 9. Maii 1657 habitae acta, quorum et forma et sententia notatu digna est, pertinent; sic enim scripta sunt: „Audientia S^mi^ die 9. Maii 1657. Relationes secretarii: 1° ∞. 2° Nella congregatione ultima si è data l' incumbenza al signor cardinal Capponi di far la distributione delle provincie fra i signori cardinali per i negotii che si propongono [v. supra, annot. 11], ma perchè S. S^tà^ mi diede cenno l' altra volta d' haver in questo non so che ordine da dare, si supplica a significare i Suoi sensi. — Rescriptum: Tractetur de hoc negotio in prima congregatione habenda coram Ste Sua" („Acta S. C. de P. F. anno 1657" pag. 23—24). Omnium trium audientiarium, quae modo attulimus, acta nullius congregationis actis inserta sunt.

[132]) V. supra, annot. 30, 31, 32, 34, 36, 37, 38, 131.

[133]) V. supra, annot. 49. — Veri congressus seu colloquii acta in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650" fol. 377 leguntur, quae sic scripta sunt: „In colloquio sive audientia Em^mi^ domini cardinalis Capponii die 2. Julii 1650. Cum Joannes Preissel Bohemus, venerabilis collegii de P. F. transactis annis alumnus, ... supplicaverit, ut aliqua missione eum dignaretur, Em^mus^ dominus cardinalis Capponius . . . . ex vi decreti in postrema generali congregatione facti missionem in Pomerania illi concessit". — Alius congressus acta in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639" fol. 292 his verbis incipiunt: „Die 23. Junii 1639 secretarius Ingolus egit cum Em^mo^ domino cardinali Barberino de missione Theatinorum ad Indias Orientales ∞."

que generis huiusmodi acta solum prima S. Cong^nis^ de P. F. aetate in „Actorum S. Cong^nis^“ tomos referebantur. Eodem tempore etiam alia — raro quidem, rarissime autem seculo XVIII° — „Actis S. Cong^nis^“ inscribebantur.[134])

At, quae tantas ad congregationes generales nequaquam pertinentes res comprehendunt, „Acta S. Cong^nis^“, quod ad generalium, praecipue primo S. Cong^nis^ de P. F. tempore peractarum congrega-

[134]) In primo „Actorum S. C.“ volumine secundum congregationis 6^ae^ die 12. Decembris 1623 habitae acta (fol. 77 b) „decretum . . . . de studiis linguarum per regulares instituendis“ legitur, et singula congregationum generalium decreta etiam in aliis „Actorum S. C.“ tomis compluribus locis reperiuntur. In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1634 e 1635“ fol. 251 b post congregationis 204^ae^ die 28. Maii 1635 celebratae acta „emendatio decreti pro episcopo Mimatensi“, cui dies 4. Junii ascriptus est, legitur. Decretum de studiis linguarum, quod modo commemoravimus, in primo „Actorum“ tomo memoria de S. Cong^nis^ de P. F. auditore (iudice deputato) a Ludovico cardinali Ludovisi, eiusdem S. Cong^nis^ iudice, constituto consequitur (v. supra annot. 18). In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1636, 1637“ fol. 294 alia memoria, quae verbis: „Quomodo et in quo valore solvebantur anuli cardinalitii camerae apostolicae ante eorum applicationem S. Cong^ni^ factam“ inscripta est, legitur; eam memoria die 20. Maii 1637 scripta de anulo cardinalitio a cardinali S. Sixti persoluto consequitur. In tomo „Acta S. C. de P. F. anno 1640 e 1641“ fol. 191—191 b alia memoria sic scripta est: „Die 31. Octobris 1640 Em^mus^ dominus cardinalis Antonius [Barberini], praefectus S. Cong^nis^ de P. F., negotium confirmationis apostolicae hospitalis ab abbate Gasparo de Questemberg ordinis Praemonstratensis et a tribus eius fratribus in Praga erecti ad congregationem particularem pro collegiis pontificiis extra Urbem a S^mo^ D. N. institutam remisit ꝛc“. — In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ fol. 289 b seq. „notae secretarii Ingoli ad congregationem particularem super negotiis ecclesiae Curiensis habitam die 6. Junii 1639, a qua abfuit ob infirmitatem, ꝛc“ leguntur. — In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1644 e 1645“ fol. 271 b—272 ante generalis congregationis die 25. Aprilis 1645 celebratae acta „quietantia pro anno 1640 cum duobus sequentibus facta domino cardinali de Harrach circa datium salis Boemiae exactum ꝛc“, cui dies 25. Aprilis 1645 ascriptus est, legitur. — In proximo „Actorum“ tomo („Acta S. C. de P. F. anno 1646 e 1647“ fol. 100—100 b) memoria de Francisci Ingoli colloquio cum Paulo Savelli principe de Albano, Ferdinandi III. in curia Romana oratore, de Carolina universitate seminariisque Pragensibus habito reperitur, quae sic incipit: „Die 4. Junii 1646 secretarius Ingolus adivit Exc^mum^ dominum ducem Sabellum imperatoris oratorem eique significavit, quae circa Carolinam et seminaria Pragensia acta fuerunt in congressibus habitis cum P. Arriaga Jesuita ꝛc“. — In eodem volumine (fol. 476 b seqq.) „examen alumnorum collegii de P. F.“, quod „die 17. Augusti 1647 fuit“, in proximo „Actorum“ tomo („Acta S. C. de P. F. anno 1648“ fol. 13—13 b, 159 b—160) duo „adolescentum, qui in collegio de P. F. admitti petierunt (cupiebant),“ examina die 4. Februarii 1648 (v. supra, annot. 91) et 16. Septembris 1648 facta leguntur (v. superius, annot. 54). — In volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650“ fol. 198 memoria de Francisco cardinali Maidalchino S. Cong^ni^ de P. F. die 4. Januarii 1649 ascripto, quam acta congregationis 99^ae^ die 19. Januarii 1649 habitae consequuntur, legitur; plurimae vero huiusmodi notitiae, quae initio congregationum generalium Actis (praecipue eorum exordio) inserebantur (v. supra, annot. 96), tempore posteriore in tomum „S. Cong^ne^: cardinali, segretari, consultori della med[esima] dal 1669 a tt^o^ il 1830. N. I“, qui ad seriem „Scritture non riferite“ pertinet, referebantur. — Eodem modo in eodem „Actorum“ tomo („Acta S. C. de P. F. anno 1649 e 1650“) fol. 266 b haec memoria legitur: „Die 30. Augusti 1649 fuit declaratus secretarius S. Cong^nis^ de P. F. a S^mo^ D. N. et ab Em^mis^ dominis cardinalibus Dionysius Massarius ꝛc“. — In volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1660“ (fol. 264—264 b) inter congregationis generalis die 15. Novembris 1660 celebratae acta literarum Litomericii die 15. Septembris 1660 datarum exemplum legitur; alterum earum exemplar, cui et inscriptio et dies ascriptus et nomen subscriptum desunt, in volumine „Germania, Bohemia, 23. Num. 327“, quod ad seriem „Lettere originali riferite“ pertinet, reperitur. Simili modo in annorum 1701 (fol. „76. a“) et 1713 (fol. 562 [undecies]) „Actis“ libelli supplices et in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1705“ post omnia eiusdem anni acta, imo et post indicem aliquot epistolae S. Cong^ni^ de P. F. allatae leguntur.

tionum acta spectat, solida atque integra non sunt ducenda: non enim omnia, quae in singulis congregationibus generalibus tractata sunt, continent.[135]) Id Franciscus Ingoli, primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, ipse in primo „Actorum S. Cong^nis^ de P. F. anno 1622 ad 1625“ tomo (fol. 50) his verbis, quae sua manu scripsit, testatur: „Nota tamen, quod multa rescripta ad memorialia a S. Cong^ne^ facta non sunt in his actis inserta, sed in peculiari libro rescriptorum ordine alphabetico disposito[136]) continentur, et id factum fuit ab anno 1622 usque ad 4. Februarii 1625, a quo tempore visum fuit melius esse omnia inter Acta inserere. Fr. Ingolus secretarius“.[137]) Hic autem, si verbo „memorialia“ libelli supplices significantur, duabus exceptionibus locus est: primum enim „Acta S. Cong^nis^“ inde ab initio usque ad diem 4. Februarii 1625 non solum ea, quae de libellis supplicibus S. Cong^ni^ de P. F. porrectis, sed etiam ea, quae de multis alius generis epistolis in singulis congregationibus generalibus tractata sunt, praetermittunt,[138]) deinde etiam post diem 4. Februarii 1625 non omnia, de quibus in congregationibus generalibus disceptatum est, reddunt, idque tam Francisci Ingoli, quam secretariorum, qui ei successerunt, tempore accidebat. A primo S. Cong^nis^ de P. F. secretario id non sine causa factum esse videtur; haud raro enim satis erat, quod de epistolis allatis libellisve supplicibus porrectis S. Cong^o^ de P. F. certior reddita est;[139]) de aliis maioris momenti negotiis ad S. Cong^nem^ de P. F. in duobus, tribus pluribusve congregationibus generalibus relatum est, et S. Cong^o^ de iis bis vel ter statuit, Franciscus autem Ingoli ultimum tantummodo (immutabile) decretum in

[135]) V. annotationes in fine numerorum 10, 14, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 28, 29, 33, 35, 40, 44, 47, 48, 51, 54, 58, 69 aliorumque positas.

[136]) Hic „Rescriptorum“ liber in S. Cong^nis^ de P. F. archivio non reperitur, nisi forte liber, qui verbo „Memoriali“ inscriptus est, significatur, qui autem „ordine alphabetico dispositus“ non est; fortasse liber ille posteriore tempore disiunctus, variorum librorum, qui nunc in archivio illo reperiuntur, partes efficit.

[137]) Fere idem etiam in indice primi „Actorum S. C.“ tomi („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“) lit. A legitur: „Actorum S. Cong^nis^ residuum habetur in libro rescriptorum, eorum scilicet, quae facta sunt ab initio usque ad 4. Februarii 1625, nam ab hoc tempore et deinceps etiam rescripta ad memorialia relata sunt inter Acta Cong^nis^. Vide pag. 50.“

[138]) Nullus de numeris superius in annot. 135 allatis libellus supplex est.

[139]) Eius generis omnes fere epistolae, quas supra in annot. 135 commemoravimus, erant.

„Acta S. C.“ retulit;[140]) fiebat etiam, ut Franciscus Ingoli negotia, de quibus alia, quam S. Congnis de P. F. auctoritate (v. gr. a summo pontifice) statutum est, in „Actorum S. Congnis“ tomos non referret[141]); alias occasiones eiusmodi congregationes praeparatoriae ei (perinde ac eius successoribus) praebuerunt[142]): in summa undique Francisci Ingoli studium ad id collatum enitet, ut „Actorum S. C.“ tomi ea omnia continerent, quae S. Congo de P. F. de ratione decrevit, et quae in posterum norma regulaque esse poterant.[143])

Quod exemplum quia Francisci Ingoli successores semper fere sequebantur,[144]) factum est, ut S. Congo de P. F. „Actorum S. C.“ tomis praeter ceteras archivii sui partes momentum auctoritatemque attribueret.[145]) Quapropter curabat, ut omnes eorum tomi indicibus, quibus niti posset, instruerentur,[146]) et reapse reperiuntur „Actorum“ tomi, qui binos, sunt etiam, qui ternos indices (personarum, locorum,

[140]) V. supra, annot. 91. V. etiam ex. gr. infra, annotationem in fine numeri 197 positam: epistola illa, quam Franciscus cardinalis Dietrichstein die 20. Novembris 1624 ad S Congnem dedit, certe aut in congregatione 27a die 17. Decembris 1624 aut in congregatione 28a die 7. Januarii 1625 habita recitata et Scipioni cardinali S. Susannae delegata est, nam in 29a congregatione, quae die 20. Januarii 1625 peracta est, cuius autem acta nullam eius faciunt mentionem, „fuit iterum remissum hoc negotium ad cardinalem S. Susannae“, qui tandem die 21. Februarii 1625 de eo ad S. Congnem retulit; in „Actorum S. Congnis“ tomo autem demum in actis congregationis 31ae die 21. Februarii, quem modo diximus, celebratae negotium illud primum legitur. — Simile aliquid in annotatione in fine numeri 211 posita reperitur: decretum, quod ibi die 21. Februarii 1625 factum esse dicitur, et quo negotium ad S. Congnem Rituum delegatum est, in congregationis eodem die peractae actis deest, in 33ae vero congregationis die 22. Martii 1625 habitae actis aliud decretum legitur, quod S. Congo de P. F. fecit, postquam S. Congo Rituum sententiam dixit. — Hac in re Francisci Ingoli successores, praecipue qui seculo XVIIIo secretarii munus obibant, eius exemplum non sunt secuti (v. supra, pag. XLV et annot. 116)

[141]) V. ex. gr. infra, annotationem in fine numeri 447 positam: decretum, quod a tergo libelli supplicis ascriptum legitur: „Jussum est agi cum Smo“ in actis 62ae congregationis die 13. Augusti 1626 habitae deest. — In actis congregationis 39ae die 21. Julii 1625 coram Smo celebratae legitur quidem S. Congnis de P. F. decretum P. Valerianum de Magni spectans, quod archiepiscopo Pragensi rogante factum est et quod etiam a tergo libelli supplicis ab eodem archiepiscopo ad S. Congnem dati scriptum est, at verba, quae a tergo eiusdem libelli leguntur: „Smus inclinabat, ut Fr. Romanus [Laudensis] in locum Fr. Valeriani subrogaretur ad officium provincialatus“, in „Actorum“ tomo desunt, et a tergo libelli secundum verbum „provincialatus“ verba: „Non registratum in actis“ sequuntur. — Aliud exemplum simile in annotatione in fine numeri 383 posita legitur.

[142]) V. supra, annot. 10 et pag. XLVII.

[143]) Sunt etiam hoc loco exceptiones: ex gr. congregationis generalis 248ae, quae die 28. Julii 1638 habita est, acta ad finem perducta esse non videntur („Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639“ fol. 132).

[144]) Contra vero faciunt decreta (eaque plurima), in quorum rescripto nihil aliud, quam „Relata“ vel „Lectum“ vel „Nihil“ legitur (v. supra, pag. XLV).

[145]) V. supra, pag. XXXI („In quanto poi all' archivista ꝛc“). — V. etiam supra, pag. XII. ubi decretum generalis congregationis die 20. Augusti 1669 habitae allatum est.

[146]) V. supra, pag. XXVII, XXIX, XXXI.

rerum) ac — Francisci Ingoli tempore — etiam eorum commentarios (conceptus) eius manu scriptos habent.[147])

Quamvis hoc modo „Actorum“ tomi S. Congni de P. F. fundamentum, cui tuto confidere posset possitque, essent et hodie sint rerum gestarum investigatoribus fons non semper satis fidus sunt, idque non solum propterea, quod interdum non omnia, quae in singulis congregationibus tractata conclusaque sunt, prout superius ostensum est, reddunt,[148]) sed etiam, quod nonnunquam tempora errant; id facillime eo tempore accidebat, quo mos invaluit, ut summaria (‚ristretti‘) in congregationibus recitanda longa (interdum longissima) conscriberentur: tunc enim opus erat, ut multis diebus ante diem congregationi statutam conficerentur; si autem congregatio non eodem, quo summarium scriptum est, sed proximo mense habita est, verba „mense currente“ vel „mense proxime praeterito“, si in summario scripta erant, neque tempore opportuno emendata sunt, a vero deflectunt.[149]) Denique, prout errare humanum est, cancellariae S.

[147]) V. supra, annot. 70. — Progrediente tempore (et hodie) ex his singulorum tomorum indicibus generales indices conficiebantur (et conficiuntur).

[148]) V. supra, pag. LIII—LIV. — Multa decreta praecipue in annnorum 1660, 1661, 1800, 1801 „Actis“ deesse videntur. Nonnulli tomi demum postquam conglutinati sunt, supplebantur: ex. gr. in tomo „Acta S. C. de P. F. de anno 1724“ secundum congregationis die 18. Decembris 1724 habitae acta, quae folio 389 b finem capiunt, verba: „Aggiunta di tutte quelle materie che non sono potute aggiungersi ai luoghi proprj per essersi date al registro, compito e legato il tomo“ leguntur, quae inscriptio: „Congne generale delli 31 Gennaro 1724“ intermissaque decreta sequuntur; item in „Actorum“ anni 1726 tomo post omnium eiusdem anni congregationum acta inscriptio similis: „Aggiunta agli atti ꝛc“ cum congregationis die 15. Julii 1726 celebratae decretis legitur; ibidem in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1733“ ultimae huiusce anni (die 7. Decembris) habitae congregationis acta congregationum die 1. Junii et 3. Augusti 1733 celebratarum decreta consequuntur; pariter in „Actorum“ anni 1740 tomo secundum congregationis die 6. Decembris acta congregationis die 26. Septembris 1740 peractae decretum numero 25o signatum legitur; simili modo etiam annorum 1751, 1754, 1756 „Acta“ suppleta sunt. Cuius rei causa varia esse poterat: tum ea, quod cardinales „ponentes“, congregatione finita, summaria, quae recitaverant, secum asportarunt nec ea tempestive S. Congnis de P. F. secretario restituerunt (v. supra in annot. 118), tum ea, quod S. Congo negotium aliquod rursus deliberandum esse censuit, tum ea, quod secretarii S. Congnis cancellariae administri negotium aliquod suo tempore in „Actorum“ tomos referre obliti sunt. — At, cum tot „Actorum“ volumina supplenda erant, quis ceteros eorum tomos integros esse probare audebit, praesertim si volumen verbis: „Tom. 4o. Acta congnum particularium super rebus Synarum et Indiarum orientalium ab anno 1723 usque ad 1728“ inscriptum, cui inter „Actorum“ anni 1729 et 1730 tomos in S. Congnis de P. F. archivio locus erat, quamvis ad „Congregationum particularium“ seriem pertineat, demum anno 1837 suppletum esse consideraverit?

[149]) E secretaria status ex. gr. ad S. Congnis de P. F. secretariam die 14. Septembris 1713 literarum a Julio cardinali Piazza, qui tunc temporis apostolicae sedis in imperiali aula Viennensi nuntium agebat, die 2. Septembris 1713 datarum exemplar transmissum est („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali ꝛc 1713. Num. 589“: congr. 3 Ottre no 8); harum literarum sententia in summario in secretarii S. Congnis de P. F. cancellaria certe mense Septembri eiusdem anni confecto, at demum die 3. Octobris 1713

Cong^nis de P. F. officialium animus non attentus aliorum errorum nonnunquam auctor fuit.[150])

„Actorum S. C." tomi inde a S. Cong^ne de P. F. instituta usque ad annum 1800, ultra quem investigatoribus Bohemis eiusdem S. Cong^nis archivium perscrutari non licuit, 162 numerantur: primus eorum tomus quatuor annorum (1622—1625), sequentes 11 tomi (a secundo usque ad duodecimum) perinde ac decimus quartus (1649—1650), vicesimus (1656—1657) et centesimus sexagesimus secundus (1800—1801) tomus binorum annorum (vicesimus autem inde ab anno 1656 ineunte usque ad 7. Maii 1657) acta continent; in reliquis „Actorum" tomis singulorum annorum acta (in vigesimo primo solummodo inde a 7. Maii 1657 — v. supra, annot. 110) leguntur; anni vero 1798 et 1799 nullum „Actorum" tomum habent. Ex his 162 tomis in primo nostrorum „Actorum" tomo (nisi eorum, e quibus in annotationibus pauca allata sunt, rationem habemus) duobus tantummodo usi sumus: primo et secundo, qui verbis „Acta Sac. Cong. de Prop^a Fide anno 1622 ad 1625" et „Acta Sac. Cong. de Prop^a Fide 1626 e 1627" inscripti sunt. — Praeter „Actorum S. C." tomos actorum variae congregationum generalium partes (modo summaria, modo rescripta, modo decreta integra) in aliis S. Cong^nis de P. F. archivii partibus reperiuntur.

„Actorum S. C." voluminibus „Decreta S. Cong^nis" proxime accedunt, quorum tomi — praeter alia[151]) — decreta „in forma authentica" vel „in forma signandi" in congregationibus tam generalibus quam particularibus facta continent. Haec archivii S. Cong^nis de P. F. pars „Actis S. C." aggregata maximam calamitatem

in generali congregatione recitato redditur, quod summarium his verbis incipit: „8. Dalla segretaria di stato vien communicata in copia all' Em^ze Vostre una lettera del signor cardinal Piazza in data delli 2 del corrente [!] ∝" („Acta S. C. de P. F. de anno 1713" fol. 574).

[150]) In epistola a S. Cong^nis de P. F. secretario ad nuntium Viennensem die 18. Octobris 1670 data haec verba leguntur: „ . . . . Stimarei possibile, che la negligenza che alle volte usano i giovani in registrare i decreti, mi potesse far prendere degli abbagli ∝" („Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56" fol. 131 b).

[151]) In volumine, quod verbis „Scripta varia: decreta S. Congreg. de P. F., multa ad mission. ordinis spectant. 1700 [qui numerus inductus est], 1622" inscriptum est et Gregorii XV^i constitutione „Inscrutabili" (v. supra, pag. II.) typis descripta incipit, plurimae de missionibus et de variarum dioecesum statu relationes leguntur. V. ex. gr. inferius, num. 4 b, 19, 21. — Etiam in tomo verbis „Decret. Sac. Con. ab ann. 1622 ad 1641" inscripto praeter decreta res aliae leguntur, ex. gr. fol. 158 instrumentum notarii publici die 9. Junii 1641 confectum; simili modo in volumine: „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1" (fol. 127) missionariorum examen reperitur etc.

accepisse dicitur;[152]) quae noxia, quia decreta haec, quod ad rem pertinet, nihil vel parum novi afferunt, a rerum gestarum investigatoribus non est magni facienda.

Quod ad modum, quo perscribebantur, attinet, decreta in forma signandi prima S. Cong^nis de P. F. aetate, qua ea a decretis in „Actorum S. C." tomos relatis parum discrepare iam diximus,[153]) inscriptione incipiebant, quae sic scribebatur: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die ∝"; si autem congregatio, ad quam decretum spectabat, coram summo pontifice habita est, post verba ‚de P. F.' verba ‚coram S^mo', ponebantur. Inscriptionem decretum ipsum sequebatur, cui rarissime formula probationis (‚In quorum fidem etc.') addebatur.[154]) Modus, quo posterioribus temporibus „decreta in forma authentica" literis mandabantur, non semper idem fuit: saepissime decreta inscriptione: „Decretum S. Cong^nis generalis de P. F. habitae die [ex. gr.: 27. Maii 1721]" vel: „Decretum S. Cong^nis particularis de P. F. [quae diserte nominatur] habitae die . . . ." incipiunt;[155]) inscriptionem expositio, quae semper fere verbis: „Referente R. P. D. [N. N.]" vel „Relatis per R. P. D. [N. N.]" vel „Referente Em^mo et Rev^mo domino cardinali [N. N.]" vel „Relatis per Em^mum et Rev^mum dominum cardinalem [N. N.]" vel „Cum Rev^mus P. D. . . . . retu-

[152]) V. supra, annot. 7.

[153]) V. supra, annot. 64.

[154]) V. infra, num. 74 (annot. in fine) et 226 (20° et annot. in fine eiusdem numeri positam).

[155]) In vol.: „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1" ex. gr. legimus: „Decretum S. Cong^nis particularis de P. F. habitae super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae die 31. Januarii 1738 (fol. 475 b). Ibidem (fol. 299) haec inscriptio reperitur: „Decretum S. Cong^nis particularis a S^mo D. N. Clemente papa XII. ex nonnullis Em^mis et Rev^mis S. R. E. cardinalibus specialiter deputatis super infrascriptis habitae die 24. Aprilis [1732] in palatio apostolico Quirinali." — Sunt autem decreta, quae initio aliquam libelli supplicis partem continent, quam demum inscriptio „Decretum ∝" sequitur; eiusmodi decretum in tomo: „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1741 al 1767. Num. 2" (fol. 59) legitur, quod in fronte invocationem: „Em^mi et Rev^mi Patres" fert, quam verba: „Decretum . . . . 3. Augusti 1744. — Relato ∝" sequuntur; aliud exemplum huiusmodi ibidem fol. 200, ubi allocutionem: „Em^mi et Rev^mi domini" verba: „Sacrae huic Cong^ni et c." et tum demum inscriptio: „Decretum ∝" sequuntur, aliud ibidem fol. 10 reperitur, ubi libellus fere integer verbis: „Em^mi e Rev^mi S^ri" incipiens cum intitulatione: „Greci, Melchiti, Egitto" redditur, quem demum inscriptio: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 15. Maii 1741" et reliquae decreti partes consequuntur. Decretum, cui dies 27. Septembris 1724 ascriptus est, et quod in volumine: „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740 [Num.] 1" fol. 125-126 legitur, sine ulla inscriptione verbis: „Essendosi da noi rappresentato alla S^tà di N. S^re papa Benedetto XIII. la destinazione dei cinque religiosi da mandarsi alle missioni ∝" incipit.

lisset ∝" vel „Cum Em^mus ∝" incipit,[156]) sequitur; expositioni, quae summarii, quod in „Actis S. C." vel in aliquo „Congregationum particularium" volumine legitur, breviarium interdum maxime contractum esse solet, rescriptum congregationis verbis aut: „Em^mi et Rev^mi Patres" aut „S. Cong^o" incipiens, verbis autem auctum, artissime annexum est;[157]) rescriptum aut tantummodo dies ascriptus (ex. gr.:

[156]) Reperiuntur etiam decreta, quae secundum inscriptionem: „Decretum ∝" verbis: „S. Cong^o ad relationem ∝" incipiunt (ex. gr. in tomo „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1779 al 1789, 1790, 91, 94, 95, 97, 98. Num. 4" fol. 79, 79 b, 81, 81 b, 82, 82 b, 83, 83 b); in volumine „Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1" fol. 299 inscriptionem: „Decretum S. Cong^nis ∝" verba: „S. Cong^o consulendo faciliori religionis catholicae in partibus septentrionalibus incremento, censuit ∝" consequuntur.

[157]) V. supra, annot. 64. — Quomodo rescriptum summario (expositioni) cohaereat, hoc exemplum demonstrat: „Cum Em^mus et Rev^mus dominus, dominus cardinalis Castelli praefectus S. Cong^ni retulerit clericos regulares Theatinos urbis Pragae in summis adhuc necessitatibus versari ac proinde novo aliquo subsidio indigere e capsa salis ecclesiastica subministrando, Em^mi et Rev^mi Patres mille florenos eisdem concesserunt per coadministratores capsae antedictae ad praesentis exhibitionem decreti et non aliter nec alio modo solvendos" („Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1741 al 1767. Num. 2" fol. 423–423 b). — Ut autem appareat, quantum modus, quo decreta in „Actorum S. C." tomos referebantur, et quo „decreta in forma signandi" literis mandabantur, differat, hoc loco exemplum ponere iuvat: in congregationis generalis die 28. Julii 1767 habitae actis decretum numero 14° signatum his verbis traditur: „14°. Il procuratore generale de' Cappuccini espone all' Em^ze Vostre, che essendo passato all' altra vita il P. Terzo di Przestiz [in Bohemia], prefetto delle missioni di Mosca, sarebbe a proposito per quel carico il P. Amato da Reichstadt [in Bohemia]; onde Le supplica degnarsi fargli spedire la patente per detta prefettura e le solite facoltà. — Rescriptum: Ad S. Officium" („Acta S. C de P. F. anni 1767" fol. 185–185 b). Decretum autem „in forma signandi" — non quidem in „Decretorum" tomis, sed in volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 16 Giugno e 28 Luglio 1767. Num. 818": „cong. 28 Luglio n° 14" repertum sic scriptum est: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 28. Julii 1767. – Referente R. P. D. Mario Marefusco secretario, S. Cong^o praefectum missionum Patrum Cappuccinorum in provincia Moscoviae, Cassan, Astrakan et in locis adiacentibus Georgiam versus necnon in provincia Gislaria in Perside .... et in Monte Caucaso ad quadriennium deputavit P. Amatum a Reichstadt eiusdem ordinis cum authoritate ea, quae ad missionis regimen pertinent, ad praescriptum decretorum S. Cong^nis et facultatum eidem concessarum exercendi et non alias nec alio modo. — Datum Romae die et anno, quibus supra." Hocce „decretum in forma signandi" decreti, quod in „Actis" legimus, summarium ita restringit, ut nihil aliud quam eius inscriptio („Relationes R. P. D. Marii Marefoschi secretarii"), quae in eodem „Actorum" tomo fol. 169 reperitur, de eo supersit, contra autem rescriptum, quod verbis: ‚S. Cong^o ∝' incipit, tantopere auget, ut rescripto, quod in „Actis" legimus, dissimillimum, imo totum aliud esse videatur. Habita autem rescripti, quod in „Actis" legitur (‚ad S. Officium'), ratione, luce clarius apparet „decreto in forma signandi" iustum diem non esse ascriptum: S. Cong^o de P. F. enim decretum hoc prius, quam S. Officium, quod certo negotium illud eodem die 28. Julii 1767 non expedivit, P. Amato Reichstadiensi facultates muneri necessarias concederet, edere non potuit. – Sunt autem decreta „in forma signandi", quorum rescripta cum rescriptis, quae in congregationum actis leguntur, ad verbum fere congruunt: in actis ex. gr. congregationis particularis super rebus capsae ecclesiasticae datii salis regni Bohemiae habitae die Lunae 22. Augusti 1729 rescriptum sic scriptum est: „ .... Ad II^dum. Electio duorum canonicorum, de quibus agitur, fiat iuxta morem, et ambo nuncupentur canonicatus s. Joannis Nepomuceni iuxta decreta sub die 16. Maii proxime praeteriti" („Congni particolari sopra

„Datum Romae ex aedibus dictae S. Cong^nis die et anno, quibus supra")[158]) aut audientiae S^mi, in qua decretum a summo pontifice confirmatum est, acta et dies tum eo modo, qui superius, tum altero, qui in annot. 158 ostensus est, ascriptus[159]) sequuntur; audientiarum autem acta in „Decretis" pluribus quam in „Actorum S. C." vel „Congregationum particularium" tomis verbis describuntur.[160]) — At

le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" fol. 222); in decreto autem „in forma signandi" idem r e s c r i p t u m hoc modo scriptum est: „ .... Em^mi Patres, referente R. P. D. Bartholomaeo Ruspolo ...., decreverunt, quod electio praedictorum duorum canonicorum fiat iuxta morem, et ambo nuncupentur canonicatus s. Joannis Nepomuceni iuxta decreta sub die 16. Maii proxime praeteriti ∝" („Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1" fol. 216); summarium vero, ad quod hoc rescriptum pertinet, in congregationis particularis, quam modo diximus, actis longe verbosius est quam illud, quod in tomo „Decretorum" legitur.

[158]) Interdum dies alius ac is, qui in inscriptione legitur, decreto ascribebatur; ex. gr. congregationis particularis „super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae" die 20. Martii 1736 (qui dies in inscriptione reperitur) habitae decreto dies ita ascriptus est: „Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Cong^nis die 7. Aprilis anni 1736" („Decreti della S. Cong^ne ∝. [Num.] 1" fol. 422–423); eiusdem congregationis particularis die 15. Aprilis 1749 peractae decreto dies „27. Septembris anno, quo supra" ascriptus est („Decreti della S. Cong^ne dell' anno 1741 al 1767. Num. 2" fol. 158–159); cuius rei plura exempla afferri possunt. -- Seculo XVIII° exeunte, quo tempore inscriptio nonnunquam solum verba: „Decretum S. Cong^nis de P. F." continebat, dies ascriptus rescriptum consequebatur; ex. gr.: „Datum et c. die 31. Martii 1781" („Decreti della S. Cong^ne dell' anno 1779 al 1789 ∝. Num. 4" fol. 79) vel: „Datum Romae ex aedibus praedictae S. Cong^nis de P. F. die 31. mensis Martii anni 1781" (ibid. fol. 84).

[159]) Inde factum est, ut decreta, quibus audientiae S^mi acta addita sunt, aut unum solum, aut duos, imo etiam tres varios dies ascriptos habeant: unum, si audientia eodem, quo congregatio, die habita est, et decreto ipsi dies per formulam tantum ascriptus est; duos, si audientia etiam eodem die, quo congregatio, peracta est, decreto autem dies alius ascriptus est, vel si in calce decreti alio, quam congregatio celebrata erat, die in audientia S^mi confirmati dies sola formula ascriptus est; tres, si audientia non eodem ac congregatio die habita est, atque decreto ipsi dies proprius ascriptus est. Quod his exemplis clarius ostenditur: decreto congregationis particularis die 24. Aprilis [1732] habitae, cuius mentio iam supra in annot. 155 et 156 („S. Cong^o consulendo ∝") iniecta est, a summo pontifice eodem die confirmato (v. infra in annot. 160) dies formula: „Datum Romae ex aedibus dictae S. Cong^nis die et anno, quibus supra" ascriptus est („Decreti della S. Cong^ne dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1" fol. 299–300); in calce decreti in congregatione generali die 27. Maii 1721 peracta facti et „in audientia habita die 30. praedicti mensis" a summo pontifice approbati, dies solum verbis: „Datum et c." scriptus legitur (ibid. fol. 47); decretum congregationis generalis die 19. Januarii 1722 celebratae ab Innocentio XIII° „in solita audientia die 24. eiusdem mensis" confirmatum „Romae die 31. Januarii 1722" datum est (ibid. fol. 59–59 b).

[160]) Audientiarum S^mi acta decretis addita vario modo scripta sunt; ex. gr.: „Quam S. Cong^nis sententiam per eundem R. P. D. secretarium S^mo D. N. relatam in audientia habita die 30. praedicti mensis [Maii 1721] S^tas Sua clementissime approbavit" („Decreti della S. Cong^ne ∝. [Num.] 1" fol. 47); vel: „Quam S. Cong^nis sententiam eidem S^mo D. N. relatam in audientia habita eadem die [24. Aprilis 1732] per me infrascriptum secretarium S^tas Sua benignissime laudavit et confirmavit et brevia desuper opportuna expediri mandavit" (ibid. fol. 300); vel: „Facta autem per eundem R. P. D. secretarium relatione de praemissis S^mo D. N. Clementi, divina providentia papae XII°, in solita audientia habita

non in omnibus decretis „in forma signandi“ dies ascriptus rescriptum consequitur, neque omnia decreta die ascripto finem capiunt, sed nonnunquam etiam aliquid aliud (ex. gr. facultatum alicui concedendarum indicem vel al.) continent.[161]) In margine (aliquando in fronte) decretorum „in forma signandi“ perinde ac in „Actorum S. C.“ voluminibus ‚intitulationes‘[162]) apponebantur.

Praeter „Decretorum S. Cong^nis^“ tomos decreta „in forma authentica“ etiam in aliis archivii S. Cong^nis^ de P. F. partibus sparsa reperiuntur.[163]) Et hic et illic saepissime decretorum exempla (copiae), raro decreta ipsa (originalia) leguntur.[164]) Decretis originalibus cardinalis praefectus et secretarius nomen subscribebant, et S. Cong^nis^ de P. F. sigillum imprimebatur.[165])

---

die 7. Februarii [1738] S^tas^ Sua omnia benigne approbavit“ (ibid. fol. 478); vel: „Quam S. Cong^nis^ sententiam per eundem R. P D. secretarium S^mo^ D. N. Benedicto, divina providentia papae XIV°, relatam in solita audientia habita die 30. eiusdem mensis [Maii 1741] S^tas^ Sua benigne approbavit et annuit in omnibus et per omnia, ad quem effectum dispensationes necessarias et opportunas concessit, ita tamen, ut praefatus Fath-Alla expleat integrum annum novitiatus et perseveret in missionibus sub directione et obedientia praefecti seu vicepraefecti pro tempore“ („Decreti della S. Cong^ne^ dall' anno 1741 al 1767. Num. 2“ fol. 12); sunt etiam audientiarum acta, quae longe pluribus ac haec, quae attulimus, verbis scripta sunt (ex. gr. in eodem volumine: „Decreti ꝛc. Num. 2“ fol. 59–60).

[161]) Decreto „S. Cong^nis^ generalis de P. F. habitae die 20. Maii 1749,“ quo collegiatae ecclesiae Budissinensis certae facultates ad quinquennium pro Lusatia Superiore conceduntur, post rescriptum et post diem solum formula ascriptum („Datum ex aedibus dictae S. Cong^nis^ die et anno, quibus supra“) haec verba addita sunt: „Inserviet formula manuscripta. — Facultates concessae a S^mo^ D. N.: 1. Administrandi omnia sacramenta ꝛc [sequuntur 22 facultates usque ad verba:] Et praedictae facultates gratis et sine ulla mercede exerceantur et ad annos quinque tantum concessae intelligantur. — Feria quinta die [sic]. In congregatione generali S. Romanae et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico apud s. [sic]“ („Decreti della S. Cong^ne^ ꝛc. Num. 2“ fol. 162–165 b). — In decreto „S. Cong^nis^ generalis de P. F. habitae die 30. Julii 1770“ inter rescriptum et audientiae S^mi^ „die 5. Augusti dicti anni“ habitae acta festorum in tres classes divisorum album legitur: „Classis I. dierum festorum, qui integre et absque ulla relaxatione sunt observandi: Circumcisionis Domini, ...; classis II. dierum, in quibus fideles, audita missa, vacare possint operibus servilibus: s. Mathiae apostoli, ...; classis III. festorum, qui penitus abolentur: sanctorum Fabiani et Sebastiani, ꝛc [usque ad:] s. Donati episcopi et martyris“ („Decreti della S. Cong^ne^ dall' anno 1768 al 1778. Num. 3“ fol. 75 b–76 b).

[162]) V. supra, pag. XLVI et annot. 120.

[163]) Ex. gr. in „Actis S. C.“ (v. supra, annot. 134), in „Congregationibus particularibus“, in „Audientiarum S^mi^“ tomis, in literis S. Cong^ni^ allatis utriusque generis (tam relatis, quam non relatis) et in „Variis“ decreta „in forma signandi“ sparsa leguntur.

[164]) Decretum originale ex. gr. illud est, quod infra, in annotatione in fine numeri 226 posita, legitur.

[165]) Seculo XVII° exeunte S. Cong^o^ de P. F. duobus sigillis utebatur: maiore et minore; sigillum maius anno 1694 his verbis describitur: „ . . . . sigillo grande continente la figura di Christo nostro Signore resuscitato con li XII apostoli e le lettere attorno che dicono: Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae“ („Lettera della S. Cong^ne^ e di Monsr sego dell' anno 1694. Num. 83“ fol. 59 b).

„Decretorum S. C.“ volumina — usque ad annum 1800 — in S. Cong^nis^ archivio sex reperiuntur, e quibus in hoc primo editionis nostrae tomo uno solo usi sumus, qui autem potius ad ultimam archivii partem („Miscellanea et varia“) pertinet; id vel eius inscriptio: „Scripta varia: decreta S. Cong^nis^ de P. F., multa ad mission. ordinis spectant. 1700 [qui annus inductus est] 1622. [Num. 2]“ probat. Etiam primus tomus, verbis: „Decret. Sac. Con. ab ann. 1622 ad 1641. [Num. 1]“ inscriptus, principio inter „Miscellanea et varia“ erat, quamvis nisi decreta (temporis ordine servato disposita) nihil contineret.[166]) Inter hunc et proximum „Decretorum“ tomum („Decreta della S. Cong^ne^ dall' anno 1719 al 1740. Num. 1“) magnum temporis spatium est, licet in illud volumen [Num. 1] etiam nonnulla decreta post annum 1641 facta et in tomum Num. 1 alia, quae ante annum 1719 (ex. gr. anno 1702, 1703) facta erant, imposita sint; at duo primi „Decretorum“ tomi, quos antea ad „Miscellanea et varia“ pertinuisse diximus, Francisci Ingoli tempore vel brevi post eius mortem conglutinati esse videntur, quatuor autem tomi seculum XVIII^um^ spectantes demum seculo XIX° (anno 1843 vel paulo ante) e dispersis dissipatisque decretis, quae in S. Cong^nis^ de P. F. archivio reperta erant, orti sunt.[167])

Indices soli duo primi „Decretorum“ tomi habent, reliquis quatuor voluminibus desunt; quod ad „Acta S. C.“ hac in re attinet, v. supra in annot. 70.

2. „Congregationes particulares.“

Haec S. Cong^nis^ de P. F. archivii pars omnium, quae inde ab eadem S. Cong^ne^ instituta habitae sunt, congregationum particularium acta non continet; principio enim aliarum acta in S. Cong^nis^ archivio non deponebantur, aliarum in „Actorum S. C.“ vel alius seriei tomos

---

[166]) Quod ad tomum „Scripta varia: Decreta ꝛc [Num. 2]“, qui temporis ordinem non servat, attinet, v. supra, annot. 151 et 154.

[167]) V. supra, annot. 7 et pag. LVI–LVII. — Ea, quae „Avvertimento“ in fronte voluminis „Decreti della S. Cong^ne^ dall' anno 1719 al 1740. [Num.] 1“ affirmat, verisimilia esse non videntur: citius enim quam tomi solidi disiecta decreta, quae tamen in archivio reperta sunt, amissa essent; ceteroquin ne tomus quidem, qui decreta inde ab anno 1800 usque ad annum 1819 complectitur („che non era andato smarrito“!) integer est, quod „Avvertimento“ testatur; primam autem huiusce tomi partem (perinde ac illos quatuor tomos) anno 1810, quando S. Cong^nis^ de P. F. archivium Parisios transferebatur, e dispersis decretis constitisse manifestum est.

referebantur,[168]) attamen etiam voluminum, quae „Congregationum particularium“ acta reddunt, perinde ac „Actorum S. C.“ series inde ab anno 1622 incipit,[169]) non autem tam simplex et una ac haecce (si solum generalium congregationum rationem habemus) est; non enim ad unam, sed ad plures easque diversi generis congregationes particulares[170]) spectat, neque solum earum acta, sed etiam quaedam alia continet.

„Congregationum particularium“ tomi alii ad unam solam, alii ad plures congregationes particulares, alii ad unius congregationis particularis unicum, uno die absolutum, alii aut ad unius, aut ad variarum congregationum particularium plures, etiam intra aliquot annos peractos consessus pertinent;[171]) in aliis tomis, quae ad singulas congregationes particulares spectant, ab aliis segregata et singulorum consessuum temporis ordine servato, leguntur,[172]) in aliis

[168]) Quod ad congregationes particulares pertinet, quarum acta in S. Congnis de P. F. archivio non sunt deposita, v. infra, annot. 272. — Quod particularium congregationum acta in alius seriei volumina relata spectat, v. ex. gr. supra, pag. XLVII L et annot. 20, 21, 23, 91, 124—128 et infra, annot. 269. — Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 23. Januarii 1641 celebratae acta, ut plura alia eiusmodi omittamus, non solum in tomo „Acta S. C. de P. F. a. 1640 e 1641“ fol. 256—257, sed etiam in volumine „I. Visite e collegii 1641. Num. 19.“ (v. infra in annot. 279) fol. 189 leguntur, imo hocce loco, ubi secretarii (Francisci Ingoli) ipsius manu scripta sunt, integra, illo autem loco trunca sunt.

[169]) Primus huius seriei tomus verbis „Congregationes missionum, status temporalis et typographiae. [Num.] 1“ inscriptus aeque ac volumen proximum („Congregationes status temporalis, missionum [Num.] 2“) nonnullas res anno 1622 proximeque sequentibus (tomus „2“ inde ab anno 1622 usque ad 1639) scriptas complectitur, licet congregatio particularis de statu temporali anno 1622 nondum instituta sit (v. supra, pag. XIV et annot. 25).

[170]) V. ex. gr. supra, annot. 28.

[171]) Quae supra dicta sunt, vel tomorum inscriptiones illustrant: „Congr. de statu temporali. Num. 3“, „Congr. de statu temporali. Num. 8“ „Acta congregationum particularium pro statu temporali. Num. 9“, „Cong. part. t[omo] 3o: scritture circa Rutheni 1670. Num. 14“, „Cong. particol. d'Ibernia anno 1671. Num. 16“, „Congreg. particol. degl' Armeni di Polonia 1673. Num. 22“; „Congregationes missionum, status temporalis et typographiae. Num. 1“, „Congr. de collegiis, missionibus, statu temporali et typographia. Num. 4“, „Congregat. particolari dell' anno 1671, 1672: Caldei, calendar., Piemonte, Olanda, Ruteni. Num. 17“, „Congreg. particolar. 1664 etc.: Congo, Bosna, Olanda, China, Rutheni, stato temporale, Arcipelago, Romania, alunnati, Indie orient., [Ar]meni, Etiopia, America, Ungaria, Moldavia, Zante. Num. 20“; „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1733. Num. 40“ et „Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1736. Num. 41“, qui tomus alter uterque ad unum unius congregationis particularis consessum (uno die absolutum) pertinet (v. supra, annot. 26); „Congne generale [!] d'Ibernia con lett. 1672 al 1676. Num. 19“, „Tom. XVo: cong. partic. stato tempora., visita del sem. di s. Pancrazio ab anno 1685 usque 1692. Num. 28“, „Congni partri dal 1686 a tutto il 1707: Africa, Indie occidli, collegii, Morea, Romania, Greci, Persia e Giorgia, Boemia, Moldavia, Transilvania, Vallachia, Bulgaria. Num. 31“, cuius tomi pars (inde a fol. 239 usque ad fol. 309) ad tres congregationes particulares de rebus Bohemicis die 14. Septembris 1696, 4. Septembris 1698 et 16. Junii 1708 peractas spectat.

[172]) Eius generis omnia fere congregationum particularium de rebus Bohemicis volumina sunt, quorum mentio superius in annot. 26 facta est.

omnia implicata, conturbata et confusa, ne temporibus quidem conservatis, reperiuntur.[173])

„Congregationum particularium“ tomos praeter earum acta quaedam alia continere iam diximus; in iis enim etiam epistolae S. Congni de P. F. e variis orbis terrarum partibus Romam allatae libellique supplices in eius secretarii cancellaria a rogantium procuratoribus (‚agentibus‘) exhibiti, de quibus congregatio particularis deliberabat, tam hi, quam illae interdum cum multis scriptis additis leguntur;[174]) in iis porro diversarum S. Congnum cardinalitiarum decreta epistolaeque ab iisdem S. Congnibus aliisque pontificiae curiae magistratibus (praecipue e secretarii status cancellaria), imo ab ipso summo pontifice ad S. Congnem de P. F. vel eius secretarium missae, perinde

[173]) In tomo, qui verbis: „Congregazni particri sopra lo stato temple dall' anno 1665 all' anno 1685. Num. 10“ inscriptus est, alia, post alia, haec sequuntur: conspectus pecuniae S. Congnis de P. F. annis 1669, 1670, 1671; duo exempla decreti de anulo cardinalitio solvendo anno 1643 editi; varii officialium artificumque libelli, quibus dies non est ascriptus; variae epistolae servos redimendos attingentes, annis 1662 et 1666 scriptae; „Romana palatii“ et „quaestio Ragusina“ pecuniam, quae S. Congni de P. F. a P. Demetrio Serratura legata erat, annosque 1673, 1674, 1677 spectans, „Ragusina, census“, „Baren., census“, „Ragusina, census“, epistolae ex Italiae variis partibus anulum cardinalitium attingentes (an. 1673); scripta ad rem familiarem anni 1676 pertinentia; institutio (duplicata) S. Congnis de P. F. secretario de modo, quo officialium congressus vi decretorum die 12. Augusti 1651, 23. Januarii 1652, 26. Februarii 1654, 26. Januarii 1654 et 15. Februarii 1674 editorum peragendi essent (v. supra, pag. XXIII), scripta; res ad collegium Urbanum spectantes; scripta ad pecuniam S. Congni debitam (anno 1677, 1678) pertinentia; conspectus pecuniae eiusdem S. Congnis anno 1679 et 1680 (quo anno S. Congo de P. F. iam 626.929 scuta possidebat); nonnullorum congregationis particularis de statu temporali anno 1679 habitorum consessuum acta. — Hoc tomo etiam confusiora volumina sunt, quae verbis: „Tomo XI. Congni particolari dall' anno 1680 sino al 1697: Rutheni, Olanda, Babilonia, Ungaria, Armeni, Belgio. Num. 29“ atque: „Tomo XII. Congni particolari dall' anno 1682 sino al 1700: Polonia, Indie occidli, Ibernia, Serra de Malavari, Arcipelago, Maroniti, Indie orientali. Num. 30“ inscripta sunt.

[174]) In tomo ex. gr., qui verbis: „Congni partri sopra le materia [!] di Boemia dell' anno 1727. Num. 38“ inscriptus, unius die 28. Aprilis 1727 peracti particularis congregationis de rebus Bohemicis consessus acta (inde ab initio usque ad folium 43) continet, literae libellique S. Congni de P. F. allati vel exhibiti alphabeti latini literis inde ab A usque ad Z et inde ab AA usque ad FF signati acta sequuntur, e quibus H, R, Z singula, F, AA bina, V, FF terna, P, X, CC, DD quaterna, E quinque, S, T septena, A tredecim, B viginti quinque additamenta habent. — Libelli supplices S. Congni de P. F. interdum typis exscripti porrigebantur; in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num. 35“ (fol. 239—242) libellus Michaelis Friderici comitis ab Althan, collegiatae ecclesiae Boleslaviensis praepositi, „Typis de Comitibus 1715“ descriptus legitur, qui etiam in sequenti particularis congregationis Bohemicae tomo (N. 36.) folio 256—258 b et in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729—1730. Num. 39“ folio 158—161 b invenitur. Capituli metropolitanae ecclesiae Pragensis libellus typis in tomo „Congni partiri sopra le materie di Boemia dell' anno 1736. Num. 41“ (fol. 94 et 106 atque fol. 104—105) exscriptus alius (differens) est ac ille, qui in sequente Bohemicarum congregationum particularium volumine (Num. 42) folio 171—172 legitur.

ac scripta in huiusce S. Congnis cancellaria confecta inveniuntur;[175]) item literarum S. Congnis de P. F. cardinalis praefecti cum secretario commercium ibidem reperitur;[176]) itidem epistolarum inter S. Congnem de P. F. (eiusve secretarium) et principum regnantium legatos (ipsosve principes) commercium;[177]) his locis praeter literas allatas epistolae a S. Congne de P. F. datae (rarae quidem) in „congregationum particularium" tomis reperiuntur,[178]) crebriores autem ‚instructiones' ab eadem S. Congne de P. F. seu potius a singulis congregationibus particularibus apostolicae sedis nuntiis, visitatoribus a S. Congne constitutis,

[175]) In volumine „Congni partri dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∝. Num. 31" (fol. 261) S. Congnis cardinalium concilii Tridentini interpretum decretum die 7. Dec. 1697 factum legitur; in tomo „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1727. Num. 38" (lit. Y) cardinalis eidem S. Congni Concilii praefecti literae cum decreto addito, in volumine „Congni partri sù la cassa del sale di Boemia 1767, 1769 e 1771. Num. 47" (fol. 176) literae „dalla segreteria di stato" ad S. Congnis de P. F. secretarium die 13. Julii 1770 datae inveniuntur; in tomo „Congregni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" (fol. 247) schedula a Benedicto XIVo ad Nicolaum Lercari, S. Congnis de P. F. secretarium, die 6. Sept. 1755 data legitur; in volumine „Visite riferite de' collegii pontificii di Vilna ∝ nelle congni partri degl' anni 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41" (fol. 646) „notizie estratte dall' archivio circa gl' oblighi degl' alunni de collegii pontificii ∝" (v. supra, pag. XXXI) reperiuntur.

[176]) In tomo verbis: „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" inscripto ex. gr. epistola a Philippo Monti, S. Congnis de P. F. secretario, ad Vincentium cardinalem Petra praefectum die 24. Sept. 1737 data cum cardinalis praefecti responsione legitur; illa quidem etiam in literarum missarum volumine („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1737. Num. 147" fol. 276) invenitur, haec autem in illa archivii parte deest.

[177]) In tomo „Congni partri sù la cassa del sale di Boemia 1767, 1769 e 1771. Num. 47" (fol. 51, 52, 53, 99—101), ‚memoriae' et ‚pro memoria' ab Alexandro cardinali Albani, qui reginae Bohemiae et Ungariae, imperatricis Mariae Theresiae legati in curia Romana munere fungebatur, anno 1767 ad S. Congnem scriptae, in volumine „Congni partri sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num 45" (fol. 181) literae ab eodem cardinali ad Nicolaum Antonelli, S. Congnis de P. F. secretarium, die 14. Augusti 1758 datae leguntur; in tomo „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1749 all' anno 1751. Num. 43" (fol. 151) ipsius imperatricis Mariae Theresiae epistola die 6. Maii 1744 data e lingua germanica in latinum sermonem versa invenitur, cuius epistolae exemplum (copia) germanice scriptum cum translatione latina in literarum allatarum seriei volumine „Scriture originali riferite nelle congregazioni generali ∝ 1744. Num. 720" (congne 22 Giugno: numo 16o) legitur.

[178]) Longe plurima epistolarum a S. Congne de P. F. datarum atque eiusdem S. Congnis decretorum exempla (copiae), quae in „Congregationum particularium" tomis inveniuntur, loco literarum allatarum, quibus addita — interdum multis annis post — ad S. Congnem reverterunt, putari possunt; in volumine „Congni partri dal 1686 a tutto il 1707 ∝. Num. 31" epistolarum ex. gr. anno 1669, 1682 datarum exempla, in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" generalium congregationum decreta die 25. Novembris 1631, 20. Augusti 1669, 14. Septembris 1696 facta (fol. 94—95), in tomo „Congregni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" (fol. 45—46) generalium congregationum die 28. Martii 1631, 24. Maii 1655 et 5. Junii 1662 habitarum decreta leguntur.

missionum praefectis aliisve datae ibidem leguntur;[179]) at praeter haec omnia, quae ad congregationes particulares pertinere iusto iure credere possumus, earum tomi permulta alia continent, quae ab iis aliena esse dixeris; eius generis — congregationibus particularibus tamen propiores — sunt libelli epistolaeque ad ordinum religiosorum cardinales protectores congregationibus particularibus, ad quas negotium spectabat, non ascriptos dati;[180]) item propius apostolicae sedis nuntiorum literae accedunt, quibus decreta a congregationibus particularibus facta edicebantur;[181]) huc etiam epistolarum negotia variis congregationibus particularibus demandata spectantium tam inter apostolicae sedis nuntios et principum regnantium ministros, quam inter hosce ministros et eorundem principum in curia Romana legatos atque inter nuntios et pontificii status secretarios commercium[182]) ac literarum a nuntiis ad archiepiscopos, episcopos, abbates aliosque et ab his ad nuntios itidemque ab archiepiscopis, episcopis, abbatibus aliisque ad eorum in curia Romana procuratores (agentes) missarum exemplaria pertinent.[183])

[179]) In tomo „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num. 35" ex. gr. folio 17—22 ‚instructio' anno 1711, fol. 149—156 et 157—163 alia anno 1715, fol. 281—284 alia die 28. Martii 1716 et fol. 346—352 alia die 25. Septembris anni 1716 ad nuntium Viennensem data legitur. — V. infra, annot. 268.

[180]) In volumine „Congni partri sù la cassa del sale di Boemia 1767, 1769 e 1771. Num. 47" (fol. 92) praepositi capitulique canonicorum regularium monasterii Borovanensis libellus ad Antonium Andream cardinalem Galli, „canonicorum regularium s. Salvatoris protectorem et maiorem poenitentiarium" datus reperitur; qui cardinalis quidem generali S. Congni de P. F., non autem particulari congregationi Bohemicae ascriptus erat; at praeter hunc libellum praepositus capitulumque, quos modo diximus, alium libellum supplicem ad particularem congregationem Bohemicam dederunt (ibid. fol. 91).

[181]) In tomo verbis: „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num 39" inscripto (fol. 249) ex. gr. Hieronymi Grimaldi nuntii Viennensis literae die 31. Augusti 1729 datae, quibus particularis congregationis Bohemicae decretum die 16. Maii 1729 factum edicebat, leguntur.

[182]) In tomo „Congni particolari sù la cassa del sale di Boemia 1767, 1769 e 1771. Num. 47" ex. gr. literarum a caesareo ministro Venceslao Kounicz comite de Rittberg ad Antonium Eugenium Visconti, sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium, die 22. Junii 1770 datarum (fol. 174) epistolaeque ab eodem nuntio ad Lazarum Opitium cardinalem Pallavicini, pontificii status secretarium, die 23. Junii 1770 missae (fol. 175) exemplar invenitur; in volumine „Congregani particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45" (fol. 19) literarum ab eodem comite Kounicz de Rittberg ad Alexandrum cardinalem Albani (v. superius, annot. 177) die 2. Januarii 1758 datarum exemplum reperitur.

[183]) Nonnullarum a nuntio Viennensi (Georgio cardinali Spinola) ad archiepiscopum Pragensem missarum literarum exempla in tomo: „Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1720, 1722. Num. 37" (fol. 274—277) leguntur; epistolarum a Mauritio G. comite Manderscheid archipiescopo Pragensi ad Camillum Paulucci, archiepiscopum Iconiensem et ad aulam imperialem nuntium, missarum exemplaria in volumine „Congni particori sopra le materie di Boemia dall' anno 1738 all' ano 1747. Num. 42" (fol. 300, 310)

Ad congregationem particularem de rebus Bohemicis, quae „capsam salis“, id est pecuniam de una quaque salis in Bohemiam importati cupa ecclesiasticis regni Bohemiae a regibus Bohemiae quotannis numeratam, qua bona iisdem ecclesiasticis antea alienata recompensarentur, alteramque „capsam parochorum“ anno 1696 institutam[184]) administrabat, annuas huius utriusque „capsae“ rationes (‚computos‘), damnorum ab ecclesiasticis aqua, igne aliove modo captorum allata testimonia,[185]) sacrarum aedium incendio consumptarum vel aliter

inveniuntur; in tomo „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1727. Num. 38“ (E. num. 1o) literarum a Ferdinando comite de Khünburg archiepiscopo Pragensi ad eius in curia Romana procuratorem (agentem), cui cognomen Battistini erat, die 19. Augusti 1722 missarum et in volumine „Congregani particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ (fol. 158—159) aliarum literarum a Laurentio Slavík, episcopi Litomericensis caerimoniario, ad eiusdem episcopi agentem Romanum die 4. Julii 1762 datarum exempla reperiuntur.

[184]) De hac „capsa“ in volumine: „Congregni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44“ (fol. 119) haec verba leguntur: „Quid sit capsa parochorum et qualis annexio sit inter capsam salis et capsam istam . . . ? Capsa parochorum vel verius parochiarum erigendarum dicta non est aliud quam illa ipsa cassa salis, nisi quod census ex quibusdam capitalibus ad capsam salis pertinentibus de indulto Smi separatim modo ducantur et pro subsidiis parochorum aliisque necessitatibus religionem, ecclesiam et clerum concernentibus applicentur. Primum tale capitale est ad 150.000 florenorum ab augustissimo Leopoldo anno 1695 mutuo acceptum sub censu 5 de centum ex hac ipsa cassa salis. Anno vero 1696 15a Septembris S. Congo benigniter indulsit, quod ad interim et usque ad certam ulteriorem eiusdem S. Congnis dispositionem census ex hac summa erogari possit in erectionem parochiarum. Hoc verbum est origo nominis capsae parochiarum erigendarum ∝.“

[185]) In tomo, qui verbis „Congregni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1733. Num. 40“ inscriptus est, folio 50—51 „computus cassae ecclesiasticae . . . pro anno 1729“, folio 52—57 „computus cassae parochiarum erigendarum pro a. 1729,“ folio 92 „computus cassae ecclesiasticae salis . . . . pro anno 1732,“ folio 93—97 „computus cassae parochiarum . . . . pro anno 1732,“ folio 103—105 „computus capsae sal's ecclesiasticae pro anno 1730,“ folio 111 „computus capsae salis . . . . pro anno 1731,“ folio 121—124 „computus cassae parochiarum . . . . a 1. Jan. — 31. Dec. 1731,“ folio 124a—124b „computus cassae ecclesiasticae datii salis . . . . pro anno 1731“ reperiuntur; in volumine „Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia dal 1761 a tutto il 1765. Num. 46“ damnorum, quae ecclesiastici anno 1758 acceperunt, testimonia nonnulla (ex. gr. folio 60, 61, 62, 63, 161, 162, 163, 256, 257) leguntur. In tomo „Congni particori ∝. Num. 42“ fol. 62 hoc testimonium reperitur: „Lit. C. — Nos infra positi in arte architectonica periti ad requisitionem S. Revmae Celsnis (titulus) domini, d. archiepiscopi Pragensis etc. pro perlustrando in favorem archiepiscopalium studentium alumnorum antiquitus destinato aedificio Aula regia dicto ordinati et constituti aediles et architectores iurati praesentium tenore testamur . . . ., quod, adhibita vigilanti oculari inspectione . . . ., praememoratum ruinae proximum aedificium . . . . non tantum sit antiquissimum, omni ex parte ruinosum, verum et omni hora cum ruina inhabitantibus amissionem vitae minetur, ... atque huius aedificii restaurationem (quae minime summam 30.000 flor. triumque annorum spatium requireret) summe necessariam esse recognovimus. In quorum maiorem fidem ∝. Pragae die 17. Decembris 1736. (L. s.) Kilian Ignatius Dienzenhoffer, architectus Micropragensis. (L. s.) Bartholomaeus Scottii, supremo capomastro agiurato, confermo come sopra. (L. s.) Joannes Christianus Spanbrucker, architectus Antiquourbensis.“

afflictarum et restituendarum formas figurasque depictas atque apochas manu sigilloque eorum, qui pecunias e cassa salis parochorumve acceperunt, firmatas[186]) spectare facile concedes; eodem iure ad eandem congregationem particularem, licet ab ea alieniora esse videantur, alia multa pertinent, ex. gr.: literarum a summis pontificibus, imperatoribus, regibus etiam aliquot seculis ante S. Congnem de P. F. institutam editarum, quibus pecuniam e capsa salis petentes postulata sua fulciebant, exempla,[187]) iuris peritorum responsiones, quaestiones academicae, excerpta e libris (praecipue historiarum) tam typis descriptis, quam manu scriptis deprompta, tabellae geographicae.[188]) Praeter haec et alia in eiusdem congregationis particularis

[186]) In volumine, quod verbis „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num. 35“ inscribitur, folio 199 et 200, in volumine „Congni partri sopra le materia [!] di Boemia dell' anno 1727. Num. 38“ folio „P. num. 2“, in tomo „Congregni dell' anno 1733. Num. 40.“ foliis 250, 252, 253, 254 alibique sacrarum aedium restituendarum formae figuraeque depictae cernuntur. — Apochae plurimae v. gr. in tomo „Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1720, 1722. Num. 37.“ reperiuntur.

[187]) In tomo ex. gr., qui verbis „Congni partri sopra le materia [!] di Boemia dell' anno 1727. Num. 38“ inscriptus est, falsarum a Joanne papa XIIIo ad Boleslaum Bohemiae ducem datarum literarum (conf. G. Friedrich, Codex diplomaticus et epistolaris regni Bohemiae, tom. I., Pragae 1907, num. 371) exemplar, „extractus donationis regis Ottokari,“ literarumque a Gregorio papa IXo et Urbano IVo datarum, monasterium s. Georgii in arce Pragensi spectantium exempla (conf. C. J. Erben — J. Emler, Regesta diplomatica necnon epistolaria Bohemiae et Moraviae, tom. I. pag. 336 num. 723, pag. 379 num. 810; tom. II. pag. 139 num. 362) leguntur.

[188]) In eodem congregationum particularium tomo, qui Numo 38o signatus est, ex. gr. iuris periti Pragensis doctoris Baumeister responsio altera latine, altera brevior vulgari lingua Italica scripta de pecunia, quam Joannes Josephus comes Breuner archiepiscopus Pragensis cassae salis debebat, in volumine „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1736. Num. 41“ Nicolai Ignatii Königsmann, universitatis Pragensis in facultate iuridica professoris, „votum consultivum“ ac „extractus ex voto consultivo“ atque „iuris utriusque doctoris Francisci Blowský, advocati iurati, arbitramentum iuridicum“ ad idem eiusdem archiepiscopi debitum pertinentia reperiuntur. In tomo „Congni partri ∝ 1727. Num. 38“ etiam „Quaestiones selectiores de actibus humanis in celeberrimo archiepiscopali collegio Pragensi ad s. Adalbertum cum reliquis ex universa scholastica annexis thesibus . . . . propugnatae a domino Aemiliano Potuczek ordinis s. Benedicti . . . anno 1722 mense Augusto die horis meridiem consuetis“ Pragae typis Wolfgangi Wickhart descriptae, in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 fino al 1719. Num. 36“ folio 204, 205, 214, 220 varii extractus e Phosphoro septicorni Thomae Pešina de Čechorod, in volumine „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1738 all' a. 1747. Num. 43“ extractus „de cappella regia ad Omnes Sanctos in castro Pragensi ex chronico Bohemiae per Joannem Beczkowsky crucigerum cum rubea stella edito pag. 520“, in tomo Congregni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1733. Num. 40“ (fol. 168—171) P. Bohuslai Balbín Soc. J. disputatio de monialibus ordinis s. Augustini de poenitentia s. Mariae Magdalenae et de earum monasteriis in Zahražany et prope Lunam (boh. Louny, germ. Laun), cui dies 12. Aprilis 1669 ascriptus est, leguntur. In volumine „Congni partri ∝ 1727. Num. 38“, quem saepius tetigimus, etiam quindecim circuitus parochiarum vel beneficiorum dioeceseos Litomericensis cum omnibus pagis ad singulas parochias pertinentibus in charta rudi manu depicti et in tomo „Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1720,

voluminibus etiam relationum ab archiepiscopo Pragensi episcopisque in regno Bohemiae institutis ad S. Cong^nem^ Concilii in sacrorum liminum visitatione datarum partes reperiuntur.[189])

Congregationis particularis de statu temporali (v. supra, pag. XIV) tomi praeter res maxime varias et diversissimas[190]) etiam cardinalis praefecti vel antiquioris S. Cong^nis^ de P. F. cardinalis cum eiusdem S. Cong^nis^ secretario congressuum, qui etiam colloquia vel audientiae appellabantur (v. supra, pag. XXI), et congressuum officialium (v. supra, pag. XXIII) acta continent,[191]) quae modo non dissimili, quam „Acta S. C." eiusdem temporis conscribebantur.[192]) —

1722. Num. 37" (fol. 207) situs totius Litomericensis dioeceseos pictus cum „clave mappae seu delineationis", cui Godefridus Hoffer de Lobenstein officialis et Carolus Fix secretarius nomina subscripserunt, reperiuntur.

[189]) In volumine „Congregni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∝. Num. 31" (fol. 265) extractus e „relatione status" archidioeceseos Pragensis, in tomo „Congregni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1733. Num. 40" folio 237—239 „ex relatione status ecclesiae Litomericensis ∝", folio 241—243 „ex relatione status ecclesiae Regino-Hradecensis" partes extractae leguntur.

[190]) V. supra, annot. 173.

[191]) V. supra, annot. 49, 51—53.

[192]) Quae supra scripta sunt, praecipue de congressibus seu colloquiis dictum esse puta. Francisci Ingoli aetate ex inscriptione, exordio, decretis constabant. Acta ex. gr. congressus die 22. Januarii 1648 habiti sic scripta sunt: „Die 22. Januarii 1648 [= inscriptio]. — Fuit colloquium cum Emmo domino cardinali Capponio ante sequentem congregationem de statu temporali. In eo [= exordium]: 1o. Emtia Sua reiecit . . . . 4o. Jussit examinari Daniel Arietinus Boemus humanista ∝ [= decreta]" („IX. Acta congregationum partic. pro statu temp. S. C. de P. F. N. 9" fol. 197 b sq.) Alius autem congressus acta his verbis scripta sunt: „Die 16. Septembris 1648 [= inscriptio]. — In audientia seu colloquio cum Emmo domino cardinali Capponio, praesente R. P. D. Lanuvio, Emtia Sua infrascripta ordinavit [= exordium]. — 1o. Emerico Holiczki Hungaro alumno in Hungariam, finitis studiis, discessuro scuta 60 monetae pro viatico decrevit et simul literas ad eius ordinarium commendatitias et libros contionum Fidelis et Hisaenii. — 2o. Vincislao Silesitae alumno ∝ [= decreta]" (ibid. fol. 252). Et iuxta decreta in margine (perinde ac in „Actis S. C." concisae singulorum decretorum sententiae apponebantur (ex. gr.: „De Daniele Boemo", „Viaticum et libri pro Emerico Ungaro", „Viaticum Vincislao [!] Silesitae". — Modo simili (at sine decretorum summis in margine) etiam congressus officialium die 10. Julii 1689 habiti acta scripta sunt: „Die 10. Julii 1689. — Fuit congressus super statu oeconomico, in quo interfuerunt Emmus dominus cardinalis Spinula, praefectus super statu temporali, R. P. D. Odoardus Cybo secretarius, Camillus Peretius et Leonardus Libri agens, et fuit discussum, ut infra: 1o. Che si procurasse di far rimettere da Napoli i conti del P. Francesco Velasquez Carmelitano scalzo ∝" („Tomo XVo. Cong. partic.: stato tempora., visita del sem. di S. Pancratio ab anno 1685 usque 1692. Num. 28" fol. 30—34 b). — Aliter alius officialium congressus acta scripta sunt: „Congresso d' offitiali ai 26 Luglio 1650 [= inscriptio] — Cose che si dovranno ricordare al signor cardinal d' Harrach: 1o. Ridurre a memoria a S. Emza l' essigenza del credito di quello che si ha trattenuto in mano il datiario del sale &. 2o. Ricordare a S. Emza, che faccia far diligenza per l' esattione delli fiorini 847 [karantani] 23½ che si devono dagl' uffiziali de confini. 3o. Si dovrà procurar . . . . [usque ad:] 6o. Trattar col sr agente e mettergli in consideratione lo stato della cassa nel tempo della sorpresa &. — Il signor Giovanni mi darà la copia della sentenza e saldo passato &. — Il signor Giovanni ha havuti i conti del signor cardinal d' Harrach e le considerationi & . . . . [= decreta]" („VI. Congregat. de studiis, missionibus et statu temporali. Num. 6" fol. 397). — Multo concisiore modo haec officialium congressus acta scripta sunt: „11a Augusti 1650 [= inscriptio]. — Procurar di rinvenire . . . . 17 [!] Augusti 1650. Il computista faccia una instruttione al cassiero del sale di Boemia [= decreta]" (ibid. fol. 390 et 411, quae duo folia unam chartam efficiunt, in qua dies 11. Augusti 1650 et quae sequuntur, folio 390—390 b, dies autem 17. Augusti 1650 et quae sequuntur, folio 411, a tergo vero, folio 411 b, verba: „Congresso particolare. 11. Agosto 1650" scripta sunt).

In eiusdem congregationis particularis voluminibus nonnullae res ad alias particulares congregationes, quae tomos proprios non habuerunt, spectantes inveniuntur; id vel e tomorum huius seriei inscriptione (ex. gr.: „VI. Congregac. de studiis, missionibus et statu temporali. Num. 6," VII. Congregac. de statu temporali, missionibus. Num. 7") intelligitur.[193])

Cum particularium congregationum volumina tantas tamque diversas res contineant, quis est, qui miretur nonnulla in iis inveniri, quae ad congregationes particulares nullo iure spectant. Huiusce modi sunt ex. gr. epistolae in congregationibus generalibus aut in congressibus secretarii cum cardinali praefecto (vel antiquiore) recitatae,[194]) generalium (praecipue praeparatoriarum) congregationum decreta, quae ad nullam particularem congregationem iuris alicuius retinendi vel gratiae alicuius obtinendae causa foris missa sunt,[195]) audientiarum S^mi^ acta, si negotia in iis ad summum pontificem relata prius in nullius particularis congregationis consessu deliberata, nec ab ulla congregatione particulari ad summum pontificem eius arbitrio diiudicanda missa sunt.[196]) Quadamtenus huc scripta ad aliam con-

[193]) In tomo „VI. Congregat. de studiis ∝. Num. 6" (fol. 243 - 253) relatio „De erectione, institutione et authoribus missionum Capucinorum" anno 1652 a P. Richardo scripta, in volumine „VII. Congregac. de statu temporali ∝" (fol. 418 [bis] sqq.) „catalogus missionariorum Soc. J. in diversis mundi partibus anni 1653" legitur.

[194]) V. ex. gr. infra, num. 20, 44 (quae utraque epistola, licet in congregationibus generalibus die 17. Octobris 1622 et 24. Januarii 1623 peractis relata sit, quod annotatio in fine numeri 20 posita et num. 49 testantur, tamen in congregationum particularium volumine legitur), 313, 318 (v. annotationes in fine huius utriusque numeri positas). — Epistola, quae infra numero 43o signata affertur, neque generalem, nec ullam particularem congregationem spectans, in congressu secretarii cum antiquiore S. Cong^nis^ de P. F. cardinali recitata esse videtur.

[195]) Ea, quae ex. gr. e tomo „VII. Congregac. de statu temporali, missionibus. Num. 7" (fol. 385 sq.) superius in annot. 30 afferuntur („Negotii da proporre in congregatione . . . da tenersi avanti la Stà di N. Sre il dì 30 Luglio 1652 ∝"), nil aliud quam congregationis praeparatoriae ante diem 30. Julii 1652 peractae decretum (seu potius decreti commentarius) esse possunt. Aliquid simile in eodem volumine folio 399 et 405 legitur.

[196]) In tomo „Congregni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" (fol. 248) abbatis et canonicorum regularium Lateranensium ordinis s. Augustini Montis s. Caroli [Pragae] libellus ad Benedictum XIVum datus reperitur, a cuius tergo praeter inscriptionem haec verba scripta sunt: „A Monsr segretario, che ne parli. — [Alia manu:] Ex audientia S^mi^ habita die 14. Septembris 1755: S^mus^, attentis expositis, mandavit

gregationem particularem, ac ea est, in cuius tomis reperiuntur, spectantia pertinent.[197])

Antequam de modo, quo congregationum particularium acta conscribebantur, disseramus, epistolae, libelli aliaque scripta iisdem congregationibus allata observanda sunt, non quidem quoad ea, quae continent, neque quoad modum, quo scripta sunt, sed ob ea, quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria iis ascripta sunt. A tergo enim — interdum etiam in fronte, calce aut margine — scriptorum allatorum varia — non quidem semper — ascribebantur [198]): modo solae numerorum notae (modo Romanae, modo Arabicae) vel solae literarum notae (A litera, B litera etc.), modo literae una cum numerorum notis vel numeri cum nota „N." seu „Num.",[199]) nunc annus, mensis et dies (iique aut iidem, qui literis ascripti sunt, aut ii, qui diem, quo congregatio particularis, in qua recitatae sunt, habita est, significant), nunc nota „R." vel verbum „Responsum," „Risposto" cum anno, mense, die (quo S. Cong^o^ ad literas illas rescripsit),[200]) alias epistolae

de pecuniis capsae salis subministrari oratoribus 15.000 florenorum pro una vice tantum. Nicolaus, archiepiscopus Rhodiensis, secretarius". Quia autem anno 1755 „congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae" demum die 19. Decembris habita est (ibidem, folio [3] et [5]), libellum illum non ad congregationum particularium seriem, sed ad „Audientias S^mi^" spectare manifeste patet.

[197]) In volumine „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" folio 36, 37, 38 seqq. ex. gr. tria scripta ad particularem congregationem Sinensem pertinentia leguntur.

[198]) V. supra, pag. XXXVIII. — Multis scriptis allatis, sicut supra significatum est, in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria nil a tergo ascribebatur; eius generis praeter multa alia exempla libelli sunt, de quibus ad congregationem particularem de rebus Bohemiae anno 1762 peractam relatum est („Cong^ni^ particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia dal 1761 a tutto il 1765. Num. 46").

[199]) In volumine „Cong^ni^ particolari sù la cassa del sale ∝. Num. 47" folio 202 b a tergo literarum e secretarii status cancellaria ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium datarum numerus „VII", in tomo „Congreg^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 40" folio 107 b a tergo epistolae a nuntio Viennensi scriptae „A" litera, in tomo „Cong^ni^ part^ri^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 38" tam in fronte literarum a nuntio Viennensi datarum, quam ab earum tergo „X num^o^ 3", in volumine „Cong^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 37" folio 168 b a tergo apochae abbatis Břevnoviensis „Lit. B. 3", folio 424 b a tergo alius apochae „Lit. E. 4" leguntur.

[200]) In tomo „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 39" a tergo epistolae die 8. Decembris 1732 datae verba: „Boemia 8 Decembre 1732", in volumine: „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35" a tergo libelli supplicis verba: „Die Martis 1^a^ Octobris 1715", quo die de negotio in congregatione particulari tractatum est, leguntur; in volumine „Cong^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 37" folio 438 b a tergo literarum Pragae die 8. Aprilis 1722 datarum verba: „Risposto 1° Maggio 1722", a tergo literarum a nuntio Viennensi die 15. Martii 1727 scriptarum, quae R litera in fronte signatae in tomo „Cong^ni^ part^ri^ sopra le materia di Boemia ∝. Num 38" reperiuntur, verba: „R. [= risposto] al 29 Marzo 1727. R [= R litera, quae in fronte est]" leguntur.

vel scripti summa, alias sola eius intitulatio (v. supra, pag. XLVI),[201]) modo verba: „Memoriale" vel „Memoriale addizionale," modo agentis, qui libellum supplicem in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria tradidit, interdum personae, quae libellum commendavit, nomen,[202]) alias decreti a congregatione particulari facti (rescripti) pars, aliquando annotationes aliae,[203]) at non ita, ut singulis literis, libellis, scriptis tantum

[201]) In volumine „Cong^ni^ part^ri^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35" fol. 108 b a tergo scripti cuiusdam eius brevis summa, quam E litera praecedit, in tomo „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 36" a tergo literarum die 9. Decembris 1716 Viennae datarum, quae folio 31 incipiunt, nil aliud quam intitulatio „Boemia" legitur.

[202]) Verba „memoriale", „memoriale addizionale" a tergo multorum libellorum leguntur; agentis (procuratoris) nomen ex. gr. a tergo plurium libellorum in congregatione particulari de rebus Bohemiae die 16. Maii 1729 expositorum reperitur; a tergo libelli nomine archiepiscopi Pragensis in eiusdem congregationis particularis consessu die 7. Januarii 1759 habito etiam secretarii S. Cong^nis^ de P. F. tanquam agentis nomen: „Monsr Antonelli segretario" legitur („Cong^ni^ part^ri^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 45" fol. 193 b); in volumine „Cong^ni^ part^ri^ sù la cassa eccles. del sale in Boemia ∝. Num. 46" fol. 237 b a tergo alius libelli supplicis praeter agentis „Sardi" nomen etiam verba: „L' istanza è stata raccommandata dall' Emm^o^ signor cardinal Antonelli. — L" scripta sunt; in tomo „Cong^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 42" a tergo libelli ad nuntium Viennensem die 9. Maii 1739 dati (fol. 299 b) verba: „Instantia domini comitis de Ogilvis pro subsidio... [= summa]. raccommandata dal P. Thenemann, confessore della M^tà^ dell' imperatore" leguntur. Nonnullos libellos supplices etiam summi pontifices commendabant; modus autem, quo id fiebat, diversus erat ab illo, quo cardinales aliique id faciebant; in volumine „Congreg^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 40" fol. 195–196 ex. gr. libellus a conventu Zahražanensi monialium ordinis s. Mariae Magdalenae de poenitentia ad Clementem XII. datus reperitur, a cuius tergo (fol. 196 b) praeter verba „A Monsr segretario della Cong^ne^ de P. F.. che ne parli", etiam haec ab eodem secretario scripta leguntur: „Die 13. Decembris 1733. Ex audientia S^mi^: S^mus^ commendat oratrices, si fieri possit, pro aliquo subsidio".

[203]) In tomo „Congreg^ni^ particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 45" a tergo libellorum in consessu die 3. Septembris 1759 peracto relatorum hae rescripti ab eadem congregatione particulari facti partes leguntur: „In decisis sub die 7. Januarii 1759," „Subministrentur floreni 2000," „Subministrentur floreni 5000, et acquiescant omnino," „Gaudeant impetratis," quae omnes in decreto ipso repetuntur; nonnunquam vero rescriptum, quod a tergo libelli scriptum est, in congregationis particularis, quae de eo deliberabat, decreto non invenitur: eius generis est illud, quod a tergo libelli nomine capituli metropolitanae ecclesiae Pragensis S. Cong^ni^ de P. F. porrecti in eodem volumine folio 102 b ascriptum est: „In congregatione particulari 27. Februarii 1758. Reassumantur acta 1728, [17]36, [17]38, et scribatur nuntio apostolico," vel aliud ibidem (folio 108 b): „In congregatione particulari 27. Februarii 1758. Apostolico nuntio pro informatione et voto." — Alius generis annotationes sunt ex. gr hae: in tomo „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" a tergo libelli cuiusdam verba: „Boemia 1731. Non serve più" leguntur, nam de negotio illo congregatio particularis iam anno 1730 constituerat; in eodem volumine (folio 91 b) a tergo literarum a nuntio Viennensi datarum verba: „Si è accusata la ricevuta della presente a Monsr nunzio il 20 Marzo 1728", alibi in tomo eodem a tergo verba: „ Si è scritto a Monsr nunzio pro informatione et voto" ascripta sunt; in volumine „Congreg^ni^ partic^ori^ sopra le materie di Boemia ∝. Num. 40" a tergo libelli (fol. 226 b) verba: „Ultimo memoriale reassumatur per la congregatione [quo verbo congregatio generalis intelligenda est] de 14 del corrente" reperiuntur; in tomo „Cong^ni^ particolari sù la cassa ecclesiastica del sale ∝. Num. 46" a tergo „memoriae" ad S. Cong^nem^ de P. F missae (fol. 157 b) verba: „Ad S. Cong^nem^ particularem. [Alia manu:] Si potrà portare in congregazione [congregatio generalis significatur]. Si ripigli la lettera dell' arcivescovo circa il

singula ex iis, quae modo enumerata sunt, sed aliis etiam bina, aliis terna, aliis plura ascriberentur.[204])

Modus, quo congregationum particularium acta in huiusce seriei volumina referebantur, non semper idem erat, sed saepe diuque mutabatur. Francisci Ingoli aetate non multum a modo, quo generalium congregationum acta perscribebantur, differebat, praeterquam quod inscriptio plerumque solo die, mense, anno continebatur.[205]) Hoc igitur initio particularium, perinde ac generalium congregationum acta e tribus partibus: inscriptione, exordio, decretis constabant.[206]) Progrediente tempore singulae ex illis tribus partibus vario modo dividebantur atque separabantur, ita ut nonnulla particularium congregationum acta, etsi nil inusitati continerent, e pluribus partibus constare viderentur, at fiebat etiam, ut aliquando novi aliquid accederet, aliquando pars aliqua deesset.

---

collegio" ascripta leguntur; quae memoria re vera in congregatione generali die 29. Augusti 1763 („Acta S. C. de P. F. anni 1763" fol. 636–638b) recitata est; in volumine „Congregni particolari sopra le materie di Boemia ∞. Num. 44" folio 173a, quod ad nuntii Viennensis epistolam die 6. Junii 1750 datam, quae ibidem folio 173 reperitur, pertinet, verba: „Il signor canonico Carlo [Uslenghi] favorisca di rispondere all' annessa lettera di Monsr nunzio di Vienna con dirgli, che la Congne accetta la proposizione fatta dalla corte di Vienna. E resto divotamente" scripta sunt; in fronte libelli Michaelis Friderici comitis ab Althan, collegiatae ecclesiae Boleslaviensis praepositi, nomine S. Congni de P. F. traditi („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∞. Num. 36" fol. 384) verba: „La scrittura impressa [v. supra, annot. 174] in nome di Monsr Althan è nella precedente congregatione particolare delli 23 Settembre 1718" leguntur.

[204]) Nonnulla exempla superius in annotatione 199, 200, 201, 202 allata a tergo singularum literarum libellorumve singulas binasve annotationes ascriptas ostendunt; plures annotationes ex. gr. his locis inveniuntur: in volumine „Congregni particolari sopra le materie di Boemia ∞. Num. 44" a tergo literarum a nuntio Viennensi ad Silvium cardinalem Valenti-Gonzaga die 6. Junii 1750 datarum, quarum mentio supra (in annot. 203) facta est, folio 174b verba: „Boemia [=intitulatio]. — 6 Giugno 1750 [=dies literis ascriptus]. — Risposto 4 Luglio 1750" et praeterea (folio 173a) verba, quae in annot. 203 („Il signor canonico Carlo ∞.") afferuntur, ascripta sunt; in tomo „Congregni particori sopra le materie di Boemia ∞. Num. 40" fol. 119b a tergo epistolae a nuntio Viennensi die 18. Novembris 1732 datae verba: „D [v. annot. 179]. — Boemia [=intitulatio]. — 18 Novembre 1732 [=dies literis ascriptus]. — Secreta relatio non communicanda [v. annot. 203 et pag. XVII cum annot. 30]. — Risp. ai 6 Decembre 1732 [v. annot. 200]" leguntur.

[205]) In volumine „IX. Acta congregationum partic. pro statu temp. S. C. de P. F. Num. 9" fol. 266 seqq.) ex. gr. haec legimus: „Die 30. Januarii 1649 [=inscriptio]. — Fuit congregatio particularis de statu temporali S. Congnis de P. F. in collegio de Propaganda, cui interfuerunt tres cardinales, videlicet duo fixi: Spada scilicet et Capponius et mensarius, videlicet Sfortia, et RR. PP. DD. Lanuvius iudex, Vermigliosus advocatus, d. Joannes Liberatus procurator et d. Serugus agens. In ea [=exordium]: 1o. . . . . 7o. Referente Emmo domino cardinali Capponio minutam literarum ad Emmum dominum cardinalem de Harrach scribendarum pro recuperatione pecuniarum solutarum pro eius redemptione iuxta gratiam factam a regina Sueciae reginae Galliarum, Emmi Patres . . . . postea censuerunt eam esse in congregatione generali referendam. — 8o. ∞ [=decreta]." V. supra, annot. 107.

[206]) V. supra, pag. XXXVIII–XLI.

Ubi omnes tres partes, quas modo diximus, reperiri possunt, singulae inde ab anno 1657[207]) alio modo, ac ille erat, quo Franciscus Ingoli utebatur, scriptae sunt. Quod praecipue in particularium congregationum de negotiis Bohemicis celebratarum actis valet.

Inscriptio enim, quae nunc latine, nunc lingua vulgari (Italica) scripta est[208]) atque modo acta ipsa uno duobusve foliis praecedit, modo exordium subsequitur, interdum etiam a tergo actorum repetitur,[209]) alias nil aliud ac diem, mensem, annum, quibus con-

---

[207]) V. supra, pag. XLII–XLIII.

[208]) In volumine „Congni partri sopra le materie di Boemia dell' anno 1738 all' anno 1747. Num. 42" (pag. 215) inscriptio latina: „Congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis in regno Bohemiae habita die 17. Augusti 1739. — Boemia", in tomo „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num 35" folio [2] inscriptio italice scripta: „Boemia. — Congne particolare delli 12 Luglio 1711" legitur. Generatim et summatim dici potest inscriptiones actorum congregationum particularium de negotiis Bohemiae habitarum seculo XVIIIo ineunte lingua Italica, inde ab anno 1720 autem lingua Latina scriptas esse, at iam ante annum 1720, quem modo diximus, acta congregationis particularis die 12. Decembris 1717 celebratae, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 sino al 1719. Num. 36" folio 42 inscriptionem Italicam: „Congne particolare delli 12 Decembre 1717" habent, folio 43 alteram eamque latine scriptam inscriptionem: „Boemia. — Congregatio particularis habita sub die 12. Decembris 1717" decreti summario anteponunt. Idemque etiam in congregationis particularis die 23. Septembris 1718 habitae actis („Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" fol. 148, 149) reperitur.

[209]) In tomo „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∞. Num. 35" congregationis particularis die 1. Octobris 1715 habitae actorum inscriptio: „Congregazione particolare del primo Ottobre 1715" folio 131 legitur, acta autem ipsa folio 132 incipiunt, atque ab eorum tergo (folio 139 b) inscriptio: „Congregatio particularis 1a Octobris 1715" repetitur. V. etiam superius in annotatione 208. Actorum congregationis particularis die 18. Augusti 1761 celebratae inscriptio duobus foliis eorum exordium praecedit („Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia dal 1761 a tutto il 1765. Num. 46" fol. 1 et 3). — Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 9. Septembris 1720 celebratae acta primitus quidem inscriptionem: „Congregatio particularis habita die 9. Septembris 1720" habebant, sed postquam ei alia manu scripta verba: „super rebus Bohemiae: Tanarius, Sacripantes praefectus, Paulutius, Casonus, Vallemanus, Fabronus et Albanus" rursusque alia manu: „se excusavit" adiecta sunt, inscriptio exordium facta est, acta autem ipsa sola intitulatione „Boemia", quam summarii inscriptio: „Sommario riferitosi nella congregazione particolare dei 9 Settembre 1720" subsequitur, inscribuntur („Congni particori sopra le materie di Boemia dall' anno 1720, 1722. Num. 37" fol. [2] et 1). Simili modo verba, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" folio 244 leguntur: „Congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habita die Lunae 6. Februarii 1730: Emmi et Revmi domini cardinales: 1. S. Clementis — non interfuit, 2. De Via — non interfuit, 3. Spinola — interfuit, — 4. Petra praefectus — interfuit, 5. Alexander Albanus — non interfuit, — 6. Bancherius — interfuit" potius exordium quam inscriptio existimanda sunt, inscriptio autem „6. Februarii 1730" tandem folio 245 sequitur. — A tergo actorum congregationis particularis die 10. Maii 1717 celebratae inscriptio, quae — intitulatione aucta — acta praecedit (v. infra, annot. 210), ab eorum tergo — sed lingua Latina scripta — repetitur: „Boemia. Congregatio particularis die 10a Maii 1717" („Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" folio 18 b).

gregatio habita est, alias intitulationem, alias congregationis particularis nomen, alias vel haec tria omnia, vel saltem duo ex iis, nisi omnino deest, continet.[210]) Etiam in congregationum particularium actis inscribendis (perinde ac in congregationum generalium actis,[211]) licet serius) mos inscriptionem omittendi exordiumque verbis: „In congregatione x“ incipiendi invaluit, sed — saltem in serie congregationum particularium de negotiis Bohemicis — non diu perduravit.[212]) Raro ad inscriptionem novi aliquid accedit, quod ad eam nullatenus pertinet; ex. gr. verba: „Spedita li [..] Agosto 1756“,[213])

[210]) Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 27. Aprilis 1722 celebratae acta inscriptione „Die 27. Aprilis 1722“ („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1720, 1722. Num. 37“ fol. 297), folio autem 298 intitulatione „Boemia“ incipiunt. Simili modo in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39“ pag. 1 inscriptio „Die Lunae 16. Maii 1729“ legitur, quam folio, quod nullo numero signatum est, exordium praecedit. In tomo „Congregani particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ exordium congregationis particularis die 7. Januarii 1759 peractae folio 111, intitulatio vero, verbis: „Cassa del sale di Boemia“ scripta, folio 113 legitur. In volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 fino al 1716. Num. 35“ (fol. 271) inscriptio: „Congregazione particolare delli 16 Marzo 1716“, in tomo „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36“ folio, quod folium 1 praecedit, inscriptio: „Boemia. Congregazione particolare delli 10 Maggio 1717“ reperitur. In volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39“ inscriptio: „Congregatio particularis super rebus capsae ecclesiasticae salis regni Bohemiae habita die Lunae 22. Augusti 1729 post congregationem generalem“ legitur.

[211]) V. supra, pag. XLIII et annot. 113.

[212]) Prima congregatio particularis de negotiis regni Bohemiae, cuius acta verbis: „In congregatione particulari x“ incipiunt, est illa, quae die 27. Februarii 1758 [!], ultima autem illa, quae 3. Septembris 1759 habita est. Primae congregationis, quam modo diximus, exordium ita scriptum est: „In congregatione particulari super rebus capsae salis Bohemiae habita die 27. Februarii 1758, in qua interfuerunt Emmi et Revmi domini: Spinelli praefectus, Lantes, Doria, Alex. Albanus, Corsinus et Columna Sciarra, necnon R. P. D. Nicolaus Antonellus secretarius“ („Congregani particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ folio, quod folium 1 praecedit). In congregationis particularis „super rebus Indiarum et Synarum“ actis, idem mos iam pridem (ex. gr. 1720: „In congregatione particulari de P. F. super rebus Indiarum Orientalium habita die 29. Julii 1720 interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales sequentes, videlicet: Paulutius, Sacripantes praefectus, Vallemanus, Fabronus, Scottus et Pamphilius, necnon R. P. D. Petrus Aloysius Caraffa, episcopus Larissae, secretarius.“ — „Acta congreg. part. super rebus Synarum et Ind. Orient. ab anno 1717 usque ad 1721. Tom. 3“ fol. 192 b) vigebat, sed iam congregationis particularis, quae die 26. Septembris 1727 habita est, acta inscriptione, quae ita scripta est: „Congregatio particularis Indiarum Orientalium die Veneris 26. Septembris 1727“ ordiuntur („Acta congnum particularium super rebus Synarum et Indiarum Orientalium ab anno 1723 usque ad 1728. Tom. 4“ fol. 276), qui modus postea — paucissimorum eiusdem congregationis particularis consessuum actis, v. gr. actis congregationis die 18. Septembris 1730 celebratae, quae breviorem inscriptionem: „Die Lunae 18. Septembris 1730“ habent („Acta congregnum particularium super rebus Synarum et Indiarum Orientalium ab anno 1729 usque ad 1733. Tom. 5“ fol. 149), exceptis — duravit.

[213]) Verba illa in volumine „Congregni particolari sopra le materie di Boemia degl'anni 1755 e 1756. Num. 44“ folio [3] inscriptionem: „Congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habita die 19. Decembris 1755“ consequuntur.

quae potius in conclusionem convenirent. Aliquando — aeque ac in congregationum generalium actis fiebat[214]) — aliquot congregationum particularium acta unam, communem inscriptionem habent.[215])

Exordium actorum congregationum particularium non solum iis, quae continet, sed interdum etiam loco, quem obtinet, a generalium congregationum actorum exordio,[216]) cui solum eo tempore, quo, inscriptione omissa, etiam congregationum particularium acta verbis: „In congregatione particulari x“ exordiebantur,[217]) simillimum erat, non parum differt. Particularis congregationis exordium, si plenum est, praeter ipsius congregationis designationem diem, rarius etiam horam, quibus habita est, cardinaliumque, qui interfuerunt, interdum etiam eorum, qui abfuerunt, aliquando et praelatorum ei ascriptorum (secretarii, prosecretarii aliorumve) nomina comprehendit.[218]) Modo ad exordii partes, quas enumeravimus, aliquid insoliti accedit,[219]) interdum autem eius una vel altera, imo et duae partes

[214]) V. supra, pag. XXXVIII et annot. 95.

[215]) In volumine, quod a dorso verbis: „Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa, Indie Occidentali, collegii, Morea, Romania, Greci, Persia e Giorgia, Boemia, Moldavia, Transilvania, Vallachia, Bulgaria. Num. 31“ inscriptum est, folio 239 haec inscriptio legitur: „Congregationi particolari sopra gl' affari di Boemia tenute sotto li 14 Settembre 1696 e sotto li 4 Settembre 1698 e de 16 Giugno 1707.“ Volumen „Congregani particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ folio, quod nullo numero signatum folium 1 praecedit, hanc communem inscriptionem habet: „Congregationi particolari sopra la cassa del sale di Boemia de' 27 Febraio 1758, 7 Gennaio e 3 Settembre 1759.“

[216]) V. supra, pag. XXXIX–XLII, XLIV.

[217]) V. supra pag. LXXIV et annot. 212.

[218]) Actorum congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 10. Maii 1717 celebratae (v. supra, annot 210) exordium ita scriptum est: „In congregatione particulari habita die 10. Maii interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales: de Abdua, Tanarius, Sacripantes, Casonus, Vallemanus, Fabronus, Albanus“ („Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36“ fol. 1). Alius eiusdem congregationis particularis consessus exordium hoc est: „Congregatio particularis de P F. habita die 15. Aprilis 1749 super rebus capsae ecclesiasticae salis Bohemiae, in qua interfuerunt: Valenti praefectus, S. Clementis (non interfuit), Rivera, Mesmeri, Alexander Albanus, Corsinus, Columna de Sciarra, necnon R. P. D. Nicolaus Lercarius secretarius“ („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1749 all' anno 1751. Num. 43“ pag. 3). Alius congregationis particularis exordium his verbis scriptum est: „Congregatio particularis super rebus Indiarum Orientalium habita die Lunae 18. Septembris 1730. Emmi et Revmi domini cardinales: Otthobonus — se excusavit, S. Clementis — se excusavit, Imperialis — se excusavit, Picus — se excusavit, De Via — interfuit, Corradinus — se excusavit, Spinola — interfuit, Petra praefectus — interfuit, Lercari — se excusavit, Bancherius — se excusavit“ („Acta congregnum particularium super rebus Synarum et Indiarum Orientalium ab anno 1729 usque ad 1733. Tom. 5“ fol. 179).

[219]) Ex. gr.: „Congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habita post congregationem generalem [v. supra in extrema annot. 210] die 26. Aprilis 1756, cui interfuerunt Emmi et Revmi domini Spinellus, Mesmer, Alexander Albanus, Corsinus, Columna de Sciarra, necnon R. P. D. Nicolaus Lercarius, archiepiscopus Rhodiensis, secretarius“ („Congregni particolari sopra le materie di Boemia

desunt, ita ut — non raro — nil aliud quam cardinalium (et praelatorum) nomina contineat.[220]) Si quis cardinalis ob munus, quo extra congregationem particularem fungebatur, eius consessui interfuit, fiebat, ut exordium id significaret.[221]) Fiebat etiam, ut negotia alicui congregationi particulari proposita unius diei consessu exhauriri non possent, et cardinales ea altero (aliquando etiam tertio) die exsequerentur; qua in re exordium et dies, quibus singuli consessus eiusmodi habiti sunt, et cardinalium, qui singulis diebus eis interfuerunt, nomina indicat.[222]) — Quod ad locum spectat, exordium nunc in-

degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" fol. 265); vel in exordio particularis congregationis die 1. Octobris 1715 (v. supra, annot. 209) peractae: „Cum secreto S. Officii [v. supra, pag. XVII] de mandato Smi D. N. — Sommario. — Interfuere Emmi et Revmi domini de Abdua, Sacripantes, Pauluccius, Casonus, Fabronus, Albanus, ego secretarius. — Decreta in margine" („Congni particolari sopra le materie di Boemia x. Num. 35" fol 132); vel in exordio congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 20 Martii 1736 celebratae, ubi cardinalium qui ei interfuerunt, nomina verba: „Spedita li 7 Aprile 1736" (v. supra, annot. 213) consequuntur („Congni particori sopra le materie di Boemia dell'anno 1736 Num. 41" fol. 1).

[220]) Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 12. Julii 1711 peractae (v. supra, annot. 208) exordium ita scriptum est: „Die Dominica die Julii 12. hora 21. [v. supra, annot. 114] interfuere Emmi et Revmi domini de Abdua, Sacripantes praefectus, Pauluccius, Fabronus et Gozzadinus et ego secretarius [v. supra, pag. XL, LXXV et annot. 101]. Se excusarunt Emmi Spada, Panciaticus et Vallemanus" („Congni particolari x. Num. 35" fol. 1); hic igitur (praeter annum) congregationis designatio deest; in particularis congregationis die 1. Octobris 1715 celebratae exordio (v. superius in annot. 219) praeter nonnulla insolita et verbum „sommario", quod primae decreti partis inscriptio est, eorum, qui interfuerunt, nomina tantum leguntur. Etiam particularis congregationis die 28. Aprilis 1727 habitae exordium, quod inscriptionem verbis: „Congregatio particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae die 28. Aprilis 1727" scriptam consequitur, nil aliud quam cardinalium nomina: „Interfuerunt Emmi S. Clementis, S. Agnetis et Petra praefectus" comprehendit („Congni partri x. Num. 38" fol. [1]).

[221]) Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 23. Septembris 1716 peractae exordium ita scriptum est: „Die Mercurii 23. Septembris 1716. Congo particularis: Emmi et Revmi de Abdua, ... ego secretarius. Emmus Sacripantes impeditus. Emmus Albanus interfuit ut praefectus fabricae" („Congni particolari x. Num. 35" fol 335). — V. supra, annot. 13 et 18 (pag. XI).

[222]) Eiusmodi exemplum in volumine „Acta congreg. part. super rebus Synarum et Ind. Orient. ab anno 1717 usque ad 1721. Tom 3" folio 346 ita scriptum est: „In congregatione particulari de P. F. super rebus Indiarum Orientalium habita diebus 28. et 29. Septembris 1721 interfuerunt die 28. Emmi et Revmi domini cardinales sequentes videlicet: Tanarius, Paulutius, Sacripantes praefectus, Vallemanus, Fabronus, Scottus, De Comitibus, Pamphilius, Imperialis; die 29. Tanarius, Paulutius, Sacripantes praefectus, Vallemanus et Fabronus; necnon R. P. D. Aloysius Carafa, archiepiscopus Larissae, secretarius." Alio modo hoc exordium scriptum est: „Congregatio particularis Indiarum Orientalium die Veneris 26. Septembris 1727. Emmi domini cardinales praesentes: Otthobonus — se excusavit, Imperialis — interfuit, Picus — interfuit, De Via — interfuit, Corradinus — interfuit, Spinola — interfuit, S. Agnetis — se excusavit, De Comitibus — interfuit, Petra — interfuit, Lercarius — se excusavit, Pamphilius — interfuit. Congregatio particularis Indiarum Orientalium die Dominico 28. Septembris 1727. Emmi domini cardinales praesentes: Otthobonus — se excusavit, Imperialis — interfuit, Picus — interfuit, De Via — interfuit, Corradinus — se excusavit, Petra praefectus — interfuit, Lercarius — se excusavit, Pamphilius — interfuit, S. Agnetis — se excusavit, De Comitibus — se excusavit, Petra praefectus — interfuit, Lercarius — se excusavit, Pamphilius — interfuit" („Acta congnum particularium super rebus Synarum et Indiarum Orientalium ab anno 1723 usque ad 1728. Tom. 4" fol. 276, 277, 278).

scriptionem sequitur, nunc eam praecedit, modo in decreti (summarii) margine, modo in calce scriptum est.[223]) Minime quidem exordium ducenda sunt verba: „Per manus Emmorum et Revmorum dominorum x", quae nonnunquam in particularium congregationum summarii calce legi solent, si quidem illud ipsum summarii exemplar, quod ante congregationem habitam ‚per manus' aut omnium aut tantum nonnullorum cardinalium eidem congregationi particulari ascriptorum, ut eo expeditius negotia proposita tractari possent, missum erat, in eiusdem congregationis particularis acta impositum est,[224]) quod etiam in ge-

[223]) Congregationis particularis die 23. Septembris 1716 peractae exordium, quod superius in annot. 221 attulimus, inscriptionem verbis: „Congne particolare delli 23 Settembre 1716" scriptam, quae in volumine „Congni particolari x. Num. 35" fol. 334 legitur, consequitur. Exordium congregationis particularis die 9. Septembris 1720 habitae (perinde ac illius, quae die 6. Februarii 1730 peracta est) inscriptionem praecedit (v. supra in annot. 209); congregationis particularis die 12. Julii 1711 celebratae exordium, quod supra (in annot. 220) allatum est, in margine folii 1 iuxta decreti summarium legitur, quod ibidem prima rescripti pars consequitur. Congregationis particularis die 12. Decembris 1717 peractae, cuius acta in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1717 fino al 1719. Num. 36" fol. 42–64b scripta sunt, exordium fol. 66 legitur: „In congregatione particulari de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis habita die 12. Decembris 1717 interfuere Emmi et Revmi cardinales sequentes videlicet: Casonus, Tanarius, Vallemanus, Sacripantes praefectus, Paulutius, Albanus et de Abdua."

[224]) In volumine „Congni partii e visite de collegii pontifizii: Germanico et altri oltramarini degli anni 1697 e 1698 con altre scritture posteriori pertinenti a medesimi. Num. 36" a tergo summarii, quod folio 12 incipit, folio 32 b ex. gr. haec verba leguntur: „Per manus Emmorum et Revmorum cardinalium: De Alteriis, Caroli Barberini, Carpinei, Nerlii, Casanate, Tanarae et Otthoboni, qui dignetur remittere domino secretario. Pro congregatione particulari habenda super collegiis pontificiis extra Urbem. [Al. m.:] Habita fuit die 30. Augusti 1697". Simili modo in volumine „Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707 x. Num. 31" a tergo summarii, quod folio 294 incipit, haec verba scripta sunt: „Per manus Emmorum et Revmorum dominorum cardinalium: Spadae, Paulutii et Casoni, qui dignetur remittere domino secretario. Pro congregatione particulari de P. F. super rebus Bohemiae habenda die 16. Junii 1707. — Die 16. Junii 1707" (fol. 299 b). Huic utrique congregationi particulari exordium deest omnino, at etiam a tergo summarii congregationis particularis de negotiis Bohemicis die 12. Julii 1711 celebratae, cuius acta tam inscriptionem (v. supra, annot. 208), quam exordium (v. supra, annot. 220 et 223) habent, haec verba leguntur: „Boemia. Per manus Emmorum et Revmorum dominorum cardinalium Spadae, Panciatici, Sacripantis praefecti, Paulutii, Fabroni et Gozzadini, qui dignetur remittere R. P. D. secretario. S' aggiunge la lettera sopravvenuta ultimamente del signor abbate Santini, che supplica per la sollecita spedizione. Pro congregatione particulari super rebus Bohemiae destinanda" („Congni partri x. Num. 35" fol. 12 b). Eodem modo a tergo summarii congregationis particularis de iisdem negotiis die 16. Martii 1716 (v. supra, annot. 210) habitae, cui — teste exordio iuxta summarii

neralium congregationum actis aliquando evenisse superius significatum est.[225]) Etiam hac in re congregationes generales cum particularibus congruunt: utrarumque exordium illo quoque tempore, quo decretorum summaria (imo et inscriptiones) lingua vulgari tradebantur, latine perscribebatur.[226])

Decreta congregationum particularium aeque ac generalium eiusdem temporis e summario (italice: sommario, proposizione, ristretto) et rescriptis (quae etiam ‚resolutiones', imo et angustiore vocis notione, ‚decreta', italice vero ‚rescritto' appellabantur) constabant.[227])

Summarium, quod tunc italice scribebatur, longius et verbosius erat, non raro decem, quin etiam viginti pluraque folia implens.[228]) At in particularium congregationum actis summario (quin potius decreto) inscriptio, quam generalium congregationum decreta habent, dico: „Relationes (R. P. D.) secretarii (prosecretarii)" vel „Relationes Em^mi^ (cardinalis)" similisve deest,[229]) ita ut e solis uniuscuiusque congregationis particularis actis nunquam fere appareat, quis (secretariusne an cardinalis aliquis) in ea de negotiis ad cardinales

initium in margine folii 272 ascripto — „ . . . . interfuerunt Em^mi^ et Rev^mi^: de Abdua, Tanara, Sacripantes, Paulutius, Casonus, Fabronus, Albanus et ego secretarius", haec verba leguntur: „16. Martii 1716. Per manus Em^morum^ et Rev^morum^ dominorum cardinalium de Abdua, Casoni et Fabroni, qui dignetur remittere domino secretario. — Pro proxima congregatione particulari de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae" („Cong^ni^ particolari ∝. Num. 35" fol. 275 b). Cardinalibus Sebastiano Antonio Tanara, Josepho Sacripanti, Fabritio Paolucci, Hannibali Albani, qui superius enumerantur, et si quis alius cardinalis eidem congregationi tunc ascriptus erat, aliud eiusdem summarii exemplar aliave eius exempla missa sunt. Dies „16. Martii 1716", qui verba: „Per manus ∝" praecedit, non eodem tempore ac illa summaria, sed tandem illo ipso die, quo congregatio peracta est, ascriptus esse videtur, quod etiam de ceteris diebus a tergo summariorum ascriptis, qui in hacce annotatione afferuntur, dictum esse puta.

[225]) V. supra, pag. XLVI et annot. 119.

[226]) Exceptio ne hic quidem deest. In volumine „Visite riferite de' collegii pontificii di Vilna ∝ nelle congregazioni particolari degl' anni 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41" fol. 12 exordium italice scriptum est: „Li 18 Febraro 1741 fu tenuta la congregazione particolare sopra i collegii deputata dalla Stà di N. S^re^ papa Benedetto XIV [v. supra, pag. XVI et annot. 29] coll' intervento degli Em^mi^ signori cardinali: S. Clemente, Petra prefetto, Gentili, Carafa, Rezzonico e di Monsr Monti segretario. In essa ∝". — V. supra, pag. XLII et annot. 109.

[227]) V. supra, pag. XLII–XLIII.

[228]) Actorum congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 12. Julii 1711 habitae summarium folia 17 („Cong^ni^ particolari ∝. Num. 35" fol. 1–10), particularis congregationis de iisdem negotiis die 12. Decembris 1717 peractae summarium folia 20 („Cong^ni^ particolari ∝. Num. 36" fol. 43–62), congregationis particularis de rebus Bohemiae die 9. Septembris 1720 celebratae relatio folia 37 („Cong^ni^ particor^i^ ∝. Num. 37" fol. 1–37) explet; et nonnullarum congregationum particularium de negotiis Synarum Indiarumque habitarum summaria etiam multo longiora uberioraque sunt.

[229]) V. supra, annot. 115.

retulerit;[230]) id, quod saepissime aut e sequentibus eiusdem aut e subsequentis cuiusdam (sive particularis, sive generalis) congregationis actis aut e „Decretorum S. Cong^nis^" voluminibus demum comperire possumus.[231]) Omnino autem congregationum particularium summaria inscriptione non carent: modo enim secunda, communis actorum inscriptio[232]) ea praecedit, modo inscriptionem propriam, saepissime ex uno solo verbo: ‚Sommario' vel (tempore posteriore, aeque ac in cardinalitiis congregationum generalium seculi XVIII. exeuntis relationibus fiebat) ‚Ristretto' constantem habent.[233]) — Summariorum (nec omnium nec omnes) partes, illae praecipue, quae postulatum aliquod continebant, ex ordine numeri notis signari solebant.[234]) In nonnullorum summariorum contextu verba leguntur, quae lectorem ad epistolas, libellos supplices aliave scripta aut S. Cong^ni^ de P. F. allata, aut in eius cancellaria confecta (ex. gr. priorum congregationum decreta) reiiciunt.[235]) Significationes eiusmodi

[230]) Ne hic quidem desunt exceptiones: ante congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 3. Septembris 1696 habitae summarium ex. gr. verba: „S^r^ card. Tanara" leguntur, quibuscum alius particularis congregationis de iisdem negotiis die 4. Septembris 1698 peractae summarii initium congruit, quod ita scriptum est: „Nella congregazione particolare tenuta sopra le cose di Boemia li 14 di Settembre 1696 fu insinuato all' Em^ze^ Vostre dal signor cardinal Tanara, che ∝" („Cong^ni^ particolari dal 1686 a tutto il 1707 ∝. Num. 31" fol. 240 et 254). — In congregationis particularis de negotiis Bohemicis die 12. Julii 1711 celebratae summario („Cong^ni^ particolari ∝. Num. 35" fol. 1) haec verba leguntur: „Circa a questo punto suggerisce Monsr segretario essersi ∝", unde apparet id summarium a secretario pronuntiatum esse. — In calce decreti particularis congregationis die 18. Septembris 1769 peractae nomen „J. M. cardinalis Castelli praefectus et relator" subscriptum reperitur, quod testatur illius congregationis summarium a cardinali praefecto relatum esse („Cong^ni^ part^ri^ sopra la cassa ∝. Num. 47" fol. 123 b).

[231]) V. supra, annot. 157, 230, et infra, annot. 256.

[232]) V. ex. gr. supra (in annot. 208) inscriptionem particularis congregationis die 12. Decembris 1717 habitae.

[233]) In congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 12. Julii 1711 celebratae actis verbum ‚Sommario' in margine folii 1 (Cong^ni^ particolari ∝. Num. 35"), in particularis congregationis die 1. Octobris 1715 habitae actis idem verbum exordio intextum (v. supra, annot. 219) legitur. Etiam congregationum particularium die 4. Septembris 1698 et 7. Junii 1707 peractarum summaria (eadem, quae ‚per manus' missa erant) verbo ‚Sommario' inscripta sunt („Cong^ni^ particolari dal 1686 a tutto il 1707. Africa ∝. Num. 31" fol. 254 et 294). Particularium congregationum de negotiis Bohemiae ex. gr. die 3. Septembris 1759, 4. Julii 1763, 24. Martii 1764 et 16. Martii 1765 peractarum summaria inscriptionem: ‚Ristretto' habent, quae v. gr. etiam in generalis congregationis die 11. Septembris 1786 celebratae actis post verba: „Relatio Em^mi^ et Rev^mi^ domini cardinalis Antonelli praefecti" legitur: „Ristretto. 7° La relazione ∝" („Acta S. C. de P. F. anni 1786" fol. 285). Verbosiorem autem summarii inscriptionem, quae ex. gr. in particularis congregationis die 9. Septembris 1720 habitae actis reperitur, v. superius in annot. 209.

[234]) His numerorum notis illae, quae in rescriptis leguntur, congruunt (v. inferius, pag. LXXXIV–LXXXV et annot. 244, 246, 250, 251, 255).

[235]) In congregationis particularis de negotiis Bohemicis die 12. Julii 1711 peractae summario ex. gr. haec verba leguntur: „ . . . . Circa a questo punto suggerisce Monsr se-

in summariorum margine interdum reperiuntur.[236]) Eodem loco (in margine) aliquando etiam exordium inveniri superius iam dictum est;[237]) at etiam rescripta ad singulas summariorum partes facta (quae aliquando intra summarium ipsum scribebantur, v. paulo infra) annotationesque nonnunquam ibidem leguntur,[238]) perinde ac modo

gretario essersi sempre cio pratticato et eseguito dal foglio de' decreti estratti dall' archivio numo 1o, 2o e 3o et anco eseguito ∝" („Congni particolari ∝. Num. 35" fol. 1). Simili modo in particularis congregationis de iisdem negotiis die 1. Octobris 1715 habitae summario verba: „ . . . . e successivamente furono fatti altri decreti sopra la detta amministrazione che si danno in foglio segnato litt. A numo primo sino al numo 7o ∝" (ibid. fol. 132b) scripta sunt. Itidem in congregationis particularis die 9. Septembris 1720 celebratae summario verba: „ . . . . il conto della medesima cassa [ecclesiastica del sale di Boemia] per tutto il tempo dell' amministrazione del presente cassiere Giuseppe Ignazio Langer, che comincia dal primo di Gennaro 1715 a tutto l' anno scorso 1719 e si dà segnato lett. A ed in ristretto AA ∝" („Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1720 e 1722. Num. 37" fol. 1) reperiuntur. In particularis congregationis de negotiis Bohemiae die 28. Aprilis 1727 habitae [v. supra, annot. 174] summario („Congni particolari ∝ Num. 38") verba: „ . . . . Non apparisce però nè dalla risposta data di quel tempo da Monsr nunzio (lett. A) nè dalla relazione trasmessa dopo il suo ritorno da Praga (lett. B), che egli abbia prefisso ∝" (fol. 2b—3) leguntur. At in congregationum particularium die 10. Maii 1717 („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 36" fol. 1—9b), 12. Decembris 1717 (ibidem, fol. 43–62b) et 23. Septembris 1718 (ibidem, fol. 149—175b) lector nusquam ad literas, libellos scriptave allata vel addita delegatur. Idem de particularis congregationis de negotiis Bohemiae die 22. Martii 1771 celebratae multarumque aliarum summariis dictum esse puta.

[236]) In congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 27. Aprilis 1722 habitae summario („Congni particolari ∝. Num. 37") ex. gr. in margine folii 299 b verba: „Original. no 1. Lett. A", „Original. no 2. Lett. A", fol. 318 b: „Original. no 13", fol. 319 b: „Sommario della passata congregazione pag. 93 e originali della presente no 15" etc., in particularis congregationis de negotiis iisdem die 18. Septembris 1747 peractae summario („Congni particolari ∝. Num. 42") in margine paginae 256 verba: „Lett H. N.", „Lett. O." etc. leguntur. Similiaque in congregationum particularium de negotiis Bohemiae die 15. Aprilis et 29. Augusti 1749, 19. Decembris 1755 habitarum aliarumque invenimus.

[237]) V. supra, pag LXXVII et annot. 223.

[238]) Quod ad rescripta in margine scripta pertinet, v. inferius pag. LXXXII—LXXXIII. — Alius generis annotationes in summariorum margine scriptae ex. gr. sunt: „Vide resolutiones in folio ad primum, secundum et tertium" („Congni particolari ∝. Num. 35" fol. 1 in summario congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 12. Julii 1711 habitae), „V' è di questo un nuovo memoriale, come s' è detto di sopra" („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 36" fol. 56 in margine summarii particularis congregationis die 12. Decembris 1717 peractae), „Il lineato non sussiste, se pure non si è data questa speranza all' agente dell' arcivescovo in voce" („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 37" fol. 302 b in margine summarii congregationis particularis die 27. Aprilis 1722 celebratae, ubi — illo summarii loco — verba: „ . . . . sì anco, perchè, quando gli furono assegnati i detti 17.000 fiorini, gli fu lasciata come egli suppone, la speranza di conseguire altrettanti in altro tempo," leguntur, subter quae linea ducta est), „Il di contro vescovo [Hugo Franciscus comes Königseck, episcopus Litomericensis] è morto" (ibidem fol. 315 b), „La presente istanza vien raccomandata [v. supra pag. LXXI et annot. 202] dal signor cardinal Althan per parte di S. Mtà cesarea" (ibidem fol. 317 b), „Nota. Gli original di questa e di altre delle seguenti istanze si sono portati avanti nella posizione della congregazione particolare di Boemia de' 18 Aprile 1727" (ibidem fol. 319 b, in margine summarii eiusdem congregationis particularis die 27. Aprilis 1722 habitae). — V. etiam infra in annot. 281.

quaedam singularum summarii partium intitulationes, modo procuratorum, qui libellos supplices S. Congni porrexerunt, nomina eo ipso loco reperiri possunt.[239])

Rescriptum, decretorum altera pars, quae interdum propriam inscriptionem, aliquando etiam proprium exordium habet,[240]) plerumque — perinde ac in „Actis S. Congnis" etiam post diem 7. Maii 1657 in usu erat [v. supra, pag. XLII—XLIII] — latine perscribebatur, at non desunt rescripta, quae partim Latina, partim vulgari, nec ea,

[239]) In congregationis particularis die 9. Septembris 1720 peractae summarii margine („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 37") ex. gr.: „Capitolo di Praga" (fol. 17 b), „Monsr vescovo di Leitmeritz" (fol. 22) aliaeque ‚intitulationes' huiusmodi leguntur; alias in particularium congregationum de negotiis Bohemicis die 20. Martii 1736 et 31. Januarii 1738 habitarum actis („Congni particori ∝. Num. 41" pag. 1—36, „Congni particori ∝. Num. 42" pag. 1 sqq.) reperies. V. etiam infra in annot. 281. — Procuratorum, qui et agentes vocabantur, nomina (v. supra, pag. LXXI et annot. 202) ex. gr. in summarii particularis congregationis die 16. Maii 1729 celebratae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 39") margine leguntur: „Merenda", qui archiepiscopi Pragensis agens erat (pag. 4, 9, 11, 14), „Gentili", qui metropolitani capituli Pragensis, ordinis s. Benedicti provinciae Bohemiae, congregationis Cisterciensis Bohemiae agentem agebat (pag. 16, 41, 42, 43), „Monsr nunzio di Vienna", qui ‚hereditatis s. Venceslai' et Teplicensis parochi procurator erat (pag. 47, 48), et alia.

[240]) Congregationis particularis die 12. Julii 1711 celebratae rescripta, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35" fol. 15—16b leguntur, verbis: „Congregatio particularis super capsa salis Bohemiae" inscripta sunt, quam inscriptionem exordium ita scriptum: „Die Dominico 12. Julii hora 21a 1711 interfuere Emmi et Revmi domini de Abdua, Sacripantes praefectus, Pauluccius, Fabronus et Gozzadinus et ego secretarius. Se excusaverunt Emmi domini Spada, Panciaticus et Vallemanus" sequitur, quamvis eiusdem particularis congregationis acta tam suam inscriptionem (v. supra, annot. 208), quam suum exordium (v. supra, annot. 220 et 223) habeant. — Congregationis particularis die 1. Octobris 1715 peractae rescripta, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35" fol. 141 et fol. 142 reperiuntur, illo loco inscriptionem: „Die Martis 1. Octobris 1715", hoc autem: „Distributio die Martis 1. Octobris 1715" habent. — Congregationis particularis, quae die 9. Septembris 1720 peracta est, rescripta verbis: „Resolutiones et decreta in S. Congne particulari edita super rebus capsae salis regni Bohemiae habita die 9. Septembris 1720" („Congni particolari ∝. Num. 37" fol. 39), congregationis autem die 28. Aprilis 1727 celebratae verbis: „Rescripta congregationis particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae die 28. Aprilis 1727" („Congni particolari ∝. Num. 38" fol. 42) inscripta sunt. — Congregationis particularis die 23. Decembris 1733 celebratae rescripta, quae in volumine „Congregni particori ∝. Num. 40" fol. 42–44 leguntur, lingua vulgari ita inscripta sunt: „Ristretto delle istanze proposte nella congregazione particolare sopra la cassa del sale di Boemia li 23 Decembre 1733". Huic similis est inscriptio etiam italice scripta: „Ristretto succinto delle proposizioni ed istanze riferite e risolute nella congregazione particolare deputata sopra la cassa generale del sale e su l' altra de' parochi di Boemia tenutasi li 20 Marzo 1736", quae in volumine „Congni particolari ∝. Num. 41" fol. 39 reperitur. — Brevior inscriptio haec est: „In congregatione particulari habita die 27. Februarii 1758 emanata fuerunt infrascripta decreta" („Congni particolari di Boemia ∝. Num. 45" fol. 9) vel: „In congregatione particulari habita die 18. Augusti 1761" („Congni particolari sù la cassa del sale in Boemia ∝. Num. 46" fol. 14), cui similem nonnullarum aliarum congregationum particularium de negotiis Bohemicis peractarum rescripta inscriptionem habent, ex. gr. rescriptum congregationis die 16. Martii 1765 celebratae,

quae sola lingua Italica scripta sunt.[241]) Modus, quo rescripta in particularium congregationum acta referebantur, maxime varius, locus, quem obtinent, diversus est. Nunc enim rescriptum summario praepositum est, nunc vel in summarii calce vel uno pluribusve foliis post sequitur,[242]) alias in eius margine, alias intra summarium ipsum, interdum duobus locis (ex. gr. tam in margine, quam in calce vel a

cuius autem inscriptio lingua vulgari sic scriptum est: „Nella congregazione particolare dei 16 Marzo 1765" („Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale ꝛc. Num 46" fol. 255). Sunt etiam rescripta, quae tantum verbis: „Rescripta et decreta" atque die, quo congregatio particularis habita est, ex. gr.: „Die 31. Januarii 1738" („Congni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 42" fol. 40), sunt et alia, quae unico verbo: „Rescriptum" („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 39" fol. 222, 261) inscripta sunt.

[241]) Congregationis particularis die 23. Decembris 1733 peractae rescriptum („Ristretto delle istanze ꝛc"), quod superius in annot. 240 tetigimus, partim latine, partim lingua vulgari scriptum est: hac lingua (praeter inscriptionem) singularum postulationum sententiae, rescripta vero ipsa latine tradebantur; ex. gr: „1o. Si domanda la conferma della deputazione di uno de' due coamministratori della cassa, fatta da Monsr nunzio in Vienna nella persona del decano della metropolitana di Praga. — 1o. Approbarunt" („Congregni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 40" fol. 42). Eodem modo etiam congregationis particularis die 20. Martii 1736 habitae rescriptum („Ristretto succinto ꝛc" v. supra, annot. 240) scriptum est. — Congregationis particularis die 31. Januarii 1738 celebratae rescriptum in volumine „Congni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 42" folio 40–41 latine („Rescripta et decreta die 31. Januarii 1738. Ad Ium et IIum et IIIum: reassumatur relatio visitationis factae a cl. mem. cardinali Grimaldo ꝛc"), folio autem 42–43 lingua Italica scriptum („31. Januarii 1738. Risoluzioni. Che si ripigli la visita fatta dal signor cardinal Grimaldi ꝛc") legitur. Etiam particularis congregationis die 23. Decembris 1733 habitae, quam initio huiusce annotationis leviter tetigimus, rescripti pars, quae folio 46 („Congni particolari ꝛc. Num. 40") legitur, proprie italice scripta est („Die 23. Decembris 1733. Si scriva al nunzio di Vienna, che la Congne approva ꝛc"). — Rescripti in congregatione particulari die 27. Aprilis 1722 celebratae facti, quod in volumine: „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 37" fol. 332–335 reperitur, pars longe maxima italice, nonnullae autem partes latine scriptae sunt; ex. gr.: „Ad 5um: iuxta votum Emmi S. Agnetis Ad 6um: si scriva a Monsr nunzio, che quanto al saldo domandato dal cassiere ꝛc" (fol. 333—333b). — In particularis congregationis die 18. Augusti 1761 habitae actis („Congni particolari sù la cassa ꝛc. Num. 46") folio 13 rescripti brevis commentarius, quem vulgo conceptum vocant, partim latine, partim italice scriptus, folio autem 14–15 rescriptum ipsum italice conscriptum legitur. — In eodem volumine „Congni particolari sù la cassa ꝛc. Num. 46" fol. 255–257 particularis congregationis die 16. Maii 1765 peractae rescriptum italice tantum scriptum reperitur.

[242]) Congregationis particularis die 26. Aprilis 1756 habitae rescriptum: „Die 26. Aprilis an. 1756. Annuerunt" ante eius summarium („Congregni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 44" fol. 267) positum est. — Particularis congregationis die 22. Augusti 1730 peractae rescriptum in summarii calce („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 39" folio 261, quo summarium finem capit) incipit. — In actis congregationis particularis die 22. Augusti 1729 celebratae (ibidem) summarium folio 221b finem habet, rescriptum folio 222 exorditur. — Congregationis particularis die 9. Septembris 1720 celebratae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 37"), cuius summarium folio 37 finem capit, rescriptum folio 39 incipit, particularis autem congregationis die 27. Aprilis 1722 peractae, cuius summarium ibidem folio 329b finem habet, rescriptum demum folio 332 orditur.

tergo) imo et tribus scriptum legitur.[243]) Quando in summarii margine rescripta ponebantur, brevi scriptura creberrime concipiebantur ita, ut non raro unicum verbum (aliquando tantummodo numerum) continerent;[244]) at ne hic quidem verbosa atque longa rescripta desunt, si locus in margine sufficiebat,[245]) longiora vero et uberiora rescripta in foliis separatis scribebantur, quae deinde actis addebantur, lector

[243]) In actis congregationis particularis die 16. Martii 1716 celebratae, cuius summarium in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35" fol. 272–275 legitur, rescriptum in margine folii 272 reperitur. Eodem modo (praeter alia) particularis congregationis die 4. Julii 1763 peractae rescripta tantummodo in summarii margine leguntur („Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale ꝛc. Num. 46" fol. 130—139). — Intra summarium (vel potius inter singula summaria) rescriptum in „Actis congregationis particularis super rebus Synarum et Indiarum Orientalium" interdum reperitur, ex. gr. in volumine „Acta congreg. part. super rebus Synarum et Ind. Orient. ab anno 1717 usque ad 1721. Tom. 3" fol. 369, ubi in actis particularis congregationis die 28. et 29. Septembris 1721 celebratae post summarii lingua vulgari scripti verba: „. . . . il P. Wenceslao Lhoscek [recte: Hložek] . . . . si trattiene in Bombaino, fortezza degl' Inglesi", statim „Rescriptum" („Ad dominum secretarium cum Smo et Emmo secretario status et cum oratore regis Lusitani") legitur, quod audientiae cum Smo die 1. Octobris 1721 habitae acta consequuntur, haec autem altera summarii pars verbis: „L'agente ꝛc" exordiens subsequitur. — In actis congregationis particularis die 12. Julii 1711 peractae, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35" fol. 1–12b reperiuntur, singulae rescripti partes dispersae in summarii margine, una autem folio 15–16b, altera (italice scripta) folio 30–31 legitur. — In actis particularis congregationis die 1. Octobris 1715 habitae, quae ibidem folio 131—139 reperiuntur, rescriptum in margine summarii iuxta eius singulas partes, rescripti vero brevis commentarius (quem conceptum vocant) demum folio 141, alius (‚distributio' — v. inferius, annot. 257) folio 142 legitur. — In actis congregationis particularis die 23. Decembris 1733 celebratae, quae in volumine „Congregni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 40" pag. 1—36 reperiuntur, singulae rescripti partes in summarii margine dispersae leguntur, quae iisdem fere verbis lingua Latina (perinde ac in margine) scriptae cum brevi singularum summarii partium sententia lingua vulgari scripta ibidem folio 42—44 repetuntur, tantummodo verbis, quibus S. Congnis mens („ad mentem" — v. supra, pag. XLVX—LVI et annot. 118) explicatur, auctae; at, quia huius explicationis commentarius italice scriptus ibidem folio 46 sequitur, huiusce particularis congregationis rescriptum tribus locis reperitur.

[244]) In actis particularis congregationis die 12 Julii 1711 habitae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35") in margine folii 6 ex. gr. haec rescripta leguntur: „Ad 13um: Provisum, ut supra in 12o", „Ad 14um: Negative", „Ad 15um: Arbitrio domini nuntii" et folio 9b: „Ad 22um: Dilata", „Ad 23um: Ut supra", „Ad 24um: Negative", „Ad 25um: Dilata". In actis congregationis particularis die 23. Septembris 1718 celebratae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 36") ex. gr. in margine folii 157b rescriptum: „Approbarunt" et in margine folii 170: „Habebitur ratio" reperitur. In actis particularis congregationis die 16. Martii 1765 peractae („Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia ꝛc. Num. 46") haec rescripta v. gr. leguntur: „2000" (fol. 249), „1500", „3000" (fol 253), „1500 pro aedificatione" (fol. 253b).

[245]) In particularis congregationis die 12. Julii 1711 celebratae actis (v. supra in annot. 244) in margine folii 3b ex. gr. hoc rescriptum reperitur: „Ad 11um: Eidem domino nuntio etiam cum facultate diminuendi annuam solutionem faciendam per comitem Philippum [Breuner] heredem, quod maiori possit dilatione gaudere, summa tamen florenorum 61.000 salva et integra remanente pro reintegratione capsae". Etiam longiora in summariorum margine posita rescripta in actis particularium congregationum de negotiis Bohemiae ex. gr. die 1. Octobris 1715, 23. Septembris 1716, 12. Decembris 1717 habitarum leguntur.

autem nonnunquam tribus verbis (ut aiunt) in margine scriptis ad illa folia delegabatur.[246]) Rescriptum, quod ante summarium positum esse superius diximus, brevissimum est.[247]) In summarii calce vel aliquot foliis post aut rescriptum integrum (nunc breve, interdum longius)[248]) aut singulae eius partes (uberiores), aut eius commentarii (quos conceptus vocant) legi solent.[249]) Rescripta, quae in summarii margine ponebantur, fere omnia in plures partes divisa sunt [v. superius, pag. XLV], quae partes nunc verbis „Ad primum", „Ad Imum", „Ad secundum" etc., perinde ac in generalium congregationum actis in usu erat [v. superius in annot. 117], incipiunt, nunc hac inscriptione carent,[250]) itemque illa, quae sive in summarii calce leguntur, sive aliquot foliis post sequuntur, in partes aliquot eodem modo

[246]) In actis congregationis particularis die 12. Julii 1711 peractae (v. supra, annot. 244, 245) ex. gr. in margine folii 1 hoc rescriptum legitur: „Emmi Patres pro regimine et administratione capsae ecclesiasticae salis ad infra dicendas provisiones et ordinationes devenire decreverunt, si Smo D. N placuerit. Vide resolutiones in folio ad primum, 2dum et 3um [v. supra, annot. 238];" quae resolutiones (rescripta) in eodem volumine duo folia (15–16b) explent (v. supra in annot. 243). Simili modo in eiusdem congregationis summarii margine paulo inferius (folio 2b) haec verba invenies: „Ad 5um: Provisum, ut in folio"; folium autem, ad quod his verbis lector reiicitur, illud est, quod in eodem volumine numeris 30 31 signatum, verbis: „Boemia. Sin dall' anno 1630 seguì una transattione e concordia" incipit (v. supra, annot. 243).

[247]) V. rescriptum congregationis die 26. Aprilis 1756 peractae superius in annot. 242.

[248]) Congregationis particularis die 9. Septembris 1720 habitae, cuius summarium in volumine „Congni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 37" folio 1–37 legitur, rescriptum verbis: „Resolutiones et decreta ꝛc [v. supra in annot. 240]" inscriptum folia 39—41b explet; particularis congregationis die 27. Aprilis 1722 peractae, cuius summarium in eodem volumine folio 298–329b reperitur, rescriptum verbis „Die 27. Aprilis 1722" incipiens folia 332–334b implet; congregationis particularis die 28. Aprilis 1727 celebratae acta summarium in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc Num. 38" inde a folio 1 usque ad 40b, rescriptum autem (cuius inscriptio supra in annot. 240 legitur) inde a folio 42 usque ad fol. 43 habent. Particularis congregationis die 6. Februarii 1730 peractae summario, quod in volumine: „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 39" folio 245—246 legitur, breve „rescriptum" in calce (fol. 246) ascriptum est. Longius est rescriptum, quod particularis congregationis die 22. Augusti 1730 celebratae summarium in idem volumen inde a folio 258 usque ad fol. 261 relatum in calce (fol. 261—261b) sequitur. In calce summarii congregationis particularis die 5. Decembris 1762 habitae, quod in volumine „Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale ꝛc. Num. 46" fol. 91–96 reperitur, rescriptum: „In congregatione particulari habita die 5. Decembris 1762: Dilata" legitur. Hoc igitur rescriptum praeter inscriptionem [v. supra in annot. 240] unum verbum continet.

[249]) Eius modi sunt ex. gr. particularium congregationum die 12. Julii 1711, 1. Octobris 1715, 23. Decembris 1733 peractarum rescripta (v. supra in annot. 243).

[250]) V. supra in annot. 241. — In actis congregationis particularis die 1. Octobris 1715 celebratae, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35" reperiuntur, in margine folii 137 b haec verba leguntur: „Ad IXum: affirmative, ut in folio distributionis, nempe mensae archiepiescopali ad effectum investiendi, quatenus in pecunia, ut supra in num. 4o, 5o et 6o. — § Ogni volta ꝛc.: pro hic expressis et aliis petentibus, ut in memorialibus: pro nunc dilata, et habebitur ratio suis loco et tempore".

dividi solebant.[251]) Aliquando rescriptis, quae summarium sequebantur, ‚intitulationes' in margine addebantur;[252]) nonnunquam in rescripti calce aut S. Congnis de P. F. secretarius aut cardinalis praefectus, si de negotio ad S. Congnem ipse retulit, nomen subscribebant.[253]) Si tam intitulationibus in rescriptorum margine, quam secretarii cardinalisve praefecti nominum in rescriptorum calce subscriptione particularium ac generalium congregationum acta inter se distinguuntur, eo magis a modo, quo generalium congregationum rescripta perscribebantur, illa congregationum particularium rescripta abhorrent, quae superius (in annot. 240) verbis: „Ristretto delle istanze" vel similibus inscripta esse diximus: haec enim praeter rescripta singularum summarii, ad quod pertinent, partium breviter easque lingua vulgari scriptas sententias, quae singulis rescripti partibus latine traditis praeposita sunt, continent.[254]) — Nonnullis particularium (perinde ac generalium) congregationum rescriptis, sive in summarii margine sive in eius calce vel paulo inferius leguntur, audientiarum Smi acta (v. supra, pag. L) accedunt, quae vel singulas rescripti partes vel rescriptum integrum spectant.[255]) — In nonnullarum congregatio-

[251]) In particularis congregationis die 1. Octobris 1715 habitae actis rescripti commentarius, qui in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35" fol. 141 — 142 reperitur, ex. gr. hoc modo scriptus est: „Ad primum: affirmative. Ad secundum: affirmative iuxta instructionem, et scribatur domino nuntio, qui se intelligat cum domino archiepiescopo Ad tertium: per annum, et referat et transmittat domino nuntio ꝛc." — „Rescripta congregationis particularis super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae di 28. Aprilis 1727" peractae ex. gr. sic scripta sunt: „. . . . Ad Vum: dominus nuntius explicet, quid agi posset ad coercendam libertatem archiepiscopi in re, de qua agitur. Ad VIum usque ad XIII: dilata. Ad XIVum: dilata, et interim dominus nuntius informet, quas diligentias ꝛc" („Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 38" fol. 43).

[252]) In illa particularis congregationis die 12. Julii 1711 celebratae rescripti parte, quae in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 35" folio 15—16 (v. supra in annot. 243) reperitur, in margine folii 15 intitulatio „De administratoribus", in margine folii 15b „De exactore", in margine folii 16 intitulationes „De capserio", „De capsa", „De modo extractionis" leguntur.

[253]) Congregationis particularis die 9. Septembris 1720 habitae rescripto ex. gr. „P. A. [Carafa] archiepiscopus Larissae, secretarius" („Congni particori sopra le materie di Boemia ꝛc. Num. 37" fol. 41 b), particularis congregationis die 16. Martii 1765 peractae rescripto „G. M. cardinale Castelli, prefetto e ponente," („Congni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia ꝛc. Num. 46" fol. 257) nomen subscripserunt.

[254]) V. supra in annot. 241 et 243.

[255]) In congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 1. Octobris 1715 celebratae summarii margine („Congni particolari ꝛc. Num. 35" fol. 133 b) rescriptum verbis: „Ad IIum: affirmative, et scribatur domino nuntio ꝛc" incipiens haec audientiae Smi acta consequuntur: „Die Mercurii 2. Octobris 1715. Facta per me relatione, Stas Sua in utroque, nempe in 1o et 2o, annuit. S. [de Cavalieri] archiepiscopus Athenarum, secretarius." In eiusdem summarii, quod — praeter ‚distributionem' — in partes decem divisum est, margine audientiae Smi eodem die 2. Octobris 1715 habitae acta etiam folio 135 b („Ad IVum, Vum

num particularium actis loco rescripti, in aliarum praeter rescriptum decreta in forma authentica leguntur.[256])

Ad has actorum congregationum particularium partes, quas quadamtenus iam in generalium congregationum actis repperimus, novas aliquas accedere superius (v. pag. LXXII) diximus. Eius modi sunt ex. gr. „distributiones“ („assignationes“), rescriptorum particularis congregationis de negotiis Bohemiae genus quoddam, nil aliud ac pecuniam capsae salis a S. Cong^ne^ de P. F. singulis petentibus

et VI^um^ x“) et fol. 137 („Ad VIII^um^ x“) atque praeterea in eius calce leguntur, ubi (fol. 139) his verbis scripta sunt: „Die Mercurii 2. Octobris 1715. Facta per me de omnibus relatione S^mo^, S^tas^ Sua omnia et singula approbavit et exequi mandavit. S. archiepiscopus Athenarum, secretarius.“ — In congregationis particularis die 23. Septembris 1716 peractae margine singula rescripta sine audientiae S^mi^ actis reperiuntur, at in eius calce (ibidem fol. 344b) haec verba leguntur: „Die Veneris 25. Septembris 1716. Facta per me de omnibus praedictis relatione S^mo^ D. N., qui [!] benigne singula approbavit ac exequi mandavit. S. archiepiscopus Athenarum, secretarius.“ — Congregationis particularis die 31. Januarii 1738 habitae acta („Cong^ni^ particor^i^ sopra le materie di Boemia x. Num. 42“ pag. 1—39, fol. 40—41, 42—43) audientiae S^mi^ acta sic scripta consequuntur: „31. Januarii 1738. Archiepiscopus Pragensis: V. In subsidium debiti: florenorum 10.000. VI. Pro reparatione seminarii: dilata· Capitulum metropolitanum Pragense: VII. Pro erectione unius canonicatus: florenorum 25.000 ad formam aliorum. Pro aede canonicali: dilata . . . Clerici regulares Barnabitae: XIX. Pro annuali assignatione seu pro subsidio unica vice: nuntio pro informatione et voto. Ex audientia S^mi^ 7. Februarii. S^tas^ Sua omnia approbavit“ (fol. 46—46 b). — V. etiam supra in annot. 202.

[256]) Congregationis particularis de rebus Bohemiae die 16. Maii 1729 celebratae acta, quae rescripto carent („Cong^ni^ particolari x. Num. 39“ pag 1—70), decretum in forma signandi sequitur (fol. 78—83) his verbis scriptum: „Boemia. — Decreta S. Cong^nis^ particularis de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habitae die 16. Maii 1729. — Relatis per R. P. D. Bartholomaeum Ruspolum secretarium infrascriptis precibus plurium oratorum, Em^mi^ Patres decreverunt, ut sequitur, videlicet: 1°. Nell' anno 1703 fu accordato a Monsr Brayner, allora arcivescovo di Praga, un' imprestito di fiorini 30.000 dalla cassa generale del sale di Boemia . . . . Decretum. Quoad petitam condonationem, negative, quo vero ad solutionem debiti, de quo agitur, in ratis florenorum mille quolibet anno, tam pro praeterito quam pro futuro annuerunt, ut petitur. — 2°. Essendosi fortuitamente incendiati nella suddetta signoria di Brezan x [usque ad:] 21°. Il conte Giuseppe Wratislau, preposito della prepositura di Tutti i santi di Praga, supplica per un' assegnazione di fiorini 20.000 . . . . Decretum. Habebitur ratio. — Datum Romae ex aedibus dictae S. Cong^nis^ de P. F. die 6. Augusti 1729.“ Decretum hoc in eodem volumine verbis autem „Ristretto delle istanze x“ inscriptum (fol. 73—77) repetitur. — Congregationis particularis die 17. Augusti 1739 habitae acta („Cong^ni^ particor^i^ sopra le materie di Boemia x. Num. 42“ fol. 215—226), cuius rescriptum ibidem fol. 242 reperitur, decretum in forma authentica habent, quod ita scriptum est: „Decretum S. Cong^nis^ particularis de P. F. super rebus Bohemiae habitae die 17. Augusti 1739. — Referente R. P. D. Philippo de Montibus secretario, S. Cong^o^ decrevit consulendum esse S^mo^, ut mandare dignetur, quod detur augustissimo Carolo, electo imperatori Romanorum, subsidium x“ (fol. 238—238b); et hocce decretum audientiae S^mi^ acta alia manu his verbis scripta consequuntur: „Die 17. Augusti 1739. Facta per me relatione S^mo^ resolutionis suprascriptae S. Cong^nis^ particularis de P. F., S^mus^ eamdem benigne approbavit. J. card. Firrao.“ Qui [Josephus] cardinalis Firrao particulari congregationi de negotiis Bohemiae ascriptus tunc temporis secretarius status fuit (v. supra, annot. 18 pag. XI; v. etiam supra, pag XX). — Conf. supra, annot. 134.

assignatam spectans, cui interdum acceptorum et datorum rationes adiectae sunt.[257]) Omnino autem novae, quae in generalium congregationum actis plane desiderantur,[258]) in congregationum particularium (at vero non omnium) actis sunt singulorum cardinalium, qui earum consessibus interfuerunt, vel saltem alicuius ex eorum numero de negotiis ad congregationem particularem relatis sententiae,[259]) unde modus, quo negotia in S. Cong^nis^ de P. F. consessibus tractabantur, illustratur. — Praeterea congregationum particularium actis etiam a tergo varia ascribebantur[260]): modo intitulatio sola, modo intitulatio cum die, quo congregatio habita est, aut cum inscriptione aut cum

[257]) In particularis congregationis die 1. Octobris 1715 celebratae actis ex. gr. haec leguntur: „Distributio. Die Martis 1. Octobris 1715. — Scribatur domino nuntio: quoad distributionem erectis et commendatis vel erigendis arbitrio domini archiepiscopi, episcoporum et nuntii. Mensae archiepiscopali flor. 100.000. Capitulo pro erigendis aliis canonicatibus vel aliis beneficiis flor. 100.000. Litomeritz: dilata. Konigratz flor. 20.000. Aliis in lista habebitur ratio x“ („Cong^ni^ particolari x. Num. 35“ fol. 142). Cui „distributioni“ ibidem (fol. 145—146) „Status capsae salis de mense Aprili 1715“ et (fol. 147) „Capitali provenienti dalla cassa x“ proxime accedunt. Aliquid simile in particularis congregationis die 9. Septembris 1720 habitae actis („Cong^ni^ particor^i^ sopra le materie di Boemia x. Num. 37“) reperimus, ubi folio 45: „AA. Ristretto dello stato della cassa x“, fol. 47—58: „Ristretto fatto da ministri della computisteria della S. Cong^ne^,“ fol. 61—62: „Assegnazioni“, fol. 63—64: „Assegnazioni“, fol. 65: „Assegnamenti fatti alle parrocchie di Boemia“ leguntur.

[258]) Inveniuntur quidem nonnunquam, sed loco alio (v. infra, „Lettere originali riferite“).

[259]) Huius modi exemplum in volumine „Cong^ni^ particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa x. Num. 31“ fol. 252 ita scriptum legimus: „In congregatione particulari super rebus Bohemiae 14. Septembris 1696. Interfuerunt Em^mi^ et Rev^mi^ domini Alterius, Spada, Panciaticus, Tanara. — Alterius: annuendum precibus archiepiscopi. — Spada: posse erigi parochias; scribendum nuntio, ut exquirat a tribus episcopis numerum parochiarum, quae necessariae censentur; sanandae praeteritae erogationes; providendum in posterum, ut archiepiscopo detur administrator adiunctus iuxta decretum 1669. — Panciaticus: quoad praeterita, sananda, sed ex tribus Clattoviae cappellaniis unam supprimendam, et redditum erogandum in erectionem parochiae; pro administratione duos adiunctos ex capitulo destinandos; in reliquis in voto Em^mi^ Spadae, auditis tamen prius episcopis tribus Bohemiae circa indigentiam parochorum et alumnorum pro seminario. — Tanara: administrationem committendam archiepiscopo cum adiuncto ex capitulo, ut antea; iniungendum nuntio, ut quotannis exigat computorum rationes; praeterita sananda“. At ne hae quidem cardinalium sententiae omnibus, quae illa congregatio particularis tractavit, satisfaciunt. — Unius e sex cardinalibus, qui particulari congregationi de collegiis pontificiis tunc temporis ascripti erant, dico Sebastiani Antonii cardinalis Tanara, sententiam in eiusdem congregationis consessu die 30. Augusti 1697 apertam volumen verbis: „Cong^ni^ partii e visite de collegii pontifizii: Germanico et altri oltramarini degli anni 1697 e 1698 x. Num. 36“ inscriptum folio 107—115b reddit. — Itidem unius, dico Fabritii cardinalis Spada, sententia, quam in particulari congregatione de negotiis Bohemiae die 16. Junii 1707 celebrata aperuit, in volumine „Cong^ni^ particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa x. Num. 31“ fol. 300 legitur. Idem in particularium congregationum de negotiis Bohemiae die 23. Septembris 1716 („Cong^ni^ particolari x. Num. 35“ fol. 384—387) et 12. Decembris 1717 („Cong^ni^ particolari x. Num. 36“ fol. 67—69b) celebratarum actis reperitur.

[260]) Id, quod in „Actis S. C.“ solum tunc evenire solebat, quando summaria originalia „Actorum S. C.“ voluminibus inserebantur (v. supra, pag. XLVI cum. annot. 119).

exordio aut cum audientiae Smi actis,[261]) nunc inscriptio sola, nunc exordio, nunc alio additamento aucta, alias dies solus, quo congregatio peracta est, alias dies cum formula: ‚Per manus ∝' et iis, quae eam sequi solent, alias varia alia;[262]) ea, quae hoc loco leguntur, modo latine, modo lingua vulgari scripta sunt. — Neque hoc loco praetereundum videtur non solum singulas singularum congregatio-

[261]) A tergo actorum congregationis particularis die 16. Maii 1729 habitae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 39" pag. 71b) intitulatio: „Boemia", a tergo actorum particularis congregationis die 23. Septembris 1718 celebratae („Congni particolari ∝. Num. 36" fol. 176b) intitulatio cum die ascripto: „Boemia. 23 Settembre 1718", a tergo actorum congregationis particularis die 27. Februarii 1758 peractae („Congregani particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 45" fol. 8b) intitulatio cum inscriptione: „Boemia. Cassa del sale. Congregatio particularis die 27. Februarii 1758", a tergo rescripti congregationis particularis die 27. Aprilis 1722 celebratae („Congni particori ∝. Num. 37" fol. 339) intitulatio cum exordio: „Bohemia. Die 27. Aprilis 1722 interfuerunt Emmi et Revmi domini: Pauluccius, Sacripantes praefectus, S. Agnetis", a tergo summarii in congregatione particulari de negotiis Bohemiae die 14. Septembris 1696 peracta recitati („Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∝. Num. 31" fol. 243b) intitulatio cum audientiae Smi actis: „Boemia. In audientia 3. Septembris 1696. Smus mandavit negotium discuti in congregatione particulari Emmorum Revmorum dominorum cardinalium Alterii, Spadae, Panciatici et Tanarae. C. A. Fabronus secretarius" legitur.

[262]) A tergo actorum particularis congregationis die 7. Januarii 1759 celebratae („Congregani particolari ∝. Num. 45" fol. 124b) inscriptio sola: „Congregatio particularis 7. Januarii 1759" reperitur, perinde ac a tergo actorum congregationis particularis, quae die 1. Octobris 1715 habita est (v. supra in annot. 209). A tergo congregationis particularis die 12 Decembris 1717 peractae inscriptio cum exordio (v. supra in annot. 223), a tergo actorum congregationis particularis die 3. Septembris 1759 habitae („Congregani particolari ∝. Num. 45" fol. 219b) inscriptio: „Congregatio particularis 3. Septembris 1759" cum additamento: „Coll. Gr[assi]" legitur. Sententiae cardinalitiae, quae ad congregationem particularem die 23. Septembris 1716 peractam pertinet (v. supra, in annot. 259), solus dies: „23 Settembre 1716" a tergo ascriptus est („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35" fol. 387b), formula ‚Per manus' cum sequentibus ex. gr. a tergo summarii in particulari congregatione die 4. Septembris 1698 habita („Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∝. Num. 31" fol. 262b) recitati reperitur: „Per manus Emmorum ac Revmorum dominorum cardinalium Barberini praefecti, Spadae, Panciatici et Tanarae, qui dignetur remittere ad dominum secretarium. Pro congregatione particulari super rebus Bohemiae proxime habenda". V. etiam supra, annot. 224, ubi plura exempla huiusmodi allata sunt. — A tergo actorum congregationis particularis de collegiis pontificiis die 23. Junii 1645 celebratae („Visite e collegii 1646. Num. 26" fol 439b) Franciscus Ingoli sua manu ascripsit: „Congregatio particularis die 23. Junii 1645 collegiorum pontificiorum. Per riferir in concistoro a S. Stà, chè contiene quanto bisogna ad effectum, de quo agitur". Alius autem scriptor verbum „Registrata" addidit. — A tergo actorum particularis congregationis de statu temporali die 16. Julii 1647 habitae („V. Congregat. de collegio Urbano et statu temporali. Num. 5" fol. 152b) Franciscus Ingoli haec verba ascripsit: „Decreti da riferir nella congregatione generale. — Al signor cardinal Capponi. — Die 17. Septembris 1647. Congregatio 68a. Numo 4o. Referente Emmo domino cardinali Capponio decreta particularis congregationi de statu temporali sub die 16. Julii proxime praeteriti edita, S. Congo decretum 5um de episcopatu in Lithmiricz Boemiae et 7um ∝ probavit. Ad 12um vero ∝". Hoc loco igitur praeter alia commentarius (quem conceptum vocant) decreti generalis congregationis, quae Innocentii X. aetate 68a fuit (v. „Acta S. C. de P. F. anno 1646 e 1647" fol. 512), legitur.

num particularium partes, ut superius significatum est,[263]) sed etiam integra nonnullarum congregationum particularium acta in horum voluminum serie interdum repeti.[264])

Contra autem aliarum congregationum huiusmodi actis aliquid nonnunquam deesse supra iam diximus (pag. LXXII); nonnulla enim particularium congregationum acta exordio, alia tam exordio quam inscriptione carent,[265]) sunt etiam, quibus exordium et rescriptum, imo et inscriptio, exordium atque rescriptum desunt,[266]) ita ut e solo summario constent.

[263]) Saepissime quidem actorum congregationum particularium inscriptio (v. supra, pag. LXXIII et annot. 209, 262), sed nonnunquam etiam exordium (ex. gr. congregationis particularis die 12. Julii 1711 celebratae, quod in margine folii 1 voluminis „Congni particolari ∝. Num. 35", v. supra in annot. 220, et folio 15 ibidem, v. supra in annot. 240 legitur) et decreti summarium (v. gr. congregationis particularis die 16. Martii 1716 peractae summarium in eodem volumine folio 272—275, eius autem commentarius, quem vulgo conceptum vocant, ibidem folio 277—279 repetitur), saepius rescriptum (v. supra, pag. LXXXII LXXXIII cum annot. 243) repetitur.

[264]) Integra particularium congregationum acta saepissime Francisci Ingoli aetate repetebantur: ex. gr. congregationis particularis de statu temporali die 17. Novembris 1645 habitae actorum, quae in volumine „IX. Acta congregationum partic. pro statu tempor. S. C. de P. F. Num. 9" fol. 77—81 reperiuntur, commentarius seu conceptus a Francisco Ingoli ipso scriptus in tomo „IV. Congreg. de collegiis, missionibus, statu tempor. et typographia. Num. 4" fol. 18 (99) et 23 (116) legitur. Eiusdem congregationis alius consessus, qui die 24. Novembris 1645 celebratus est, acta in eodem volumine „IX. Acta congregationum partic ∝. Num. 9," quod paulo ante tetigimus, fol. 81 seq., eorum autem commentarius in tomo „V. Congregac. de collegio Urbano et statu temporali. Num. 5" fol. 488 (152, 396) reperiuntur. Alius eiusdem congregationis consessus die 2. Octobris 1646 habiti acta tribus locis leguntur: in voluminibus „IX. Acta congregationum partic. ∝. Num. 9" fol. 94 seqq., „V. Congregac. de collegio ∝. Num. 5" fol. 36 (68) seqq. et commentarius a Francisco Ingoli scriptus „V. Congregac. de collegio ∝. Num. 5" fol. 35 (67) et 45 (36). — Alius eiusdem congregationis consessus die 16. Julii 1647 celebrati acta in tomo „IX. Acta congregationum partic. ∝. Num. 9" fol. 147b seqq., eorum commentarius (conceptus) in volumine „V. Congregac. de collegio ∝. Num. 5." fol. 58 (44) seq., atque nonnullae eorum partes (dico decreta numeris 1o, 7o, 12o—16o signata cum inscriptione ac exordii parte, cui verba: „Omissis aliis" addita sunt) in tomo „V. Congregac. ∝. Num. 5" fol. 151 (ubi a tergo, fol. 152b, haec verba a Francisco Ingoli ascripta sunt: „Decreti da riferir nella congregazione generale. Al signor cardinal Capponi ∝", quae supra in annnot. 292 attulimus) reperiuntur. — Acta audientiae seu colloquii cum Emmo domino cardinali Capponio" die 16. Septembris 1648 habiti non solum in volumine „IX. Acta congregationum partic. ∝. Num. 9" (fol. 252), sed etiam in tomo „Visite e collegii dell' anno 1648. Num. 29" (v. infra in annot. 279) fol. 432, ubi a Francisco Ingoli scripta sunt, leguntur. — V. etiam supra, annot. 168.

[265]) Congregationum particularium die 30. Augusti 1697 („Congni partii e visite de collegii pontifizii ∝. Num. 36" fol. 12 sqq.), 23. Septembris 1718 („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 36" fol. 148 sqq.), 17. Augusti 1739 („Congni particori sopra le materie di Boemia ∝. Num. 42" fol. 215 sqq) celebratarum acta nullum exordium, illarum, quae die 16. Junii 1707 („Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∝. Num. 31" fol. 294 sqq.) et 5. Decembris 1762 (Congni particolari ∝. Num. 46" fol. 91 sqq.) peractae sunt, acta nec inscriptionem nec exordium habent.

[266]) Particularis congregationis Bohemicae die 13. Junii 1768 habitae acta, quae in volumine „Congni partri ∝. Num. 47" fol. 17—23 leguntur, ubi falsa inscriptio „In congre-

At haec non est causa sola, ob quam congregationum particularium series integra non est existimanda: nec enim omnes literas libellosve seu alia scripta allata, de quibus in singulis singularum congregationum huiusmodi consessibus tractatum est,[267]) nec omnes instructiones epistolasve, quae in iisdem congregationibus componi seu scribi iussae sunt, vel quae alicuius congregationis particularis causa scriptae sunt, complectitur;[268]) quae vero hoc loco desunt, in aliarum archivii partium (ut sunt „Lettere orig. riferite," „Scritture non riferite," „Miscellanea") voluminibus plerumque reperiuntur,[269]) praecipue in literarum a S. Cong^ne^ missarum („Lettere della S. Cong^ne^") tomis, qui plurimas et quidem maximi momenti tam a cardinali praefecto seu aliis cardinalibus, quam a S. Cong^nis^ de P. F. secretario datas, ad singularum congregationum particularium historiam constitutionemque pertinentes epistolas continent;[270]) at non est silentio

gatione generali [!] 13. Junii 1763" iis ascripta est, tam exordio quam rescripto (v. infra, annot. 275), congregationis particularis die 4. Septembris 1698 de negotiis Bohemiae celebratae acta („Cong^ni^ particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∞. Num. 31" fol. 254 - 262b) non solum exordio et rescripto, sed etiam inscriptione carent.

[267]) Multarum congregationum particularium de negotiis Bohemiae habitarum actis ex gr. ecclesiasticarum salis atque parochorum capsarum rationes (computi) additae sunt, at in volumine „Cong^ni^ particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1738 all' anno 1747. Num. 42," in quo utriusque capsae computi ad annos 1735, 1736, 1737, 1740, 1741 reperiuntur, annorum 1738 et 1739 rationes desunt. — Volumini, quod verbis „Tom. 4°. Acta cong^num^ particularium super rebus Synarum et Indiarum orientalium ab anno 1723 usque ad 1728" inscriptum est, epistolae nonnullae P. Joannem Fouquet Soc. Jesu spectantes, anno 1723 datae, demum anno 1837 adiunctae sunt (v. supra, annot. 148).

[268]) Instructiones (v. supra, annot. 179) a particulari congregatione pro negotiis Bohemiae constituta in consessibus die 24. Julii 1719, 7. Januarii 1759, 17. Augusti 1767 peractis scribi iussae in congregationum particularium voluminibus non leguntur. Literae a S. Cong^ne^ in congregationibus particularibus decretae raro — imo rarissime — in hac tomorum serie reperiuntur (v. supra, annot. 178). Ne omnes quidem epistolae a S. Cong^nis^ de P. F. secretario ad variarum particularium congregationum cardinales datae, per quas dies, quo earum consessus celebrandi erant, iis notificabatur, et cum quibus ad eos simul summaria aliaque scripta necessaria (positiones, italice: ponenze) mittebantur, in horum voluminum serie leguntur (v. infra, annot. 270 et 271). In congregationum particularium de negotiis Bohemiae tomo, qui numero 46 signatus est, (fol. 201) epistola ab Alexandro cardinali Albani ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium Marium Marefoschi die 5. Julii 1763 data, quae verbis: „Il cardinale Alessandro, servitore di Monsr Illmo Marefoschi, Le rende distinte grazie del foglio trasmessogli colli rescritti fatti ieri mattina nella congregazione di Propaganda sopra la distribuzione fatta dei denari della cassa del sale di Boemia, mà, siccome ∞", incipit, reperitur, secretarii vero responsum nec in eodem nec in alio tomo e horum voluminum (dico „Congregationum particularium") serie legitur.

[269]) Ecclesiasticarum datii salis et parochorum cassarum computi ad annum 1770 spectantes ex. gr. in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1771 a tutto il 1778: missioni settentrionali e Germania. Num. 12" fol. 23—26 et 27—34 reperiuntur; in eodem tomo etiam literae a Venceslao principe de Kounicz-Rittberg ad nuntium Viennensem die 13. Maii 1771 (fol. 602) et 24. Junii 1771 (fol. 604), ab eodem nuntio ad Lazarum Opitium cardinalem Pallavicino, qui secretarii status munere fungebatur, die 16. Maii 1771 (fol. 601), ab eiusdem secretarii status cancellaria ad Stephanum Borgia, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, die 29. Maii 1771 (fol. 596) datae pluresque aliae leguntur, quae auctoritatis, qua S. Cong^o^ eadem in utraque capsa ecclesiastica regni Bohemiae administranda hucusque pollebat, finem significant; quae epistolae, licet nonnullae — si non omnes — re vera in congressu cardinalis praefecti cum secretario (v. supra, pag. XXI—XXII) recitatae sint (v. „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1771. Num. 219." fol. 186), pro re nata potius ad congregationes particulares quam ad aliam archivii partem pertinent. — Etiam in partis, quam „Lettere originali riferite" vocant, voluminibus non solum epistolae utramque capsam ecclesiasticam regni Bohemiae spectantes (praecipue vero illae, quae post annum 1771 — v. paulo superius in hacce annotatione — datae sunt, ex. gr. epistola a Josepho Maria cardinali Castelli praefecto ad Stephanum Borgia secretarium die 29. Maii 1772 et alia in secretarii status cancellaria ad eundem secretarium die 25. Maii 1772 scripta — utraque in volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 17 Febraro, 2 Giugno e 13 Luglio 1772. Num. 833": „cong^ne^ 2 Giugno, n° 12", — tempore enim illo negotia capsas illas tangentia re vera in congregationis generalis consessibus tractabantur), sed etiam varia alia ad particulares congregationes pertinentia leguntur (ex. gr. in tomo: „IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216" fol. 165 pars actorum particularis congregationis „super negotiis Boemiae" die 14. Januarii 1639 habitae; in volumine „V. Boemia. Num. 217" fol. 236 copia decreti in forma signandi in congregatione particulari de statu temporali die 26. Septembris 1650 celebratae facti; in eodem tomo fol. 142—144 summarium in congregatione particulari de Carolina universitate post generalem congregationem die 14. Aprilis 1654 habitam peragenda recitandum etc.). — Quod ad „Audientias S^mi^" pertinet, v. ex. gr. supra, annot. 26, 28. — In illa archivii S. Cong^nis^ de P. F. parte, quae „Miscellanea" dicitur, ad particularem congregationem de negotiis Bohemiae duo praecipue tomi: „Miscell. CCXXII. Boemia: Boemia, cassa del sale" et „Congr de P. F.: capsa salis Bohem." pertinent, qui autem idem fere, quod illius congregationis particularis volumina continent, raro aliquod decretum in forma authentica, quod in illis et „Decretorum" (v. supra, pag. LVI—LXI) tomis deest, addentes (ex. gr. in vol.: „Miscell. CCXXII. Boemia ∞", quod folia numeris signata non habet, decretum congregationis particularis die 29. Augusti 1749 peractae, cui dies 27. Septembris 1749 ascriptus est, aliud est ac illa tria in eadem congregatione facta, quae in tomo „Decreti della S. C. dell' a. 1741 al 1767. Num. 2" fol. 172 b, 173, 174 leguntur). In volumine autem verbis „Conti della cassa ecclesiastica del datio del sale di Boemia. Miscell. tom. I." inscripto, cuius folia numeris non sunt signata, praeter multas apochas pecuniam e capsa salis acceptam spectantes et testimonia officialium regiorum ad numerum cuparum salis in Bohemiam importati pecuniamque inde in capsam ecclesiasticam relatam pertinentia eiusdem capsae rationes, quae in congregationum particularium voluminibus desunt, ex. gr. „Computus cassae ecclesiasticae datii salis in regno Boemiae super anno 1651" a Thoma Javornický „Pragae 29. Maii anno 1652" scriptus et ab Ernesto cardinali de Harrach die 16. Septembris 1652 confirmatus, reperiuntur. — „Nota", quae in volumine „Miscell. CCXXII. Boemia ∞" ita scripta est: „Quì termina la parte prima [summarii congregationis particularis, cui dies non est ascriptus], e del restante che si vede cancellato, se n' è fatto ristretto a parte per la Stà di N. S^re^ che ne ha riservata a se la risoluzione da prendersi in una congregazione particolare da tenersi alla presenza sua" probat etiam particulares congregationes ,coram S^mo^' peragi potuisse (v. supra, pag. VI).

[270]) In literarum a S. Cong^ne^ de P. F. missarum serie („Lettere della S. C.") praeter epistolas (raras quidem), quibus cardinales certiores fiebant se alicui congregationi particulari ascriptos esse (ex. gr. in volumine „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1740. Num. 154" fol. 170 b: „Al s^r^ cardinal Valenti, segretario di stato, 7 Settembre 1740. — Essendosi degnata la Stà di N. S^re^ di destinare all' Em^za^ Vostra il luogo nella congregazione generale e di ascriverla in tutte le congregazioni particolari de P. F., Monsr segretario . . . . Le ne umilia la presente notizia ∞". V. supra annot. 18), aliae leguntur, quibus ex. gr. dies, quo alicuius congregationis particularis consessus peragendus erat, iis notificabatur; eius generis est epistola „al s^r^ cardinal Castelli prefetto 9 Novembre 1764" data („Lettere di Monsr segretario dell' anno 1764 Num. 205" fol. 159): „Dovendosi tenere lunedì prossimo 12 del

praetereundum, ne in ipsorum quidem congregationum particularium voluminum serie huiusmodi epistolarum a S. Cong^nis de P. F. cardinali praefecto, secretario ministrisve scriptarum, per quas modus,

corrente la congregatione particolare sopra le casse ecclesiastiche di Boemia, Monsr segretario di Propaganda, nell'atto di parteciparne a V. Em^za riverentemente l'avviso, Le trasmette qui unito il ristretto concernente tal materia, e con profondissimo ossequio a V. Em^za s'inchina." Quam epistolam verba: „Simile alli s^ri cardinali: Lante, Alessandro Albani, Serbelloni, Colonna di Sciarra, Stoppani, Feroni" subsequuntur. Unde non solum diem, quo illa congregatio particularis habenda erat, et cardinalium ei tunc ascriptorum vel saltem ex ascriptis eorum, qui eo tempore Romae aderant, nomina, sed etiam quanto temporis spatio ante consessum congregationis celebrandum summaria iis mittebantur, comperimus. — Ex alia epistola, quae in tomo „Lettere di Monsr segretario dell'anno 1759. Num. 195" fol. 1—1b his verbis scripta est: „Alli s^ri cardinali Spinelli prefetto, Lante, Doria, Alessandro Albani, Corsini, Colonna di Sciarra 2 Gennaro 1759. — Monsr segretario ha l'onore di significare all'Em^za Vostra, come la congregazione particolare sopra la cassa ecclesiastica del sale di Boemia non sarà più lunedì 8, ma si terrà domenica prossima 7 del corrente Gennaro alle ore 16 [v. supra, annot. 114]. Con la stessa occasione Le trasmette il ristretto concernente l'eredità Scialach, di cui parimente dovrà trattarsi nella medesima congregazione ∝," edocemur uno consessu aliquando duas diversas congregationes particulares (negotium enim hereditatis, quae supra dicta est, ad congregationem particularem de statu temporali — v. supra, pag. XIV. — pertinebat) celebratas esse, quod ex eiusdem congregationis actis, prout in tomum „Congregan^i particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 45" fol. 111 sqq. relata sunt, nullatenus apparet, perinde ac eorum exordium neque horae, quae intimata est, neque Georgii cardinalis Doria, qui congregationi non interfuit, ullam mentionem iniicit. — E literis epistolae modo allatae simillimis, quae ita scriptae sunt: „Al s^r cardinal Neri-Corsini 21 Marzo 1764. — Dovendosi nella congregazione particolare sopra le casse ecclesiastiche di Boemia che si terrà sabbato prossimo 24 del corrente, aver ragione anco della materia contenuta nell' annesso ristretto dell' America settentrionale, sopra di cui la S^tà di N. S^re ha imposto il segreto del S. Offizio, il segretario di Propaganda si dà l'onore d'anticiparne a V. Em^za riverentemente la notizia, mentre con profondissimo ossequio Le fa umilissima riverenza. — Simile ai s^ri cardinali: Lante, Colonna di Sciarra, Feroni, Stoppani, Alessandro Albani, Castelli prefetto" („Lettere di Monsr segretario dell'anno 1764. Num. 205" fol. 39—39b), patet etiam, a quo et quomodo fides secreti servanda [v. supra, pag. XVII et annot. 219] cardinalibus iniuncta sit; negotii ad Americam pertinentis acta congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 24. Martii 1764 celebratae („Cong^ni particolari ∝. Num. 46" fol. 205—218) nullam iniiciunt mentionem. — Epistolae „a ciascuno de s^ri cardinali: S. Clemente, Da Via, N. Spinola, Petra prefetto, Alessandro Albani 18 Agosto 1729" datae („Lettere di Monsr segretario dell'anno 1729. Num. 129" fol. 129 b) extrema pars: „. . . Monsr segretario si dà l'onore di significare ossequiosamente a V. Em^za, che immediatamente, terminata la prossima congregazione generale de' 22 del corrente, si terrà nella stessa mattina la particolare suddetta, facendone correre la solita intimazione ‚super nonnullis', a puro oggetto di non mettere in moto gl'agenti degli ecclesiastici e regolari di Boemia nuove istanze. Ed all' Em^za Vostra ∝" clare ostendit, quantam molestiam S. Cong^ni de P. F. procuratores rogantium exhibere solebant. — Cardinali ‚ponenti' prius quam aliis cardinalibus summaria (et una cum iis ei etiam omnes literae scriptaque allata) mittebantur, quod haec epistola „al s^r cardinal [Fabrizio] Serbelloni 9 Marzo 1771" data testatur: „Attese le indisposizioni che soffre l' Em^mo s^r cardinal Castelli prefetto, non potendo egli intervenire nella congregazione particolare che dovrà tenersi [22. Martii 1771] sopra gli affari della cassa ecclesiastica del sale di Boemia, Monsr segretario supplica riverentemente l'Em^za Vostra a volersi degnare di riferire Ella il ristretto, di cui preventivamente Le ne trasmette copia unita agli originali. E con profondissimo ossequio ∝" („Lettere di Monsr segretario del 1771. Num. 219" fol. 39—39b). Ad quod (simulque ad eandem congregationem particularem) sequentes literae (ibidem fol. 47b)

quo varii labores in eiusdem S. Cong^nis cancellaria perficiebantur, atque congregationum particularium natura illustratur, exempla deesse.[271])

Id autem maxime deflendum est, quod multarum particularium congregationum acta, sicuti superius (v. supra, pag. LXI) significatum est, in S. Cong^nis de P. F. archivio prorsus desiderantur, ita ut earum vestigia vix inveniantur. Quod praecipue de congregationibus parti-

spectant: „Al s^r cardinal Serbelloni 20 Marzo 1771. — Benchè sembri al segretario di P. F., che la qui annessa istanza . . . sia quell'istessa che si osserva nella nota trasmessa da Monsr arcivescovo di Praga, ed è riferita nel ristretto al numero 10, contuttociò non ha voluto mancare di umiliarla a V. Em^za, acciò Si degni considerarla e unirla agli altri originali della ponenza. E il medesimo con tutto il maggior ossequio ∝." — In eadem voluminum serie in tomo verbis „Lettere di Monsr segretario dell'anno 1763. Num. 203" inscripto (fol. 108) secretarii Marii Marefoschi responsum ad literas Alexandri cardinalis Albani, quarum partem in annot. 268 attulimus, legitur. — Ad ea, quae e tomo „Miscellanea CCXXII. Boemia" in extrema annot. 269 („Nota" ∝) attulimus, haec S. Cong^nis de P. F. secretarii epistola die 13. Augusti 1754 ad cardinales particulari congregationi de negotiis Bohemiae ascriptos data refertur: „Volendo N. S^re tenere in breve alla sua presenza una congregazione particolare, ... Monsr segretario si dà l'onore di umiliarlene la presente notizia, e riserbandosi a specificarle per mezzo della solita intimazione la giornata che verrà per tal effetto destinata da S. Beat^ne, all'Em^za Vostra . . . . s'inchina" („Lett. di Monsr segretario dell' a 1754. N. 184" fol. 67b—68).

[271]) In volumine „Cong^ni particolari sù la cassa del sale ∝ Num. 47" ex. gr. utriusque epistolae, ultimae et penultimae, quam modo in annot. 270 attulimus, exempla leguntur, cum alia quidem inscriptione (hic enim verbis: „Dalla Propaganda", quae dies ascriptus consequitur, inscribuntur) et cum alio die, dico „11 Marzo 1771", penultimis literis ascripto; utriusque autem epistolae inscriptio: „Em^mo s^r cardinal Serbelloni" cum verbo: „ristretto" penultimae et cum verbo: „fogl[io]" ultimae epistolae addito in earum calce reperitur. — Sequens epistola ad Josephum Mariam cardinalem Castelli praefectum data, quae in tomo „Cong^ni part^ri ∝. Num. 46" fol. 204 legitur: „Dalla Propaganda 5 Luglio 1763. — Umilia il segretario di Propaganda a V. Em^za l' annesse minute di lettera [ad nuntium Viennensem] e decreti risultanti dai rescritti della congregazione del sale tenuta ieri mattina [4. Julii 1763] affinchè Si degni osservarle e farvi quelle correzioni che giudicherà necessarie, prima d metterle in pulito e farne spedizione ∝," modum ostendit, quem in literis, quas S. Cong^o de P. F. in suo consessu scribi iussit, decretisque conficiendis eiusdem S. Cong^nis cancellaria observabat (conf. literas Agapiti cardinalis Mosca supra in annot. 118 allatas). — Particularis congregationis rescriptum conscribendum (imo potius corrigendum) haec epistola, quae in volumine „Cong^ni particori ∝. Num. 41" fol. post 40 reperitur, [a Vincentio cardinali Petra praefecto ad Philippum Monti secretarium scripta] spectat: „Casa li 21 Marzo 1736. — Il s^r cardinal Spinola mi ha detto questa mattina alla Minerva, che avendo poi considerato essersi secondo il suo voto ieri [v. supra in fine annotationis 219] molto dilatato l' arbitrio per il s^r Langer, ha giudicato assieme con me, che nel rescritto si diano pro una vice li mille fiorini e li duecento fiorini di più sopra li trecento annui ogni volta, che si porterà bene al giudizio della S. Cong^ne, e che il tutto sia, dummodo non transeat in exemplum, et cum ipso et cum aliis. S' avvisa Monsr Illmo segretario, acciò possa stendere il decreto nella forma suddetta. E Le bacia le mani." — Quantos labores cancellariae S. Cong^nis de P. F. ministris singuli particularium congregationum consessus peragendi imposuerint, sequentes literae a praecipuo quodam ex iis, quos verbo italico ‚minutanti' (v. supra, pag. XXXII) vocabant, ad secretarium eiusdem S. Cong^nis mense Septembri exeunte anni 1737 datae, quibus autem dies non est ascriptus, demonstrant; quae ita scriptae sunt: „Avendo considerata tutta la posizione della cassa del sale di Boemia, e fatti bene i conti,

cularibus (non quidem omnibus), quae prima eiusdem S. Cong^nis^ aetate celebratae sunt, dici debet.[272]) Nonnullarum tamen congregationum particularium acta, quae in huius archivii partis tomis desunt, in alius partis (praeter „Acta S. Cong^nis^“) tomis inveniuntur.

trovo, che è assolutamente troppo angusto il termine assegnato per prepararne il ristretto, ancorchè si voglia lasciare indietro la spedizione per la Cina e per le altre missioni dell' Indie, ed ancorchè io mi dispensi dall' attendere a veruna materia per la congregazione generale. — I pieghi per l' Indie l' anno passato furono spediti sotto li 3 di Ottobre e Monsr nunzio in Parigi [quo munere tunc Rainerus D' Elci fungebatur] scrisse, che gli erano arrivati appena in tempo di spedirli coll' ultimo vascello, ch' era rimasto al porto dell' Oriente. — Quando anche mi riesca di preparare il ristretto di Boemia senza bisogno (che mi pare assai difficile) di proroga, per farsi la congregazione particolare nel giorno di martedì che sarà il primo d' Ottobre, i pieghi per la Cina, al più presto che sia, non si potranno spedire che ai 10; e se non arriveranno in tempo, io non ne avrò colpa. — Non dico cio per esimermi dal faticare, benchè con somma angustia e pressura, per Boemia [v. supra, annot. 84], perchè se mai si tralasciasse questa congregazione, e venisse a succedere il caso, che fossero occupati i contanti esistenti in quella cassa generale, non voglio, che abbia a restare a me veruno scrupolo, nè voglio, che possa imputarsene a me il danno. Per altro sempre più mi confermo nell' opinione, che il temuto pericolo della cassa sia un' allarme suscitato da qualche agente zelante più del dovere del proprio interesse, poichè riconosciuti i conti, nella cassa generale non v' era a tutto l' anno decorso 1736 maggior quantità di contante che fiorini 54.290, ai quali aggiungendosi per l' anno corrente al più altri fiorini 20.000, fanno 33 o 34 mila scudi Romani, somma troppo tenue per i bisogni di chi si teme, che sia per prevalersene [imperator Carolus VI.]. Nella cassa poi dei parochi non v' è più di fiorini 7295 in contanti. — Sia però come si voglia, io procurerò di sforzarmi e di fare quel che potrò, ma poi sarà cosa facilissima a succedere, che la congregazione si dovrà fare o con tre signori cardinali solamente, o mancandone uno, non si farà; ed eccone la nota: S. Clemente — è assente, Da Via — non viene, G. Spinola, Petra prefetto, Lercari — sarà assente, Firrao — non suol venire, Aless. Albani — non sò, se sarà in Roma [verba ‚non sò — Roma' sunt deleta], Ruspoli — sento, che vada fuori, Corsini — non suol venire“ (orig. in volumine „Cong^ni^ particolari x. Num. 39“ folio, quod numero non est signatum). Quae epistola, praeterquam quod molestiarum, quas rogantium procuratores S. Cong^ni^ exhibere solebant, aliud testimonium profert, docet particulares congregationes tunc temporis celebratas non esse, nisi ex ascriptis cardinalibus saltem tres iis interfuerint (v. autem supra, pag. XIII et extremam annotationis 21. partem). Qui mos etiam in generalibus congregationibus in usu versabatur; at non deest exceptio: in exordio enim congregationis 84^ae^ Innocentii X. aetate die 19. Maii 1648 peractae haec legimus: „Fuit congregatio in collegio de P. F., cui interfuerunt duo tantum cardinales, videlicet Capponius et Sabellus, et R. P. D. Lanuvius“ („Acta S. C. de P. F. anno 1648“ fol. 79). Sed etiam in hac congregatione generali tres fecerunt collegium: duo cardinales et — praeter secretarium Franciscum Ingoli (v. supra, annot. 107) — praelatus S. Cong^ni^ de P. F. ascriptus, qui eiusdem S. Cong^nis^ iudex (v. supra in annot. 18) tunc temporis erat.

[272]) Utriusque congregationis particularis, quae in prima congregatione generali die 14. Januarii 1622 celebrata, perinde ac illius, quae in secunda congregatione generali die 4. Februarii eiusdem anni habita instituta est (v. supra, pag. XIII), acta in S. Cong^nis^ de P. F. archivio desunt. Congregationes illas institutas esse, partesque iis impositas impletas esse „Acta S. C.“ docent. — Alia exempla hic noster tomus I. affert: scriptum, quod numero 37° signatum inferius typis traditur („Avvertimenti x“), in particulari quadam congregatione confici iussum esse videtur; utrum tertia relatio a Carolo Carafa nuntio Viennensi ad S. Cong^nem^ de P. F. anno 1624 missa (v. infra, num. 165), antequam in congregatione generali coram S^mo^ recitata est, in congregatione particulari pertractata sit, necne, incertum est; a tergo quidem exemplaris, quod in S Cong^nis^ archivio reperitur, verba: „Per manus Ill^morum^ dominorum cardinalium S. Cong^nis^ de P. F. videlicet: Bandini [quod nomen

Ubi in „Congregationum particularium“ serie nonnullae actorum alicuius congregationis partes desunt, saepe etiam hoc loco, perinde ac in „Actis S. Cong^nis^“ (v. supra, pag. LIII—LIV), defectus hic studio

inductum est], Millini, qui dignetur retinere copiam ad referendum in sequenti coram S^mo^, Borgiae et S. Susannae, qui dignetur remittere secretario [verba autem: ‚qui — secretario' inducta sunt] et De Valletta, qui dignetur remittere secretario. Congregatio 25^a^. Die 5. Novembris 1624. — Die 19. Novembris 1624“ leguntur, quae significare videntur in generali congregatione 25^a^ die 5. Novembris 1624 celebrata congregationem particularem e cardinalibus Millini, Borgia, S. Susanna et De Valletta compositam institutam esse, quae de negotiis a Carolo Carafa nuntiatis deliberaret, ipsa autem decreti (numero 3° signati) in dicta congregatione 25^a^ facti (v. infra, num. 192) verba opinionem hanc oppugnant (licet non excludant), cum in decreto hoc Caroli Carafa scriptum Joanni Garziae cardinali Millini soli traditum esse dicatur, qui de eo in proxima congregatione, quae die 19. Novembris 1624 habita est (v. infra, num. 196), ad S. Cong^nem^ referret, reliquorum vero cardinalium, quorum nomina a relationis tergo leguntur, ibidem nulla mentio fiat. Alia congregatio particularis certocertius articulorum ab archiepiscopo Pragensi in regni Bohemiae comitiis proponendorum causa die 6. Septembris 1624 instituta est (v. infra, num. 154), quae die 28. Septembris 1624 se congregavit, cuiusque decretum Urbanus VIII. in congregatione generali die 4. Octobris 1624 peracta approbavit (v. infra, num. 170). Alia congregatio particularis (de Carolina universitate Pragensi) mense Augusto exeunte anni 1625 habita esse videtur (v. annotationem in fine numeri 293 positam). Simili modo v. annotationes in fine numerorum 311, 343 positas. — At etiam seculo XVIII° aliquid eius generis accidit: in summario particularis congregationis de negotiis Bohemiae die 27. Februarii 1758 habitae haec verba leguntur: „Nella congregazione de' 28 Novembre dell' anno scorso [1757] fu riferita, come Si rammenteranno l' Em^ze^ Vostre, una lettera di Monsr arcivescovo di Praga, nella quale x“ („Congregan^i^ particolari x. Num. 45“ fol. 1); ex iis non patet, utrum congregatio die 28. Novembris 1757 peracta particularis, an generalis fuerit; quia vero acta generalis congregationis die 28. Novembris 1757 celebratae („Acta S. C. de P. F. de anno 1757“ fol. 406) ne verbo quidem archiepiscopi Pragensis epistolam attingunt, manifestum est negotium illud in congregatione particulari eodem die, quo generalis congregatio habita est (v. infra in annot. 275), peracta tractatum esse. Reapse in volumine „Congregan^i^ particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ (fol. 11—12) secundum intitulationem: „Boemia“ et diem ascriptum: „28. Novembre 1757“ veluti quaedam congregationis particularis actorum species legitur: summarium dico epistolam illam (nihil autem aliud) spectans, a cuius tergo praeter intitulationem concisamque summam („Boemia Praga. Sussidio della cassa del sale“) idem dies „28. Novembris 1757“ ascriptus et rescripti genus quoddam: „Dilata et Emmo Alexandro Albani iuxta mentem“ reperitur; aliud idque longius summarium cum prolixiore narratione, in qua autem verba: „nei due anni scorsi 1756 e [17]57“ inveniuntur, ad nil aliud ac epistolam archiepiscopi Pragensis pertinens ibidem fol. 13—15 b sequitur, cui praeter intitulationem „Boemia“ (in fronte) nihil ascriptum est; in eodem volumine (fol. 81—82) etiam Joannis Mauritii archiepiscopi Pragensis epistola, quam saepius tetigimus, „Pragae die 12. Octobris an. 1757“ data legitur, a cuius tergo praeter inscriptionem („S. Cong^ni^ de P. F. x“) nihil ascriptum est; quae omnia comprobare possent die 28. Novembris 1757 particularis congregationis de negotiis Bohemiae consessum (aut ante aut post congregationem generalem) peractum esse, in quo cardinales ei ascripti de epistola ab archiepiscopo Pragensi allata deliberabant, at in eodem volumine („Num. 45“) folio 85—85 b supplex libellus nomine Antonii Petri Příchovský episcopi Reginaehradecensis summo pontifici Benedicto XIV. porrectus reperitur, a cuius tergo (praeter alia) haec verba leguntur: „Dall' udienza di N. S^re^ 2 Agosto 1757. A Monsr segretario di Propaganda, che ne parli. — 28. Novembris 1757,“ hicce vero dies ascriptus nil aliud ac diem, quo de hoc libello in congregatione tractatum est, significare potest; quia autem generalis congregationis eo die celebratae acta huius libelli nullam iniiciunt mentionem, reliquum est, ut etiam de eo congregationem illam particularem deliberasse credamus, licet neutrum sum-

a secretario impenso, ut earum acta solum ea negotia, quae in earum consessibus conclusa et perfecta erant, continerent, attribuendus est.[273])

Quod ad fidem „Congregationibus particularibus" praestandam pertinet, S. Cong° de P. F. quidem huius partis volumina (aeque ac „Acta S. Cong^nis^") authentica ducebat hodieque ducit,[274]) historicus autem nonnulla — levia nimirum — opponere potest. Aliquando enim congregationum particularium consessus congregationes generales perperam appellati sunt.[275]) Alii errores enati sunt, quando aut

marium, quod superius tetigimus, eum spectet. Quamvis autem ea, quae in eodem volumine „Congregani particolari ∝. Num. 45" folio, quod folium 10 consequitur, scripta sunt („Monsr nunzio dice, che per ordine della corte furono dati dalla cassa del sale 6000 fiorini al vescovo di Chinisgraz ∝"), summarium ad libellum episcopi Reginaehradecensis pertinens existimare possimus, tamen neque duo neque tria illa summaria insimul congregationis particularis, quae die 28. Novembris 1757 celebrata esse videtur, acta efficiunt.

[273]) Inter literas, libellos, scripta, de quibus in congregatione particulari de negotiis Bohemiae die 27. Februarii 1758 peracta tractatum est, in volumine „Congregani particolari ∝ Num. 45" ex. gr. fol. 99 et 102 libellus supplex capituli metropolitanae ecclesiae Pragensis reperitur, a cuius tergo — praeter alia — rescriptum: „Reassumantur acta 1728, [17]36, [17]38, et scribatur nuntio apostolico" (v. supra, annot. 203) legitur, sed inter rescripta actorum eiusdem congregationis neque hoc rescriptum, nec aliud, quod ibidem (fol. 108b) a tergo alius libelli supplicis nomine capituli cathedralis ecclesiae Reginaehradecensis S. Congni traditi verbis: „Apostolico nuntio pro informatione et voto" scriptum est, invenitur. — Qui, postquam in volumine „Lettere di Monsr segretario dell' a. 1764. Num. 205" fol. 159 epistolam a secretario Mario Marefoschi „al sr cardinal Castelli prefetto" die 9. Novembris 1764 datam, quae verbis: „Dovendosi tenere lunedì prossimo 12 del corrente la congregazione particolare sopra le casse di Boemia ∝" incipit, reppererit, in „Congregationum particularium" vero voluminibus eius acta frustra quaeret (v. infra in annot. 276), ne propterea „Congregationum particularium" seriem integram non esse dicat! Die enim 12. Novembris 1764, quod epistola ab eodem secretario ad eundem cardinalem praefectum die 12. Martii 1765 data, quae in volumine „Lett. di Monsr segretario dell' anno 1765. Num. 207" fol. 32 b – 33 legitur, probat, aeque ac die 1. Octobris 1737 (v supra in annot. 271) nullus particularis congregationis de negotiis Bohemiae consessus peractus est.

[274]) In calce actorum congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 5. Decembris 1762 celebratae („Congni particolari sù la cassa ∝. Num. 46" fol. 96) rescriptum, quod unicum verbum: „Dilata" continet, haec verba sequuntur: „NB. In un altra copia di questa ponenza, la quale, perchè duplicata, è non autentica, si leggeva la seguente risoluzione: ‚Dilata, et expectentur computus anni 1762 pro subventionibus faciendis. Ad quem effectum scribatur administratoribus pro sollicita transmissione, et eisdem iniungatur nomine S. Congnis, ne fiant in posterum nova investimenta, cum ex eiusdem S. Congnis mente integri annui redditus erogari debeant in commodum locorum piorum regni Bohemiae.' 14 Maggio 1836. Luigi Ferrari archivista." — Id autem, quod Aloisius Ferrari rescriptum (‚risoluzione') non authenticum appellat, potius cardinalis cuiusdam sententia (v. supra, pag. LXXXVII) fuisse videtur.

[275]) Congregationis particularis de negotiis Bohemiae die 13. Junii 1768 habitae inscriptio („Congni particolari sù la cassa ∝. Num. 47" fol. 17) haec est: „In congregatione generali 13. Junii 1768" (v. supra, annot. 266); at in tomo literarum missarum („Lettere di Monsr segretario dell' anno 1768. Num. 213" fol. 59) secretarii Marii Marefoschi epistola legitur, quae ita scripta est: „Al sr cardinal Castelli prefetto. 9 Giugno 1768. — Dovendosi lunedì prossimo 13 del corrente, tenuta che sarà la congregazione generale, tener discorso sopra un nuovo piano proposto dall' imperial corte di Vienna per le distribuzioni della cassa ecclesiastica del sale di Boemia, il segretario di Propaganda

in alicuius particularis congregationis consessu non omnia negotia, ad quae summarium spectabat, absoluta sunt, aut particularis congregatio, cuius consessus iam intimatus, summariumque iam perfectum erat, celebrata non est, summario autem vel eius parte non emendatis S. Cong^nis^ de P. F. secretarius in proximo eiusdem particularis congregationis consessu usus est.[276]) Inveniuntur etiam menda varia,

ne umilia a V. Emza il quì annesso ristretto, mentre ∝. — Simile ai sri cardinali Lante, Serbelloni, Stoppani, Neri Corsini, Alessandro Albani," et ab aliis epistolis, quibus congregationum particularium consessus intimabantur (v. supra in annot. 270), praeter verba: ‚tenuta che sarà ∝', quae nil aliud ac ‚finito congregationis generalis consessu' significant, nihil abhorret, atque in volumine „Miscellanea: Boemia CCXXII ∝" idem summarium, quod in tomo „Congni particolari ∝. Num. 47" fol. 17 — 23 sine rescripto (v. supra, annot. 266) legitur, verba: „In congregatione particulari habita post generalem die 13. Junii 1768 rescriptum fuit: Formetur instructio communicanda Emmo domino cardinali Alexandro Albani et nuntio apostolico Viennensi" sequuntur; negari sane non potest in eodem tomo literarum missarum „Num. 213", quem supra tetigimus, fol. 61 b – 62 epistolam ab eodem secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 20. Junii 1768 datam reperiri, quae suo initio: „A tenore della risoluzione presa nella congregatione generale de' 13 corrente il segretario di Propaganda trasmette a V. Emza la quì compiegata memoria sopra l' affare della cassa ecclesiastica del sale ∝" negotium illud in generalis congregationis consessu tractatum esse comprobat, attamen quaeritur, cur summarium ad „Acta S. Cong^nis^" pertinens in authenticum „Congregationum particularium" volumen relatum sit, quaeritur etiam, cur „Acta S. Cong^nis^ de P. F. anni 1768" nec summarium illud nec rescriptum ad id pertinens contineant, quae res cum maxime probat negotium illud non in generali, sed in particulari congregatione tractatum esse. Ceteroquin particularis congregatio, quam die 13. Junii 1768 celebratam esse affirmamus, non est una atque unica, quae congregationis generalis consessu peracto habita est: in volumine ex. gr. „Congregni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 44" fol. 269 (aeque ac in tomo „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1756. Num. 189" fol. 26b) haec epistola legitur: „Ai sri cardinali Spinelli, Mesmer, Alessandro Albani, Corsini e Colonna di Sciarra. 23 Aprile 1756. — Si dà l' onore Monsr segretario di supplicare l' Emza Vostra, che dopo terminata la congregazione generale di lunedì prossimo 26 del corrente, voglia degnarsi di trattenersi insieme con gli altri Emmi della solita congregazione particolare deputata per gli affari attinenti alla cassa ecclesiastica del sale di Boemia ad oggetto di deliberare sull' istanza contenuta nell' annesso foglio, e pieno di venerazione ∝," et in congregationis particularis per hanc epistolam intimatae exordio (v. supra in annot. 219) dissertissime planissimeque scriptum est congregationem hanc „post congregationem generalem die 26. Aprilis 1756" peractam esse. Cuius generis plura alia exempla (v. in annot. 276) afferri possunt. — Mendum simile ei, quod modo in particularis congregationis die 13. Junii 1768 celebratae inscriptione notavimus, in inscriptione voluminis ad „Congregationum particularium" seriem pertinentis: „Congregazione generale d' Ibernia con lettere 1672 al 1676" animadvertitur; in eo enim volumine (fol. 67) inscriptio: „Congregatio particularis super rebus Hiberniae habita die 20. Aprilis 1676" legitur, omnesque epistolae, quas complectitur, ad hanc particularem congregationem spectant.

[276]) In congregatione particulari ex. gr. de negotiis Bohemiae „die Lunae 22. Augusti 1729 post congregationem generalem [v. supra, annot. 275]" habita S. Cong° de P. F. solum de libellis supplicibus ab archiepiscopo et metropolitano capitulo Pragensi traditis deliberavit („Congni particolari ∝. Num. 39" fol. 216 – 222 b), negotium autem Michaelis Friderici cardinalis ab Althan, praepositi collegiatae ecclesiae Boleslaviensis, quod iam die 16. Maii 1729 in congregatione particulari tractaverat (ibidem fol. 80—80 b), non expedivit. Hoc igitur negotium (nullumque aliud) S. Cong° in congregatione particulari die 6. Fe-

quorum S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministrorum animus non satis attentus causa erat.[277])

Quot volumina „Congregationum particularium" series usque ad annum 1800 habeat, difficile est dictu,[278]) cum quia singuli tomi non singulos, sed plures annos continere solent, tum quia ad huius partis volumina in S. Cong^nis de P. F. archivio tomi alii verbis (aut „Visite" aut „Collegi" aut „Collegi e visite" aliterve) inscripti proxime accedunt, quorum nonnulli procul quidem dubio ad „Congregationes particulares", alii vero ad literarum allatarum, de quibus solum in

bruarii 1730, quo etiam congregationis generalis consessus („Acta S. C. de P. F. de anno 1730" fol. 29 sqq.) peractus est [v. supra, annot. 275], celebrata repetivit, in cuius congregationis particularis summario haec verba leguntur: „.... Nella passata congregazione poi dei 16 Maggio dell'anno corrente [!] S. Em^za fece una nuova istanza ∝" („Congni particolari ∝. Num. 39" fol. 245). Unde manifeste apparet summarium, quod huiusce particularis congregationis actis insertum est, iam anno 1729 (ante consessum die 22. Augusti habitum) scriptum esse. — Die 9. Novembris 1764 particularis congregationis de negotiis Bohemiae consessus (licet intimatus) non est peractus (v. supra in annot. 273), proximae autem congregationis particularis die 16. Martii 1765 celebratae summarium in volumine authentico „Congni particolari ∝. Num. 46" (fol. 246) verbis: „Nella congregazione particolare tenuta li 24 Marzo dell'anno corrente [!] avendo l'Em^ze Vostre considerato il piano ∝," in volumine autem alius seriei („Miscellanea: Boemia CCXXII ∝") verbis: „Nella congregazione particolare tenuta li 24 Marzo dell' anno 1764 avendo l' Em^ze Vostre considerato il piano ∝" incipit, unde liquet id ipsum summarium, quod die 9. Novembris 1764 recitari debebat, die 16. Martii 1765 ad S. Cong^nem et postea in volumen authenticum „Congni particolari ∝. Num. 46" relatum esse.

[277]) In calce summarii ex. gr. particularis congregationis de negotiis Bohemiae die 3. Septembris 1759 celebratae („Congni particolari ∝. Num. 45" fol. 217 b) „Decreta congregationis particularis habitae die 4. [!] Septembris 1759" leguntur. — In actis congregationis particularis die 16. Maii 1792 habitae („Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num 39" fol. 80) haec verba leguntur: „8°. Il s^r cardinale d' Althann come preposito della collegiata de' santi Cosma e Damiano di Boleslavia ottenne nell' anno 1716 a benefizio della sua prepositura un' assegnazione pro unica vice di 20.000 fiorini ∝," quae in summario congregationis particularis die 6. Februarii 1730 peractae (v supra in annot. 276) repetuntur (ibid. fol. 245), hoc loco autem in margine verba: „Fu di Luglio 1719" ascripta sunt; at utriusque congregationis particularis anno 1716 (die 16. Martii et 23. Septembris) celebratae acta nullam praepositurae Boleslaviensis mentionem iniiciunt, anno 1719 vero neque congregatio particularis de negotiis Bohemiae habita est, neque congregationes generales mense Julio (die 3. et 31.) peractae („Acta S. C. de P. F. de anno 1719" fol. 261 sqq., 295 sqq.) de supplici praepositi Boleslaviensis libello tractarunt. De libello a Michaele Friderico comite ab Althan, Boleslaviensis ecclesiae praeposito, tunc Sacrae Rotae auditore, typis descripto (v. supra in annot. 174) particularis congregatio de negotiis Bohemiae instituta iam die 1. Octobris 1715 („Congni particolari ∝. Num. 35" fol. 133 b, 138), tum die 23. Septembris 1718 („Congni particolari ∝. Num. 36" fol. 168 b sqq.) iterumque „die Lunae 16. Maii 1729" („Congni particolari ∝. Num. 39" pag. 33 sqq.) deliberavit.

[278]) Usque ad annum 1864 editor in ipso S. Cong^nis de P. F. archivio „Congregationum particularium" 161 volumina numeravit (Kollmann, O archivu Sv. Kongregace de propaganda fide, pag. 433), quos tomos „Acta congregationum particularium super rebus Synarum" (usque ad annum 1801 volumina 18), deinde „Scritture originali particolari dell'Indie Orientali" consequuntur (v. ibidem pag. 434).

congressibus referebatur, seriem („Scritture non riferite") pertinent;[279]) quin etiam de pluribus scriptis, quae volumina huiusce exiguae partis („Visite") complectuntur, ad generalem congregationem relatum est.[280]) Ex omnibus ad „Congregationum particularium" seriem pertinentibus tomis in primo nostrae editionis tomo sex voluminibus, quae verbis: „I. Congregationes missionum, status temporalis et typographiae. Num. 1," „Visite dall' anno 1622 all' anno 1624 inclusive. Num. 1," „II. Visite di Dalmazia e di diversi collegii pontificii e di due monasterii, di Taffres et Tisitis, fatte l' anno 1625. Num. 3," „Residuo della visita di Dalmazia e visite di diversi collegi riferite l' anno 1626. Num. 4," „Visitationes colleg. pontific. et diversorum monaster. et dioeces. 1627. Num. 5," „Colleg. ed università 1628. Num. 6" inscripta sunt, usi sumus.

„Congregationum particularium" tomi omnes fere suos (nonnunquam binos) habent indices (v. supra, annot. 70), quorum multi verbis „Indice per località", alii (praecipue in voluminibus ad seriem, quam „Visite" vocant, pertinentibus) verbis „Indice del libro delle visite e collegi ∝" aut „Indice delle visite e collegii ∝" (ex. gr.: „dell' anno 1633") inscripti sunt. Modus, quo singulae materiae in hos indices referendae erant, in nonnullis tomis (praesertim iis, quos primus S. Cong^nis secretarius scribebat) in summariorum decretorumve margine significabatur.[281])

[279]) Ad „Congregationum particularium" seriem ex. gr. certocertius tomi „Visite e congregazioni particolari sopra i collegii S. Pancrazio, collegio Urbano, s. Pietro Montorio, s. Bartolomeo all' isola, collegio d' Assisi, Inglese di Douai 1692 [recte: 1691—1718]. Num. 35," „Congregazioni particolari e visite de collegii pontifizii: Germanico et altri oltramarini degli anni 1697 e 1698 con altre scritture posteriori pertinenti a medesimi. Num. 36" (v. supra, annot. 224, 259), „Visite riferite de collegi pontificj di Vilna, Brusberga, Fulda, Inglese di Douaj e casa salda in Colonia nelle congregazioni particolari degl' anni 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41" (v. supra, annot. 226) pertinent, quod ipsa eorum inscriptio comprobat; at etiam in nonnullis aliis voluminibus huiusmodi, quorum inscriptio nihil prodit, congregationum particularium acta vel scripta ad eas pertinentia inveniuntur, v. gr. in tomis „Visite e collegii del 1640. Num. 18," „I. Visite e collegii 1641. Num. 19" (v. supra in annot. 168), „Visite e collegii del 1642. Num. 21," „II. Visite e collegii del 1643. Num. 23". Contra autem hoc loco volumina sunt, quae ad literarum allatarum seriem spectant, ex. gr. „Visite non riferite de collegii pontificj di Vienna e Dilinga. Tom. II. Num. 42," „Visite non riferite de collegj pontificij di Praga, Olmitz e di Lovanio. Tom. III. Num. 43." — Dr. A. Pieper (l. c. pag. 99) omnes huiusce partis tomos „Congregationibus particularibus" adiicit.

[280]) V. ex. gr. infra, num. 20, 44, 124 (annot. in fine numeri 124a positam), 262, 313, 318.

[281]) In volumine ex. gr. „IV. Congreg. de collegiis, missionibus, statu temporali et typographia. Num. 4" (fol. 24) in margine decreti congregationis particularis „super statu temporali" die 5. Februarii 1644 celebratae numero 13° signati („13°. Relata petitione domini Petri Boemi philosophi, ut in collegio de P. F. ad prosequenda sua studia reciperetur, S. Cong° ∝") intitulationis loco haec verba scripta sunt: „De Petro Boemo sub nomine

3. Audientiae S^mi (Udienze di N. S^re).

Series haec, quamquam S. Cong^nis de P. F. decreta inde ab eo tempore, quo S. Cong^o ipsa instituta est, a summis pontificibus in audientiis (v. supra, pag. XVIII) confirmari solebant, demum post diem 23. Decembris 1666 initium sumpsit: primum enim „Audientiarum S^mi“ volumen („Audienze di N. S^re dall' anno 1666 al 1679. Num. 1“) audientiae die 23. Decembris 1666, quem modo diximus, habitae actis incipit; quare, licet in S. Cong^nis archivio primum locum obtineat (v. supra, pag. XXXVI), series haec inter praecipuas archivii partes novissima numeranda est.

Multarum audientiarum S^mi ante (aeque ac post) diem 23. Decembris 1666 habitarum acta in „Actorum S. Cong^nis“ et „Congregationum particularium“ voluminibus reperiri superius iam significavimus (v. supra, pag. L et LXXXV), at non omnium audientiarum ante diem 23. Decembris 1666 peractarum acta in alterutrius partis, quam modo diximus, tomos referebantur: aliarum tantum a tergo literarum S. Cong^ni allatarum („Lettere originali riferite“) leguntur, aliarum acta omnino desunt.[282])

proprio et Boemiae,“ ibidemque (fol. 23) in margine duodevicesimi congregationis particularis „de statu temporali“ die 17. Novembris 1645 peractae decreti, quod ad libellum supplicem abbatissae et conventus monasterii s. Georgii in arce Pragensi nomine S. Cong^ni de P. F. porrectum spectat, verba: „De monialibus s. Georgii Pragae sub Praga et moniales“ leguntur. Ubi autem de simili libello ab eisdem ad S. Cong^nem dato in actis congregationis particularis „de statu temporali“ die 16. Julii 1647 habitae rursus sermo fit („V. Congregat. de collegio Urbano et statu temporali. Num. 5“ fol. 58 b), ibi in margine haec verba scripta sunt: „De 500 florenis monialibus s. Georgii Pragensibus mutuatis sub Praga“.

[282]) In volumine ex. gr. „Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 309 epistola ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach ad Alexandrum VII. de morte suffraganei Pragensis die 7. Aprilis 1666 data legitur, a cuius tergo (fol. 310 b) praeter alia haec verba scripta sunt: „S^r cardinal Brancacci [= cardinalis ponentis nomen]. — La S^tà di N. S^re ha rimesso alla S. Cong^ne una lettera del s^r cardinal Harrach ꝛc [= commentarius summarii decreti 19. [bis] congregationis generalis die 8. Junii 1666 celebratae, in qua epistola illa recitata est]. — Die 8. Junii 1666 [= dies, quo congregatio illa peracta est]. — Cum S^mo [= rescriptum decreti numero 19. [bis] signati eiusdem congregationis]. — Manfronus prosecretarius [v. supra, annot. 68]. — Ex audientia S^mi. — Die 30. Junii 1666. S^mus approbavit Martinum Kemlich pro suffraganeatu Pragensi, sed mandavit, ut mutetur titulus ecclesiae Constantinensis [= audientiae acta].“ In volumine autem „Acta S. C. de P. F. anno 1666“ congregationis generalis die 8. Junii 1666 habitae decretum numero 19. [bis] signatum, quod folio 152b incipit, verbis: „Cum S^mo“ finem capit, nulla audientiae S^mi facta mentione. — Simili modo a tergo literarum a procuratore Societatis Jesu die 19. Aprilis 1661 datarum („Collegii de Maroniti, missionar., Olmute [!] 24, 25, 26. Num. 375“ fol. 224 b), quae ad pontificium Olomucense seminarium spectant, audientiae acta: „Pro audientia S^mi. — Ex audientia S^mi. Prima Junii 1661. S^mus annuit et mandavit expediri mandatum“ sunt ascripta, quae in „Actorum S. C. de P. F. anni 1661“ tomo non inveniuntur. — A tergo plurium

Ipsi „Audientiarum S^mi“ tomi praeter audientiarum acta et decreta in forma authentica scripta varia alia comprehendunt: ex. gr. congregationum tam generalium quam particularium rescripta (vel eorum partes) a summo pontifice in audientiis confirmata,[283]) alius generis memorias ad singulas congregationes particulares pertinentes,[284]) summorum pontificum brevia, codicillos ad S. Cong^nis secretarium scriptos, praecepta motu proprio in audientiis data, aeque ac relationes a S. Cong^ne de P. F. ad summum pontificem scriptas,[285]) epistolas a cardinali, qui secretarii status munere fungebatur, vel ex

tempore Antonii Manfroni prosecretarii (v. supra, annot. 68) allatarum epistolarum congregationum generalium rescripta: „Cum S^mo“ leguntur, sed audientiarum, in quibus de negotiis illis cum summo pontifice tractatum est, acta neque hoc loco neque in „Actorum S. Congnis“ voluminibus reperiri possunt; huiusmodi ex. gr. est epistola episcopi Vratislaviensis die 30. Martii 1666 data („Germania. Num. 332“ fol. 124), a cuius tergo (fol. 147 b) praeter alia haec verba scripta sunt: „Die 19. Julii 1666 [= dies, quo 109^a congregatio generalis (v. supra, annot. 112) habita est]. — Cum S^mo [= rescriptum decreti 41^i eiusdem congregationis]. — Manfronus prosecretarius“, audientiae vero cum S^mo, ad quem negotium delegatum est, acta neque hic nec in tomo „Acta S. C. de P. F. anno 1666“ (fol. 205), ubi decretum numero 41° signatum iisdem verbis: „Cum S^mo“ finem habet, inveniuntur.

[283]) In volumine „Udienze di N. S^re dall' anno 1691 sino al 1709. Num. 3“ (fol. 91) ex. gr. haec verba leguntur: „Decreta S. Congnis particularis de P. F. super collegiis pontificiis extra urbem habitae die 30. Augusti 1697 [v. supra in annot. 224]: si S^mo placuerit, renovetur alumnis obligatio scribendi singulis annis vel respective bienniis S. Cong^ni iuxta praescriptum s. m. Alexandri VII. sub die 20. Julii 1660, abrogata quoad hoc posteriori relaxatione anni 1668 ꝛc“, quibus in margine folii 91 summi pontificis dictum, quo in audientia die 3. Septembris 1697 habita decretum id approbavit, ascriptum est. — Idem congregationis particularis decretum a summario, quod in volumine „Cong^ni partii e visite de collegii pontifizii: Germanico et altri ꝛc. Num. 36“ folio 12—23 reperitur, separatum ibidem fol. 116—117 legitur, nulla audientiae S^mi facta mentione.

[284]) In volumine „Udienze di N. S^re dall' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4“ (fol. 13) ex. gr. haec legimus: „Congregatio super rebus Bohemiae: Spada, Panciaticus, Sacripantes praefectus, Paulutius, Fabronus et Gozzadinus. — Ex audientia die Martis 14. Aprilis 1711: S^mus supradictis Em^mis superaddidit Em^mos dominos ab Abdua et Vallemanum. S. de Cavaleriis secretarius.“ — V. etiam audientiae die 6. Septembris 1740 habitae acta, quae supra in annot. 18 (pag. XI) et 28 allata sunt.

[285]) Nonnulla brevia ex. gr. a Clemente XIV. „abbatissae seu priorissae et monialibus monasterii sanctae Annae monialium sanctae Mariae Magdalenae de poenitentia nuncupatarum sub regula sancti Augustini loci Lauban Misnensis dioecesis“ die 8. et 9. Novembris 1769 atque 16. Junii 1770 data in volumine „Udienze di N. S^re dell' anno 1777. Num. 15“ fol. 4 et sq. inveniuntur. — Codicillus a Benedicto XIV. ad Nicolaum Antonelli, S. Cong^nis de P. F. secretarium, datus, qui ita scriptus est: „Mandiamo a Monsr segretario di Propaganda le annesse carte che ci ha lasciato in mano il cardinale Alessandro Albani, dandogli l' apostolica benedizione. 24 Aprile 1758. [Inscriptio inferius:] Monsr Antonelli segretario di Propaganda,“ in volumine „Udienze di N. S^re dall' anno 1755 a tutto il 1759. Num. 8“ (fol. 169) legitur. — Praeceptum a Clemente XI. motu proprio in audientia die 3. Januarii 1704 habita datum v. supra in annot. 21 et 38. — In eodem tomo „Udienze di N. S^re ꝛc. Num. 8“ (fol. 179) relatio in S. Cong^nis de P. F. anno 1758 confecta et a cardinali praefecto ad summum pontificem per secretarii status cancellariam missa, pecuniam imperatori Leopoldo I. e cassa salis fenori datam spectans reperitur.

eius cancellaria ad S. Cong^nem^ de P. F. missas,[286]) literas (vel earum partes) ab apostolicae sedis nuntiis ad pontificii status secretarios scriptas,[287]) epistolas, libellos vel ‚memorias' a catholicorum imperatorum, regum, principum oratoribus vel a rerum procuratoribus ab acatholicis principibus in curia Romana constitutis datas,[288]) literas sententiasve a S. Cong^nis^ de P. F. cardinali praefecto vel ab aliis eiusdem S. Cong^nis^ cardinalibus ad S. Cong^nis^ cardinalem praefectum, secretarium vel alios missas,[289]) summaria ad congregationes generales particularesve pertinentia, quae ‚per manus' cardinalium eis ascriptorum mittebantur,[290]) epistolas libellosve ab aliis cardinalitiis congregationibus ad S. Cong^nem^ de P. F. datos scriptaque ad illos spectantia, etsi — saltem nonnulla ex iis — in ipsius S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scribebantur,[291]) epistolas originales — etiam notis

[286]) In volumine „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 8" fol. 177 [bis] ex. gr. epistola ab Alberico cardinali Archinto „dalle stanze del Quirinale primo Settembre 1758" ad Josephum cardinalem Spinelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum, in volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1772. Num. 12" fol. 49 epistola „dalla segreteria di stato 13 Marzo 1772" ad Stephanum Borgia, eiusdem S. Cong^nis^ secretarium, data reperitur.

[287]) In volumine „Udienze di N. S^re^ del 1795. Num. 33" (fol. 418) „paragrafo di dispaccio scritto al signor cardinal segretario di stato da Monsr nunzio in Vienna li 7 Settembre 1795" legitur.

[288]) Epistola ex. gr., quam Alexander cardinalis Albani, Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, in curia Romana orator, „di casa 28 Aprile 1758" ad Nicolaum Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, dedit, in tomo „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 8" (fol. 167), libellus ab eodem cardinali oratore Clementi XIII. porrectus, pecuniam mutuam a Leopoldo I. imperatore e cassa salis sumptam (v. supra in annot. 285) spectans ibidem (fol. 178), memoria ab abbate Ciofani, rerum procuratore in curia Romana a Prussiae rege constituto, ad Pium VI scripta in volumine „Udienze di N. S^re^ del 1789. Num. 27" fol. 243 reperitur.

[289]) „Copia di biglietto scritto dal cardinal prefetto della S. Cong^ne^ di Propaganda in data de' 26 Agosto 1758 al cardinal segretario di stato di N. S^re^ circa il debito Leopoldino" in volumine „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 8" (fol. 177), libellus ab eodem Josepho cardinali Spinelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefecto, ad Nicolaum Antonelli, eiusdem S. Cong^nis^ secretarium, die 26. Aprilis 1758 datus ibidem folio 166, sententiae Friderici Marcelli cardinalis Lante die 9. Martii 1759 et Prosperi cardinalis Colonna di Sciarra die 10. Martii 1759 ad Josephum cardinalem Spinelli scriptae, quae capsam parochiarum (v. supra, pag. LXVI et annot. 184) spectant, ibidem folio 197 et 198 leguntur.

[290]) In volumine ex. gr. „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 8" (fol. 194 sq.) summarium eiusmodi ad particularem congregationem de negotiis Bohemicis pertinens, „dalla Propaganda 7 Marzo 1759" datum reperitur, cui in margine folii 195 verba: „Per manus Em^morum^ et Rev^morum^ dominorum cardinalium Lante, Alexandri Albani, Corsini et Columna de Sciarra qui dignabitur remittere domino cardinali Spinelli praefecto," ascripta sunt.

[291]) In volumine „Udienze di N. S^re^ del 1775 e 1776. Num. 14" (fol. 342) ex. gr. libellus „dal S. Offizio 30 Aprile 1777" ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium Stephanum Borgia datus cum responsi die 2. Maii 1777 scripti commentario, qui audientiam S^mi^ die 1. Decembris 1776 habitam attingit, legitur. — In volumine „Udienze di N. S^re^ del 1773 e 1774. Num. 13" (fol. 262 sq.) „facultates concessae a S^mo^ D. N. Benedicto, divina providentia papa XIV. domino Jacobo Wosky de Baerenstamm, decano . . . . ecclesiae ad sanctum Petrum Budis

scriptas — S. Cong^ni^ de P. F. allatas libellosque supplices eosque tam originales, sive foris Romam (ad summum pontificem vel ad ipsam S. Cong^nem^) missi sunt, sive a rogantium procuratoribus (agentibus) in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria sunt porrecti, quam illos, qui in hac ipsa cancellaria sive accommodabantur, sive conficiebantur,[292]) testimonia de supplicantibus scripta, literas commendatitias,

sinae in marchionatu Superioris Lusatiae anno 1749" et quidem „feria 5ta die 3. Julii 1749 in congregatione generali sanctae Romanae et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico apud sanctam Mariam Maiorem coram S^mo^ D. N., domino Benedicto . . . XIV." leguntur, quibus Thomas cardinalis Ruffo episcopus Ostiensis praeter S. Romanae et universalis Inquisitionis (seu S. Officii) notarium nomen subscripsit. — In volumine „Udienze di N. S^re^ degli anni 1798 e 1800 colla data di Venezia. Num. 37" (fol. 95 sqq.) facultatum formulae tertiae Antonio Theodoro [comiti Colloredo] archiepiscopo Olomucensi „feria 5ta die 18. Julii 1782 in congregatione generali sanctae Romanae et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico apud sanctam Mariam Maiorem coram S^mo^ D. N. Pio . . . . VI." concessarum, quibus praeter S. Officii notarium Carolus cardinalis Rezzonico nomen subscripsit, exemplar Olomucii die 18. Aprilis 1800 a Laurentio Joanne Wolf protonotario apostolico contestatum reperitur. Talium facultatum commentarii (quos vulgo conceptus vocant) in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scribi solebant (v. supra, pag. XXXIII). — In tomo verbis „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1783. Num. 21" inscripto (fol. 326 sq.) „propositio ecclesiae Danabensis in partibus infidelium" typis exscripta, quae ad consistorium secretum pertinet (licet forsitan in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria conscripta sit — v. supra, pag. XXXIII), legitur.

[292]) In volumine „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 8" (fol. 199) ex. gr. literae a Mauritio comite a Manderscheid archiepiscopo Pragensi die 14. Februarii 1759 [ad Josephum cardinalem Spinelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum] datae, in tomo „Audienze di N. S^r^ dall' anno 1691 sino al 1709. Num. 3" (fol. 179) epistola anno 1701 notis (numeris) scripta, cui Joannis Christiani Paldami nomen subscriptum est, leguntur. In volumine „Udienze di N. S^re^ del 1790. Num. 28" (fol. 368–368 b) epistola ab Edmundo, abbate monasterii Novocellensis in Lusatia, [ad Leonardum cardinalem Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum] „Novae Cellae 19. Julii 1790" data reperitur, cui „specificatio missionum, quas monachi Cisterciensis monasterii Neocellensis a mense Augusto anni 1789 usque ad 19. Julii anni 1790 obierunt" (fol. 369–369 b), addita est. — In volumine „Udienze di N. S^re^ dall' anno 1765 a tutto il 1769. Num. 10" (fol. 75) originalis libellus supplex, quem Fr. Aloisius Pragensis Capucinus „praesens Romae et ad missiones Georgianas discessurus" ad Clementem XIII. ante diem 18. Augusti 1765 dedit, in tomo „Udienze di N. S^re^ del 1793. Num. 31" (fol. 57) libellus originalis a procuratore missionum ordinis Minorum reformatorum sancti Francisci ante diem 10. Martii 1793 ad S. Cong^nem^ de P. F. datus ibidemque folio 275 supplex libellus nomine Guilielmi Florentini, principis a Salm-Salm, archiepiscopi Pragensis, ab eius procuratore, cui cognomen Lanzoni erat, eidem S. Cong^ni^ ante diem 24. Septembris 1793 porrectus reperitur. — In volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1772. Num. 12" (fol. 45) libellus originalis a Fr. Bernardo Wolfachensi ordinis Minorum reformatorum s. Francisci ad summum pontificem ante diem 8. Martii 1772 datus legitur, cui inter allocutionem („Beat^mo^ Padre") et libelli initium („Frà Bernardo di Wolfach sacerdote Minore riformato ∞") in cancellaria S. Cong^nis^ de P. F. verba: „Frà Luigi da Spoleto in Pulati, Frà Francesco da Casale in Scuttari, Frà Cristiano da Boemia in Egitto superiore" ascripserunt. — Libellum, qui in tomo verbis „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1680 sino al 1690. Num. 2" inscripto fol. 128 reperitur his verbis scriptus: „Boemia. — Havendo m i il s^r^ cardinal Pio partecipate le premure che teneva la M^tà^ dell' imperatore sopra l' istanze fatte alla S^tà^ Vostra . . . . di provedere nel vescovato di Praga quelle parochie che stavano senza curato per la mancanza de loro sustentamento, gli d i s s i differirsene la resolutione presa per do-

epistolarum ab exteris non ad S. Cong^nem^ de P. F., sed ad alios datarum partes[293]) etc.

Modus, quo ipsa audientiarum S^mi^ acta in huius partis volumina (vel potius primum volumen) referebantur, a modo, quo generalium particulariumve congregationum acta eiusdem temporis perscribebantur, parum abhorret atque idem est ac ille, quo audientiarum S^mi^ acta paulo ante, quam „Audientiarum" series instituta est, in „Actorum S. Cong^nis^" tomos referri coepta sunt:[294]) ex inscriptione enim, quae semper latine scribebatur, et singulis vel pluribus decretis, quorum summaria italice, rescripta lingua latina perscribebantur, nullo autem exordio, ex quo appareret, quis — utrum cardinalis praefectus, an secretarius — audientiam habuisset, audientiarum acta constabant.[295])

versi quella riferire nella prima congregazione da farsi avanti la Stà Vostra, quale hora supplico d'accenarmi, quando fosse commodo a V. Stà di tenerla, acciò si possa far la preparatoria conforme al solito . . . .", in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria confectum esse, quis est, qui dubitet?

[293]) In volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1786. Num. 24" (fol. 375) ex. gr. testimonium, quod „Antonius de Rothkirch et Panthen, . . . episcopus Paphensis, per dioecesim Wratislaviensem ditionis regio Borussicae vicarius apostolicus, ... Adalberto Kaluza, Antonio Lampert, Francisco Beyer et Josepho Hildebrand, alumnis in seminario clericorum Wratislaviensi, pro impetranda dispensatione super defectu aetatis ad suscipiendum diaconatus et presbyteratus ordinem . . . . Wratislaviae die 4. Julii 1786" scripto dedit, legitur; in eodem tomo (fol. 486) literae commendatitiae ab Antonii Petri comitis Přichovský e liberis baronibus a Přichovicz vicario in spiritualibus generali et officiali totoque archiepiscopali consistorio Pragensi Josepho Weber, clerico ecclesiastico in ordine diaconatus constituto, „Pragae in cancellaria archiepiscopali die 4. Octobris 1786" datae reperiuntur. In volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1781. Num. 19" (fol. 162) „capitolo di lettera scritta da Monsr vescovo e principe di Breslavia al suo agente in Roma in data del 26 Settembre 1781" invenitur.

[294]) In volumine ex. gr. „Acta S. C. de P. F. anni 1658" (fol. 1 sq.) audientiae acta ita scripta sunt: „Audientia S^mi^ die 12. Januarii 1658. — 1°. . . . . — 2°. Il P. procuratore generale de Giesuiti m' ha fatto più istanze, ch' io testifichi a V. Stà il numero degl' alunni che hoggidì sono nel collegio di Olmutz. Quel che posso io dire, è, che Monsr nuntio di Germania invia una nota datagli da quel rettore senza haverla egli richiesta, nella quale appariscono dal 1655 19 alunni, e 20 nel [16]56. Vi è anche lo spoglio delle spese fattevi, ma così secco, che non se ne puol fare giuditio alcuno, oltrechè è tirato in quella moneta ch' io non intendo. — Rescriptum. Nuntio, ut informet, an vere asserti alumni ibi educentur et a quo tempore, et transmittat computa magis distincta."

[295]) In volumine „Audienze di N. S^re^ dall' anno 1666 al 1679. Num. 1" ex. gr. haec acta (fol. 28) legimus: „Audientia S^mi^ habita die 5. Novembris 1667 [= inscriptio]. — 1°. Mi commandò V. Stà nell' ultima audienza di farle sapere, quali siano i cardinali deputati nella congregatione sopra il giuramento che prestano gli alunni de' collegi pontificii in essecutione della bolla della s. mem. di papa Alessandro. Esseguisco hora il commandamento di V. Stà, et erano: la Stà Vostra e li s^ri^ cardinali Barberino, Albizzi et Azzolino. Attendo pertanto l' ordine, se vuole surrogare qualch' un altro. — Rescriptum. S^mus^ deputavit congregationi super bulla iuramenti praestandi ab alumnis ultra alios Emm^os^ cardi-

Inscriptio nunc tantum diem, mensem, annum, quo audientia peracta est, continebat, nunc ante diem, mensem et annum verba „Audientia S^mi^" vel „Audientia S^mi^ habita" ponebat.[296]) Singula audientiarum decreta, quae e summariis rescriptisque composita esse modo diximus, in singulis audientiis initio (usque ad annum 1668) ex ordine numeris signabantur (v. supra in annot. 295), in margine intitulationem, post summmarium verbum: ‚Rescriptum' nunc ponebant, nunc omittebant.[297])

Modo, quem ostendimus, audientiarum acta solum in primum huius partis volumen („Audienze di N. S^re^ dall' anno 1666 al 1679. Num. 1") referebantur et quidem uno tenore atque servato temporum ordine; solius anni 1674 acta excipiuntur: hoc enim anno primum audientiarum secretarii cum cardinali praefecto (v. supra, pag. XXI), deinde audientiarum cum summo pontifice habitarum acta in hunc tomum relata sunt.

Inde ab anno 1680, quo secundum huius partis volumen („Audienze di N. S^re^ dell' anno 1680 sino all' a. 1690. Num. 2") incipit, consuetudo invaluit ipsos libellos supplices, sive a rogantibus ipsis, sive ab eorum procuratoribus scripti, sive in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria confecti, sive in ea accommodati sunt, in „Audientiarum S^mi^" tomos inserere. Modus, quo talibus libellis audientiae acta adiungebantur, inferius demonstrabitur. Vera atque propria audientiarum

nales dominos cardinales Chisium et Spinulam [= decretum]. — 2° ∞." Haec audientiae acta ad praeceptum a summo pontifice motu proprio datum [v. supra, pag. CI] pertinent. — Audientiae, in qua summus pontifex de libello supplici foris ad S. Cong^nem^ de P. F. misso decrevit, acta sic scripta sunt: „Die 12. Januarii 1667 [= inscriptio]. — 1°. . . . . — 7°. Serve la Cong^ne^ di missionario in Silesia da molti anni in quà Don Wincislao Otich paroco di Freistad; e perchè egli fece voto di farsi religioso, ha supplicato della licenza d' adempirlo overo della dispensa. La Cong^ne^ inclina a quest' ultima, e se ne supplica la Stà Vostra . . . . [Rescriptum:] Concedatur dispensatio petita [= decretum]" (ibidem fol. 1 b — 3).

[296]) In volumine „Audienze di N. S^re^ ∞. Num. 1" fol. 43 inscriptio: „Audientia S^mi^ 9. Junii 1668" legitur; alios duos inscriptionis modos v. supra in annot. 295.

[297]) Numeros singulis decretis appositos v. supra in annot. 295. Decretum audientiae die 5. Novembris 1667 habitae, quod ibi attulimus, in margine intitulatione caret, inter summarium et rescriptum verbum: ‚Rescriptum' habet; audientiae die 20. Decembris 1668 celebratae acta in decretorum margine intitulationes habent, ex. gr. in margine decreti 6^i^, quod verbis: „Si è tenuta per la seconda volta la congregazione sopra 'l giuramento degl' alunni de collegii pontificii ∞" incipit, verbum: ‚Collegi' legitur („Audienze di N. S^re^ ∞. Num. 1" fol. 52 b), verbo autem ‚Rescriptum' carent; audientiae die 12. Januarii 1667 habitae acta (v. supra in annot. 295) tam intitulatione quam verbo: ‚Rescriptum' carent. — In margine actorum audientiae die 24. Marti 1673 habitae (ibid. fol. 152 b) verba: „Monsr Cerri prosecretario [v. supra in annot. 68]" ascripta sunt, quae sane non intitulatio, sed potius exordii genus quoddam ducenda sunt, cum illum, qui audientiam habuit, significent.

acta hoc tempore solum ii libelli duci possunt, qui negotia ad ipsam S. Cong^nem^ de P. F. pertinentia spectant, at etiam haec acta a prioribus aliquantum discrepant: non enim inscriptione, quam illic (v. supra, annot. 296) cognovimus,[298]) sed vel intitulatione sola vel intitulatione et allocutione vel etiam aliter incipiunt, vel inscriptione carent,[299]) audientiarum autem acta libellis his eodem modo ac aliis eiusdem temporis adiungebantur (v. inferius).

Novus actorum audientiarum scribendorum modus in volumine „Udienze di N. S^re^ del 1796. Num. 35" cernitur,[300]) qui quodam

[298]) Nonnulli tamen libelli huius generis (summaria in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scripta) inscriptionem priori simillimam habent: in volumine „Udienze di N. S^re^ dall' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4" ex. gr. (fol. 205) inscriptio: „Ex audientia S^mi^ die 6. Septembris 1740," in volumine „Udienze di N. S^re^ dall' anno 1741 a tutto il 1747. Num. 5" (fol. 17): „Ex audientia S^mi^ habita per Em^mum^ praefectum die 30. Novembris 1741" legitur. Alius audientiae acta intitulatione et inscriptione incipere videntur: „Lusazia. — Ex audientia S^mi^ habita die 28. Julii 1746" („Udienze di N. S^re^ dall' anno 1741 a tutto il 1747. Num. 5" fol. 98), sed, quia hanc ‚inscriptionem' rescriptum subsequitur, ordinem, qui in audientiarum temporis illius actis ad libellos insertos adiungendis tunc servabatur (v. infra), hoc loco inversum esse, summariumque, quod sequitur, sola intitulatione (‚Lusazia') incipere patet. — Minime vero audientiae die 3. Januarii 1704 celebratae, quam saepius tetigimus (v. supra in annot. 21, 38, 285), acta huc pertinent, quae inscriptionem habent et sic scripta sunt: „In audientia die 3^a^ Januarii 1704. — Ad faciliorem celerioremque S. Cong^nis^ de P. F. expeditionem S^mus^ D. N. mandavit in posterum haberi congregationes particulares, prout habentur congregationes generales, ea videlicet die et hora, qua intimatae fuerint, etiamsi aliqui ex Em^mis^ dominis cardinalibus deputatis propter aliquod impedimentum eisdem congregationibus particularibus interesse non possint. C. A. Fabronus secretarius" („Audienze di N. S^r^ ∝. Num. 3" fol. 244); haec enim acta nullum libellum (summarium), sed solum summi pontificis praeceptum motu proprio datum continent.

[299]) Sola intitulatione: „Boemia" actorum audientiae die 10. Aprilis 1682 habitae summarium incipit, cuius initium in extrema annotatione 292 supra attulimus („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 2" fol. 128). Intitulatione ac allocutione actorum audientiae die 25. Augusti 1701 celebratae summarium incipit: „Collegii — Beat^mo^ Padre. — Attesa la morte seguita alcuni anni sono del cardinal Caccia arcivescovo di Milano ∝" („Audienze di N. S^r^ dall' anno 1691 sino al 1709. Num. 3" fol. 168). Actorum audientiae die 25. Augusti 1701 habitae summarium duo S. Cong^nis^ de P. F. decreta a summo pontifice approbanda continens verbo: „Decretum" inscriptum est („Audienze di N. S^r^ ∝. Num. 3" fol. 170), alius audientiae die 14. Martii 1711 celebratae acta, quae superius in annot. 284 attulimus, verbis: „Congregatio super rebus Bohemiae" incipiunt. Audientiae die 24. Aprilis 1732 peractae summarium: „La congregazione deputata dalla S^tà^ Vostra, tenutasi questa mattina, è stata di sentimento, che ∝" („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 4" fol. 87) omni inscriptione caret, nisi forte verba: „Udienza di N. S^re^ 24. Aprilis 1732," quae a libelli (summarii) tergo (fol. 87 [bis] b) leguntur, inscriptionem existimare vis.

[300]) Folio 407 ibidem legimus: „Per l' udienza di N. S^re^. — Albania. — Conferma di facoltà per l' arcivescovo di Antivari. Facoltà . . . . Germania. — Facoltà straordinarie per il vescovo di Breslavia . . . . [Tergo, fol. 409 b:] Albania, Macedonia, Bulgaria, Olanda. — Die 15. Maii 1796. Ex audientia S^mi^: S^mus^ annuit. [M. pr.:] Caesar, archiepiscopus Nisibenus, secretarius." — Simile aliquid in volumine „Udienze di N. S^re^ del 1792. Num. 30" fol. 14 reperimus, ubi audientiae acta sic scripta sunt: „Udienza. — Facoltà della formola 4^a^ per il nuovo prefetto di Egitto in persona del P. Cristiano di Boemia. — [A tergo, fol. 15 b, secretarius ipse ascripsit:] Ex audientia S^mi^ 8. Januarii 1792: S^mus^ annuit. A., archiepiscopus Adanensis, secretarius."

inscriptionis genere incipit, intitulationes, quas ante singulas summarii partes ponit, a tergo eius repetit atque hoc demum loco audientiae acta iis adiungit. Quae hoc modo scripta sunt, vera audientiae acta esse non videntur; potius annotationes erant, quas S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, ne quid oblivisceretur, ante audientiam sibi dari iussit. — Discrepante modo etiam ea scripta sunt, quae in volumine „Udienze di N. S^re^ del 1789. Num. 27" (fol. 245—246) leguntur; quae licet inscriptionem: „Dall' udienza di N. S^re^ del dì 23 Luglio 1789" in fronte gerant, audientiae illo die habitae acta non sunt, sed memoria quaedam (ab ipso cardinali praefecto Leonardo Antonelli scripta) tam eorum, quae in audientia illa gesta sunt, quam eorum, quae idem cardinalis praefectus post audientiam illam egit.[301])

Etiam in audientiarum actis, id quod in „Actis S. C." (v. supra, pag. XL et annot. 101) iam animadvertimus, et quidem tam in summariis quam in rescriptis pronomen primae personae singularis et verborum primae personae occurrunt, quae ad illum, qui audientiam cum S^mo^ habuit, sive S. Cong^nis^ de P. F. secretarius sive cardinalis praefectus fuit, se referunt.[302]) Summus pontifex in summariis verbis: „V. S^tas^" „Beat^o^ Vestra", „S^tà^ Vostra", in audientiarum rescriptis verbis: „S^mus^", „S^mus^ D. N.", „S^tas^ Sua" appellatur.[303])

[301]) Quae memoria ita scripta est: „Dall' udienza di N. S^re^ del dì 23 Luglio 1789. — La S^tà^ Sua lesse in mia presenza la memoria quì annessa che gli aveva fatta ricapitare in sue proprie mani il s^r^ abbate Ciofani, residente di M^tà^ Prussiana, e lesse pure ad uno ad uno tutti i memoriali inclusi nella medesima. Si compiacque di approvare i rescritti da me fatti li 2 Aprile scorso ai due memoriali che non si sono voluti eseguire dal vicario apostolico di Breslavia, e si rammentò dell' ordine che me ne aveva dato egli medesimo . . . Osservò ancora, che in tutti questi memoriali non si adducevano ragioni gravi per conceder una dispensa più ampla, ma le solite generali . . . . Aggiunse S. S^tà^, che non si trattava della necessità di un ordinazione anticipata per scarsezza de' sacerdoti . . . . Quindi ricusò di fare la grazia e di dare dispense sì ample . . . . , ma per stabilire una regola . . . . mi ordinò, che in avvenire per queste dispense d' età che si domandano dal vicario apostolico di Breslavia, stendessi pure la grazia fino ai 15 mesi . . . . e che facessi sapere questa sua pontificia condiscendenza al sopradetto abbate Ciofani . . . . Mandai a chiamare l' abbate Ciofani e gli communicai la mente e gli ordini datimi da S. S^tà^ e gli dissi . . . . Non volle il predetto s^r^ abbate accettar l' offerta, ma si riserbò di scriverne al suo principale e di darmene poi in appresso la risposta."

[302]) V. supra in annot. 292, 294, 295, 301, infra in annot. 312. — Hoc loco tamen libelli supplices, epistolae, praecepta a summo pontifice motu proprio data (v. supra in annot. 298), codicilli a summis pontificibus scripti (v. supra in annot. 285) — ad summam omnia, quae vera et propria audientiarum acta non sunt — excipiuntur.

[303]) V. supra in annot. 284, 300. — Actorum audientiae die 16. Julii 1775 habitae rescriptum verbis: „S^mus^ D. N. Pius divina providentia papa VI. benigue indulsit ∝" („Udi-

Longe maximam eorum, quae in „Audientiarum S^mi^“ tomis continentur, partem libelli supplices (quos italice ‚memoriali‘ vocabant) efficiunt, qui inde a secundo huiusce partis volumine (v. supra, pag. CV) actorum singularum audientiarum summarii (v. supra, pag. CIV—CV) locum occupant.

Libelli supplices saepissime allocutione aut „Beat^me^ Pater“, „Beat^mo^ Padre“, „S^me^ Pater“, „S^mo^ Padre“ aut „Rev^mi^ et Em^mi^ domini“, „Em^mi^ e Rev^mi^ s^ri^“, „Em^me^ ac Rev^me^ domine . . . .“ incipiunt, sed nonnunquam omni allocutione carent;[304]) interdum ad allocutionem intitulatio aut aliquid aliud accedit, alias intitulatio sola eo loco reperitur.[305]) Ipsi libelli supplices huius generis (qui, dico, a rogantibus ipsis vel ab eorum procuratoribus dabantur) saepissime in tertia verbi persona breviter strictimque perscribebantur, supplicantis (‚oratoris‘) nomine vel verbis: „Ad S^tis^ Vestrae pedes provolutus devotissimus orator x“ similibusve persaepe incipiebant, formulis (ex. gr.: „Quam gratiam Deus O[ptimus] M[aximus] etc.“, „Quam gratiam Deus etc.“, „Quas gratias Deus etc.“, „Quam gratiam etc.“, „Quam Deus etc.“, „Erit pro hac gratia etc.“, „Pro gratia Deus

enze di N. S^re^ del 1775 e 1776. Num. 14“ fol. 70 [octies] b), audientiae die 18. Martii 1759 rescriptum verbis: „S^tas^ Sua benigue annuens, sententiam S. Congnis . . . . approbavit x“ („Udienze di N. S^re^ dall' anno 1755 a tutto il 1759. Num. 8“ fol. 196 b) incipit.

[304]) Libellus ex. gr. a Fr. Aloisio Pragensi Capucino, quem supra in annot. 292 tetigimus, datus, allocutionem „Beat^me^ Pater,“ supplex libellus Fr. Bernardi Wolfachensis, cuius mentio ibidem facta est, allocutionem „Beat^mo^ Padre“ habet. Libellus parochialis ecclesiae Graeciensis (bohem. Hradecensis) in Silesia et Kovelensis in dioecesi Luceoriensi allocutione „S^me^ Pater“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1772. Num. 12“ fol. 90), alius a Friderica baronissa de Plotho ad summum pontificem datus verbis „S^mo^ Padre“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1781. Num. 19“ fol. 127) incipit. Supplex libellus Mauritii G. comitis de Manderscheid archiepiscopi Pragensis nomine anno 1762 datus allocutionem „Em^mi^ e Rev^mi^ signori“ („Udienze di N. S^re^ dall' anno 1760 a tutto il 1764. Num. 9“ fol. 135), alius Caroli liberi baronis Tauber, vicarii generalis capitularis Brunensis, nomine a. 1786 porrectus allocutionem: „Rev^mi^ et Em^mi^ domini“ habet („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1786. Num. 24“ fol. 462) etc. — Omnino allocutione carent libelli supplices, qui ex gr. in voluminibus „Udienze di N. S^re^ dall' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4“ fol. 87 (v. supra in annot. 299), 105, 170, „Udienze di N. S^re^ x. Num. 8“ fol. 165, „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1772. Num. 12“ fol. 94 etc. leguntur.

[305]) Intitulatione et allocutione ex. gr. audientiae die 25. Augusti 1701 peractae (v supra in annot. 299) aliusque die 18. Martii 1759 habitae („Boemia. — Beat^mo^ Padre x“) acta incipiunt. — In libellis supplicibus ab Antonio Scholtz et Michaele Buchmann, diaconis Vratislaviensis dioeceseos, ad summum pontificem „pro dispensatione 17 mensium super defectu aetatis ad . . . . presbyteratus ordinem suscipiendum requisitae“ datis secundum allocutionem „Beat^me^ Pater“ verba „Menses 17“ (libellorum concisa quaedam summa) leguntur („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1787. Num. 25“ fol. 594, 595). — Sola intitulatione praeter exemplum iam in annot. 292 et 298 allatum ex. gr. libellus supplex, qui in volumine „Udienze di N. S^re^ x. Num. 9“ (fol. 134) reperitur: „Boemia. — Nella lettera scritta da Monsr arcivescovo di Praga x,“ incipit.

etc.“, „Et pro gratia etc.“, „Pro qua gratia etc.“, „De gratia etc.“, „Cuius Deus etc.“, „Et Deus etc.“, „Qui etc.“, „Quod Deus etc.“, „Quod etc.“, „Quare etc.“, „Che della grazia etc., quam Deus etc.“, „Che della grazia etc.“, „Che della grazia“, „Che etc.“, „E della grazia etc.“) semper fere finem capiebant; in calce iis neque dies ascribi nec rogantis nomen subscribi — nisi rarissime — solebat.[306])

Singuli libelli supplices etiam originales, qui in „Audientiarum S^mi^“ voluminibus reperiuntur, aut a singulis aut a pluribus supplican-

[306]) Supplicis libelli exemplum hoc est: „Beat^me^ Pater. — Josephus de Hohenlohe, modernus princeps episcopus Wratislaviensis sub ditione Borussica, orator humillimus S^tis^ Vestrae, flagitat concessionem facultatum extraordinariarum cum respectiva ampliatione per organum Congnis S. Officii modo et forma, quibus facultates praedictae extraordinariae fuerunt vicario apostolico praedecessori concessae. Quare etc.“ („Udienze di N. S^re^ del 1795. Num. 33“ fol. 444). Alius libellus supplex sic incipit: „Beat^me^ Pater. — Ad S^tis^ Vestrae pedes provolutus devotissimus orator Franciscus König, subdiaconus dioecesis Wratislaviensis in dominio Borussico, fervore devotionis et zelo animarum accensus . . . . sacerdotali charactere cupit insigniri x“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1787. Num. 25“ fol. 91). Qui libellus uterque in tertia verbi persona scriptus est; prima verbi persona ille, quem praedecessorem suum Josephus de Hohenlohe episcopus Wratislaviensis commemoravit, in suo libello supplici usus est; qui libellus in volumine „Udienze di N. S^re^ del 1792. Num. 30“ fol. 120 legitur et sic incipit: „Beat^me^ Pater. — Ad pedes S^tis^ Vestrae humillime provolutus expono, quod facultas dispensandi x.“ Eidem supplici libello, qui verbis: „Pro qua gratia profundissimo pedum osculo emorior“ finem sumit, ‚orator‘ praeterea diem („Vratislaviae die 30. Januarii 1792“) ascripsit et nomen („S^tis^ Vestrae devotissimus et humillimus in Christo filius [m. pr.:] Antonius episcopus Paphensis et vicarius apostolicus Wratislaviensis“) subscripsit. Tam primam quam, tertiam verbi personam alius ‚orator‘ in libello supplici adhibuit, cui etiam diem (eumque loco insolito) ascripsit, nomen subscripsit; qui libellus ita scriptus est: „S^me^ Pater. — Tropplovicii in Silesia Superiori ditionis regioborussicae anno 1784 die prima Martii. Joannes Staniek, presbyter ecclesiasticus archidioecesis Olomucensis, decanus foraneus et parochus ibidem, humillime supplicat pro dispensatione in annis physicis in ordine ad presbyteratum pro certo clerico ecclesiastico eiusdem archidioecesis et quidem ad 18 menses. — Requisivit me Ignatius Koske, minorista ecclesiasticus ex districtu meo decanali Leobschicio oriundus, ut pro illo quoad annos physicos ad presbyteratum necessarios pro dispensatione apud S^tem^ Vestram intercedam. Cuius petitioni annuens, ... S^ti^ Vestrae pro gratiosissima dispensatione praefati clerici ad 18 menses . . . . humillime supplico. Qui una cum illo ad pedes S^tis^ Vestrae me prosternens et benedictionem apostolicam humillime exorans emorior S^tis^ Vestrae humillimus filius Joannes Staniek“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1784. Num. 22“ fol. 107—107b). Libello supplici, quem „Franciscus Josephus Oesterreicher, sacerdos secularis et missionarius archidioeceseos Pragensis quoad pravitatem haereticam in districtu Beraunensi et Bechinensi constitutus,“ (quibus verbis libellus incipit) ad Pium VI. dedit, solus dies („Beraunae die 21. Augusti a. Christi 1776“) ascriptus est („Udienze di N. S^re^ del 1775 e 1776. Num. 14“ fol 305). Alii libello supplici, qui ad audientiam die 22. Martii 1773 habitam pertinet atque verbis „Episcopus Wratislaviensis Philippus Gotthardus princeps de Schaffgotsch“ incipit, idem episcopus nomen subscripsit, diem vero non ascripsit („Udienze di N. S^re^ del 1773 e 1774. Num. 13“ fol. 62 b). Idem libellus nullam formulam in fine habet, sed verbis: „ . . . . iterato humillimus fit orator“ finem capit. Sine ulla formula in fine sunt etiam libellus Mauritii de Strachwitz, episcopi Tiberiadis et vicarii apostolici Vratislaviensis („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1779. Num. 17“ fol. 117), alius eiusdem episcopi (ibidem fol. 116), alius ab eius successore Antonio de Rothkirch et Panthen, electo episcopo Paphensi, anno 1781 porrectus („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1781. Num. 19“ fol. 93) et nonnulli alii.

tibus dati sunt, aut singulas, aut plures eorum preces comprehendunt.[307]) Ad plures personas pluresque gratias impetrandas praesertim ii libelli supplices pertinent, qui in S. Cong^nis de P. F. secretaria aut conficiebantur aut accommodabantur ita, ut aut unius rogantis supplici libello aliorum supplicantium nomina ascriberentur, aut duorum pluriumve libellorum, etiamsi varias preces continerent, vel a diversis personis porrigerentur, sententia in unius libelli formam redigeretur.[308]) Aliquando, quia fortasse sententiae in secretaria scriptae longiores visae sunt, singulis huiusmodi libelli partibus in margine (ubi interdum — aeque ac in „Actis S. C." — ‚intitulationes' reperiuntur) breves earum summae additae sunt.[309]) Aliis supplicibus libellis originalibus, praecipue iis, qui a clericis sacerdotio initiari cupientibus ob aetatis legitimae defectum ad summum pontificem

[307]) Supplex Fr. Aloisii Pragensis Capucini libellus, cuius mentio iam in annot. 292 et 304 facta est, nil aliud ac peccatorum confessiones in itinere excipiendas, P. Joannis Venceslai Svoboda, secularis dioeceseos Pragensis sacerdotis, libellus „altare privilegiatum personale," „facultatem elargiendi indulgentiam plenariam in articulo mortis pro se" et aliis „ac denique facultatem benedicendi numismata sacra cum applicatione indulgentiae plenariae in articulo mortis" („Udienze di N. S^re dell' anno 1772. Num. 12" fol. 102) spectat. In volumine „Udienze di N. S^re dell' anno 1779. Num. 17" (fol. 82) libellus legitur, quo Fr. Epimacus Auspicensis et Fr. Andreas Brunersdorfensis, Capucini provinciae Bohemicae, missionarii in Moscoviam destinati, „pro facultate benedicendi cruces seu sacra numismata cum applicatione indulgentiae plenariae totidemque coronas precatorias cum applicatione indulgentiarum divae Brigitae nuncupatarum" Pio VI. supplicarunt.

[308]) Ad primum huiusmodi libellorum in S. Congnis de P. F. accommodatorum genus Fr. Bernardi Wolfachensis libellus supplex pertinet, cuius mentionem supra in annot. 292 iniecimus. Ad alterum genus eorundem libellus sequens, quem iam in annot. 304 tetigimus, pertinet: „S^me Pater. — Ecclesia parochialis in oppido Grecz tituli sanctorum Petri et Pauli humillime supplicat S^ti Vestrae tempore expositionis sanctissimi sacramenti indulgentias plenarias pro omnibus festis beatissimae Virginis Mariae dioecesis Olomucensis. Ecclesia parochialis Kovelensis tituli sanctae Annae e t i a m supplicat S^ti Vestrae tempore expositionis sanctissimi sacramenti indulgentias plenarias pro omnibus festis beatissimae Virginis Mariae Luceoriae dioecesis" („Udienze di N. S^re dell' anno 1772. Num. 12" fol. 90).

[309]) In volumine „Udienze di N. S^re dell' anno 1710 a tt^o il 1740. Num. 4" (fol. 192—192b) tertia libelli in S. Congnis de P. F. secretaria accommodati pars his verbis scripta legitur: „3°. Si supplica p a r i m e n t i V. Beat^ne di dispensare il chierico Giuseppe Aberlè di Ohlavia nella Silesia dal giuramento da esso fatto come alunno del collegio Urbano di non farsi religioso, ad effetto, che possa entrare nella religione de' Cisterciensi o in altra di quelle parti, atteso, che nello stato monastico potrà essere impiegato alla cura delle anime, là dove permanendo nello stato di ecclesiastico secolare, non avrebbe modo di eseguire in questa parte i suoi doveri, essendo . . . . ," in eius vero margine (fol. 192) haec brevis summa ascripta est: „Si supplica per la dispensa a favore del chierico Giuseppe Aberlè di Olavia, già alunno del collegio Urbano, perchè possi entrare nell' ordine Cisterciense, firmo tamen remanente iuramento exercendi missiones." — ‚Intitulatio' ex. gr.: „Germania" in margine libelli archiepiscopi Pragensis nomine summo pontifici porrecti, de quo in audientia die 12. Februarii 1703 peracta (v. infra in annot. 318) decretum est, legitur („Udienze ∝. Num. 8" fol. 229), alia: „Il s^re cardinal segretario di stato" in margine summarii audientiae die 6. Septembris 1740 habitae („Udienze ∝. Num. 4" fol. 205), quam saepius tetigimus (v. supra in annot. 18 pag. XI, 284, 298), invenitur.

mittebantur, ordinariorum, aliis parochorum, decanorum aliorumve literae testimoniales vel commendatitiae in calce aut a tergo addebantur.[310]) Plurimis — non tamen omnibus — libellis supplicibus seculo XVIII. exeunte scriptis et Borussicam Silesiae partem spectantibus rerum regis Borussici procurator aut in calce aut a tergo nomen subscribebat.[311])

Supplicibus libellis tam originalibus, quorum pars latine, alii italice scripti sunt, quam in S. Cong^nis de P. F. secretaria confectis vel accommodatis, qui fere omnes lingua vulgari perscribebantur, audientiarum, in quibus summus pontifex de precibus decrevit, acta (rescripta) semper fere latine scripta loco vario adiungebantur: nunc in libellorum (summariorum) fronte, nunc in margine, alias in eorum calce, alias a tergo, interdum vero nullo loco.[312]) Ipsa autem

[310]) Supplici Joannis Winarski, Vratislaviensis dioeceseos subdiaconi, libello literae testimoniales, quas Antonius de Rothkirch et Panthen, episcopus Paphensis, „per dioecesim Vratislaviensem vicarius apostolicus," Vratislaviae die 31. Maii 1785 dedit, in calce additae sunt („Udienze di N. S^re 1785 Num. 23" fol. 257). A tergo libelli supplicis, quem „Federiga figlia del barone de Plotho" anno 1781 ad Pium VI. dedit (v. supra in annot. 304), hoc testimonium ascriptum legitur: „Testor de oratricis perillustris honestate ac deplorabili paupertate cum 2 filiis, quae merito digna est omni pietate et miseratione. Petrus Ignatius Balducci parochus sanctae Praxedis" („Udienze di N. S^re dell'anno 1781. Num. 19" fol. 127). — V. etiam libellum a P. Joanne Staněk Tropplovicio die 1. Martii 1784 Romam missum, quem superius in annot. 306 attulimus

[311]) A t e r g o libelli supplicis a P. Joanne Staněk, quem modo (v. annot. 310) commemoravimus, ad Pium VI. missi tantum „Ciofani", illius procuratoris cognomen, subscriptum legitur („Udienze di N. S^re dell' anno 1784. Num. 22" fol. 108b). Idem cognomen i n c a l c e libelli ab Antonio de Rothkirch et Panthen, episcopi Paphensis et dioeceseos Vratislaviensis vicarii apostolici, ad eundem pontificem eodem anno dati reperitur (ibid. fol. 247). In calce libelli supplicis a Joanne Winarski ad eundem summum pontificem dati (v. supra in annot. 310) verba: „Ciofani ag[ente] regio di Prussia" („Udienze di N. S^re 1785. Num. 23" fol. 257), in calce libelli ad Carolum Gremm, clericum Vratislaviensis dioeceseos, pertinentis verba: „L' agente di Prussia" („Udienze di N. S^re dell' anno 1786. Num. 24" fol. 182), in calce supplicis libelli ab Antonio Koske, diacono dioeceseos Vratislaviensis, ad summum pontificem missi verba: „Ciofani residente di Prussia" („Udienze di N. S^re dell' anno 1787. Num. 25" fol. 189), in calce libelli a Carolo Kypper, eiusdem dioeceseos subdiaconi, dati verba: „Il residente di Prussia" (ibid. fol. 318), i n m a r g i n e libelli supplicis Antonii episcopi Paphensis nomine summo pontifici anno 1791 porrecti verba: „Ciofani Borussiae residens" („Udienze di N. S^re del 1791. Num. 29" fol. 214) leguntur.

[312]) Rescriptum libelli supplicis ab episcopi Vratislaviensis rerum procuratore S. Cong^ni de P. F. porrecti non latine, sed l i n g u a v u l g a r i his verbis scriptum est: „Nell' udienza 25 Novembre 1781. Il Santo Padre sull' esposto mi rispose, che l' oratore deve sapere i canoni, deve sapere cio che può e non può fare, e finalmente, che la facoltà che tiene di dispensare, non l' obliga a dispensare. Stefano Borgia secretario" et a libelli t e r g o legitur („Udienze di N. S^re ∝. Num. 19" fol. 169 [decies] b).—In libelli supplicis f r o n t e audientiae rescriptum in volumine „Udienze di N. S^re ∝. Num. 5" fol. 98 reperitur: „Lusazia. — Ex audientia S^mi habita die 28. Julii 1746 [v. supra in annot. 298]. S^mus annuit pro prorogatione facultatum ad aliud biennium cum clausulis, conditionibus et decretis in prima concessione expressis. — V. cardinalis Petra praefectus." Quod rescriptum libelli supplicis summarium verbis: „Nel mese di Agosto dell' anno 1744 essendosi riferita ∝" incipiens consequitur. — Supplici libello

audientiarum rescripta modo paucis modo pluribus verbis concepta, sicut iam in „Actorum S. Cong^nis^“ voluminibus animadvertimus (v. supra, pag. L et annot. 131), plerumque ex inscriptione, quae saepissime verba „Ex (in) audientia S^mi^“ cum die, mense, anno, quo audientia peracta est, continet, e summi pontificis dicto et ex eius, qui audientiam habuit, nomine subscripto constant.[313]) Rescripti inscriptio nunc ordinem, quem modo diximus, interdum invertit ita, ut non verbis „Ex (in) audientia“ vel „Ex audientia S^mi^“ vel „Ex audientia S^mi^ habita“, sed die, mense annoque incipiat, nunc verba „Ex audientia ∝“ plane omittit, interdum a rescripto separata in libelli (summarii) fronte invenitur, aliquando etiam aliquid aliud (ex. gr. eius, qui audientiam habuit, nomen) affert.[314]) Summi pontificis

decani collegiatae ecclesiae sancti Petri Budissinensis in audientia S^mi^ die 30. Novembris 1741 habita (v. supra in annot. 298) recitato rescriptum: „Annuit“ in margine adiunctum est („Udienze ∝. Num. 5“ fol. 17). In summarii, cuius mentionem supra in annot. 283 fecimus, margine audientiae rescriptum pluribus verbis, et quidem his: „In audientia 3. Septembris 1697 S^mus^ omnia et infrascripta decreta per me [v. supra, pag. CVII] sibi relata laudavit et approbavit. C. A. Fabronus secretarius“ ascriptum est („Udienze di N. S^re^ ∝. Num 3“ fol. 91). — Communi P. Petri Briezio [recte: P. Brictii Polnensis !], Cappucinorum missionariorum in Moscovia praefecti, et P. Michaelis Mircovich, missionarii Nicopoliensis, libello supplici audientiae rescriptum: „Ex audientia S^mi^ 31. Maii 1772. S^mus^ annuit S. Borgia secretarius“ in calce additum est („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 12“ fol. 94). Eodem loco audientiae die 14. Aprilis 1711 habitae rescriptum, quod superius in annot. 284 attulimus, suo summario adiunctum est. — Supplex archiepiscopi Pragensis libellus, qui in volumine „Udienze di N. S^re^ dall' anno 1755 a tutto il 1759. Num. 8“ fol. 196 et 199 [quinquies] legitur, audientiae die 18. Martii 1759 peractae rescriptum a tergo (fol. 199 [quinquies] b) habet. — Libellus in S Cong^nis^ de P. F. secretaria scriptus, ad Alexandrinum patriarcham Coptitarum et Fr. Jacobum Cremsiriensem, ordinis Minorum de observantia sancti Francisci missionarium, pertinens, qui in volumine „Udienze ∝. Num. 4“ fol. 170 reperitur, rescripto caret; a tergo eius praeter intitulationem tantum dies „5 Febr. 1737“ ascriptus est. A tergo libelli nomine [Mathiae Francisci comitis Chorinský] episcopi Brunensis summo pontifici porrecti Stephanus Borgia secretarius haec verba apposuit: „Riferitasi la presente istanza nell' udienza de 2 Febbraio 1783 („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 21“ fol. 67 b).

[313]) V. ex. gr. supra in annot. 312 rescriptum audientiae die 3. Septembris 1697 peractae.

[314]) Summario, quod in volumine „Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 4“ fol. 87 legitur, quodque superius in annot. 299 et 304 iam tetigimus, rescriptum in margine folii 87 his verbis ascriptum est: „Die 24. Aprilis 1732. Ex audientia S^mi^. S^mus^ ∝.“ Rescriptum libelli Joannis Josephi Schüller de Ehrental, episcopi Danabensis decanique Budissinensis; nomine S. Cong^ni^ de P. F. dati similiter verbis: „Die 17. Augusti 1783. Ex audientia S^mi^“ inscriptum est („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 21“ fol. 328 b). — Libelli a Fr. Pacifico „a Gaja“, Capucinorum in regno Poloniae ministro provinciali, ad Leonardum Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. cardinalem praefectum, dati rescriptum verbis: „Die 18. Maii 1782. Pro gratia, ut ∝“ incipit („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1782. Num. 20“ fol. 157 b). — Summarii, quod verbis „Ex audientia S^mi^ die 6. Septembris 1740“ inscriptum esse superius (v. annot. 298) diximus, rescriptum, quod in summarii margine (fol. 205) a sua inscriptione separatum legitur, ita scriptum est: „Annuit in omnibus“. Eodem modo rescriptum („Annuit“) audientiae die 30. Novembris 1741 habitae scriptum est (v. supra in annot. 298 et 312). — Libelli a Fr. Aloisio Pragensi ad summum pontificem dati, cuius mentionem saepius (v. supra in annot. 292, 304

dictum, rescripti praecipua pars, persaepe verbo „S^mus^“ incipiens, tum unico, tum pluribus, imo tam multis verbis scribebatur, ut decreti in forma signandi similitudinem speciemque gereret; nonnunquam etiam plus quam libellus ipse continet.[315]) Nomen rescripto aut cardinalis praefectus aut (et quidem saepius) S. Cong^nis^ de P. F.

307) fecimus, rescriptum his verbis incipit: „Ex audientia S^mi^ D. N., domini Clementis papae XIII. habita per me infrascriptum S. Cong^nis^ de P. F. secretarium [Marium Marefoschi, qui rescripto nomen subscripsit], die 18. Augusti 1765“ („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 10“ fol. 75 [bis] b). Iisdem verbis — praeterquam quod loco: „18. Augusti 1765“ dies „23. Februarii 1766“ positus est — rescriptum, quod ad Fr. Antonii Litomericensis, Capucini, missionarii in Moscoviam destinati, libellum pertinet, inscribitur („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 10“ fol. 101 [bis] b), hoc loco autem idem S. Cong^nis^ de P. F. secretarius nomen subscribere oblitus est (v. infra in annot. 316).

[315]) Verbo „S^mus^“ ex. gr. in audientiae die 28. Julii 1746 habitae rescripto, quod in annot. 312 attulimus, summi pontificis dictum incipit, eo autem verbo caret in rescriptis audientiarum die 18. Maii 1782, 6. Septembris 1740, 30. Novembris 1741 (ubi ex uno solo verbo constat) supra in annot. 314 allatis. In pluribus rescriptis summi pontificis dictum duo verba: „S^mus^ annuit“ continet (v. ex. gr. „Udienze di N. S^re^ 1785. Num. 23“ fol. 6 b, 8 b, 10 b, 394 b). Pluribus verbis dictum summi pontificis ex. gr. in rescriptis audientiarum die 28. Julii 1746 (v. supra in annot. 312) et 3. Septembris 1697 (v. ibidem) habitarum traditur. Ad decreti in forma signandi similitudinem summi pontificis dictum in rescripto v. gr. audientiae die 31. Decembris 1786 peractae accedit, quod ita scriptum est: „S^mus^ benigne remisit preces arbitrio et conscientiae R. P. D. vicarii apostolici Vratislaviensis cum facultate dispensandi oratorem super defectu aetatis 18 mensium tantum absque spe ulterioris dispensationis, ut, eo non obstante, ad sacrum presbyteratus ordinem promoveri valeat, dummodo in reliquis idoneus sit, et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum. Datum etc.“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1786. Num. 24“ fol. 488 b). Decreto in forma signandi etiam similius est sequens summi pontificis dictum, quod cum sua (longiore) inscriptione ita scriptum est: „Ex audientia S^mi^ D. N. Pii, divina providentia papae VI., habita per me infrascriptum S. Cong^nis^ de P. F. secretarium die 1. Junii 1777. S^mus^ benigne annuit pro gratia, contrariis non obstantibus. Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Cong^nis^ die 7. Junii 1777“ („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1777. Num. 15“ fol. 106; v. autem infra annot. 338). — Summi pontificis dictum ad libellum Fr. Antonii Litomericensis (v. supra in annot. 314) pertinens hoc est: „S^mus^ benigne concessit oratori indulgentiam plenariam, lucrandam in articulo mortis, necnon infrascriptas facultates: 1. benedicendi et applicandi indulgentias plenarias in articulo mortis mille coronis precatoriis seu sacris numismatibus et totidem aliis indulgentiam vulgo s. Brigittae; 2. excipiendi per iter tum in accessu tum in recessu a missione confessiones suorum Fratrum; 3 altaris privilegiati personalis pro tribus vicibus in hebdomada. Simile al P. Celso Rakonicense ed al P. Cuniberto Razborzicense [Pazborztense'!] Cappuccini destinati per la missione di Moscovia“ („Udienze di N. S^re^ ∝. Num. 10“ fol. 101 [bis] b); quia autem neque Fr. Antonii libellus ullam Fr. Celsi et Fr. Cuniberti mentionem iniicit, neque huius utriusque Fratris alius libellus easdem gratias spectans in volumine, quod diximus, invenitur, summi pontificis dictum, quod attulimus, plus, quam libellus ipse comprehendit, continere manifestum est. — Fr. Fidelis „da Rivalta, sacerdote Capuccino destinato dalla S. Cong^ne^ di Propaganda missionario nella Giorgia,“ et Fr. Alexius „da Reichemberg“ Capucinus suo quisque libello Clementi XIV. supplicarunt, ut iis potestatem faceret in itinere confessiones catholicorum, ubi sacerdotes non essent, excipiendi („Udienze di N. S^re^ dell' anno 1772. Num. 12“ fol. 134 et 135); ad quos libellos hoc summi pontificis dictum in rescripto audientiae die 2. Augusti 1772 habitae pertinet: „S^mus^ benigne concessit oratori facultatem excipiendi per iter, quo ad Georgiae provinciae missiones perget, vel quo ab eis in regularem provinciam revertetur, confessiones tum in mari, tum in locis, in quibus non aderunt episcopi, vicarii apostolici vel praefecti mis-

secretarius subscribebant, interdum autem nomen subscriptum deest.[316]) At non semper audientiae rescriptum nomine subscripto finem sumit, aliquando enim nomen subscriptum verba, quae ad rescriptum necessario pertinent, consequuntur.[317]) Nonnulla rescripta idem, qui audientiam habuerat, manu sua scripsit, nonnullis saltem aliquid addidit.[318])

Aliquando loco rescripti, interdum loco summarii audientiae decretum in forma signandi reperimus. S. Cong° de P. F. enim non solum congregationum tam generalium quam particularium, sed etiam audientiarum decreta in forma signandi (authentica) emittebat, quae — raro quidem — etiam in „Audientiarum Smi“ voluminibus inveniuntur. Illa audientiarum decreta in forma signandi

sionum, aut ipsi ultra duas dietas distabunt, regnis tamen et provinciis catholicis omnino exceptis. Datum Romae ex aedibus dictae S. Congnis die et anno, quibus supra. — Stephanus Borgia secretarius. — Similis pro P. Alexio a Reichemberg, ordinis Cappucinorum missionario Georgiae. – Iisdem concessum fuit altare privilegiatum personale pro tribus feriis in hebdomada, necnon facultatem [!] benedicendi 3000 coronas [!] precatorias cum indulgentiis lucrandis iuxta folium typis editum“ (ibid. fol. 134–134 b); altaris vero privilegiati atque coronarum benedicendarum neuter libellus mentionem iniicit, quapropter etiam hoc summi pontificis dictum plus quam libelli ipsi continet.

[316]) Leonardus cardinalis Antonelli praefectus rescriptis ex. gr. audientiae die 2. Aprilis 1789 habitae („Udienze di N. Sre del 1789. Num. 27“ fol. 98 b, 104 b) nomen subscripsit; v. etiam supra in annot. 312 rescriptum audientiae die 28. Julii 1746 peractae. Secretarii (Stephani Borgia) nomen subscriptum in audientiae die 2. Augusti 1772 peractae rescripto legitur (v. supra in annot. 315). Rescripto, quod ad libellum Fr. Antonii Litomericensis (v. ibidem) pertinet, nullum nomen subscriptum est. V. etiam supra in annot. 314 et infra in annot. 318.

[317]) In volumine „Udienze di N. Sre ∝. Num. 13“ (fol. 262 [ter] b) ex. gr. hoc rescriptum legitur: „Ex audientia Smi die 27. Februarii 1774. Smus annuit. S. Borgia secretarius. — Form[ula] 5a m[anu] s[cripta] ad quinquennium“; in volumine „Udienze di N. Sre ∝. Num. 14“ (fol. 28 [sexies] b): „Ex audientia Smi 9. Aprilis 1775. Smus annuit. S. Borgia secretarius. — F[ormula] 3a;“ in volumine „Udienze di N. Sre ∝. Num. 19“ (fol. 117 [quater] b): „Ex audientia Smi 26. Augusti 1781. Pro viginti casibus tantum ad triennium. S. Borgia secretarius. — Il vescovo per casi 12.“

[318]) Audientiae die 12. Februarii 1703 peractae rescriptum in libelli margine („Udienze di N. Sre. Num. 3“ fol. 229) C. A. Fabroni, S. Congnis de P. F. secretarius, scripsit, nomen vero subscribere oblitus est (v. supra in annot. 316). Itidem audientiae die 13. Augusti 1786 habitae rescriptum: Ex audientia Smi 13. Augusti 1786. Arbitrio vicarii apostolici cum facultatibus necessariis et opportunis. S. Borgia secretarius“ sua manu scripsit („Udienze di N. Sre del 1786. Num. 24“ fol. 349 b). Audientiae die 2. Aprilis 1789 peractae (v. supra in annot. 316) rescripta: „Die 2. Aprilis 1789. Ex audientia Smi. Smus benigne annuit pro gratia dispensationis super defectu aetatis pro 13 mensibus tantum. L[eonardus] cardinalis Antonellus“ praefectus sua manu scripsit („Udienze di N. Sre ∝. Num. 27“ fol. 98 b, 104 b). Audientiae die 11. Januarii 1778 habitae rescripto: „Ex audientia Smi 11. Januarii 1778. Smus annuit pro confirmatione“ verba „pro duodecim tantum“ (quae consequuntur) „S. Borgia secretarius“ ascripsit („Udienze di N. Sre ∝. Num. 16“ fol. 6 [sexies] b). Audientiae rescripto, quod sequitur: „Die 11. Julii 1784. Ex audientia Smi. Smus annuit pro 20 casibus tantum“, idem „S. Borgia secretarius“ sua manu verba „ad triennium“ addidit („Udienze di N. Sre dell' anno 1784. Num. 22“ fol. 251 b).

scripta, quae summariorum (libellorum) locum obtinent, sunt exempla eorum, quae a rogantibus ad summum pontificem vel ad S. Congnem de P. F. missa Romam reverterunt et in eiusdem S. Congnis archivio remanserunt;[319]) quae autem a tergo vel in calce libellorum supplicum in „Audientiarum Smi“ tomis leguntur, decretorum authenticorum commentarii (quos et conceptus vocant) ducendi sunt;[320]) praeterea, si qualicumque de causa decreti in forma signandi exemplar quoddam in S. Congnis de P. F. secretaria remansit, fiebat, ut „Audientiarum Smi“ tomo eiusdem temporis adderetur.[321])

Modus, quo audientiarum Smi decreta in forma signandi perscribebantur, ab eo, quo congregationum generalium particulariumve decreta scripta esse superius (pag. LVII—LX) diximus, non multum abhorret; audientiarum enim decreta inscriptione ei, quam in audientiarum rescriptis cognovimus (v. supra, pag. CXII et annot. 314), simili incipiunt;[322]) in expositionis fronte semper fere verbum „Smus“

[319]) Eius generis exemplum in audientiae Smi die 12. Decembris 1784 habitae actis reperimus, quorum summarium, quod in volumine „Udienze di N. Sre dell' anno 1781. Num. 22“ (fol. 464) legitur, nil aliud est ac audientiae die 12. Januarii 1777 peractae decretum in forma signandi, a cuius tergo (fol. 464 b) audientiae novae rescriptum: „Ex audientia Smi 12. Decembris 1784. Confirmatur in perpetuum, ut in peculiari rescripto separatim expedito“ sequitur.

[320]) Eius generis decretum in forma signandi est, quod a tergo libelli supplicis a Mauritio de Strachwitz, apostolico dioeceseos Vratislaviensis vicario, ad summum pontificem Pium VI. dati et ad eum in audientia die 12. Septembris 1779 peracta relati scriptum est („Udienze di N. Sre dell' anno 1779. Num. 17“ fol. 117 [bis] b). Aliud decreti in forma signandi exemplar, quod in calce libelli supplicis nomine eiusdem vicarii apostolici ad eundem pontificem Pium VI. dati legitur et ad audientiam die 1. Septembris 1776 habitam pertinet, decreti authentici non commentarius, sed exemplum foris Romam missum est. — De audientiarum rescriptis, quae decretis in forma signandi similia sunt, v. superius, pag. CXII–CXIII, annot. 315.

[321]) In volumine „Udienze di N. Sre del 1788. Num. 26“ fol. 359 [bis]–359 [bis] b decreti in forma signandi in audientia die 24. Augusti 1788 peracta facti, quo „Joanni Josepho Schüller de Ehrenthal, episcopo Danabensi, episcopatus Misnensis per utramque Lusatiam administratori, necnon collegiatae ecclesiae s. Petri Budissinae decano“ extraordinariae facultates conceduntur, exemplar legitur, cui Stephanus Borgia, S. Congnis de P. F. secretarius“ nomen sua manu subscripsit sigillumque impressit, cui vero dies hoc modo ascriptus est: „Datum Romae ex aedibus dictae S. Congnis die 3. Aprilis 1784 et anno, quibus supra“; verba quidem „3. Aprilis 1784 [!]“ inducta sunt, attamen erroris commissi causa exemplar hoc in S. Congnis de P. F. cancellaria retentum est. — Cur aliud decretum authenticum ad audientiam die 24. Augusti 1788 habitam pertinens, quo eidem episcopo Danabensi „facultates quintae formulae“ ad quinquennium conceduntur („Udienze di N. Sre nel 1794. Num. 32“ fol. 386), in S. Congnis de P. F. cancellaria remanserit, non liquet; fortasse exemplar illud originale episcopus Danabensis ipse, quinquennio elapso, Romam remisit.

[322]) Audientiae die 12. Januarii 1777 peractae decretum verbis: „Ex audientia Smi habita die 12. Januarii 1777“ inscriptum est („Udienze di N. Sre ∝. Num. 22“ fol. 464); pluribus verbis decretum, quod sequitur, incipit: „Ex audientia Smi D. N. papae Pii VI. habita per me infrascriptum S. Congnis de P. F. secretarium die prima Septembris 1776“ („Udi-

(plerumque: „S^mus D. N.“ aut cum consequente summi pontificis nomine aut sine eo) legitur, quod saepius verba: „me infrascripto referente“ sequuntur;[323]) in decreti authentici expositione tam orator, cui gratia conceditur, quam gratia ipsa diserte indicantur,[324]) qua re audientiarum decreta in forma signandi a verbosis audientiarum rescriptis (v. supra, pag. CXIII, annot. 315 et annot. 320) maxime differunt;[325]) finem vero audientiarum decreta authentica die ascripto, qui non semper ille est, quo audientia peracta est, et solo eius, qui audientiam S^mi habuit, nomine subscripto capiunt;[326]) congrega-

enze ∞. Num. 17“ fol. 117); eam autem decreti inscriptionem Mauritii de Strachwitz, episcopi Tiberiadis apostolicique Vratislaviae vicarii, supplex libellus verbis „Beat^me Pater“ inscriptus praecedit.

[323]) Decreti in audientia die 1. Septembris 1776 habita facti, quod modo attulimus, expositio verbis: „S^mus D. N., me infrascripto referente“ incipit; decretum in audientia die 12. Januarii 1777 peracta (v. supra in annot. 322) factum in fronte verba: „S^mus D. N. Pius divina providentia papa VI., me infrascripto S. Cong^nis de P. F. secretario referente“ habet. In decreti authentici in audientia die 12. Septembris 1779 peracta facti expositionis initio solum verba: „S^mus, me infrascripto referente“ („Udienze ∞. Num. 17“ fol. 117 [bis] b) leguntur.

[324]) Decretum in forma signandi ex. gr. in audientia die 12. Septembris 1779 habita factum, quod modo attigimus, his verbis scriptum est: „S^mus, me infrascripto referente. facultatem alias concessam domino episcopo Tiberiadis sub die 1. Septembris 1776 dispensandi in secundo consanguinitatis seu affinitatis gradu simplici ad aliud triennium benigne renovavit confirmavitque, quibuscumque in contrarium nihil obstantibus, dummodo non attingat primum“ („Udienze ∞. Num. 17“ fol. 117 [bis] b).

[325]) Audientiae die 31. Decembris 1786 habitae rescriptum, quod in annot. 315 attulimus, Antonii Eckert, subdiaconi Vratislaviensis dioecesis in ditione Borussica, oratoris nomen non exprimit, alius audientiae die 1. Junii 1777 peractae rescriptum in eadem annotatione allatum nec oratoris nomen continet nec gratiam concessam indicat. Etiam propius ad decreti authentici similitudinem rescriptum accedit, quod a tergo libelli supplicis a P. Joanne Staněk die 1. Martii 1784 ad summum pontificem missi (v. supra in annot. 306) his verbis scriptum legitur: „Die 28. Martii 1784. Ex audientia S^mi. S^mus benigne dispensavit Ignatium Koske, de quo in precibus, super defectu aetatis 18 mensium, ut, eo non obstante, ad sacrum presbyteratus ordinem promoveri valeat, dummodo alias idoneus sit, et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum. Datum“ („Udienze ∞. Num. 22“ fol. 108 b); in hoc enim libello tam eius, cui gratia conceditur, nomen, quam gratia ipsa quidem indicantur, attamen ne hoc quidem rescriptum decretum in forma signandi ducendum est, nam ei verba ‚me infrascripto referente‘ desunt et verba „de quo in precibus“, quae ad supplicem libellum praecedentem referuntur, in decreto authentico sententia carerent.

[326]) Decreto in forma signandi in audientia die 24. Augusti 1788 peracta facto (v. superius in annot. 321) dies verbis: „Datum Romae ex aedibus dictae S. Cong^nis die et anno, quibus supra“ ascriptus est, et „Stephanus Borgia, S. Cong^nis de P. F. secretarius“ sua manu nomen subscripsit sigillumque impressit („Udienze ∞. Num. 32“ fol. 386). Quomodo alii decreto in forma signandi in audientia eodem die habita facto dies ascriptus sit, supra in annot. 321 ostensum est. Decretum in forma signandi in audientia die 1. Septembris 1776 habita factum (v. supra in annot. 320, 322, 323) his verbis finem sumit: „Datum ex aedibus dictae S. Cong^nis die 5. mensis et anni supra dicti. Stephanus Borgia secretarius“ („Udienze ∞. Num. 17“ fol. 117). — Decreti autem in forma signandi in audientia die 12. Septembris 1779 peracta facti commentario (v. supra in annot. 320, 323, 324) in calce nullus

tionum autem tam generalium quam particularium decretis in forma signandi et cardinalem (praefectum vel alium) et S. Cong^nis de P. F. secretarium nomina subscribere solitos esse superius (pag. LX) ostendimus.

Supplicibus libellis tam originalibus quam in S. Cong^nis de P. F. cancellaria accommodatis praeter rescripta et decreta in forma signandi, imo et alius generis scriptis, quae in „Audientiarum S^mi“ tomis reperiri superius (v. pag. CI—CIV) diximus, in eadem S. Cong^nis cancellaria a tergo saepe, perinde ac in „Congregationum particularium“ serie animadvertimus (v. supra, pag. LXX—LXXII), varia ascribebantur: intitulatio (aut sola, aut solo anno, vel die, mense, anno, qui libello supplici aliisve scriptis ascripti erant, vel scriptorum huiusmodi summa vel aliis additamentis aucta),[327]) libellorum supplicum decretorumve in audientiis S^mi factorum inscriptio, quae persaepe etiam in eorum fronte vel margine (v. supra, pag. CXI et annot. 312) scripta est (eaque tum sola, tum intitulatione, tum scripti sententia aliisve aucta),[328]) scripti vel supplicis libelli brevis summa (sive sola

dies ascriptus est, quamquam etiam ei „S. Borgia secretarius“ manu sua nomen subscripsit („Udienze ∞. Num. 17“ fol. 117 [bis] b).

[327]) A tergo sententiae a Friderico Marcello cardinali Lante scriptae (v. supra in annot. 289) sola intitulatio: „Boemia. Cassa del sale“ („Udienze ∞. Num. 8“ fol. 199 [quater] b), a tergo decreti in audientia die 14. Martii 1711 habita facti (v. supra in annot. 284, 299, 312) intitulatio cum anno: „Boemia. 1711“ („Udienze ∞. Num. 4“ fol. 13 [bis] b), a tergo literarum a Mauritio Gustavo archiepiscopo Pragensi „Pragae die 14. Februarii an. 1759“ datarum intitulatio cum die, mense, anno literis ascripto et earum concisa summa: „Boemia. 14 Febbraio 1759. Arcivescovo di Praga. Vendita“ („Udienze ∞. Num. 8“ fol. 199 [bis] b), a tergo supplicis libelli metropolitanae ecclesiae Pragensis capituli gratia nomine autem Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, a. 1758 ab Alexandro cardinali Albani [S. Cong^ni de P. F.] dati intitulatio („Boemia“) cum additamento („N. S^re“) indicante negotium e summi pontificis arbitrio pendere („Udienze ∞. Num. 8“ fol. 165 [bis] b) legitur.

[328]) A tergo decreti S. Cong^nis de P. F. a summo pontifice in audientia die 24. Aprilis 1732 approbati, cuius inscriptio in eius margine reperitur (v. supra in annot. 314), inscriptio a tergo („Udienze ∞. N. 4“ fol. 87 [bis] b) repetitur: „Udienza di N. S^re 24. Aprilis 1732“ (v. supra in annot. 299). Idem de libello supplici in audientia S^mi die 5. Februarii 1733 relato, a cuius tergo (ibid. fol. 105 [bis] b) inscriptio: „Audientia S^mi. 5. Feb[ruarii] 1733“ repetitur, dictum esse puta. Rescriptum audientiae S^mi, quod in volumine „Udienze ∞. Num. 28“ fol. 44 legitur, inscriptionem („Ex audientia S^mi habita die 21. Januarii 1790“) solum a tergo (fol. 45 b) ascriptam habet. A tergo supplicis libelli in S. Cong^nis de P. F. cancellaria confecti inscriptio (quae alibi deest) et intitulatio: „Indie Orientali, Siam. 5. Febr[uarii] 1737“ („Udienze ∞. Num. 4“ fol. 170 b) reperiuntur (v. supra, annot. 304 et 312). Item a tergo alius libelli supplicis, quem superius in annot. 298, 312, 315 tetigimus, a tergo inscriptio cum intitulatione: „Lusazia. Udienza di N. S^re 28 Luglio 1746“ („Udienze ∞. Num. 5“ fol. 99 b) legitur. A tergo epistolae a Josepho cardinali Spinelli, S. Cong^nis de P. F. praefecto, die 26. Augusti 1758 ad Albericum cardinalem Archinto secretarium status datae (v. supra in annot. 289) inscriptio cum intitulatione atque epistolae summa: „Boemia. Cassa del sale. 9 Settembre 1758. Condonazione del debito dell' imperatore Leopoldo con la cassa del sale di Boemia“ („Udienze ∞. Num. 8“ fol. 179 b) ascripta est. Alio additamento inscriptio,

sive additamentis aliis aucta),[329]) alius generis annotationes, quae modum, quo negotia approbata expedienda vel expedita erant, vel tempus, quo literis rescriptum est, spectabant (eaeque aut solae aut cum additamentis aliis); [330]) sunt autem in „Audientiarum Smi“ voluminibus etiam literae allatae libellique supplices, a quorum tergo in S. Congnis de P. F. cancellaria nihil ascriptum est.[331]) — Rarius

quae a tergo libelli ad Josephum Aberle pertinentis (v. supra in annot. 309) legitur, aucta est et quidem: „Udienza con quattro sommarii. 3 Ottobre 1738“ („Udienze ∝. Num. 4“ fol. 193 [bis] b).

[329]) A tergo relationis a S. Congne de P. F. die 26. Augusti 1758 ad summum pontificem (in secretarii status cancellariam) missae (v. supra in annot. 285) eius concisa sententia: „Debito dell' imperatore Leopoldo“ („Udienze ∝. Num. 8“ fol. 179 [sexies] b) scripta est. Huc etiam verba „Propositio ecclesiae Danabensis,“ quae sola a tergo illius scripti, cuius mentio superius in annot. 291 iniecta est, reperiuntur („Udienze ∝. Num. 21“ fol. 327 b), pertinent. A tergo libelli originalis a Josepho Larisch, diacono archidioeceseos Pragensis, ad summum pontificem missi praeter rescriptum („Ex audientia Smi domini. Die 26. Augusti 1797. Smus benigne annuit. Caesar, archiepiscopus Nisibinus, secretarius“) libelli sententia cum intitulatione: „Boemia. — Un diacono della diocesi di Praga domanda la dispensa ∝“ („Udienze ∝. Num. 36“ fol. 614b) legitur.

[330]) A tergo libelli supplicis nomine P. Edmundi, abbatis monasterii Neocellensis in Lusatia, S. Congni de P. F. dati, de quo summus pontifex in audientia die 3. Decembris 1775 peracta decrevit, praeter alia haec verba ascripta sunt: „Si spedischino le solite facoltà“ („Udienze ∝. Num. 14“ fol. 111 [quater] b). — In eodem volumine fol. 342 libellus „dal S. Offizio 30 Aprile 1777“ ad Stephanum Borgia, S. Congnis de P. F. secretarium datus (v. supra in annot. 291) legitur, a cuius tergo haec scripta sunt: „Germania [intitulatio]. 1. Decembre 1776 [inscriptio]. Per udienza di N. Sre avuta da Monsr segretario di Propaganda sotto il dì 1o Decembre 1776 furono concesse le facoltà della formola 3a al sr D. Giovanni Mattia barone de Rolsberg, vicario capitolare di Olmitz. Risposto 2 Maggio 1777“ („Udienze ∝. Num. 14“ fol. 342 [bis] b). — A tergo libelli episcopi Vratislaviensis nomine dati audientiae die 10. Decembris 1780 habitae rescriptum verba: „Si spedisca la conferma sotto l' udienza de' 10 Dicembre 1780“ consequuntur („Udienze ∝. Num. 18“ fol. 222 [bis] b). — A tergo ‚memoriae‘, quam Ciofani, Borussiae regis rerum procurator, ad summum pontificem dedit (v. supra in annot. 288), praeter alia haec verba: „Vedi l' annesso foglio“ („Udienze ∝. Num. 27“ fol. 244 b) leguntur, quae lectorem ad memoriam superius in annot. 301 allatam delegant. — Literis P. Edmundi abbatis Neocellensis die 19. Julii 1790 ad S. Congnem datis (v. supra in annot. 292) praeter earum sententiam („L' abate di Neocella manda la solita relazione e supplica per la conferma delle facoltà“) et inscriptionem („Ex audientia Smi. Die 19. Augusti 1790“) haec verba a tergo sunt ascripta: „Expediatur iuxta solitum. R[isposto] Settembre 1790“ („Udienze ∝. Num. 28“ fol. 369 b). — A tergo libelli a Fr. Bonaventura „da Pofi,“ sacrarum missionum ordinis Minorum s. Francisci reformatorum procuratore, ad S. Congnem de P. F. dati praeter alia ante audientiae Smi die 13. Decembris 1795 peractae rescriptum haec verba reperiuntur: „Nel congresso de' 4 Decembre 1795. E' stato deputato prefetto dei Riformati del Cairo il P. Gaetano da Roma“ („Udienze ∝. Num. 33“ fol. 533 b). — Huc etiam pertinent verba, quae a tergo libelli ab episcopo Brunensi Mathia Fr. comite Chorinský ad summum pontificem dati Stephanus Borgia secretarius ascripsit (v. in extrema annot. 312).

[331]) Huiusmodi ex. gr. sunt: libellus in S. Congnis de P. F. scriptus („Boemia. — Havendomi il sr cardinal Pio ∝“ — v. in extrema annot. 312) et in audientia die 10. Aprilis 1682 habita, cuius rescriptum in margine legitur, relatus („Udienze ∝. Num. 2“ fol. 128); S. Congnis de P. F. decretum in audientia die 25. Augusti 1701 peracta (v. supra in annot. 299) approbatum („Audienze ∝. Num. 3“ fol. 170); audientiae die 3. Januarii 1704 habitae rescriptum (ibid. fol. 244 — v. supra in annot. 298); epistola a Josepho cardinali Spinelli,

etiam alio libellorum vel allatorum aliorumve scriptorum loco (ex. gr. in margine inferiore primae paginae) annotationes in S. Congnis de P. F. cancellaria factae inveniuntur.[332])

Supplicibus libellis originalibus ceteroquin (perinde ac multis literis), priusquam in S. Congnis de P. F. cancellariam afferebantur, aliquid etiam cum ii, a quibus scribebantur, tum ii, a quibus eidem S. Congni delegabantur, a tergo ascribebant vel ascribi iubebant. Libellorum enim eiusmodi scriptores eo loco verba, quibus eos aut summo pontifici aut S. Congni de P. F. (vel eius cardinali praefecto) inscribebant, ponebant. Modus autem, quo libelli supplices originales a tergo inscribebantur, non idem est, qui in literis inscribendis adhibebatur: nam hae libellorum inscriptiones, sive latine, sive lingua vulgari scriptae sunt, non solum eum, ad quem, sed etiam eum, a quo, vel eum, cuius gratia (pro quo) libelli dati sunt, vel utrumque indicant atque aliquando etiam verba: „humilis petitio“, „libellus supplex“ continent.[333]) Libelli supplices plerumque eidem inscribe-

S. Congnis de P. F. praefecto, ad Nicolaum Antonelli, eiusdem S. Congnis secretarium, die 26. Aprilis 1758 data („Udienze ∝. Num. 8“ fol. 166 — v. supra in annot. 289); decretum in forma signandi in audientia die 24. Augusti 1788 peracta factum (v. supra, in annot. 321); supplex libellus originalis a Carolo libero barone Tauber, Brunensis dioeceseos generali vicario capitulari, die 4. Novembris 1786 ad S. Congnem de P. F. datus („Udienze ∝. Num. 24“ fol. 462).

[332]) In volumine v. gr. „Udienze ∝. Num. 4“ in folii 13, ubi audientiae die 14. Aprilis 1711 habitae acta (v. supra in annot 284, 299, 312, 327) leguntur, margine inferiore verbum: „Registrata“ ascriptum est.

[333]) Inscriptionum eiusmodi exempla sunt haec: „Ad Smum D. N. Clementem papam XIII. pro P. Aloisio de Praga Cappucino“ („Udienze di N. Sre ∝. Num. 10“ fol. 75 [bis] b); „Smo D. N. Clementi papae XIV. pro Hermanno, moderno episcopo Regino-Hradecensi“ („Udienze ∝. Num. 13“ fol. 264 [bis] b); „Smo D. N. Pio VI. pontifici optimo maximo Romam Franciscus Jos. Oesterreicher, sacerdos et missionarius archidioeceseos Pragensis“ („Udienze ∝. Num. 14“ fol. 305 [bis] b); „Smo D. N. papae Pio VI. pro introscripto oratore missionario Capuccino [Fr. Epimaco Auspicensi]“ („Udienze ∝. Num. 17“ fol. 89 [decies] b); „Smo D. N. papae Pio VI. humilis petitio pro confirmatione privilegiorum [Joannis Josephi Schüller de Ehrenthal, episcopi Danabensis ∝]“ („Udienze ∝. Num. 26“ fol. 360 b); „Smo D. N. Pio papae VI. pro introscripto oratore [Joanne Nepomuceno Duszik ordinis s. Francisci Minorum Conventualium] poenitentiarius Hungariae ad s. Petrum“ („Udienze ∝ Num. 36“ fol. 164 b); „Alla Stà di N. Sre papa Clemente XIV per il P. Bernardo di Wolfach [v. supra in annot. 292 et 308] sacerdote de' Minori riformati“ („Udienze ∝. Num. 12“ fol. 45 [bis] b); „Alla Stà di N. Sre papa Clemente XIV. Frà Fedele da Rivalta [v. supra in annot. 315], sacerdote e missionario Capuccino“ („Udienze ∝. Num. 12“ fol. 135 [ter] b); „Alla Stà di N. Sre papa Clemente XIV. felicemente regnante per Fr. Raffaele Zerounizchi [Žerovnický] dell' ordine de' Predicatori“ („Udienze ∝. Num. 13“ fol. 156 [ter] b); „Alla Stà Sua di N. Sre papa Pio Sesto per l' entroscritti oratori“ („Udienze ∝. Num. 26“ fol. 227 b); „A. S. Stà pro memoria che si umilia dal residente di S. Mtà Prussiana“ („Udienze ∝. Num. 27“ fol. 244 b); „S. Congni de P. F. pro Mauritio, episcopo Tiberiadensi et vicario apostolico Vratislaviensi“ („Udienze ∝. Num. 12“ fol. 172 [quater] b); „S. Congni de Propaganda P. procurator generalis ordinis Cisterciensis nomine P. [Edmundi] abbatis de Nova

bantur, quem allocutio in eorum fronte posita spectabat, sed sunt etiam libelli a tergo S. Cong^ni^ de P. F. inscripti, in quorum allocutione verba: „Beat^me^ Pater“ leguntur.[334]) In harum inscriptionum calce nonnunquam etiam rogantium procuratores (‚agentes‘), qui maiorem libellorum numerum conficiebant, cognomina sua ascribebant.[335]) — A tergo nonnullorum libellorum supplicum ex iis, qui ad summum pontificem dati sunt, eiusdem iussu verba addebantur, quibus libelli eiusmodi S. Cong^ni^ de P. F. delegabantur.[336])

Cella, dicti ordinis abbatis in Lusatia Inferiore“ („Udienze ∞. Num. 14“ fol. 111 [quater] b); „Alla S. Cong^ne^ di P. F. per l'arcivescovo di Praga“ („Udienze ∞. Num. 9“ fol. 135 [bis] b); „Alla Sagra Cong^ne^ di P. F. per l'agente del vescovo e principe di Breslavia“ („Udienze ∞. Num. 19“ fol. 169 [decies] b); „Em^mo^ ac Rev^mo^ domino, domino cardinali Leonardo Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefecto vigilantissimo, pro P. Pacifico a Gaja Capuccino, ministro provinciali in regno Poloniae ac etc.“ („Udienze ∞. Num. 20“ fol. 157 b). De modo, quo literae summo pontifici vel S. Cong^ni^ de P. F. inscribi solebant, v. infra, ubi de literis S. Cong^ni^ de P. F. allatis („4. Lettere originali riferite“) tractatur.

[334]) In volumine „Udienze ∞. Num. 14“ fol. 285 libellus supplex ad audientiam S^mi^ die 1. Septembris 1776 habitam pertinens legitur, qui in fronte allocutionem: „Beat^me^ Pater“ et a tergo (fol. 285 [bis] b) inscriptionem: „S^mo^ D. N. Pio VI. pontifici optimo maximo pro Fr. Herculano a Bruna, ordinis Minorum reformatorum missionario [in Aegyptum destinato]“ habet; in eodem volumine fol. 284 alius libellus ad eandem audientiam spectans reperitur, qui itidem allocutionem: „Beat^me^ Pater“ in fronte, a tergo autem inscriptionem: „S. Cong^ni^ Propagandae Fidei pro Mauritio de Stragkwitz, episcopo Tyberiadis et vicario apostolico Vratislaviensis dioecesis,“ gerit. Eodem modo etiam Antonii de Rothkirch et Panthen, episcopi Paphensis et vicarii apostolici „civitatis et dioecesis Vratislaviensis“, qui Mauritio de Strachwitz defuncto successit, supplex libellus ad audientiam S^mi^ die 26. Augusti 1781 peractam (v. supra in annot. 317) pertinens inscriptus est („Udienze ∞. Num. 19“ fol. 114 et 117 [quater] b) et plures alii ab ‚oratoribus‘ regni Borussiae provincias incolentibus scripti.

[335]) In calce inscriptionis: „Alla S. Cong^ne^ di P. F. per l'arcivescovo di Praga nella Boemia,“ quae a tergo libelli Guilielmi Florentini principis a Salm-Salm nomine anno 1793 dati (v. supra in annot. 282) reperitur, procuratoris nomen „Lanzoni“ („Udienze ∞. Num. 31“ fol. 276 b) scriptum est; idem nomen in calce inscriptionis: „Alla Sagra Cong^ne^ di Propaganda per Taddeo de' conti di Trautmansdorf, eletto vescovo di Kinitzgratz“ („Udienze ∞. Num. 33“ fol. 163 b) ad libellum anno 1795 S. Cong^ni^ porrectum pertinentis legitur. A tergo supplicis libelli pro P. Joanne Nekrep, clerico regulari, academiae linguarum orientalium Viennensis directore, anno 1775 dati eius inscriptionem: „Alla S^tà^ di N. S^re^ Pio papa VI. per il sacerdote Giovanni Nekrep“ procuratoris cognomen: „Carconi“ sequitur („Udienze ∞. Num. 14“ fol. 70 [octies] b). In calce inscriptionis: „Alla S^tà^ di N. S^re^ papa Clemente XIV. per l'odierno vescovo di Breslavia,“ quae in volumine „Udienze ∞. Num. 13“ fol. 55 [ter] b reperitur, procuratoris nomen „Ruggia“ additum est. Posteriore tempore interdum eodem loco regis Borussici rerum procuratoris nomen: „Ciofani“ (v. supra in annot. 311) invenitur. — V. supra, pag. LXXI cum annot. 202.

[336]) A tergo libelli supplicis ex. gr. a Joanne Mathia libero barone a Rolsberg, generali vicario dioeceseos Olomucensis, ad Pium VI. anno 1776 exeunte dati praeter libelli inscriptionem („Alla S^tà^ ∞“) alia manu scripta haec verba leguntur: „Alla Cong^ne^ di Propaganda“ („Udienze ∞. Num. 14“ fol. 348 [bis] b); a tergo alius libelli supplicis „S^mo^ D. N. Pio VI. pontifici optimo maximo pro P. assistente Germaniae [ordinis Minorum Conventualium s. Francisci] ad sanctos Apostolos [Romae]“ dati alia manus verba: „Ad Cong^nem^ Propagandae“ ascripsit („Udienze ∞. Num. 16“ fol. 80 [quinquies] b); libelli supplicis a P. Joanne Nekrep ad eundem pontificem dati inscriptioni, quam supra in annot. 335 attulimus, alia manus verba: „A Monsr segretario di Propaganda, che ne parli“ addidit („Udienze ∞. Num. 14“ fol. 70 [octies] b). Eadem verba etiam libelli supplicis a Friderica filia baronis de Plotho (v. supra in annot. 304 et 310) ad eundem summum pontificem dati inscriptionem sequuntur („Udienze ∞. Num. 19“ fol. 127 [bis] b).

Omnibus libellis supplicibus omnia, quae ab eorum tergo inveniri hucusque diximus, non semper ascribebantur, (v. supra, pag. CXVIII), quin etiam multis — ex. gr. omnibus, qui a S. Cong^ne^ de P. F. ad summum pontificem dabantur — inscriptiones ipsae desunt. Si qui libelli supplices (originales) duplices in „Audientiarum S^mi^“ voluminibus reperiuntur, plerumque solum alteri, quae libuit, a tergo ascribebatur, ab alterius autem tergo nil — ne inscriptio quidem — legi solet.[337]) Quia autem in „Audientiarum S^mi^“ actis libelli supplices summaria duci possunt, solum summaria illis locis repetuntur; aliis locis idem de rescriptis factum est.[338]) — Contra autem interdum aliqua pars audientiarum actis deest: rarius summarium (idque po-

[337]) Eius generis libellus supplex est, quem P. Claudius Godard, ordinis Cisterciensis procurator generalis, P. Edmundi, abbatis monasterii Neocellensis, nomine ad S. Cong^nem^ de P. F. dedit: quae ad libellum hunc pertinentia supra in annot. 330 et 333 attulimus, aeque ac intitulatio („Germania“) et rescriptum („Ex audientia S^mi^ 3. Decembris 1775. S^mus^ annuit pro concessione [quod verbum loco deleti verbi: „confirmatione“ scriptum est]. S. Borgia secretarius“) a tergo folii 111 [quater] b ad folium 109 in volumine „Udienze ∞. Num. 14“ pertinentis leguntur; libellus hic folio 110 ibidem — verbis tamen: „uti colligi potest ex transmisso in superioribus mensibus ad dictam S. Cong^nem^ documento“ exceptis — repetitur, huic autem exemplari a tergo nihil prorsus ascriptum est. In aliis huiusce partis voluminibus alia exempla eiusmodi ad Silesiam Borussicae ditionis spectantia inveniuntur, quorum nonnulla exemplaria duplicia abbas Ciofani (v. supra in annot 311) ipse scripsit, si libelli ei allati more consueto scripti non erant; a tergo unius libelli duplicis ab abbate Ciofani scripti („Udienze ∞. Num. 22“), qui fol. 281—281 b reperitur, sola intitulatio („Germania“) ascripta est (fol. 282 b).

[338]) In calce libelli pro Fr. Andrea ‚Pesoskii‘, qui anno 1767 Pozovski, loco alio Pozorski nominatur, ordinis Minorum reformatorum provinciae Bohemiae missionario in Moscovia, dati audientiae die 1. Septembris 1777 peractae rescriptum, decreto paene simile, quod supra in annot. 315 attulimus, legitur, a tergo autem his verbis scriptum: „Ex audientia S^mi^ habita die 1^a^ Junii 1777. S^mus^ benigne annuit pro gratia, ut intus“ repetitur („Udienze ∞. Num. 15“ fol. 112 [ter] b). Hoc loco rescriptum primum (in annot. 315 allatum) decreti commentarium (quem vulgo conceptum vocant) putare possumus, alterum autem, quod a tergo scriptum est, rescriptum verum est, licet posterius, quam illud, confectum sit. — In eodem tomo („Udienze ∞. Num. 15“) fol. 3 libellus nomine decani collegiatae ecclesiae Budissinensis atque administratoris episcopatus Misnensis in utraque Lusatia reperitur, quo variae gratiae (altaris privilegiati, indulgentiarum) pro diversis ecclesiis in Lusatia expetebantur; cui libello supplici Stephanus Borgia, S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, sua manu in calce addidit verba: „Plenaria [indulgenza] per tutti i fedeli in perpetuo per la festa de' santi apostoli Pietro e Paolo per la chiesa di san Pietro [Budissinae]“. Huic libello rescriptum in margine folii 3 ascriptum est verbis: „Ex audientia S^mi^ 12. Januarii 1777. Pro gratia ad septennium et in perpetuum respective,“ a tergo autem (fol. 4 [ter] b), ubi etiam intitulatio („Germania“) reperitur, manu Stephani Borgia ita scriptum: „Ex audientia S^mi^ 12. Januarii 1777. S^mus^ confirmavit ad septennium omnes indulgentias, de quibus in precibus, et in perpetuum concessit plenariam indulgentiam in festo s. Petri pro ecclesia sancti Petri Budissinae“ repetitur. Unde patet indulgentiam perpetuam ecclesiae Budissinensi motu proprio summi pontificis concessam, verbaque summario in calce addita demum post illam audientiam scripta esse.

tissimum, si plures libelli epistolaeque idem negotium, ad quod rescriptum pertinet, spectantes in „Audientiarum S^mi^“ voluminibus reperiuntur),[339]) saepius rescriptum (v. supra in annot. 312), cuius rei, quod ad rescriptum attinet, causa etiam ea fuisse potest, quod summus pontifex de negotiis in summario (libello supplici) contentis nihil constituit;[340]) inveniuntur etiam audientiarum acta, quibus in huiusce

[339]) In volumine „Udienze ∝. Num. 8“ fol. 169 codicillus a Benedicto XIV. ad Nicolaum Antonelli, S. Congnis de P. F. secretarium, datus (v. supra in annot. 285) reperitur, a cuius tergo (fol. 169 [bis] b) praeter intitulationem („Boemia. Cassa del sale“) hoc rescriptum legitur: „Ex audientia Smi die 29. Aprilis 1758. Stas Sua, attentis expositis et precibus serenissimae reginae Ungariae, mandavit subministrari ex redditibus capsae salis Bohemiae 12 millia florenorum pro restauratione ecclesiae metropolitanae Pragensis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. N. Antonellius, S. Congnis de P. F. secretarius.“ Huius rescripti summarium ille Benedicti XIV. libellus, etiamsi ad idem negotium pertineat, nullo iure haberi potest; at ne solus quidem libellus supplex Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, nomine datus (v. supra in annot. 304 et 327), qui in eodem volumine (fol. 165) reperitur, ipso rescripto teste, eius summarium ducendus est, idem enim negotium duae epistolae, altera a Josepho cardinali Spinelli, S. Congnis de P. F. praefecto, altera ab Alexandro cardinali Albani, ad S. Congnis secretarium die 26. et 28. Aprilis 1758 datae (v. supra, in annot. 288 et 289), imo et tertia ab eodem Alexandro cardinali Albani die 29. Aprilis 1758 scripta („Udienze ∝. Num. 8“ fol. 168), quae tamen iam post audientiam habitam secretario allata esse videtur, spectant, quarum rationem summarium (in S. Congnis de P. F. cancellaria confectum, quod autem in volumine desideratur) procul dubio habuit. — Ea, quae in volumine „Udienze ∝. Num. 28“ fol. 44—44b manu Nicolai cardinalis Antonelli, S. Congnis de P. F. praefecti, scripta sunt („Ai due Padri Cappuccini Bonagrazia di Colonia e Bonaventura da Caserta che vanno missionarii in Giorgia, possono darsi le seguenti facoltà e grazie: 1o la patente ∝ [usque ad:] Bisogna anche spedire la patente al laico Cappucino che va . . . . in Constantinopoli e il suo mandato per il viaggio“) et quibus a tergo (fol. 45b) verba: „Ex audientia Smi habita die 21. Januarii 1790“ ascripta sunt, huius audientiae rescriptum, cui summarium deest, putari possunt.

[340]) Eius generis est ex. gr. libellus supplex Coptitarum patriarcham Alexandrinum spectans aliusque nomine [Mathiae Francisci comitis Chorinský] episcopi Brunensis summo pontifici datus, quorum mentio in extrema annotatione 312 facta est. Etiam ille libellus supplex, quem Fr. Raphael Žerovnický, ordinis s. Dominici missionarius, ad summum pontificem anno 1773 dedit (v. supra in annot. 333), rescripto caret. Idem de libello supplici a Carolo libero barone Tauber, Brunensis dioeceseos post Mathiae Francisci e comitibus Chorinský episcopi obitum generali vicario capitulari, ad S. Congnem de P. F. die 4. Novembris 1786 misso („Udienze ∝. Num. 24“ fol. 462) dictum esse puta; a tergo enim ei prorsus nihil ascriptum est. — Aliis literis preces continentibus libellisve supplicibus rescriptum deesse solum videtur, siquidem a tergo alius libelli vel epistolae idem negotium spectantis scriptum reperitur: in volumine „Udienze ∝. Num. 9“ fol. 135 - 135 [bis] libellus supplex [Mauritii Gustavi comitis de Manderscheid] archiepiscopi Pragensis nomine S. Congni de P. F. datus legitur, a cuius tergo (fol. 135 [bis] b) praeter inscriptionem („Alla S. Congne di P. F. per l'arcivescovo di Praga“) nihil scriptum est; at in eodem volumine (fol. 134 – 134 b) alius libellus supplex, in S. Congnis de P. F. cancellaria confectus, invenitur, qui sine ulla allocutione incipiens (v. supra in annot. 305) praeter easdem archiepiscopi Pragensis preces, alias episcopi Litomericensis continet. et a tergo huiusce libelli (fol. 135 [ter] b) intitulationem („Boemia“) rescriptum: „Ex audientia Smi die 7. Februarii 1762. Smus benigne annuit pro gratia florenorum 10 millium archiepiscopo Pragensi et trium millium episcopo Litmericensi [!] M. Marefuscus secretarius“ sequitur, cuius pars etiam ad priorem libellum supplicem (fol. 135 – 135 [bis]) pertinet, altera autem, quae episcopum

archivii partis voluminibus tam summarium, quam rescriptum desunt.[341])

„Audientiarum S^mi^“ series etiam alia de causa integra non est ducenda: nec enim omnium negotiorum in singulis audientiis tractatorum mentionem iniicit,[342]) nec omnium post diem 23. Decembris 1666 habitarum audientiarum S^mi^ acta continet, id quod varia argumenta in aliarum S. Cong^nis^ de P. F. archivii partium voluminibus reperta comprobant.[343])

Litomericensem spectat, solum in secundo supplici libello (fol. 134—134 b) suum summarium habet.

[341]) In volumine „Udienze ∝. Num. 8“ aliquot scripta ad aes alienum ab imperatore Leopoldo I. cum ecclesiastica salis capsa contractum pertinentia reperiuntur et quidem folio 177: exemplum epistolae a Josepho cardinali Spinelli, S. Congnis de P. F. praefecto, ad Albericum cardinalem Archinto secretarium status die 26. Augusti 1758 datae (v. supra in annot. 289), folio 178: libellus supplex ab Alexandro cardinali Albani, Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, in curia Romana oratore, ad summum pontificem Clementem XIII. datus (v. supra in annot. 288), fol. 179: relatio a S. Congnis de P. F. praefecto, summo pontifice iubente, scripta (v. supra in annot. 285), fol. 177 [bis]: epistola ab Alberico cardinali Archinto ad Josephum cardinalem Spinelli die 1. Septembris 1758 data (v. supra in annot. 286), e quibus primo praeter intitulationem („Boemia. Cassa del sale“) et diem („9 Settembre 1758“) concisa summa, tertio haecce sola (v. supra in annot. 328 et 329), secundo et quarto nihil a tergo ascriptum est. E his quattuor scriptis nullum audientiae Smi, in qua de negotio constitutum est, actorum summarium haberi potest, rescriptum vero nec in fronte, nec in calce, nec in margine, nec a tergo ullius ex iis legitur, quin imo audientiam cum Smo neque cardinalis praefectus neque secretarius S. Congnis de P. F, sed cardinalis secretarius status (v. supra in extrema annot. 256) habuit, e cuius epistola — fol. 177 [bis] — summi pontificis quidem dictum, non autem diem, quo audientia peracta est, cognoscimus; his enim verbis epistola haec scripta est: „Il cardinale Archinto . . . . avendo riferiti a N. Sre i fogli da Lei communicatigli [fol. 178 et 179], toccanti la condonazione del debito Leopoldino con la cassa ecclesiastica del sale di Boemia, per cui la Mtà dell' imperatrice regina ha fatto presentare una sua supplica a S. Beatne, s' è la medesima degnata d' approvare in ogni sua parte il prudentissimo Suo parere. Ne rende però chi scrive consapevole l' Emza Vostra ∝“ (fol. 177 [bis]). E literis his apparet audientiam Smi ab Alberico cardinali Archinto aut die 1. Septembris 1758 aut paulo ante habitam esse, quid autem dies 9. Septembris a tergo epistolae a Josepho cardinali Spinelli ad cardinalem Archinto missae scriptus (utrum alius audientiae idem negotium pertinentis, cuius vero acta omnia desunt, an congressus cardinalis praefecti cum secretario habiti diem) significet, incertum est.

[342]) In primo audientiarum Smi“ volumine („Audienze ∝. Num. 1“ fol. 28) in audientiae „die 5. Novembris 1667“ habitae actis ex. gr. haec verba legimus: „1o. Mi commandò V. Stà nell' ultima audienza di farle sapere, quali siano i cardinali deputati nella congregazione sopra il giuramento che prestano gli alunni ∝“, sed in praecedentis audientiae actis hoc summi pontificis praeceptum frustra quaeres.

[343]) In volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 35“ (fol. 300) rescriptum congregationis particularis die 16. Junii 1707 peractae ita scriptum est: „Ad dominum secretarium cum Smo pro absolutione archiepiscopi Pragensis ∝“, qui S. Congnis de P. F. secretarius (Antonius Banchieri) ad secretarii status cancellariam die 22. Junii 1707 literas dedit, quae initio suo („Monsr segretario fa sapere in segreteria di stato esser mente di N. Sre, che si scriva ∝“ — „Lettere della S. Congne ∝ 1707. Num. 96“ fol. 195) comprobant de negotio illo a secretario re vera ad summum pontificem esse relatum, sed huius audientiae acta nec in volumine „Audienze di N. Sre dall' anno 1691 sino al 1709. Num. 3“ nec in

Multa audientiarum S^mi^ acta in „Actorum S. Cong^nis^," „Decretorum" et „Congregationum particularium" tomis reperiri superius iam diximus,[344]) at praeterea etiam in literarum S. Cong^ni^ allatarum („Lettere originali riferite") voluminibus (saepissime a tergo nonnullarum epistolarum ascripta), sicut etiam in „Variorum" serie nonnunquam leguntur (v. inferius). Si eadem, quae his locis inveniuntur, audientiarum acta etiam in „Audientiarum S^mi^" voluminibus reperiuntur, non semper hic iisdem verbis ac illic scripta sunt.[345])

„Audientiarum S^mi^" in S. Cong^nis^ de P. F. archivio inde ab anno 1666 usque ad annum 1800 tomi 37 numerantur, e quibus in hocce primo editionis nostrae volumine nullum adhibuimus. Indice — si primum tomum excipies — omnia huius archivii partis volumina carent.[346])

alio huius seriei tomo inveniuntur. — In generalis congregationis die 12. Maii 1710 celebratae actis verba: „Eadem die ex audientia S^mi^: S^tas^ Sua annuit et mandavit scribi per secretariam status" („Acta S. C. de P. F. anno 1710" fol. 214 b) leguntur, huius vero audientiae acta in „Audientiarum S^mi^" serie nullibi reperiuntur. — His similia exempla multa alia inveniri possunt.

[344]) V. supra, pag. L, LIX, LXXXV et annot. 130, 131, 159, 160, 255.

[345]) In volumine „Udienze ∞. Num. 5" fol. 17 in margine summarii audientiae S^mi^ die 30. Novembris 1741 „per Em^mum^ praefectum" habitae rescriptum solo verbo „Annuit" scriptum legitur; idem eiusdem audientiae rescriptum vicesimi tertii generalis congregationis die 28. Novembris 1741 celebratae decreti rescriptum, quod ita scripum est: „Ad Em^mum^ praefectum ponentem cum S^mo^, ut dignetur committere causam S. Cong^ni^ Concilii," consequitur verbis: „Ex audientia habita per eundem die 30. Novembris 1741: S^mus^ annuit" scriptum („Acta S. Cong^nis^ de P. F. de anno 1741" fol. 397 b). — In volumine „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 4" supplici libello, cuius supra in annot. 309 et 328 mentionem fecimus, in margine folii 190 rescriptum: „Ex audientia S^mi^ 3. Octobris 1738. S^mus^ annuit in omnibus" additum est. De eodem negotio in generali congregatione die 30. Septembris 1738 S. Cong^o^ de P. F. tractaverat, cuius rescriptum: „Pro gratia cum S^mo^" in tomo „Acta S. C. de P. F. de anno 1738" (fol. 332 b) haec audientiae S^mi^ acta consequuntur: „Ex audientia S^mi^ 3. Octobris [1738]. S^mus^ annuit, firmo remanente iuramento exercendi missiones." — In „audientia S^mi^ habita die 14. Septembris 1672" summario, quod aes alienum a Ferdinando III. — qui ibi Ferdinandus II. appellatur — cum ecclesiastica salis cassa contractum spectat, rescriptum „S^mus^ annuit" ascriptum est („Udienze ∞. Num. 1" fol. 144—144 b); in actis congregationis generalis die 5. Septembris 1672 celebratae, secundum rescriptum decreti 19. ad idem negotium pertinentis haec verba scripta sunt: „Quo decreto relato per secretarium S^mo^ D. N. Clementi X. S^tas^ Sua illud benigne approbavit et executioni mandari iussit in audientia habita die [sic!]" („Acta S. C. de P. F. anno 1672" fol. 227—227 b). — In volumine „Udienze di N. S^re^ ∞. Num. 4" (fol. 87—87 b) summarium, quod congregationis particularis decretum a summo pontifice confirmandum continet, legitur, cui (in margine folii 87 — v. supra in annot. 314) hoc rescriptum additum est: „Die 24. Aprilis 1732. Ex audientia S^mi^. S^mus^ approbavit resolutiones captas a congregatione habita eadem die in palatio apostolico cum interventu Em^morum^ cardinalium S. Clementis, Corradini, S. Agnetis et Petrae praefecti necnon assessoris S. Officii. N. Fortiguera secretarius"; ad idem negotium decretum in forma signandi, cuius inscriptionem supra in annot. 155, audientiae vero rescriptum („Quam S. Cong^nis^ sententiam .... S^tas^ Sua benignissime laudavit et confirmavit et brevia desuper opportuna expediri mandavit"), quod in annot. 160 attulimus, pertinet.

4. Lettere originali riferite.

Literas S. Cong^ni^ de P. F. allatas in duas series divisas esse superius (v. pag. XXXVI) diximus; verbis „Lettere originali riferite" illae significantur, de quibus ad S. Cong^nem^ de P. F. in congregationibus generalibus relatum est; at series haec etiam literas libellosque supplices, de quibus in congregationibus particularibus, priusquam singularum congregationum eiusmodi acta in tomos proprios scribi coepta sunt, tractatum est, perinde ac alias, de quibus summus pontifex aut in audientiis aut in consistorio secreto decrevit, ac praeterea multa alia comprehendit.

Literae ac libelli supplices S. Cong^ni^ de P. F. allati cum a personis maxime varii status tam ecclesiasticis, quam laicis iisque tam catholicis, quam acatholicis,[347]) tum a diversis tam curiae Romanae,

[346]) Index, qui in medio voluminis „Audienze di N. S^re^ dall' anno 1666 al 1679" reperitur, solum duos (primos) eius annos spectat.

[347]) Qui ad S. Cong^nem^ de P. F. literas dabant, summi pontifices, cardinales, sedis apostolicae legati, nuntii apostolici, eorum auditores ac secretarii, internuntii, collectores Lusitaniae, inquisitores Melitae, patriarchae, metropolitae, archiepiscopi, episcopi, vicarii dioecesum generales, capitulorum praepositi, canonici, vicarii foranei, decani, parochi, sacerdotes, collegiorum pontificiorum rectores et alumni, ordinum religiosorum generales, praepositi, priores, assistentes, procuratores generales, provinciales, custodes, definitores, abbates, singuli monachi, Fratres laici, vicarii apostolici, missionum procuratores et praefecti, missionarii et qui missionarii munus appetebant, imperatores, reges, principes regnantes eorumque ministri ac in curia Romana constituti oratores, nobiles, cives, pauperes, ad fidem catholicam conversi vel eam amplexuri. S. Cong^nis^ de P. F. ministri tam Romae degentes, quam in diversis portibus constituti, aliarum congregationum cardinalitiarum et curiae pontificiae varii ministri etc. erant iique e diversis orbis terrarum partibus oriundi; praeter viros ingeniosos homines simplicissimi (ex. gr. ‚Fr. Hurelio da Arce [= Arco]' sacerdos et Fr. Placidus Bohemus laicus ordinis Minorum s. Francisci de Observantia, qui ad Franciscum ‚Inguli', S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, anno 1646 exeunte ita scripserunt: „Ill^me^ domine. — In ista petitione mea ad Te, Ill^me^ P., non est allia nisi ecx zelose anime me propter fidem santam, chatholicam ecclesiam matrem nostram, ut posum havere licentiam S^mi^ propter fidem sanctam morire, hoc est, ut posum ire ad predicandam, si non ad predicandum in se, ad consolandum pauperos milites christianos contra talis inimicos fidei sancte chatholice Romane ecclesie, cue gam sunt contrarios, sicut Turci ∞" — „VIII. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1647. Num. 94" fol. 48, vel idem Fr. Placidus Bohemus cum sociis Fr. Innocentio Polono et Fr. Valentino Polono, eiusdem ordinis Minorum s. Francisci de Observantia laicis, qui die 16. Septembris 1646 ad S. Cong^nem^ de P. F. his verbis scripserunt: „Eminentissimos! — Ad Vos, Em^mos^ S. Cong^nis^ cardinalis, humiliter supplicamus et petamus, ut nostras deprecationes ex saudient, cuae talis est: nos Fratres sancti Francisci reformati petamus Vestram s. benedictionem et licentiam ad auxsiliare et consolare pauperos milites christianos in talis modo. Volumu pro consolatione semper primo ante omnes ecsercitos ire contra Turcos, facere bonam animam christianos contra talis inimicum fide sancte catholice, hoc non volumus facere non pro alicuo honore vel aliqua alia causa, nisi

quam externis magistratibus atque a variis tam ecclesiasticorum quam laicorum conventibus consortiisque[348]) dati et linguis tam diversis scripti sunt, ut series haec (etiam meliore iure quam utraque proxima, dico „Congregationes particulares“ et „Scritture non riferite“) polyglotta appellari possit.[349])

Inter multa alia, quae in huiusce archivii partis voluminibus reperiri paulo ante diximus, sunt literae eaeque plurimae non ad S. Congnem de P. F., sed ad alios, ex. gr. ad summum pontificem a diversis, ad secretarium status a nuntiis, ad rerum procuratores vel principum oratores in curia Romana constitutos ab iis, qui eos constituerunt, missae, ad cardinales, nuntios apostolicos, ad archiepiscopos, episcopos etc. extra Urbem constitutos, ad ordinum regu-

ecx amore contra Deum ∞“ — „VI. Lettere di Torino e Svizzera 1646. Num. 92“ fol. 199), praeter sanae mentis homines etiam ii, qui vesania affecti v. gr. se immeritas iniurias pati imaginabantur, ad S. Congnem literas mittebant; huiusce generis Matthias Stanislaus Hejtman, Pragensis dioeceseos sacerdos, erat, cuius plures epistolae in S. Congnis de P. F. archivio (tam in literarum in congregationibus generalibus, quam in epistolarum in congressibus relatarum serie) reperiuntur; eius epistola die 25. Novembris 1686 ad Palutium Altieri, S. Congnis de P. F. cardinalem praefectum, data his verbis incipit: „Sme P. atque Emme princeps, domine, domine cardinalis, patrone etc. — Conqueror humillime contra Judaeos Pragae, quod intra tempus annorum duorum itineris unius horae, quo ad templum in dies eo et inde alia hora redeo subsequente, offensus frequenter fui maxime duplici modo: uno, derogando honori meo, quod in me fistulent in plateis per se ut Judaeorum pueros ac adultiores, tum per alios, ut christianorum pueros in unum adversus me concitatos, alio modo, privantes me vita ac simul valetudine crebro et quotidie, nam conducebantur pecunia, et addebantur venena, quibus me tollere de medio debebant, necnon alter alterum veluti Judaeus christianum conducebat ac vicissim; ad multas enim vices hoc tempore determinato annorum duorum circumventus eram, quorum non nisi tres occasiones recenseo, quibus fui tactus enormiter ∞“ („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1681 al 1699. Num. 2“ fol. 171).

[348]) In huiusce archivii partis voluminibus literae a variis congregationibus cardinalitiis, curiae pontificiae magistratibus et diversis cancellariis, a consistoriis episcopalibus, ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum capitulis, a monasteriorum conventibus, ab ordinum religiosorum capitulis, a studiorum generalium universitatibus, ab urbium, oppidorum magistratibus aliusque generis consortiis (ex. gr. a „natione Gallicana“ Pragae degente — libellus supplex orig. in volumine „Lettere di Germania ∞ 1631. Num. 72“ fol. 160) ad S. Congnem de P. F. datae leguntur.

[349]) Literas lingua peregrina scriptas S. Congo de P. F. in sermonem Latinum vel Italicum aut Romae aut foris (ex. gr. nuntiorum apostolicorum opera) vertendas curabat; literae conversae originalibus adiungebantur. — Idem etiam in „Congregationum particularium“ tomis fiebat. — A tergo edicti a Ferdinando II. die 31. Julii 1627 Viennae constituti, quo Bohemiae nobiles acatholici, nisi religioni catholicae nomen darent, domo emigrare iubebantur, et a Carolo Carafa nuntio iam die 28. Julii 1627 ad S. Congnem de P. F. missi („Lettere di Germania, Boemia ∞ 1627. Num. 67“ fol. 34) Francisci Ingoli, primi eiusdem S. Congnis secretarii, manu haec verba scripta sunt: „Illmus dominus cardinalis Cleselius dignetur mandare, ut transferatur hoc edictum italice aut latine, et saltem illud legat, ut cras [28. Augusti 1627] mane, dum referam literas nuntii compendiose, possint, quae continentur in eo, Illmis cardinalibus significari“ (ibid. fol. 35 b).

larium generales, procuratores etc. a principibus regnantibus atque variis aliis datae eaeque aut originales aut transscriptae,[350]) summorum pontificum bullae, constitutiones, brevia, sive S. Congnem de P. F. ipsam spectant, sive ad alios pertinent atque etiam aliquot se-

[350]) Etiam in huius archivii partis voluminibus (perinde ac in „Audientiarum“ serie animadvertimus) plurimi libelli supplices ad summum pontificem dati et ab eo ad S. Congnem de P. F. missi reperiuntur (v. ex. gr. infra, num. 89, 94, 169, 211, 256, 287). — Literarum a nuntiis ad pontificii status secretarium aut cardinalem nepotem datarum multa exempla in hisce tomis leguntur; ex. gr. in volumine „III. Lettere di Svizzera, Germania ∞. Num. 85“ fol. 99 (166) epistola eiusmodi invenitur, quae verbis: „Di Vienna da Monsr nuntio Mattei li 8 Marzo 1642. Deciferato li 27 detto“ incipit. Si nuntiorum literae huiusmodi per notas scriptae erant, secretarii status cancellaria earum exempla investigata ad S. Congnem de P. F. mittebat, quae in eius archivio remanserunt, aliarum vero literarum a nuntiis scriptarum exempla originalia a pontificii status secretario ad eandem S. Congnem missa in eius cancellaria transscribebantur, literae autem originales in secretarii status cancellariam restituebantur, quod ex. gr. haec epistola probat: „Dalla segretaria di stato 5 Maggio 1712. — Si rimette a Monsr segretario di Propaganda l'annessa lettera di Monsr nunzio in Vienna concernente il debito che ha la camera imperiale colla cassa del sale di Praga, affinchè ne veda il contenuto e rimandi poi la lettera in segretaria di stato.“ Cui epistolae in S. Congnis de P. F. cancellaria haec verba in calce ascripta sunt: „A dì 7 ritenuta copia, et rimesso l'originale all' Emmo Paulucci“ („Scritture riferite nei congressi: Germania ∞. Num. 3“ fol. 453). — In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 19 Gennaro e 3 Marzo 1722. Num. 633“: „congo 3 Martii 1722 numo 34“ libellus supplex „all'Emmo e Revmo sre, il sr cardinal Corsini, protettore vigilantissimo di tutto l'ordine serafico per li missionarii apostolici de Minori Riformati“ datus legitur. — In volumine „Scritture originali riferite ∞. Num. 625“: „congo 8. Jul. 1720 numo 27“ epistola a missionum in Moscovia superioribus „all'Illmo et Eccmo . . . . Monsr Grimaldi, arcivescovo di Edessa e nunzio apostolico in Polonia“ die 25. Maii 1720 data reperitur. — In tomo verbis: „V. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1646. Num. 93“ inscripto fol. 140 (234) literae a Ferdinando III. imperatore die 3. Aprilis 1646 ad Ernestum Adalbertum cardinalem ab Harrach archiepiscopum Pragensem, in volumine „Scritture originali riferite ∞. Num. 587“ („congne 8 Maggio 1713 numo 22“) aliae a Marco Antonio Santino, nuntiaturae apostolicae apud aulam caesaream auditore generali et administratore, ad Joannem Josephum Breuner archiepiscopum Pragensem 14. Julii 1708 datae inveniuntur. — In volumine „V. Boemia. Num. 217“ fol. 251 A (338) b — (339) epistola ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach ad Minorum Conventualium ordinis s. Francisci ministrum generalem die 1. Februarii 1653 data et in volumine „IX. Cause dall' anno 1648 al 1655. Num. 322“ fol. 157 „estratto di lettera del sr cardinal d' Harrach scritta al preposito Barsotti [qui eius in curia Romana procurator erat] sotto li 17 Aprile 1652“ reperitur. — In eodem tomo, quem modo diximus, fol. 207 literarum a Ferdinando III. imperatore ad Hieronymum cardinalem Colonna, Germaniae protectorem atque Hispaniae regis in curia Romana oratorem, die 18. Aprilis 1652 datarum exemplar legitur. — In volumine „Germania. Num. 332“ duae epistolae Venceslai Otík a Dobřan, apostolici in Silesia missionarii, leguntur, quarum altera (fol. 53–53 b) verbis: „Perillustri ac Revmo domino, domino venerabilis collegii Urbani de P. F. p[ro] t[empore] rectori . . . . trad[enda] Romae in piazza di Spagna“, altera (fol. 31–32) verbis: „Admodum Revdo ac Perillustri domino N. N. venerabilis collegii Urbani de P. F. rectori trad[enda] Romae in piazza di Spagna; in absentia praefati trad[atur] eius vices gerenti vel alteri in dicto collegio commoranti“ inscripta est. — In volumine „V. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1646. Num. 93“ fol. 139 (233) libellus supplex a praeposito et capitulo Wissegradensi ad Ferdinandum III. Bohemiae regem datus, in tomo „Scritture originali riferite nelle congni generali ∞. Num. 720“ („congne 22 Giugno no 16“) literae a Maria Theresia Bohemiae regina ad supremum eiusdem regni burggravium die 6. Maii 1744 missae reperiuntur etc.

culis ante eandem S. Cong^nem^ institutam edita sunt,[351]) aliarum congregationum cardinalitiarum (saepissime S. Officii) acta, decreta atque literae relationesque ad illas datae vel earum partes,[352]) ipsius S. Cong^nis^ de P. F. acta et decreta tam in generalibus, quam in particularibus congregationibus facta eaque aut integra (etiam in forma authentica), aut eorum partes (potissimum summaria),[353]) sententiae

[351]) In volumine „II. Boemia ℵ. Num. 216" fol. 347 (435) breve ab Urbano VIII. ad Ferdinandum II. Romae die 19. Januarii 1630 datum et Carolinam universitatem spectans legitur. In volumine „Collegii I. Num. 362" (fol. 17) chirographi ab Innocentio X. ad sacri Montis pietatis Romae provisores die 12. Junii 1646 dati, in volumine „Scritture originali riferite ℵ. Num. 714" („cong^ne^ 15 Gennaio [1743] n° 14") literarum a Benedicto XIV. ad Mariam Theresiam, Hungariae et Bohemiae reginam, die 12. Januarii 1743 scriptarum, in volumine „Scritture originali riferite ℵ 1696. Num. 523" („cong^ne^ 20 Marzo 1696 n° 28") brevis a Sixto V. die 20. Augusti 1588 dati, quo Gregorii XIII. breve die 4. Septembris 1584 scriptum, sed non editum, confirmatur, in volumine „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 161 (191) sqq. constitutionis ad seminarium pontificium Pragense spectantis ab Urbano VIII. die 1. Junii 1627 datae exemplaria leguntur. — V. etiam infra, num. 3, 68, 124 g, 302, 361 b.

[352]) In volumine ex. gr. „II. Boemia ℵ. Num. 215" fol. 222 (268) generalis congregationis sanctae Romanae et universalis Inquisitionis decretum die 14. Martii 1630 factum, a cuius tergo eius sententia verbis: „Resolutio dubii, an mulieres haereticae regni Boemiae habentes maritos catholicos sint tollerandae" scripta est, reperitur. — In volumine „Scritture originali riferite ℵ. 1708. Num. 561" („cong^ne^ 9 Gennaio [1708] n° 1") generalis congregationis eiusdem Sancti Officii die 11. Januarii 1703 peractae decretum ad facultates Francisco Ludovico comiti palatino Rheni episcopo Vratislaviensi concessas pertinens, in volumine „Scritture originali riferite ℵ 1696. Num. 523" („cong^ne^ 9 Gennaio n° 7") „facultates concessae a S. D. N. domino Alexandro, divina providentia papa VIII. Rev^mo^ P. domino Carolo comiti de Lichtenstein episcopo Olomucensi" cum decreti in eiusdem S. Officii consessu die 26. Januarii 1690 celebrato facti exemplo in earum calce, in volumine „Scritt. orig. rif. ℵ 1708. Num. 561" („cong^ne^ 28 Febr. n° 1") solae facultates episcopo Osnabrugensi concessae inveniuntur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ℵ. Num. 544" („cong^ne^ 5 Febbraio n° 6") epistola „dalla segreteria del Concilio" die 10. Decembris 1702 data, quibus S. Cong^nis^ Concilii decretum S. Cong^ni^ de P. F. intimatur, his verbis scripta legitur: „Havendo la S. Cong^ne^ del Concilio rescritto nell'acclusa Pragen[si]: ‚Audiatur prius Cong^o^ particularis de P. F.', Monsr Tomati, con riverire divotamente Monsr Illmo Fabroni, gliela trasmette, perchè, riferita che sarà in detta Cong^ne^ particolare, Si degni di significarne a questa del Concilio la risolutione". In volumine „I. Germania ad 1629. Num. 330" fol. 199 (81) relationis status ecclesiae Olomucensis in sacrorum liminum visitatione S. Cong^ni^ Concilii anno 1629 datae exemplar, in volumine „Collegii de Maroniti e missionarii, Olmuto. 24. 25. 26. Num. 375" fol. 252 similis relationis anno 1667 ab episcopo Olomucensi datae pars verbis: „Ex relatione hodierni status ecclesiae Olomucensis exhibita occasione visitationis sacrorum liminum" inscripta reperitur, in cuius calce decretum: „Die 3. Decembris 1667 S. Cong^o^ Em^morum^ S. R. E. cardinalium interpretum censuit suprascriptam particulam relationis esse ad S. Cong^nem^ de P. F. remittendam". V. etiam supra in annot. 175.

[353]) In volumine „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 146 (183) — 147 (184) et 154 (193) nonnulla decreta in congregationibus generalibus die 4. Februarii et 7. Julii 1628 atque 30. Novembris 1629 celebratis ac in particulari congregatione die 13. Junii 1628 habita facta verbisque: „Acta S. Cong^nis^ generalis de P. F. super universitate Carolina Pragensi" inscripta reperiuntur. Ibidem fol. 316 (398, 174) decreti in congregatione particulari „die 13. Junii 1628 super universitate Carolina" peracta facti commentarius (quem conceptum vocant), folio autem 312 (391, 167) exemplum (quod copiam vocant) Francisci

a singulis cardinalibus in congregationibus (praecipue generalibus, in quarum Actis prorsus desunt) dictae considerationesque ad negotia in S. Cong^ne^ de P. F. pertractanda vel iam pertractata perti-

Ingoli manu scriptum legitur. — In volumine „Germania, Bohemia 23. Num. 327" fol. 214 decreti undecimi in generali congregatione 81^a^ die 21. Januarii 1664 habita facti summarium, idem, quod in volumen „Acta S. C. de P. F. anni 1664" fol. 5 b—6 b relatum est, reperitur, eique a tergo fol. 228 b etiam rescriptum additum est, quod in volumine „Acta S. C. ℵ 1664", quod modo diximus, fol 6 b invenitur. Idem summarium autem in eodem volumine „Germania, Bohemia 23. Num. 327" etiam folio 31—31 b (sine rescripto) iterumque folio 246 repetitur, hoc autem loco ei verba: „10. Martii 1664. [al. m.:] Somario" praemissa sunt, et a tergo fol. 247 b rescriptum tertii decreti in generali congregatione 83^a^ hocce die 10. Martii 1664 habita facti id consequitur, cuius decreti summarium in volumine „Acta S. C. ℵ 1664" fol. 37 b hoc modo incipit: „Primo loco repetita relatione facta ab Em^mo^ Pallotto die 21. Januarii praeteriti ℵ", e quibus apparet id ipsum summarium, quod in volumine „Germania ℵ. Num. 327" fol. 246 invenitur, revera in congregatione 83^a^ recitatum esse. — In volumine „Scritture orig. rif. ℵ 1673. Num. 439" (fol. 111 sqq.) decretum particularis congregationis anno 1661 habitae „Romae typis S. Cong^nis^ de P. F. anno 1661" exscriptum verbisque: „Declarationes ac responsa nonnullorum Em^morum^ cardinalium S. Cong^nis^ de P. F. a S^mo^ D. N. Alexandro VII. specialiter deputatorum dubiis propositis super intelligentia ac observantia brevis ab eadem Ste Sua sub die 20. Julii 1660 emanati circa iuramentum praestitum hactenus ac praestandum in posterum ab alumnis collegiorum pontificiorum" inscriptum, cui dies „Datum Romae in aedibus S. Cong^nis^ de P. F. die 8. Aprilis 1661 ascriptus est, reperitur; idem decretum etiam in volumine „Visite riferite de collegii pontificii di Vilna . . . . nelle cong^ni^ particolari degl' anni 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41" legitur. In volumine „V. Boemia ℵ. Num. 217" fol. 228 (304) decretum in forma signandi ita scriptum legitur: „In Dei nomine amen [v. supra, pag. XLI]. Em^mi^ et Rev^mi^ domini cardinales de P. F., visis et examinatis ac pluries perpensis et consideratis computis et rationibus accepti et expensi una cum iustificationibus partitarum pecuniarum exactarum, solutarum et investitarum transmissis ab Em^mo^ et Rev^mo^ domino cardinali de Harrach super administratione datii salis regni Bohemiae, ... omnia et singula . . . . , S^mo^ D. N. Innocentio X. pontifice maximo obfirmante, comprobarunt et comprobant eundemque Em^mum^ dominum cardinalem de Harrach de praedicta administratione . . . . quietant ℵ. Romae die 27. Septembris 1652. (L. S.) A. cardinalis Capponius. Dio. Massarius, S. Cong^nis^ secretarius", in quo decreto ne minima quidem congregationis, in qua factum est, fit mentio. — In eodem volumine fol. 221 (292, 145) aliud decretum in forma authentica hoc modo scriptum est: „Copia. — Decretum S. Cong^nis^ de P. F. habitae die 6. Julii 1649. — Referente Em^mo^ domino cardinali Pallotto, S. Cong^o^ Fr. Hieremiae Haishamer ordinis Eremitarum s. Augustini provinciae Bavariae . . . . missionem decrevit in regnum Bohemiae sub praefectura P. Nicolai Spernazzati eiusdem ordinis. Pro secretario [v. supra in annot. 68] Franciscus Albizzi auditor". Alii decreto huic simillimo, quod in eodem volumine fol. 166 (213) ita scriptum est: „Decretum S. Cong^nis^ de P. F. habitae die 24. Augusti 1646. — Referente Em^mo^ domino cardinali Caraffa, S. Cong^o^ inter missionarios Augustinianos Boemiae adscripsit Fr. Maximum Donadina et Fr. Tebaldum Vendelinum eiusdem ordinis . . . sub praefectura tamen P. Nicolai Spernazati, missionis Augustinianorum in Boemia praefecti. (L. S.) A. cardinalis Capponius. Franciscus Ingolus secretarius", in calce haec verba addita sunt: „Publicentur in cancellaria archiepiscopali. Pragae die 22. Februarii anno 1647. Franciscus Visinteiner cancellarius. (L. S.) — Praesens decretum cum suo originali de verbo ad verbum . . . . concordat. Ita testor ℵ. Fr. Nicolaus Spernazzati, ordinis s. Augustini provincialis Boemiae et missionis apostolicae praefectus", unde patet nonnulla S. Cong^nis^ de P. F. decreta in dioecesibus, quas spectabant, publice promulgata esse. — Praeter integra aut authentica S. Cong^nis^ de P. F. decreta interdum eorum partes in huiusce archivii partis voluminibus leguntur: solum summarium decreti in congregatione generali die 21. Januarii 1664 facti in tomo „Germania ℵ. Num. 327" (fol. 31—31 b) reperiri

nentes ab eius secretario vel ministris scriptae,[354]) audientiarum S^m^ et congressuum cardinalis praefecti cum secretario habitarum rara

paulo ante in hacce annotatione dictum est, aliud summarium (dico decreti 11^mi^ generalis congregationis die 5. Junii 1663 peractae) ex. gr. in volumine „Collegii de' Maroniti ∞. Num. 375" fol. 243 legitur, cui ne a tergo quidem rescriptum additum est. Rarius sola decretorum rescripta in Literarum originalium relatarum tomis inveniuntur, at ne eiusmodi quidem exempla desunt: in voluminibus „Scritt. orig. rifer. ∞. 1704. Num. 549" („congne 22 Settembre n° 17") et „Scritt. orig. rifer. ∞. 1708. Num. 562" („congne 4 Giugno n° 31") verbis „decretum S. Congnis particularis de P. F. super rebus Bohemiae habitae die 14. Septembris 1696" inscriptum solum huius decreti rescriptum legitur, verbis „1°. Sanari posse, si S^mo^ placuerit, authoritate apostolica fundationem ∞" incipiens (v. supra in annot. 259), quod utroque loco rescriptum particularis congregationis die 4. Septembris 1698 peractae (v. supra in annot. 265) consequitur. Etiam id, quod in tomo „I. Lettere d' Italia 1645. Num. 43" fol. 8 (14) sqq. verbis: „1645. Divisio provinciarum inter cardinales S. Congnis de P. F." inscriptum reperitur, nil aliud est ac rescriptum sexti decreti in generali congregatione duodecima die 3. Julii 1645 celebrata facti („Acta S. Congnis de P. F. anno 1644 e 1645" fol. 338 sqq.), cui autem — a tergo — etiam summarium additum est.

[354]) Ea, quae in volumine „IV. Boemia ab a. 1635 ad 1648. Num. 216" fol. 86 (191) sine die ascripto leguntur, dico: „C[ardinal] P[amfili]: Non revocar, perchè revocarlo saria un concedere tacitamente quello che per altro è illecito a Giesuiti . . . . C[ardinal] Pallotto: Non conviene, che si revochi, perchè saria un concedere quello non s' è voluto concedere . . . . S^r^ card. Barberino: Non conviene alla revocatione . . . . S^r^ c[ardinal] Spada: Non si revochi l' inhibitione ∞", illis, quae supra in annot. 259 attulimus, simillima, singulorum cardinalium sunt sententiae in congregatione particulari die 13. Aprilis 1638 habita dictae, ad quam congregationem etiam illae sententiae a praelatis Paulutio, Maraldo et Boccabella dictae, quae ibidem folio 83 (174) eadem manu scriptae verbisque „Die 13. Aprilis 1638" inscriptae reperiuntur, pertinent; in qua congregatione, cuius acta in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1638 e 1639" fol. 71—72 b leguntur, de revocando decreto, quo Patres Soc. Jesu in universitate Carolina Pragensi gradus academicos conferre anno 1627 a S. Congne de P. F. vetiti sunt, tractatum est. — In volumine „II. Boemia ∞. Num. 215" fol. 288 (363, 137). „Notae congregationis particularis pro Carolina universitate" reperiuntur, quae concisam sententiarum a praelatis Paulucio, Fagnano, datario et cardinalibus Ubaldini, Caetano, S. Sixti, Capponio in particulari quadam congregatione dictarum summam, cui dies non est ascriptus, continent. — In eodem volumine fol. 254 (316) „compendio del s^r^ cardinal Caetano nel negotio de prelati di Boemia ch' oppugnano la transattione", id est concisa summa relationis eiusdem cardinalis in generali congregatione 135^a^ die 3. Februarii 1631 celebrata recitatae (conf. „Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631" fol. 17—17 b anni 1631), legitur In volumine „IX. Cause dall' anno 1648 sino al 1655. Num. 322" fol. 180 „votum Em^mi^ domini cardinalis Vidman pro erectione episcopatuum in regno Boemiae" in congregatione generali die 7. Augusti 1651 habita („Acta S. C. de anno 1651" fol. 92 sq.) dictum reperitur. — „Conceptus decreti, quod a Congne de P. F. formari posset in materia Carolinae", qui in tomo „V. Boemia ∞. Num. 217" invenitur, sententia a Francisco cardinali Albizzi dicta in congregatione generali post diem 11. Augusti 1654 habita esse videtur (conf. „Acta S. C. de P. F. de anno 1654" fol. 55 b). — Ea, quae in volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 98 (205) scripta sunt, cuiusdam cardinalis sententia est in aliquo congregationis generalis consessu dicta, in quo de P. Valeriano de Magni de missione Bohemica revocando tractabatur. — Utrum ea, quae in tomo „Memoriali 1641. Num. 402" (fol. 478 [bis]) Francisci Ingoli manu scripta sunt, dico: „Caetano. — La domanda del preposito di san Pietro di Praga ha l' infrascritte difficoltà ∞", sententia ab Aloisio cardinali Caetani in aliqua congregatione generali vel particulari dicta, an memoria a S. Congnis de P. F. secretario ad eundem cardinalem scripta, qua negotium ab illo cardinali referendum ei exponeretur, sit, satis clare non patet; nam etiam memoriae eiusmodi in horum voluminum serie reperiuntur, ex. gr. in tomo „IX. Cause ∞. Num. 322" fol. 208: „Quello che haverà da proporre l' Em^mo^

quidem acta,[355]) visitationum tam summi pontificis quam S. Cong^nis^ de P. F. iussu in diversis collegiis (seminariis) pontificiis vel monasteriis factarum acta,[356]) relationes a nuntiis apostolicis de religionis in provinciis eorum curae subiectis statu ad summum pontificem vel

s^r^ cardinal Ghisi nella prossima congregatione generale de P. [F.], che si terrà avanti la St^à^ di N. S^re^ ∞." — In volumine „IV. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1645. Num. 90" fol. 127 (208) b considerationes Francisci Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarii, de Joanne Chrysostomo Schreppel, ecclesiae b. Mariae in Monte s. Caroli Pragae administratore, leguntur verbis: „In quanto allo Schreppelio administratore di Carlshoff" inscriptae. — In eodem volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 178 (308, 168)—180 (310, 170) sequentes eiusdem secretarii considerationes reperiuntur: „Dell' ordine, col qual s' hanno da vedere dalli s^ri^ cardinali e prelati della congregatione de negotii di Boemia l' aggiunte scritture", „Considerationi circa il contenuto nella scrittura segnata numero primo", „Considerationi nella causa del clerico percosso, della qual si tratta nella scrittura num^o^ 2do", „Considerationi circa le querele del s^r^ cardinale d' Harrach contro li Padri Giesuiti". — In volumine „V. Boemia ∞. Num. 217" fol. 197 (260) „Considerationi et memorie sopra li conti dell' Em^mo^ e Rev^mo^ s^r^ cardinale d' Harrach", quibus „Giuseppe Cornetti, computista della S. Congne" nomen subscripsit, leguntur.

[355]) In volumine „II. Memoriali. 1645. Num. 410" fol. 237 Francisci Ingoli manu audientiae S^mi^ die 2. Novembris 1645 habitae acta hoc modo scripta sunt: „Altri negotii trattati col papa li 2 Novemdre 1645. — S^r^ cardinal Capponi. — Primo. La St^à^ di N. S^re^ ch'hebbe cura, mentre era cardinale, di trattar colli Padri Giesuiti per aggiustar, che non facessero più missioni colle facoltà concesseli da pontefici passati, ma venissero dalla S. Congne per pigliar le missioni e le facoltà reformate, ... sotto li 2 Novembre ordinò, che si trattasse nella congregatione de' s^ri^ cardinali per aggiustar questo negotio con occasione, che si farà presto il generale novo de Giesuiti . . . . Secondo. Colla stessa occasione del generale nuovo de' Giesuiti trattai con S. St^à^ dell' aggiustamento de' Padri Giesuiti col s^r^ cardinale d' Harrach circa la Carolina e li seminarii di Praga, de' quali hà V. Em^za^ le scritture e le congregationi particolari ∞". Quae Franciscus Ingoli hoc loco scripsit, relatio est ad cardinalem Capponi de audientia, quam cum S^mo^ habuit, facta. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞. 1720. Num. 626" („cong^o^ 23. Sept. 1720 num^o^ 30") integra audientiae S^mi^ die 5. Septembris 1720 habitae acta leguntur, dico summarium (libellus supplex in ipsius S. Congnis de P. F. cancellaria confectus: „Supplicassi la St^à^ di N. S^re^ a degnarsi di condescendere, che Monsr nunzio in Polonia possa concedere al P. Don Francesco Arcelli Teatino quelle facoltà, che stimerà necessarie per esercitarsi in Moscovia ∞") cum rescripto („Die 5. Septembris 1720. S^mus^ annuit") a tergo. — Alia acta eiusmodi in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1764. Num 803" („congne 13 Feb. num^o^ 15") reperiuntur. — In volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 45 congressus cardinalis praefecti (Antonii Barberini) cum S. Congnis de P. F. secretario (Francisco Ingoli) die 30. Octobris 1640 habiti acta eadem, quae supra in annot. 134 attulimus, in volumine „V. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1646. Num. 93" fol. 143 [bis] (238)—145 (241) b alius congressus eiusmodi die 3. Martii 1646 peracti „apud Em^mum^ dominum cardinalem Capponium circa Carolinam universitatem et seminaria Pragensia, cui interfuerunt P. Ariaga Jesuita et secretarius Ingulus", acta leguntur, eadem, quarum supra in annot. 49 mentionem fecimus.

[356]) In volumine „III. Collegium S. M[ariae] de Victoria. Num. 364" fol. 300 ex. gr. „visitatio seminarii s. Pauli de Urbe ordinis Discalceatorum Carmelitarum in S. Maria de Victoria facta ab Em^mis^ . . . . cardinalibus Ginetto, Antonio Barberino ∞" legitur. Praeterea alumnorum ex. gr. in pontificiis seminariis Pragae Olomuciique educatorum alba horumque seminariorum rationes accepti et expensi etiam in aliis huiusce archivii partis voluminibus (ex. gr. „Italia 22: stato temporale. Num. 355", „Collegii 24, 25, 26: de Maroniti, missionar., Olmuto. Num. 375") inveniri possunt. — Ad visitationem ex. gr. Pragensis Hibernorum ordinis s. Francisci monasterii plurium huiusce partis voluminum multi loci pertinent.

ad S. Cong^nem^ de P. F. datae,[357]) relationes tam ab episcopis de suarum dioecesum conditionibus, quam a provincialibus, missionum praefectis vel singulis missionariis de sacrarum missionum fructibus vel ab illis de missionariis factae,[358]) literae testimoniales tam a nobilibus, civitatum magistratibus, vicariis generalibus, decanis aliisque personis de missionariorum operis, quam a collegiorum rectoribus de alumnis missae,[359]) decreta tam ab archiepiscopis, episcopis in pro-

[357]) Tres a Carolo Carafa de religionis catholicae in Bohemiae regno conditione scriptas relationes v. infra, num. 25, 85, 165.

[358]) Episcopos, qui certis temporis spatiis de suarum dioecesum conditione ad S. Congnem Concilii referre debebant, perinde ac ordinum religiosorum superiores S. Congo de P. F. ipso initio cohortata est, ut ipsam de omnibus rebus ad catholicam religionem promovendam pertinentibus certiorem facerent; v. infra, pag. 4, 7 (7o). — In volumine „Germania ∞. Num. 327" fol. 315–318 „humillima relatio de statu neo-episcopatus Reginohradecensis" anno 1667 ad S. Congnem de P. F. missa legitur, a cuius tergo (fol. 320 b) praeter intitulationem „Germania" verba: „Relatione presentata da Monsr vescovo di Kinigratz della sua diocese 1667. — Servirà per notitia della S. C. — Ne ha data un altra simile a quella del Concilio" scripta sunt. — Alia relatio de eiusdem dioeceseos conditione „Pragae 7. Aprilis anni 1683" data verbisque „Reginohradecen. Visitationis sacrorum liminum" inscripta in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1684. Num. 490" („congne 20 Giugno 1684 numo 23") reperitur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞. Num. 587" („congne 8 Maggio 1713 numo 22"): „Calculus poenitentium dioecesis Reginae-Hradecensis in regno Bohemiae pro anno 1712" legitur. — Literae a Fr. Nicolao Stanislavich episcopo Nicopoliensi ad S. Congnem de P. F. Viennae die 6. Decembris 1738 datae verbis: „Devo umilissimamente ragguagliare la Sagra Congne di quanto passa nel mio ministero spirituale, atteso l'obligo del mio carattere verso la medesima ∞" incipiunt („Scritt. orig. rif. ∞ 1739. Num. 698": „congne 16 Marzo no 14"). — In volumine „Germania ∞. Num. 327" fol. 4—14 prima relatio a provinciali provinciae Bohemiae Soc. J. (P. Joanne Saxio) de missionariorum Soc. J. opera typis exscripta, ad S. Congnem de P. F. anno 1662 missa legitur. — In volumine „Lettere di Germania ∞ 1628. Num. 69" fol. 230 (359) literae a Fr. Josepho Polono Cappucino ad S. Congnem de P. F. die 8. Junii 1628 datae cum „cathalogo [626] conversorum ab haeresi Novae Boleslaviae in Bohemia anno Domini 1628 a die 26. Aprilis usque ad 8. Junii" (fol. 234–240 b) reperiuntur. V. etiam infra, num. 305, 348, 367, 368, 406. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1739. Num. 700" („congne 17 Agosto numo 18") „brevis relatio fructuum, qui opera Societatis Jesu in provincia Bohemiae ex missionibus apostolicis [paulo ante institutis] anno 1738 collecti sunt" a provinciali Soc. J. ad S. Congnem de P. F. missa invenitur. — Relationem a ministro provinciali de Fr. Josepho Polono missionario datam v. ex. gr. infra, num. 419.

[359]) In volumine „Lettere di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 177 (291) — 178 (292) testimonia ab Urbano Jacobo a Ruland, „Sermi Ungariae et Boemiae regis Ferdinandi III. fortalitii Trebonensis capitaneo, civitatum, oppidorum universique dominii gubernatore", et a Balthasare Marradas, sacri Romani imperii comite, illud „Trebonae 3. Aprilis 1628," hoc in „Fraumberg 8 Febraro 1629" de Fr. Jacobi Merell ordinis Minorum Conventualium s. Francisci opera in convertendis haereticis consumpta datum, leguntur. Testimoniales literae eidem Fratri a Ferdinando III. Bohemiae rege die 14. Martii 1631 datae in volumine „Memoriali 1636. Num. 396" fol. 140 reperiuntur. — Patribus Scholarum piarum civitatis Lithomyslensis senatus die 26. Decembris 1650 testimonio, quod in volumine „V. Boemia ∞. Num. 217" fol. 97 (122) reperitur, confirmavit „in dominio reipublicae" Lithomyslensis 161 haereticos ad fidem catholicam ab iis conversos esse; aliae literae a Carolo Záruba a Hustiřan die 29. Decembris 1650 datae testantur ab iisdem in agris Svojanoviensibus 90 haereticos conversos esse (ibid. fol. 99), decanus autem in oppido, quod bohemice Polička vocatur, idem de 1000 haereticis in decanatu suo factum esse literis die

priis dioecesibus promulgata, quam a generalibus, provincialibus aliisque ordinum religiosorum superioribus ad Fratres iis subiectos data,[360]) instrumenta a notariis publicis confecta, diversorum pactorum tabulae, iuris peritorum sententiae, variorum auctorum libelli sive manu scripti sive typis exscripti,[361]) imo etiam literae tam ab ipsa

30. Decembris 1650 datis attestatur (ibid. fol. 98). — „Don Florius Cremona [Mediolanensis], praepositus Zderazensis, ordinis Crucigerorum cum duplici rubea cruce commendator generalis per Bohemiam, Silesiam et Poloniam, Emmi cardinalis ab Harrach consiliarius et in spiritualibus delegatus eiusdemque archiepiscopalis curiae et consistorii Pragensis assessor," literis die 28. Januarii 1649 datis Fr. Laurentii Aquilae de Arena ordinis Minorum Conventualium s. Francisci opera in regno Bohemiae multos haereticos conversos esse testificatus est (ibid. fol. 179), quod etiam Fr. Antonius Specht Pragensis, provinciae Bohemicae eiusdem ordinis definitor perpetuus et commissarius generalis praefectusque apostolicus, testimonio die 12. Maii 1649 scripto confirmavit (ibid. fol. 180). — In eodem volumine fol. 125 (157) literae testimoniales a P. Maximiliano Reichenberger Soc. J., „professore ordinario necnon facultatis philosophicae in alma caesarea regiaque universitate Ferdinandea Pragensi eiusdem Societatis decano," Venceslao Bilek a Bilenberg, artium liberalium et philosophiae magistro, die 1. Januarii 1654 datae leguntur — In volumine „Collegium de P. F.: alumni. Num. 361" fol. 279 testimoniales literae a Hannibale Salicto, collegii Urbani de P. F. rectore, Danieli Arietino, eiusdem collegii alumno, die 29. Julii 1655 datae reperiuntur.

[360]) Archiepiscopi Pragensis Ernesti Adalberti cardinalis ab Harrach decretum preces pro victoria in bello Turcico obtinenda faciendas spectans, die 4. Martii 1664 typis editum in volumine „Germania ∞. Num. 327" fol. 265–266 legitur. Aliud eiusdem praesulis decretum ad denuntiationes matrimoniales a Tridentina synodo praescriptas pertinens v. infra, num. 373. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1725. Num. 650" („congne 26 Nov. 1725 numo 5") Augustini, episcopi Spigacensis et per Saxoniam vicarii apostolici, decretum reperitur die 28. Januarii 1720 datum, quo P. Josepho Aloysio Ludwig sacerdoti Bohemo confessionum a comite de Königseck eiusque domesticis excipiendarum licentiam in vicariatu suo permisit. — Decretum, quo Fr. Joannes Cosmas a Monteminiano, „totius cismontanae reformatae familiae [s. Francisci] vicecommissarius generalis," P. Silvestrum de Valico provinciae Romanae generalem procuratorem missionum sui ordinis constituit, Romae die 29. Februarii 1720 datum in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1723. Num. 641" („congo 28. Sept. 1723 numo 33") legitur. — In vol. „Scritt. orig. rif. ∞ 1673. Num. 449" („congne 3 Settembre 1674 numo 27") bulla a Fr. Don Nicolao Cotoner, „Dei gratia sacrae domus hospitalis s. Joannis Hierosolimitani et militaris ordinis sancti sepulchri dominici magistro humili pauperumque Jesu Christi custode," Melitae die 10. Aprilis 1665 data reperitur, qua baiulia seu commenda Corporis Christi „de Vratislavia" Francisco Sigismundo comiti de Thun, prioratus Bohemiae militi, arrendata et locata est. — Decretum a Fr. Ambrosio Fornatore Viennensi, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci per utramque Austriam, Moraviam, Silesiam ac Tyrolim ministro provinciali, die 3. Decembris 1654 datum, quo P. Joannem Jacobum a Muro eiusdem ordinis in conventu Glogoviensi seminarii magistrum et philosophiae lectorem instituit, in volumine „IV. Germania, Austria, Moravia e Silesia ad an. 1656 Num. 335" fol. 229 (483) invenitur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1725. Num. 650" („congo 26. Nov. 1725 numo 5") decretum legitur, quo P. Maximilianus Schmerowsky Soc. J., „per Neapolim et Siciliam sacrae caesareae catholicae Mtis copiarum militarium superior", „Joanni Josepho Aloysio Ludwig, archidioecesis Pragensis presbytero," licentiam administrandorum militibus personisque militaribus sacramentorum dedit variasque facultates concessit.

[361]) In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 327 (371, 46) — 330 (374, 49) b „minuta instrumenti super bonis ecclesiasticis regni Boemiae" a Dominico Fonthia, S. Congnis de P. F. notario, confecta legitur. — In tomo „V. Boemia ∞. Num. 217" fol. 74 (90) et 80 (95)—81 pactionis inter Ernestum Adalb. cardinalem ab Harrach et P. Isidorum de Cruce, „monasterii Carloviensis ordinis canonicorum regularium sancti Augustini Neo Pragae siti"

S. Cong^ne de P. F., quam ab eius praefecto, singulis cardinalibus ei ascriptis vel eius secretario ministrisve scriptae eaeque aut originales aut transscriptae aut earum commentarii (quos et conceptus vocant), quin etiam variorum scriptorum foris ad S. Cong^nem de P. F. mittendorum commentarii in ipsa eiusdem S. Cong^nis cancellaria confecti.[362])

abbatem, die 25. Maii 1652 factae exemplar reperitur, et alia tria eius exempla ibidem fol. 194, 195 et 196 inveniuntur. — In eodem volumine fol. 95 (115) apocha ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach Viennae 12. Decembris 1648 scripta legitur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1696. Num. 525" („cong^ne 1° Ottobre num° 12") literae, quibus seminarium Lusaticum Pragae ibidem die 29. Junii 1696 institutum est, inveniuntur. — In tomo „IX. Cause ∞. Num. 322" fol. 162–171 cuiusdam iuris periti sententia de iure episcopum Litomericensem nominandi, quod Ferdinandus III. Bohemiae rex sibi vindicabat, sine nomine proposita reperitur. — Libelli nonnulli a Fr. Hieronymo Lapi Bononiensi, ordinis Minorum Conventualium visitatore generali ultramontano provinciaeque Bohemicae generali commissario, scripti infra, num. 29 (pag. 172–181) et num. 70 b, 70 c afferuntur. — In volumine „Germania 1 usque 5. Num. 323" fol. 229–234 b „Epistola Valeriani Magni Fratris Capucini ad Rev^dum P. Bonaventuram Ruthenum, eiusdem ordinis contionatorem, de quaestione, utrum primatus Romani pontificis super universam ecclesiam probari possit ex solo sacro textu ∞. Dabam Ratisbonae 18. Aprilis 1653" typis exscripta (v. infra, num. 73 pag. 336) legitur. In volumine „Germania ∞. Num. 324" fol. 386–387 alius eiusdem auctoris libellus: „Nodus quaesitus in scirpo. Valeriani Magni Fratris Capucini ad Fr. Ludovicum a Salice, sacerdotem eiusdem ordinis" reperitur. — In tomo „Germania ∞. Num. 327" fol. 45 „Estratto dal libro tessuto dall' Em^mo s^r cardinale d' Harrach, intitolato ‚Historia della economia della cassa del sale del clero di Boemia'," in volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 460 (539, 128) „ex chronica Martini Boregkii Wratislaviensis impressa Wittenbergae anno MDLXXXVII fol. 343 et 344 a tergo" et in eodem volumine fol. 461 (540, 129) „ex chronica Wenceslai Hagezii [!] Boemiae anno Domini 1348 pag. 320" particulae ad universitatis Pragensis bona pertinentes leguntur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1716. Num. 606" („cong° 7. Sept. 1716 num° 9") titulus libri „a Fr. Fabiano Hinckelmann [Bavaro] ordinis Minorum s. Francisci reformatae provinciae Bohemiae, missionario apostolico indigno, Smirnae" conscripti, dico „Medulla celebriorum controversiarum fidei, quae inter nos catholicos, Lutherum, Calvinum, Graecos et Hebraeos vertunt, expressa ex Sancta Scriptura, anctis Patribus, conciliis, doctoribus, rationibus ac propria praxi," cum duabus censuris theologicis, altera a Fr. Davide Winther, eiusdem ordinis provinciae Bavariae diffinitore actuali, die 13. Decembris 1715, altera a Fr. Bennone Maijer, eiusdem provinciae bis emerito exprovinciali, die 1. Decembris 1715 conscriptis aliusque operis ab eodem auctore (Fr. F. Hinckelmann) scripti, nondum autem confecti, titulus, dico: „Antiquarius catholicus continens praecipuas fidei controversias recentiores, divisas in XL assertiones textibus S. Scripturae veterumque celebriorum Sanctorum Patrum sententiis et dictis munitas una cum succincta totius S. Scripturae notitia, obscuriorum vocum elucidatione eiusdemque urbium, regnorum et locorum brevi (iis exceptis, quae author ipse lustravit) longiori descriptione iuxta alphabetum disposita et asterisco signata," invenitur.

[362]) In volumine „Germania ∞. Num. 327" fol. 42 ex. gr. literae a S. Cong^ne de P. F. die 31. Maii 1642 ad Ernestum Adalbertum cardinalem ab Harrach datae, quibus „il cardinale Antonio Barberini" praefectus et Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt, ibidem fol. 44 aliae literae ab eadem ad eundem cardinalem die 26. Novembris 1652 missae, quibus „il cardinale Pamphilio," antiquior S. Cong^nis de P. F. cardinalis, et Dionysius Massari secretarius nomen subscripserunt, et fol. 50 aliae literae ab eadem S. Cong^ne ad eundem cardinalem anno 1658 datae, quibus dies non est ascriptus, nomina autem „il cardinale Antonio prefetto" et. M. Alberici secretarius subscripserunt, reperiuntur, quarum omnium litera-

Si nonnulla e scriptis hucusque recensitis (ex. gr. nuntiorum, episcoporum aliorumve relationes, aliarum congregationum decreta literasque, relationes de visitationibus peractis, cardinalium S. Cong^ni

rarum exempla idem cardinalis ab Harrach anno 1662 ad S. Cong^nem remisisse videtur. Idem de literis a Dionysio Massari, secundo S. Cong^nis de P. F. secretario, ad cardinalem ab Harrach die 9. Octobris 1651 datis, quae in volumine „V. Boemia ∞. Num. 217" inveniuntur, dictum esse puta. — In volumine „V. Boemia ∞. Num. 217" fol. 92 (112) et 85 (100) binae literae S. Cong^nis de P. F. ad eundem cardinalem ab Harrach die 8. Februarii et 6. Julii 1649 scriptae leguntur, quarum exempla in literarum a S. Cong^ne missarum serie plane desiderantur et a S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministris in hocce volumen relata esse videntur. — In tomo „Scritt. orig. rif. ∞ 1719" („cong° 3. Jul. 1719 num° 25") „copia di lettera scritta dal s^r cardinal Sacripante prefetto al s^r barone de Schiaffirof sotto li 29 Agosto 1718" et aliud exemplar literarum „in nome del s^r cardinal Sacripante prefetto" ad Nicolaum Michetti architectum eodem die itidemque Petropolim missarum leguntur, quarum – tamquam non ab ipsa S. Cong^ne de P. F. datarum — exempla in literarum missarum serie item desunt. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1738. Num. 695" („cong^ne 14 Aprile num° 16") literarum a S. Cong^ne de P. F. „al s^r abbate Piersanti, uditore della nunziatura apostolica di Vienna," 13. Aprilis 1738 datarum quidem, non autem missarum (quod verba in margine adiecta: „Fu riformata" comprobant) exemplum reperitur. — In volumine „Collegii I. Num. 362" fol. 67 et 68 binae literae a S. Cong^ne de P. F. ad [pontificiorum seminariorum rectores] die 20. Julii 1661 scriptae, cum quibus simul „declarationes ac responsa," quarum mentio supra in annot. 353 iniecta est, ad eos mitti debebant, leguntur, sed earum loco alias literas, quarum exemplar in literarum missarum serie („Lettere de' collegii dell' anno 1657 ∞. Num. 34" fol. 82 et 85) invenitur, et quibus dies 20. Augusti 1661 ascriptus esse videtur, missas esse verisimile est. — In tomo „Scritt. orig. rif. ∞ 1766. Num. 815" („num° 3") literae originales a [Josepho Maria cardinali Castelli] S. Cong^nis de P. F. praefecto ad Marium Marefoschi secretarium „di casa 20 Agosto 1766" datae reperiuntur. — Epistolae a singulis S. Cong^ni de P. F. ascriptis cardinalibus ad secretarium scriptae multae in horum voluminum serie inveniuntur. Literis a Virginio cardinali Orsini ad Marium Alberici secretarium „di casa questa sera 6 Aprile 1661" datis, quae computos ecclesiasticae capsae salis ab Ernesto cardinali ab Harrach Romam missos spectabant, Decius cardinalis Azzolini in calce haec verba manu sua addidit: „Ho veduto il conto e non ho che aggiungere" („Germania ∞. Num. 327" fol. 90). Nonnullae literae tales modum, quo negotia in S. Cong^ne de P. F. gerebantur, illustrant. In literis ex. gr. a Julio cardinali Spinola ad Fridericum Ubaldi Baldeschi secretarium „di casa primo Maggio 1671" datis haec legimus: „Ritorno l' instanze che sono state fatte dai curati all' amministratore, decano e capitolo della Superiore Lussatia [!], e per la cognitione che tengo, reputo molto vero l' esposto e degni d' esser esauditi nelle suppliche che porgono .... Le dimande che fanno, se bene malamente concepite, sono molto ragionevoli, et in sostanza basterà l' aggregatione a quest' arciconfraternite [!] del S^mo, del Confalone e del Rosario et il breve di N. S^re alla M^tà cesarea, ... e se si giudicherà a proposito, si potrebbero indrizzare li dispacci all' istesso Monsr arcivescovo di Praga .... Perchè so, che V. S^ia Illma impiega utilmente tutte l' hore nell' ocupationi più gravi, ho steso in ristretto il contenuto dei medesimi dispacci ∞" („Scritt. riferite nella cong^ne 15 Giugno 1671. Num. 428": „num° 26"). — Aliam cardinalium S. Cong^ni de P. F. ascriptorum occupationem literae, quae sequuntur, significant: „Di casa 6 Settembre 1718. — Il cardinal Casoni [Laurentius, qui an. 1718–1720 ordinis Minorum s. Francisci de Observantia et Reformatorum protector erat, conf. Dr. Herib. Holzapfel, Handbuch der Gesch. des Franziskanerordens, Freiburg im Br. 1909, pag. 703] rimette a Monsr Illmo segretario [Aloisium Carafa] la ponenza della missione d' Achmin con dirgli, che secondo la mente et ordine della S. Cong^ne ha inteso sopra il ristabilimento dell' istessa missione il P. Lorenzo da S. Lorenzo, vicecommissario generale de' Minori Osservanti .... Ha ancora interrogato i superiori de' Minori Riformati sopra i soggeti che sono stati proposti per la suddetta missione dal P. Mau-

ascriptorum epistolas) eodem iure ad hanc archivii partem pertinere credere possumus, quo ad eam literarum aliorumque scriptorum S. Cong^ni de P. F. allatorum sententiae nunc breviores, nunc longiores,

rizio da Nizza ∞" („Scritt. orig. rif. ∞ 1718. Num. 615": „congne 29 Agosto 1718 numo 22"). — Ad „Acta S. C." conscribenda sequentes literae, quae in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1738. Num. 695" („congne 14 Apr. numo 36") leguntur, pertinent: „Di casa 16 Aprile 1738. — Il cardinal Rezzonico rimette a Monsr Illmo Monti, segretario della Sagra Congne, la ponenza del collegio Ibernese di Praga, di cui avendone sotto il giorno 14 [Apr.], come li era stato prescritto, fatta relazione, credettero quelli Emmi sri, che si dovesse ordinare come in appreso: Scribatur per secretariam status auditori nuntiaturae Viennensis pro sollicita transmissione actorum visitationis [v. supra annot. 356] et quod interim mandet nihil innovari. Jura autem ∞", quae verba tricesimi sexti decreti congregationis generalis die 14. Aprilis 1738 peractae rescripti commentarius (quem et conceptum vocant) sunt („Acta S. C. de P. F. de anno 1738" fol. 122—122 b). — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1733" („congne 26 Gennaio numo 17") hae literae a Hannibale Albani cardinali tituli S. Clementis ad Vincentium cardinalem Petra, S. Congnis de P. F. praefectum, datae leguntur: „Di casa li 15 del 1733. — Il cardinale S. Clemente, dopo d'avere baciato umilissimamente le mani all'Emmo sr cardinal Petra, si fa lecito di rimettergli l'annessa copia di una lettera scritta dalla Mtà del rè di Polonia, duca ed elettore di Sassonia, al medesimo cardinale S. Clemente, ... supplicando l'Emza Sua ad osservarla e suggerir poi, in quali termini possa o debba rispondere lo stesso cardinal S. Clemente a detta lettera ed a S. Mtà, il che, se fosse possibile, bramarebbe di fare per sabbato prossimo [17. Januarii] e ∞." Negotium, ad quod regis Poloniae literae pertinebant, e S. Congnis de P. F. arbitrio pendere Hannibal cardinalis tituli S. Clementis sane haud ignorabat. — E creberrimis eiusdem S. Congnis secretarii epistolis, quae in horum voluminum serie leguntur modumque, quo negotia in S. Congni tractabantur, clare illustrant, hanc saltem a Francisco Ingoli ad Bernardum cardinalem Spada „di casa il primo Aprile 1640" scriptam hoc loco ponere iuvat: „Emmo ∞. Dal breve originale della transattione del datio del sale di Boemia ho cavata copia della parte, ch'appartiene alla lettera del sr cardinale d'Harrach circa il negotio de'canonici di Praga, e l'ho posto dentro la medesima lettera e domattina porterò meco l'originale, se per sorte fosse necessario di vederlo. — Il sr preposito Barsotti, agente . . . . del suddetto sr cardinale, m'ha detto, che V. Emza dubita non potere proporre; S'assicuri, che proporrà, perchè nella precedente congregatione [14. Martii 1640], nella quale Ella non intervenne, si finì il turno, e così si comincerà da capo. Ho voluto ∞" („Memoriali 1640. Num. 401" fol. 538), unde ordo, quo singulorum cardinalium in congregationibus generalibus relationes alia post aliam subsequebantur, apparet. At brevi post (in generali congregatione 75a die 14. Januarii 1648 habita „Emmi Patres iusserunt in proponendis negotiis in congregationibus generalibus non servari turnum in illis, quae vel non patientur moram, aut cum celeritate fuerint expedienda" („Acta S. C. de P F. anno 1648" fol. 1—1 b). — Ad congregationum particularium acta (decreta) conscribenda et modum, quo summi pontificis approbatio petebatur, hae literae a Francisco Ingoli ad eundem cardinalem Spada „di casa questa sera dell'ultimo di Settembre 1648" missae spectant: „Emmo ∞. Ho mostrata al sr cardinal Capponi la congregatione stesa nella forma che V. Emza mi dettò, a favor del sr cardinal d'Harrach, et essendo stato del parere di Lei, che non si faccia altro motto a' sri cardinali, ma che si dia al depositario del sacro collegio per aprir la strada all'essatione degli anelli cardinalitii nell'avvenire, io darò l'ordine al depositario conforme alla risolutione . . . . Di più il medesimo sr cardinal Capponi ha segnato il decreto de collegii d'Avignone e m'ha ordinato, che supplichi V. Emza, che domattina resti servita con occasione della congregatione del S. Uffitio di dar conto di detto decreto a S. Stà per haver il suo placet, perchè vorrebbe ∞" („I. Lettere diverse d'Italia 1648. Num 53" fol. 211); quae his literis in calce ascripta sunt simul et responsum ad eas et audientiae Smi acta sunt: „Ho letto per extensum a N Sre il decreto trasmessomi da V. Sia insieme con questo viglietto, e S. Stà ha approvato tutto.

non a tergo eorum ascriptae, sed ab iis separatim positae spectant,[363]) alia scripta huiusmodi ad alias archivii praecipuas partes („Acta S. C.", „Congregationes particulares", „Audientias Smi", literas a S. Congne missas, quas „Lettere della S. C." vocant) pertinere manifestum est.[364]) At ne literae quidem, de quibus non ad congregationes generales relatum est, sed quae in congressibus cardinalis praefecti cum secretario recitatae sunt, et quae in literarum non relatarum seriem („Scritture non riferite") spectant, in originalium lite-

Questo di primo Settembre [!] 1648. B. cardinale Spada." — Praeter epistolas etiam „memoriae" a S. Congnis de P. F. secretario ad cardinales ei ascriptos datae in his voluminibus leguntur, ex. gr. in tomo „Memoriali 1640. Num. 401" (fol. 301): „Memoria all'Emmo sr cardinal Barbarino padrone. Di trattar con N. Sre del P. maestro Angelo da Sonino, Minore Conventuale, gia vicario patriarchale di Costantinopoli . . . ., per ascriverlo nella congne dell'euthologico . . . . Ricordo anche riverentemente a V. Emza, che detta congne, de'dubbii si fa di rado ∞." V. etiam „memoriam" cardinali Millini datam, quae infra in annotatione in fine numeri 352 posita affertur. — In volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1777. Num. 847" („congne 28 Nov. numo 14") tabularii S. Congnis de P. F. praefecti responsio facultates episcopo Brunensi concedendas spectans reperitur. In volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 8 (344) literarum a S. Congne de P. F. ad cardinalem ab Harrach mittendarum („Al sr cardle d'Harrach. La Stà di N. Sre, intesa con i sensi propri della pietà ∞ [usque ad:] Le bacio humilmente le mani. Roma") commentarius reperitur, quod verba in margine ascripta: „Questa è la sostanza. V. Sia [Franciscus Ingoli] faccia la lettera, che mostri al sr cardinal Panzirolo, dal quale anche intenda, se vuole, che i ricapiti per il pagamento si mandino in mano Sua ∞" perinde ac illa, quae a tergo scripta sunt: „Minuta della lettera scritta al sr cardinal d'Harrach per conto della rimessa di 15000 tallari scritta li 24 Ottobre 1648" comprobant, quamvis earundem literarum exemplum, quod in literarum a S. Congne missarum serie („Lett. volgari della S. Congne dell'a. 1648. Num. 26" fol. 111b) legitur, nihil fere a commentario differat. — In eodem volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 7 (10, 252) „formula quietantiae pro Emmo domino cardinali de Harrach" i. e. apochae ad capsae salis administrationem spectantis, quam S. Congo ad eundem cardinalem anno 1646 dare debebat, commentarius (conceptus) multis locis emendatus reperitur. — In eodem volumine fol. 14 (26, 168) „minuta della dichiaratione ch'ha da far il sr cardinal d'Harrach in materia de'contratti fatti da S. Emza colli denari del datio del sale di Boemia" i. e. commentarius instrumenti a publico notario conficiendi et postea ad S. Congnem de P. F. mittendi (v. supra in annot. 361) legitur.

[363]) In volumine ex. gr. „I. Germania ad 1629. Num. 330" fol. 201 (87): „Compendio della visita del collegio d'Olmitz", in tomo „I. Belgium sive Fiandra, Jesuitissae ad 1648 inclusive. Num. 205" fol. 312—313: „Delle Giesuitesse e loro istituto. Compendio" legitur. V. etiam infra, annotationem in fine numeri 156, 456 positam. — Nonnunquam literarum scriptorumque allatorum duae sententiae, altera brevior, altera fusior, in S. Congnis de P. F. cancellaria conficiebantur; ex. gr. in calce literarum a P. Valeriano Mediolanensi Capucino ad Ludovicum cardinalem Ludovisi „Praga il primo dell'anno 1628" datarum, quae in volumine „Lettere di Germania ∞. Num. 69" fol. 146 (252) et 148 (256) reperiuntur, concisa earum summa scripta est, altera, verbosior, ibidem fol. (253) legitur. V. etiam annotationem in fine numeri 323, 372 positam. — Interdum ad binas, ternas pluresve literas, ad duo, tria vel plura scripta allata una communis sententia pertinet; v. ex. gr. infra, num. 37 (pag. 204). In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 280 (313, 560) — 281 (314, 561): „Secondo compendio della relatione del negotiato del sr cardinale d'Harrach intorno alla riforma della religione in Boemia" legitur.

[364]) V supra in annot. 353, 354, 355, 362.

rarum relatarum voluminibus desunt,[365]) ita ut in iis res ad omnes praecipuas archivii S. Cong^nis^ de P. F. partes, quin etiam tam ad aliarum S. Cong^num^ et variorum curiae apostolicae magistratuum (praecipue secretarii status), quam ad variorum ordinum religiosorum et diversarum curiarum episcopalium archivia pertinentes[366]) reperiantur, quod clarius tum patet, quando etiam eorum, quae a tergo scriptorum in his voluminibus comprehensorum ascribi solebant, respectus habetur.[367])

Praeter ea, quae modo tetigimus, tomi, qui „Lettere (scritture) originali riferite" vocantur, diversa alia continent, ex. gr. literas quidem ad S. Cong^nem^ de P. F. (ad eius secretarium vel alios) datas, quae autem nec in congregationibus (neque generalibus neque particularibus) nec in congressibus cardinalis praefecti cum secretario recitatae sunt,[368]) item certa literarum scriptorumque allatorum ge-

[365]) Eius generis sunt epistolae e literarum originalium ad S. Cong^nem^ de P. F. relatarum voluminibus in hoc I. tomo allatae, a quarum tergo in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria verba: „Lecta die . . . . cardinali Bandino" addita sunt; v. ex. gr. annotationes in fine numerorum 160, 161, 166, 167, 177 positas. Simili modo ex. gr. a tergo epistolae a Scipione D'Elci, archiepiscopo Pisano et apostolico nuntio Viennensi, Pragae die 15. Augusti 1657 ad S. Cong^nem^ de P. F. datae verba „Die 1. Octobris 1657" leguntur, quo die generalis congregatio non est peracta, quare, quamvis epistola illa in volumine „II. Cause dell' anno 1637. Num. 319" (fol. 156) ad seriem, quam „Lettere orig. riferite" vocant, spectante reperiatur, ad seriem hanc tamen non pertinet.

[366]) V. supra in annot. 351, 352, 358, 360. — In volumine „Scritt. orig. rifer. ∞ 1674. Num. 449" („cong^ne^ 3 Settr^e^ 1674 num^o^ 27") ex. gr. nonnullarum literarum, quae in Melitensi sacrae domus hospitalis s. Joannis Hierosolimitani archivio reperiuntur, exemplaria, quorum fidem Fr. Don Nicolaus Cotoner, eiusdem ordinis magister, die 5. Julii 1674 testatus est, dico literarum a Rudolpho II. Bohemiae rege die 9. Junii 1598 datarum et ad ius conferendi Bohemicum prioratum pertinentium, aliarumque a Ferdinando II. Bohemiae rege die 9. Septembris 1622 datarum commendamque Corporis Christi Vratislaviensem spectantium, perinde ac illarum, quas supra in annot. 360 attulimus, exempla reperiuntur.

[367]) V. inferius in hacce huius capitis parte.

[368]) In volumine „V. Lettere di Colonia ∞ 1643. Num. 87" fol. 89 (136) ex. gr. literae a Fr. Hugone Maria Ninivensi, collegii Ferdinandei ad s. Jacobum Pragae praeside, ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium Franciscum Ingoli die 8. Maii 1643 datae leguntur, ad quas quidem ipse secretarius die 6. Junii 1643 respondit, cuius responsionis conceptus ibidem fol. (141) b reperitur, imo etiam ad Ernestum Ad. cardinalem ab Harrach commendatitias literas eodem die dedit, quarum commentarius ibidem fol. (141) b legitur, sed neque „Acta S. C." neque „Congregationum particularium" volumina illius epistolae ad Franciscum Ingoli missae ullam mentionem iniiciunt. — Eiusdem generis literae sunt a Fr. Octaviano Ravennate, ordinis Minorum Conventualium provinciae Hungariae provinciali ministro, ad eundem Franciscum Ingoli die 3. Aprilis 1632 missae, ad quas idem S. Cong^nis^ de P. F. secretarius die 24. Aprilis 1632 responsum dedit („Lettere di Germania ∞ 1632. Num. 74" fol. 42—43 b). — In tomo verbis: „V. Boemia ∞. Num. 217" inscripto fol. 214 (281, 229) epistola a Fr. Antonio Specht, ordinis Minorum Conventualium provinciae Bohemiae commissario generali, Pragae die 10. Novembris 1649 ad N. [Dionysium] Massari, S. Cong^nis^ de P. F. secundum secretarium, data invenitur, in cuius margine inferiore verba alia manu (in ipsa S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria) scripta: „Bohemia. — N o n s e r v e, perchè è un

nera, de quibus modo in congregationibus generalibus, modo in congressibus referebatur, et quae igitur nunc ad literarum relatarum seriem, nunc ad illam, quam „Scritture non riferite" vocant, pertinent,[369]) itidem plurimas literas et alia scripta allata, ad negotia spectantia, quae ad varias, etiam diuturnas congregationes particulares (v. supra, pag. X, XI, XIV—XVI) pertinebant,[370]) porro multos libellos supplices,

mero cumploymiento" leguntur. — In eodem volumine fol. 249 (335, 196) literae ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach ad eundem Dionysium Massari secretarium die 26. Martii 1653 datae reperiuntur, quas e verbis ab earum tergo fol. (342) b in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria ascriptis nec in ulla congregatione nec in congressu relatas esse patet. — Idem de literis a Matthaeo Ferdinando [Zoubek de Bilenberg], nominato episcopo Reginohradecensi quibus solus dies 8. Decembris ascriptus est, ad [Antonium] Manfroni (v. supra in annot. 68) datis dictum esse puta, a quarum tergo praeter inscriptionem, diem („8. Decembris") et intitulationem („Germania, Boemia, Kinisgratz") verba: „Respondeatur nomine meo" leguntur.

[369]) Eiusmodi sunt ex. gr. l i t e r a e s t a t u s, quas inde ab Alexandri VII. tempore omnes, qui pontificiorum seminariorum alumni fuerant, ad S. Cong^nem^ de P. F. de sua conditione suisque laboribus atque operis quotannis aut alterno quoque anno mittere debebant (v. supra, annot. 283); initio quidem omnes literae status in literarum relatarum tomos, postea vero modo in earum, modo in literarum non relatarum seriem referebantur; literae status, quas „Matteo Petercka, missionario apostolico, canonico pastore d' Elten" die 4. Aprilis 1724 ad [Josephum cardinalem Sacripanti] dedit, verbis: „Correndomi l' annuo obbligo di scrivere alla S. Cong^ne^ de P. F., mi presento con questa a V. Em^za^ ed alla detta S. Cong^ne^ e dopo fatti gl' augurii . . . in occasione delle sante feste della resurrezione del nostro S^re^ espongo umilmente . . . ., che mi ritrovo al presente qui in Elten nella mia cura d' anime . . . . predicando ed amministrando gli santissimi sacramenti" incipientes, precum causa, quas subinde addidit, ut duo iuvenes in alumnorum collegii Urbani numerum asciscerentur, in volumen „Scritt. orig. rifer. ∞ 1724. Num. 643" („cong^o^ 13. Junii 1724 num^o^ 33") relatae sunt. — Huc etiam i u r a m e n t a, quae pontificiorum seminariorum alumni etiam per literas „iuxta declarationes factas a S. Cong^ne^ de P. F. [v. supra in annot. 353] et brevi apostolico roboratas sub die 20. Julii anno 1660" praestare debebant, pertinent; eorum enim exempla am in literarum relatarum serie (ex. gr. in volumine „Scritt. orig. rifer. ∞ 1713. Num. 590": „cong^o^ 19. Dec. 1713 num^o^ 6" iuramentum, quod „Franciscus Xaverius Leopoldus Felix Boemus, filius Lucae Alexii Felix civis Pardubicensis et Dorotheae archidioecesis Pragensis," „in convictu sancti Bartholomaei Pragae dominica infra octavam Epiphaniae die 8^a^ Januarii anno 1702" praestitit, reperitur), quam in illa, quam „Scritture non riferite" vocant, quin etiam in illis collegiorum tomis, e quibus nonnullos ad „Congregationum particularium" seriem pertinere diximus (v. supra, pag. XCVIII—XCIX), leguntur.

[370]) In volumine „Scritt. orig. rifer. ∞ 1704. Num. 549" („cong^ne^ 22 Settembre num^o^ 17") ex. gr. literae a Joanne Josepho comite Breuner archiepiscopo Pragensi ad [Joannem Antonium Da Via, episcopum Ariminiensem] nuntium Viennensem die 21. Junii 1704 datae et ad congregationum particularium de negotiis Bohemiae die 14. Septembris 1696 et 4. Septembris 1698 habitarum decreta pertinentes, literae ab eodem nuntio ad Carolum Augustinum Fabroni, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, 17. Julii 1704 scriptae, una cum quibus ecclesiasticarum capsarum Bohemiae (salis et parochorum) computos ad eandem S. Cong^nem^ misit, perinde ac „ristretto generale delli conti dell' anni 1668 e 1669 della cassa ecclesiastica del datio del sale" aliique computi reperiuntur, de quibus scriptis omnibus tamen in congregatione generali die 22. Septembris 1704 habita, quamvis ad congregationem particularem spectarent, re vera tractatum est; anno enim 1704 particularis congregatio Bohemiae congressum nullum habuit; eodem iure in volumine „Scritt. orig. rifer. ∞ 1772. Num. 833" („cong^ne^ 2 Giugno num^o^ 12") „computus cassae parochorum a 1^a^ Februarii usque ad ulti-

etiam ad summum pontificem missos ac etiam post annum 1666 (v. supra, pag. XVIII) scriptos, de quibus S. Cong° de P. F. in congressu generali tractavit, tametsi nonnulli ad „Audientiarum S^mi^“ (v. supra, pag. C, CIII, CV, CVIII), nonnulli ad „Congregationum particularium“ (v. supra, pag. LXIII) seriem pertinent.[371])

Si iam ex iis, quae hucusque dicta sunt, manifeste apparet, quam varias res originalium literarum relatarum series contineat, eius varietas eo magis perspicua erit, si etiam scriptorum, quae sine ulla controversia ex originalibus literis relatis sunt, respectus habebitur; nam in horum voluminum serie praeter literas libellosque supplices allatos atque praeter illas res, quas in iis contineri superius diximus, ex. gr. decreta ab apostolicae sedis nuntiis edita, quibus S. Cong^nis^ de P. F. praecepta promulgabant,[372]) literarum etiam a nuntiis apostolicis ad pontificii status secretarios vel ab aliis personis ad cardinales S. Cong^ni^ de P. F. ascriptos missarum breviaria vel partes,[373]) institutiones (quas vulgo instructiones vocant) tam a S. Cong^ne^ de P. F. vel status pontificii secretario nuntiis apostolicis aliisve, quam ab archiepiscopis (episcopis etc.) variis personis datae,[374]) testimonia varia (ex. gr. paupertatis testimonia iis, qui consanguinitate vel affinitate coniuncti matrimonium aut contrahere volebant, aut iam contraxerunt, data),[375]) diversa scripta ad regulares ordines religiosorum (v. gr. ad eorum regulas, capitulares congregationes etc.) et ad missionarios ex iisdem ordinibus spectantia,[376]) quaestiones theologicae tam a S. Cong^ne^ de P. F. theologis, quam ab aliis ipsi S. Cong^ni^ propositae responsaque tam a theologis, quam a S. Officio

mam Decembris anni 1771“ legitur, nam eadem congregatio particularis Bohemiae die 22. Martii 1771 ultimum convenit; at etiam annis, quibus eiusdem particularis congregationis congressus habitus est (vel habiti sunt), scripta ad eam pertinentia eaque non solum in congregatione particulari iam decisa (v. supra, pag. XII), sed etiam ea, de quibus congregatio particularis nondum deliberaverat, in hanc literarum originalium seriem relata sunt.

[371]) Libelli supplices ante annum 1667 ad summum pontificem vel ad S. Cong^nem^ de P. F. dati, de quibus, sive generalem, sive aliquam particularem congregationem spectabant, summus pontifex auctoritate sua in audientiis decrevit, plurimi in literarum originalium relatarum serie, cuius tomi numeris 382—397 et 399—417 signati verbo „Memoriali“ inscripti sunt, leguntur.

[372]) In volumine „IV. Lettere di Germania ∝ 1636. Num. 78“ fol. 13 (21) ex. gr. decretum a „Malatesta Boleno [italice Baglioni], dei et apostolicae sedis gratia episcopo Pisaurensi, ad Sac. Caes^am^ M^tem^ nuntio apostolico“ Ratisbonae die 30. Septembris 1636 editum reperitur, quo P. Petrus Vading Soc. J. alium librum „in materia universitatis Carolinae“ Pragensis conscribere typisque exscribere vetabatur (v. supra in annot. 20). — Conf. supra, pag. LXV et annot. 181.

[373]) In volumine „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 229 ex. gr. literarum ab apostolico nuntio Viennensi ad secretarium status die 18. Julii 1637 datarum breviarum, in volumine „IV. Boemia ∝. Num. 216“ fol. 72 (138) „parte d'una lettera di Monsr nuntio di Germania in materia della Carolina di Possonio 12 Febraro 1638, decifrata li 4 di Marzo“ invenitur, a cuius tergo, fol. (143) b, verba: „Literae nuntii Germaniae 4. Martii [!] 1638 in cifra scriptae ad Em^mum^ dominum [Franciscum] cardinalem Barberinum circa Carolinam“ ascripta sunt. — In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214“ fol. 30 (31, 170) „summa brevium Julii III. de anno **1554** mense Junii et mense Augusti et Pauli IV. **1555** mense Julii ad cardinalem [Reginaldum] Polum Angliae legatum“ datorum legitur. — V. etiam infra, num. 188 et 349. — Conf. supra annot. 350.

[374]) In volumine „Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71“ fol. 33 (58) „istruttione a Mons^re^ nuntio di Germania per la propagatione della fede cattolica in quella provintia“ die 31. Martii 1629, in volumine „II. Boemia ∝. Num. 215“ fol. 343 (431) „instruttione

per Monsr nuntio cesareo sopra l' erettione della nova università in Praga“ anno 1628 post diem 7. Julii scripta, in volumine „I. Boemia ∝. Num. 214“ fol. 397 (449, 181) „copia d'un capitolo d' instruttione a Monsr Buonhuomo, vescovo di Vercelli, destinato nuntio all' imperatore, l' ultimo di Settembre **1580**“ legitur. V. etiam infra, num. 83, 174 b, 297 b. — In volumine „I. Boemia ∝. Num. 214“ fol. 220 (246, 189) „instructio a nobis [Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach, Jaroslao Bořita comite de Martinicz, Friderico de Talmberg], ad reformationem haereticorum in regno Boemiae a Sac. Caes^a^ Regiaque M^te^ deputatis commissariis, pro Adm. Rev^do^ domino Joanne Ernesto Plateis de Platenstein . . . . canonico etc., nostro subdelegato ad reformationem districtuum Chrudimensis, Czaslaviensis, Bechinensis, Prachensis et Pilsnensis“ anno 1627 data, in volumine „II. Boemia ∝. Num. 215“ fol. 170 (202, 60) „instruttione“ ab eodem Ernesto Ad. cardinali ab Harrach „per il P. Basilio d' Aire predicatore Capucino“ die 4. Januarii 1631 scripta reperitur. V. etiam infra, num. 119.

[375]) In volumine „IV. Germania, Austria ∝. Num. 335“ fol. 98 ex. gr. testimonium paupertatis a Henrico Rosnata, monasterii Lucensis in Moravia abbate atque prothonotario apostolico, Matthiae et Catherinae Stohl die 29. Aprilis 1654 datum, in volumine „Scritt. orig. rifer. ∝. Num. 583“ („cong° 2. Aug. 1712 num° 1“) aliud testimonium, quod Georgius Raicsani, poenitentiarus „ad s. Petrum, [Romae] 8. Julii 1712“ his verbis scripsit: „Joannem Christophorum Antonium Buchan, filium domini Joannis Friderici Buchan, examinavi e doctrina christiana et scire omnia pro aetate sua, imo et amplius, deprehendi, id quod hisce attestor“, legitur. — In volumine „Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 260 testimonium, quod Dionysius Massari, S. Cong^nis^ de P. F. secundus secretarius, „Romae die 1^a^ Januarii 1656“ scripsit („Ego infra scriptus fidem facio post multos tractatus in S. Cong^ne^ de P. F. habitos de erigendis in partibus regni Bohemiae prope haereticorum ditiones aliquot cathedralibus ecclesiis . . . . tandem de voto eiusdem S. Cong^nis^ S^mum^ D. N. Alexandrum . . . VII. benigne decrevisse oppidum Litomericense prope Saxoniam ibidem situm esse erigendum in cathedrale et ecclesiam in eo in episcopalem, eaque de causa ab eadem S. Cong^ne^ magno aere emptum fuisse in illis partibus dominium et fundum illudque dictae novae mensae episcopali in dotem fuisse assignatum, ac denique totam huius erectionis et provisionis dictae ecclesiae expeditionem expensa et zelo eiusdem S. Cong^nis^ fuisse inceptam, continuatam et absolutam ad laudem omnipotentis Dei et haeresum exstirpationem et catholicae, religionis propagationem“), invenitur.

[376]) In ipsa voluminis „Scritt. orig. rifer. ∝ 1773 . . . . Num. 837“ inscriptione loco quem punctis indicavimus, verba: „Regole de' monaci Armeni del Libano“ leguntur; in volumine „Scritt. orig. rifer. ∝ 1721. Num. 632“ („cong° 15. Decembris 1721 num° 18“) „articolo concernente la residenza del P. generale dell' ordine di san Paolo primo eremita estratto dalle costituzioni di detto ordine parte terza, capo secondo, numero quarto“ reperitur; in volumine „II. Lettere di Germania ∝ 1633. Num. 75“ fol. 29 (50) „extractum ex actis congregationis capitularis factae in conventu Reginohradecensi [ordinis Minorum Conventualium s. Francisci] sub die 29. Junii anni 1631“, in volumine „Scritt. orig. rifer. ∝ 1735. Num. 682“ („cong^ne^ 16 Maggio num° 16“) „nota de' missionarii esistenti presentemente nella custodia di Costantinopoli“, in volumine „Scritt. orig. rifer. ∝ 1726. Num. 651“ („cong° 28. Januarii 1726 num° 5°“) „nota delle spese fatte per l' infermità del Rev^do^ P. Apollinare da Trento missionario apostolico . . . . dal P. Aurelio Roden confessore Fiammengo in Livorno“ legitur.

eidem S. Cong^ni^ de P. F. data,[377]) commentationes in decreta S. Cong^nis^ de P. F. sive in generalibus sive in particularibus congregationibus facta, ab iis, ad quos missa sunt, scriptae,[378]) literarum a summis pontificibus edendarum vel saltem clausularum in iis ponendarum commentarii (quos et conceptus vocant) non a S. Cong^ne^ de P. F., sed ab aliis scripti,[379]) acta iudiciaria ad diversas causas tam in curia Romana, quam extra Urbem apud iudices ab eadem curia delegatos vel subdelegatos actas pertinentia,[380]) acta publica

[377]) In volumine „Germania, Bohemia 23. Num. 327" fol. 144, 157, 161 ex. gr. quaestio a S. Cong^ne^ de P. F. praecipuis theologis Romanis posita, quae pecuniam a Ferdinando III. ex ecclesiastica capsa salis regni Bohemiae fenore sumptam spectat, ibidemque fol. 143, 150, 153–155, 161 b–162, 165–168 theologorum consultatorum responsiones leguntur; in volumine „II. Polonia, Russia ∞. Num. 337" fol. 156 responsum a Joanne Lupi substituto „dal S. Officio li 30 Gennaro 1627" ad Franciscum Ingoli missum („Al memoriale che V. Sia diede per il P. Valeriano Magno è stato fatto questo decreto: ‚Sciat P. Valerianus omnes eos, quibus absolvendi ab haeresi facultas concessa est, posse absolvere relapsos, qui non fuerunt iudicialiter de haeresi vel relapsu accusati' ∞") invenitur, quam quaestionem etiam supplex libellus a Fr. Nicolao Crusenio, ordinis Eremitarum s. Augustini in Bohemia ministro provinciali, ad summum pontificem Urbanum VIII. anno 1625 datus (v. infra, num. 265) spectabat.

[378]) In volumine „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 22 ex. gr. „informatione et consideratione alla S. Cong^ne^ de F. P. intorno al tenore del decreto d' essa delli 21 Novembre toccante al seminario archiepiscopale di Praga" ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach ad S. Cong^nem^ de P. F. missa legitur. — V. etiam infra, num. 190 b, 311.

[379]) In volumine „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 30–31 „compendium ac sensus literarum nostrarum, [Gaspari de Questenberg] abbatis ac conventus Strahoviensis, ad S. Cong^nem^ cardinalium de P. F. in authentico sub dato 31. Januarii 1637 missarum super fundatione [Pragensis seminarii Praemonstratensis] in iisdem contenta et deducta" reperitur, a cuius tergo (fol. 31 b) Franciscus Ingoli verba: „Conditioni da porsi nella confirmatione apostolica del seminario dell' abbate di Questemberg" ascripsit. — Ibidem fol. 28–29 „clausule o cautele che parrebbe a S. Em^za^ [Ern. Ad. ab Harrach] dovessero inserirsi nel diploma della confirmatione apostolica del seminario archidiocesano di Praga" leguntur, a quarum tergo (fol. 29 b) in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria verba: „Clausule da inserirsi nella confermatione apostolica del seminario di Praga" apposita sunt. — In volumine „Lettere di Germania ∞ 1639. Num. 81" fol. 87 (156) haec legimus: „Verba clausulae odiosae, prout in brevi: ‚Ac eidem Cong^ni^ [de P. F.] praemissa omnia et singula, prout sibi magis in Domino expedire videbitur, rectractandi, immutandi et alterandi seu circa ea aliter disponendi et dispensandi . . . . plenam, liberam et amplam facultatem et authoritatem concedimus et impartimur'. Quid si hoc modo sequenti reformaretur? Scilicet: Ac eidem Cong^ni^ praemissa omnia et singula, prout sibi magis in Domino expedire videbitur, ad instantiam moderni abbatis Strahoviensis seu eius in dicta abbatia successorum retractandi, immutandi etc., vel sic: Ac eidem Cong^ni^ praemissa omnia et singula, prout sibi magis in Domino expedire videbitur, salvo fundatoris eiusque successorum pleno iure, rectractandi, immutandi etc., vel sic ∞", et in inferiore huius scripti margine Ernestus Ad. cardinalis ab Harrach, qui tunc (anno 1637–1638) Romae aderat, verba: „Solide velim dici, quae dicenda sunt, non ambigue, ut sit interpretationi diversae locus", ascripsit.

[380]) Praeter volumina verbo „Cause" inscripta (Num. 311—322) plures tabulae litis ex. gr. ad causam clerici Hermanni Heiligenbach a Leopoldo Maior alapa percussi spectantes in volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" leguntur, in volumine „Scritture orig. rifer. nella

(diurna), perscriptiones pecuniae alicuius mandatu alii ab argentariis solvendae, legum in diversis regnis conditarum vel conscribendarum praecepta et plurima alia leguntur.[381])

Quod ad formam, qua literae originales libellique supplices S. Cong^ni^ de P. F. allati conscribebantur, attinet, hoc loco solum allocutionis, clausulae, modi, quo nomen subscriptum literis adiungebatur, et quo literae ipsae vel libelli supplices[382]) iis, ad quos mittebantur,

congregazione generale de 22 Aprile 1749. Num. 740" („num^o^ 11") multa acta iudiciaria ad causam inter abbatem monasterii Neocellensis et decanum collegiatae ecclesiae Budissinensis vertentem pertinentia reperiuntur.

[381]) In volumine „Lettere di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 61 (95) ex. gr. „Capitolo d' un foglio d' avvisi mandato da Monsr arcivescovo di Tessalonica sotto li 20 di Gennaro [1629]," ibidem fol. 58 (88) „copia d' un capitolo contenuto nel foglio d' avvisi di Vienna de' 18 Novembre 1628," in tomo „Lett. di Germania ∞ 1635. Num. 77" fol. 66 (106) „sommario d' alcuni articoli della pace conclusa tra S. M^tà^ Ces^a^ e l' elettore di Sassonia publicata dal conte Trautmestorff [!] commissario con tiri d' artigliaria e salve di moschetti hoggi li 30 Maggio 1635 in Praga," in volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 469 (548, 137) „attione fatta nell' università Carolina per l' introduttione della facolta medica" descripta legitur. — In tomo „Scritture orig. rifer. ∞ 1738. Num. 697" („cong^ne^ 30 Settembre num^o^ 14") perscriptio a Casimira, Poloniae et Lithvaniae regia virgine, die 6. Decembris 1722 data his verbis scripta reperitur: „Il Vous plaira, Monsieur Perichon, en vertu de la présente assignation payer à la dame Elisabeth Aberle, ma femme de chambre, ou à son ordre et volonté, 4000 livres des rentes de mon contract sur l' hotel de ville de Paris. Fait bon payeiment, mettez les sur mon compt, ce que je confirme de ma propre main ∞," quam perscriptionem eius exemplar in linguam Italicam conversum sequitur. — In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 252 (282, 216) – 253 (283, 228) nonnulla ‚renovatarum regni Bohemiae constitutionum' anno 1627 promulgatarum praecepta inveniuntur. V. etiam infra, num. 125 c. — In tomo „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 279 (352, 64) „divisio episcopatuum, archidiaconatuum et decanatuum in regno Boemiae", in volumine „IV. Lettere di Germania ∞ 1639. Num. 81" fol. 99 (177) „catalogus pagorum, praediorum, censuum, redditiuum etc. a metropolitana ecclesia Pragensi per iniuriam temporum iniquo iure alienatorum," in tomo „Scritture orig. rifer. ∞ 1715. Num. 601" („cong^ne^ 16 Settembre 1715 num. 26") „preghiere de' Turchi in Costantinopoli che fanno publicamente nella guerra presente" („Per la riverenza che professiamo alla Vostra Essenza, o Dio magnifico e misericordioso, concedeteci l' acquisto di Morea senza combattimento e senza battaglia. Rispondono tutti: Amin. Per li miracoli del vero profeta, o sempiterno Iddio, concedeteci l' acquisto di Morea senza combattimento e senza battaglia. Amin. Per li tanti sospiri delli fanciulli consolate li combattenti per la vera fede. Amin. Rendete, o Dio, le città delli infedeli coll' opprimerli desolate e deserte. Amin ∞") leguntur.

[382]) Libellorum supplicum tomi, qui inter originalium literarum relatarum volumina suam quasi seriem efficiunt (v. supra in annot. 371), perinde ac „Audientiarum S^mi^" tomi (v. supra, pag. CI—CIV) praeter libellos supplices multa alia comprehendunt ex. gr. literarum ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach ad S. Cong^nem^ de P. F. die 1. Junii 1647 datarum summam et congregationis generalis 63^ae^ die 3. Julii 1647 peractae decretum 20^mum^ ad illas pertinens („I. Memoriali 1647. Num. 413" fol. 5–6), decreti 6^i^ in generali congregatione 139^a^ die 12. Aprilis 1631 celebrata facti commentarium, cui in calce verba: „Scribatur ut supra" addita sunt („Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 89), memoriam de iis, quae Franciscus Ingoli cum Francisco Paulucci, S. Cong^nis^ Concilii secretario, tractavit, cum decreto 31° generalis congregationis 140^ae^ die 7. Maii 1631 habitae in memoriae calce ascripto (ibid. fol 138), literas, quas G[iovanni] Gualtieri de Castro, S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae minister, die 22. Octobris 1638 ad Franciscum Ingoli secretarium his verbis

inscribebantur, respectus haberi potest, quae formulae in hacce editione plerumque partim abbreviantur, partim omittuntur.

Literae (libellique supplices) ad summum pontificem datae et ab eo ad S. Cong^nem^ de P. F. delegatae, quae in horum voluminum serie inveniuntur, eadem allocutione ac libelli supplices in „Audientiarum S^mi^" tomis (v. supra, pag. CVIII) saepissime tamen verbis „Beat^me^ Pater" vel „Beat^mo^ Padre" incipere solent. In literis ad S. Cong^nem^ de P. F. vel cardinalem praefectum vel antiquiorem (aliumve) eiusdem S. Cong^nis^ cardinalem datis primo tempore allocutionem: „Ill^mi^ ac Rev^mi^ domini cardinales, domini clementissimi", „Ill^mi^ e Rev^mi^ signori miei osservandissimi", „Ill^me^ et Rev^me^ domine; patrone colendissime", „Illmo e Rev^mo^ signor mio, padrone colendissimo" (v. infra, num. 14), „Illmo et Rev^mo^ signor mio ossrevandissimo" (v. infra, num. 22), inde autem a die 10. Junii 1630, quo Urbanus VIII. cardinalibus titulum ‚Eminentissimi' impertitus est, allocutionem „Em^mi^ et Rev^mi^ domini", „Em^mi^ e Rev^mi^ signori", „Em^me^ ac Rev^me^ domine, domine patrone colendissime", „Em^mo^ e Rev^mo^ signor mio osservandissimo", „Em^mo^ e Rev^mo^ signor, padrone mio colendissimo" invenimus,[383]) nuntiorum literae ad cardinalem secretarium status (cardinalem nepotem) datae allocutionem „Em^mo^ et Rev^mo^ signor, padrone mio colendissimo" habere solent. Literae ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium datae variam allocutionem habent, quippe quae non solum procedente tempore, sed etiam personae, quae literas ad eum misit,

scripsit: „Illmo ∝. Nel stender la minuta per il seminario Strahoviense [v. supra in annot. 379] ho incontrato un equivoco, del quale piaccierà a V. S^ia^ Illma di chiarirmi, et è, che nella nota mandatami da V. S^ia^ Illma Essa fra le conditioni di questo seminario al segno ∓ pone, ch' in esso s' habbino da tenere le scuole ∝" („Memoriali 1638. Num. 399" fol. 529), literas testimoniales ab „Anna Moschkowskia nata Frocksteinia de Natzieslawitz in Schönstein, Sczepankowitz et Rohow" de opera a Fr. Antonio Specht Pragensi, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci Opaviae guardiano, in illius bonis in convertendis haereticis consumpta die 19. Januarii 1641 datas („II. Memoriali 1645. Num. 410" fol. 195) etc. Praeter libellos supplices ad summum pontificem et ad S. Cong^nem^ de P. F. vel eius cardinales scriptos ibidem etiam libelli ad eius secretarium missi, ex. gr. libellus a Fr. Jacobo ‚da Carpi', ordinis Minorum Conventualium s. Francisci, ad Franciscum Ingoli anno 1635 datus („Memoriali 1635. Num. 395" fol. 451), et praeter libellos supplices allatos etiam ii, qui in S. Cong^nis^ de P. F. ipsius cancellaria conscripti sunt, in horum voluminum serie leguntur.

[383]) Exceptiones ne hic quidem desunt: literae ex. gr. a Fr. Josepho Polono Capucino, missionario in regno Bohemiae, ad Antonium cardinalem Barberini die 23. Aprilis 1635 datae allocutione „Em^me^ et Rev^me^ princeps et domine, domine clementissime" incipiunt („Lettere di Germania ∝ 1635. Num. 77" fol. 87); literis a Fr. Adolpho a S. Benedicto „e clericis regularibus Scholarum piarum" anno 1737 ad S. Cong^nem^ de P. F. datis allocutio: „S. Cong^o^ cardinalium de P. F. || Em^mi^, Ill^mi^ ac Rev^mi^ domini, domini benignissimi, gratiosissimi" („Scrit. orig. rifer. ∝ 1738. Num. 695": „cong^ne^ 14 Aprile num^o^ 16") praemissa est.

honoris gradu variabat: in iis enim nunc allocutionem „Molto Ill^re^ signore" nunc „Ill^ris^ et Rev^me^ domine", modo „Molto Ill^re^ e molto Rev^do^ signore", modo „Molto Ill^re^ e Rev^mo^ signore", modo „Illmo e Rev^mo^ signore", alias „Molto Rev^do^ Padre", alias „Rev^mo^ signor e padron" legimus;[384]) inde a die 10. Junii 1630, quem paulo superius commemoravimus, S. Cong^nis^ de P. F. secretariis, qui episcopi erant (v. supra, annot. 68), in allocutionibus iusto iure titulus „Ill^me^ et Rev^me^ domine", „Illmo e Rev^mo^ signore" scribebatur.[385]) Aliquando

[384]) Carolus Carafa nuntius Viennensis anno 1622, Fr. Valerianus Mediolanensis Capucinus anno 1625 Franciscum Ingoli verbis „Molto Ill^re^ signore" (v. infra, num. 41 et 235), idem nuntius anno 1624, 1625 et 1626 perinde ac Fr. Hieronymus Lapi ordinis Minorum Conventualium s. Francisci anno 1624 eundem S. Cong^nis^ de P. F. secretarium verbis „Molto Ill^re^ e Rev^mo^ s^r^ mio osservandissimo" (v. infra, num. 187, 214, 285, 355) alloquuntur; in literis autem die 26. Augusti 1626 scriptis idem nuntius verba „Illmo e Rev^mo^ signor mio osservandissimo" (v. infra, num. 452) adhibuit. Fr. Valerianus de Magni Mediolanensis, quem modo tetigimus, in literis ad Franciscum Ingoli datis anno 1624 allocutione „Molto Rev^do^ Padre mio osservandissimo," anno 1625 et 1626 allocutione „Molto Ill^re^ e Rev^mo^ signor mio osservandissimo" (v. infra, num. 141, 323, 363 a, 382, 445), anno 1626 etiam verbis „Illmo e Rev^mo^ signor osservandissimo" (infra, num. 356) usus est. Fr. Franciscus Chiari Capucinus in literis anno 1624 scriptis allocutionem „Rev^mo^ signor e padron mio osservandissimo (colendissimo) posuit (v. infra, num. 112, 127), Fr. Josephus Polonus Capucinus anno 1625 et 1626 eundem secretarium verbis „Ill^ris^ et Rev^me^ domine (domine osservandissime)" alloquitur (v. infra, num. 305, 348), Ernestus Ad. cardinalis ab Harrach anno 1626 allocutione „Molto Ill^re^ e molto Rev^do^ signore" (v. infra, num. 358) usus est; hac eadem allocutione ante diem 10. Junii anni 1630 etiam cardinales curiae Romanae, ex. gr. Joannes Garzias cardinalis Millini in literis 13. Julii 1628 datis („I. Lettere d' Italia 1628. Num. 3" fol. 54), et eiusdem curiae praelati ex. gr. Petrus Benessa, qui summi pontificis ciferarius (italice: segretario della cifra) erat, in epistola die 8. Julii 1628 ad Franciscum Ingoli missa (ibidem fol. 53) utebantur. Joannes Bapt. cardinalis Pallotto, qui tunc apostolici nuntii munere ad aulam imperialem Viennae fungebatur, eundem secretarium in literis, quas die 18. Maii 1630 ad eum dedit („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 9) verbis „Ill^re^ e molto Rev^do^ signor come fratello" allocutus est, tametsi Franciscus Ingoli episcopali dignitate praeditus non erat, et verba „come fratello" („ut frater") a cardinalibus solum in epistolis ad episcopos (archiepiscopos) scriptis ponebantur. Eodem modo titulus Rev^mi^, qui episcopis debebatur, Francisco Ingoli et Dionysio Massari sine ullo iure dabatur.

[385]) Epistola ex. gr. a Francisco Bonesana episcopo Comensi ad Carolum Augustinum Fabroni secretarium die 29. Junii 1700 data allocutione „Illmo e Rev^mo^ signor mio, padrone osservandissimo" incipit („Scritt. non riferite ∝: collegio Urbano. Num. 3" fol. 31). Literae a Fr. Venusto Friburgensi Capucino, missionum in Moscovia praefecto, ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium (Petrum Aloisium Caraffa archiepiscopum Larissensem) die 3. Martii 1724 scriptae allocutionem „Ill^me^ ac Rev^me^ domine, domine" habent („Scritt. orig. rifer. ∝ 1724. Num. 643": „cong^o^ 3. Jul. 1724 num^o^ 21"). Epistola a Fr. Casimiro Silesiaco, ordinis Minorum reformatorum s. Francisci missionario in Aethiopia, ad secretarium (Silvium de Cavalieri archiepiscopum Atheniensem) die 26. Februarii 1714 missa allocutionis ordinem invertens, ita incipit: „Rev^mo^ ac Illmo signore, padrone mio colendissimo" („Scritt. orig. rifer. ∝ 1714. Num. 592": „cong^ne^ 14 Mag. 1714 num^o^ 18"). — Literae autem post diem 10. Junii 1630 ad Franciscum Ingoli, Dionysium Massari datae varia (aeque ac ante diem, quem modo diximus) allocutione incipiebant: Ernestus Ad. cardinalis ab Harrach ex. gr. in literis ad Franciscum Ingoli datis allocutione „Molto Ill^re^ e Rev^mo^ signore" („Lett. di Germania ∝ 1633. Num. 75" fol. 61, „IV. Lett. di Germania ∝ 1637. Num. 79" fol. 147), Fr. Casparus de Questenberg abbas Strahoviensis allocutione: „Rev^me^ et Perillustris domine, domine

etiam titulus „Excellentissimi“, qui hodie in usu est, tametsi S. Cong^nis^ de P. F. secretario nondum tribuendus erat, in literarum ad secretarium datarum allocutione invenitur.[386]) Literae autem, quae a variis Romanae curiae magistratibus (praesertim e secretarii status cancellaria) ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium mittebantur, allocutione carere solent, quod etiam de multis (non autem omnibus) literis a cardinali praefecto, antiquiore vel alio ad eundem secretarium datis, quae plerumque die ascripto incipiunt, dictum esse puta.[387]) Longum esset, si allocutiones personis a S. Cong^ne^ de P. F. extrariis tribui solitas, quae in literis ad eandem S. Cong^nem^ allatis inveniuntur, hic afferre vellemus; ideo praetermittuntur.[388])

observandissime“ („III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 32) etc. utebatur. — In epistolis lingua Gallica ad secretarium scriptis plerumque allocutio: „Monseigneur“ invenitur (ex. gr. „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∞. Num. 39“).

[386]) Joannes Georgius Peterka Saxo, qui collegii Urbani alumnus fuerat, in epistola die 27. Decembris 1717 ad Petrum Aloisium Caraffa secretarium scripta allocutionem „Eccelimo e Rev^mo^ signore, signore“ posuit („Scritt. orig. rifer. ∞ 1718. Num. 611“: „cong^ne^ 31 Genno 1718 numo 7“).

[387]) In volumine „Scritt. orig rifer. ∞ 1713. Num. 587“ („cong^ne^ 3 Aprile numo 27“) epistola huiusmodi sola inscriptione: „Dalla segreteria di stato 24 Marzo 1713“ incipit. Aliud exemplum v. supra in annot. 352. — Quod ad literas a cardinalibus ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium scriptas attinet, v. supra in annot. 362. Epistola autem a Joanne Garzia cardinali Millini die 13. Julii 1628 ad Franciscum Ingoli missa (v. supra in annot. 384) allocutionem: „Molto Ill^re^ et molto Rev^do^ signore“ in fronte gerit („I. Lettere d' Italia 1628. Num. 3“ fol. 54). — Literae, quas negotiorum Antonii Petri comitis Příchovský archiepiscopi Pragensis in curia Romana procurator, cui [Petro Antonio] Tioli nomen erat, ad Stephanum Borgia, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, die 22. Martii 1781 dedit, sine ulla inscriptione et allocutione verbis: „Monsr arcivescovo di Praga ha ripetuto le sue più vive premure ∞“ incipiunt („Scritt. non riferite dall' anno 1779 ∞: missioni settentrionali ∞. Num. 13“ fol. 211).

[388]) Hoc loco tantum allocutiones, quae in literis ad nuntios apostolicos datis leguntur, attingere nobis liceat. Priusquam cardinales titulum „Eminentissimorum“ habuerunt, nuntiis idem ac cardinalibus titulus, dico „Ill^me^ et Rev^me^ domine (domine et patrone colendissime)“, „Rev^me^ et Ill^me^ domine (domine clementissime)“ „Illmo et Rev^mo^ signor (et padron colendissimo)“, debebatur (v. infra, num. 124 a, 215, 262 a, 382; „Lettere di Ungaria, Polonia ∞ 1629. Num. 57“ fol. 107); cardinales autem, dum ad nuntios scribebant, allocutione „Molto Ill^re^ e Rev^mo^ signore“ utebantur (v. infra, num. 7); sed etiam a cardinalibus et quidem etiam ante dictum diem 10. Junii 1630 titulus „Illmo et Rev^mo^ signor“ nuntiis tribuebatur, eumque cardinales, postquam Eminentissimi facti sunt, in literis ad nuntios datis semper fere adhibebant; Ernestus Ad. cardinalis ab Harrach ex. gr. in literis die 14. Augusti 1627 ad nuntium Viennensem Carolum Carafa missis allocutionem „Illmo et Rev^mo^ signor come fratello“, in aliis itidem ad nuntium Viennensem Cyriacum Rocci die 1. Februarii 1631 scriptis literis allocutionem „Illmo e Rev^mo^ Monsr come fratello“ („Lettere di Germania ∞ 1627. Num. 67“ fol. 90; „II. Boemia ∞. Num. 216“ fol 208) posuit. V. etiam infra, num. 8. — Alias nuntiis apostolicis etiam allocutio „Excellentissime et Rev^me^ domine“, „Eccelentissimo e Rev^mo^ signor“, „Excellentia Rev^ma^“, „Eccellenza Rev^ma^“ debebatur; v. ex. gr. literas die 30. Decembris 1768 ad nuntium Viennensem datas, quae in volumine „Scritt. orig. riferite ∞ 1769. Num. 823“ („cong^ne^ 23 Genno numo 11“) leguntur. Verba: „come fratello“ (latine: „velut frater“, „uti frater“) cardinales etiam, dum ad episcopos

Nonnulli, praesertim religiosi, ante allocutionem in suis literis Jesu Christi sanctorumve nomen vel invocationem vel crucis signum (chrysmon) ponebant.[389]) Eodem loco verba scribebantur, quibus is, qui literas mittebat, illum, cui eas inscribebat, de re aliqua (ex. gr. de secreto servando) monere volebat.[390]) Item, si quis literarum sive propriarum sive ab alio datarum exemplum transscriptum (vel duplicatum) ad S. Cong^nem^ de P. F. mittebat, eodem loco aut solum verbum „copia“ (vel „duplicato“, „duplicata“) aut plura, quae vel eius, qui literas originales scripserat, vel illius, ad quem scriptae erant, vel utriusque nomen indicabant, vel etiam concisam scripti summam continebant, ponebat.[391])

scribebant, allocutioni addere solebant. Conf. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte II. (in Sitzungsberichte der philos.-histor. Klasse der kais. Akademie der Wissenschaften, Bd. 135, Wien 1896, No X) pag. 18.

[389]) Literae ex. gr. a P. Valeriano Magni Capucino die 18. Augusti 1629 ad Franciscum Ingoli missae hoc modo incipiunt: „Jesus. || Molto Ill^re^ et Rev^mo^ signore osservandissimo“ („I. Boemia ad 1629. Num. 214“ fol. 439). Idem P. Valerianus alias literas die 19. Octobris 1629 ad eundem primum S. Cong^nis^ de P. F. secretarium datas verbis: „J. N. R. J. || Molto Ill^re^ et Rev^mo^ signor mio osservandissimo“ scribere coepit (ibid. fol. 357); v. etiam infra, num. 86 pag. 411. Epistola, quam Fr. Jacobus „di Noia“ Capucinus die 16. Julii 1643 ad eundem Franciscum Ingoli dedit, verbis: „Jesus, Maria, Franciscus. || Illmo e Rev^mo^ signore e padron mio sempre osservandissimo“ („II. Lettere d' Italia 1643. Num. 37“ fol. 144), alia, quam Fr. Josephus Polonus Capucinus ad Antonium cardinalem Barberini die 28. Novembris 1644 scripsit, hoc modo: „+ || Em^me^ et Rev^me^ princeps et domine, domine clementissime“ („V Lettere di Germania ∞ 1644. Num. 89“ fol. 44), alia a Fr. Alexio Burgundo Capucino Pragae die 28. Junii 1634 data verbis: „In nomine Domini amen“ („VI. Lettere di Polonia ∞ 1635. Num. 59“ fol. 28 b), epistola a Fr. Raymundo Bruns, ordinis Praedicatorum missionario, die 14. Aprilis 1742 scripta literis: „L. J. C.“ [= Laudetur Jesus Christus] („Scritt. riferite nei congressi: Germania ∞ dal 1741 al 1749. Num. 9“) incipit. V. etiam infra, num. 36.

[390]) Literae ex. gr. a Fr. Basilio „d' Aire“ Capucino die 14. Augusti 1638 ad Franciscum Ingoli missae verbis: „2da [lettera] a V. S^ia^ sola. || Rev^mo^ e molto Ill^re^ signore colendissimo“ incipiunt („IV. Boemia ∞. Num. 216“ fol. 91).

[391]) P. Valeriani Mediolanensis epistola ad Fr. Basilium „d' Aire“ die 25. Octobris 1638 data et ab eodem Fr. Basilio ad S. Cong^nem^ de P. F. missa verbis: „Copia. || Rev^do^ Padre nel Signore osservandissimo“ („Lettere di Germania ∞ 1638. Num. 80“ fol. 143), alia ad Joannem comitem a Verdenberg die 15. Decembris 1636 scripta verbis: „Copia: il P. Valeriano al conte di Vertenberg. || Illmo signore et padron colendissimo“ („IV. Lettere di Germania ∞ 1637. Num. 79“ fol. 164), eiusdem comitis responsio P. Valeriano itidem die 15. Decembris 1636 data verbis: „Risposta di proprio pugno del conte sotto il detto memoriale. || Molto Rev^do^ Padre e signore mio osservandissimo“ (ibid. fol. 164) incipit. Literarum a Maximiliano principe a Dietrichstein die 2. Maii 1644 ad Julium cardinalem Roma missarum exemplum (copia) ante allocutionem verba: „Del principe di Dietrichstein“ ascripta habet („Lettere di Germania ∞ 1645. Num. 90“ fol. 14). Epistola a Joanne Baptista cardinali Pallotto die 13. Aprilis 1630 ad Franciscum Ingoli scripta verbo: „Duplicato“ incipit, quod demum allocutio sequitur („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71“ fol. 20). In volumine „II. Boemia ∞. Num. 215“ fol. 135 (158) in fronte scripti cuiusdam haec leguntur: „Copia del ricorso dell' università al rè. || Serme rex, domine clementissime“. Aliud scriptum in fronte haec habet: „Q. — Segue copia dell' editto patente de' signori luogotenenti del regno uscito in

Ad allocutionem aliquando (praecipue in literis ad summum pontificem vel personas eminentiores datis) salutatio accedit,[392]) aliquando autem, allocutione vel postposita vel penitus intermissa, literae (praesertim sollemniores) salutatione vel sola vel illius, qui eas dedit, nomine et promulgatione (protocollo) aucta incipiunt.[393])

stampa per tedesco et boemo, affisso in Praga et generalmente per tutto esso regno. Datum 8a Januarii 1642" („Visite e collegii del 1642. Num. 21" fol. 83 b). In volumine „Scritture riferite nei congressi: collegj di Germania, di s. Barbara ∞. Num. 2" fol. 346 literarum transcriptum exemplar reperitur, quod verbis: „Copie d'une lettre datée de Prague le 28 Juin 1781. || Dès le moment de mon arrivée j'allai trouver ∞" incipit et verbis: „. . . . ce qui est plus necessaire, que tout le reste dans le post, qu'il occupe" finem capit, neque ullo loco eum, a quo literae originales scriptae sunt, neque (si abbreviationem: „V. E." excipies) eum, ad quem datae sunt, indicat, id quod — praeter eius, qui literas misit, nomen — solum e literis Josephi Garampi, nuntii apostolici ad aulam caesaream, ad quem scriptae erant, die 9. Julii 1781 datis (ibid. fol. 345) comperimus. — Aliquando in exemplaris transcripti fronte verba: „Copia. || Intus" et in literarum transcriptarum, quae verba illa sequuntur, calce verbum: „Extra", secundum quod omnia verba, quae ab originalium literarum tergo scripta erant, transcripta sequuntur, leguntur (ex. gr. in volumine: „V. Lett. di Germania ∞ 1646. Num. 93" fol. 142).

[392]) Literae a Gasparo, abbate monasterii Montis Sion in Minore civitate Pragensi, Gerhardo, Hermanno atque Joanne, baronibus a Questemberg, fratribus germanis, die 27. Julii 1639 ad Urbanum VIII. summum pontificem datae verbis: „Beatme Pater. Post humillima pedum oscula" („IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 24); aliae a Joanne Sixti Sculteto de Lerchenfels, ecclesiae Litomericensis praeposito, die 3. Augusti 1628 ad Carolum Carafa nuntium Viennensem missae verbis: „Illme princeps, Revme domine, domine ac patrone colendissime. || Post sacrae manus osculum omnem a Deo optimo maximo Celsni Vestrae exopto felicitatem ∞" („Lettere di Germania ∞ 1628. Num. 69" fol. 58) incipiunt. In literis a Fr. Valeriano Mediolanensi Capucino die 19. Octobris 1629 datis allocutionem, quam paulo supra in annot. 389 attulimus, salutatio: „L'amor di Giesù Christo" subsequitur. — In literis a religiosorum ordinum superioribus ad Fratres subiectos scriptis, quarum multa exempla in S. Congnis de P. F. archivio reperiri possunt, salutatio saepissime legitur; ex. gr. in volumine „III. Lettere di Svizzera ∞ 1642. Num. 85" fol. 275 (466) „transsumptum literarum Revdi P. provincialis, P. Samuelis [a Pilsenburg] in Bohemia ad P. Fr. Josephum [Polonum Capucinum]" invenitur, quod verbis: „Admodum venerande Pater. || Praeter novi anni felix auspicium et salutem plurimam ∞" incipit.

[393]) Literae a Casparo Valentino Werdeker, sacellano in parochia Jäschkittel dicta, ad S. Congnem de P. F. anno circa 1667 missae salutationem ante allocutionem ponunt: „Salutem a fonte salutis, Celsmi principes, Emmi cardinales, domini, domini mei clementissimi" („Collegii 24, 25, 26 ∞. Num. 375" fol. 256). In volumine ex. gr. „Lettere di Germania ∞ 1632. Num. 74" fol. 63 (103) literae testimoniales ab oppidi Roudnicensis magistratu Fri Josepho ab Ilza Polono Capucino die 4. Junii 1632 datae verbis: „Universis et singulis, specialiter autem Emmis cardinalibus sacrae Romanae ecclesiae ceterisque praelatis ecclesiasticis, praemissa humili nostra obedientia, salutem a Domino et omne bonum ex animo precamur ∞", aliae eiusdem generis literae a civitatis Novae Boleslaviae magistratu eidem Fri Josepho Polono die 26. Novembris 1629 datae verbis: „Nos S. Caesae Mtis iudex, consul et senatores civitatis Boleslaviensis omnibus et singulis, cuiuscunqne status, conditionis aut eminentiae fuerint, hominibus, dominis et patronis nostris observandissimis salutem et copiosam ubertatem omnium bonorum precati, officia quoque nostra prolixe deferimus ∞" („Fedi e mandati 1637. Num. 398" fol. 336 b), aliae a Fr. Simone Bambergensi Capucino ad Franciscum Ingoli die 30. Martii 1630 datae verbis: „Salutem et sanctam pacem. || Quod audeam ∞" („Lettere di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 137) incipiunt. In literis testimo-

Alias salutatio saepissime in literarum clausula (eschatocollo) legitur, quo loco haec nostra editio eam, si nullius momenti est, omittere solet.[394]) Interdum fiebat, ut salutatio tam in literarum — sive sollemnes erant, sive non — fronte, quam in earum clausula poneretur, at fiebat etiam, ut — aliquando una cum allocutione —

nialibus a Fr. Samuele a Pilsenburg, Bohemicae provinciae ordinis Capucinorum ministro provinciali, die 4. Januarii 1641 datis salutationem modo supra scripto (nomine eiusdem ministri provincialis) auctam Dei nomen („Jesus") praecedit („IV. Lettere di Germania ∞ 1641. Num. 83" fol. 87).

[394]) In extremis literis die 2. Junii 1629 a Joanne Rudolpho Trčka a Lípa barone ad S. Congnem de P. F. scriptis haec salutatio legitur: „. . . . Ita vegetior factus religioni catholicae Vestraeque Illmae Celsni ac toti S. Congni Illmorum ac Revmorum de Fide Propaganda (quibus humillime vestes deosculando, omnia mea paratissima obsequia ex animo offero) promptius et efficacius ad ultimum usque halitum inservire potero" („Lettere di Germania ∞ 1629. Num. 70" fol. 173). In literarum a Fr. Basilio „de Aire" Capucino die 14. Augusti 1638 ad Franciscum Ingoli datarum clausula salutatio haec est: „A Dio, il quale conservi lungamente V. Sia" („IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 90). In aliis suis ad eundem Franciscum Ingoli die 8. Martii 1631 missis idem Fr. Basilius salutationem: „Fò riverenza a V. Sia di core" in clausula (eschatocollo) posuit („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72" fol. 142b). In aliis literis die 16. Februarii 1631 ab eodem Fr. Basilio ad eundem secretarium missis in clausula salutatio „A Dio, è notte" legitur („II. Boemia ∞. Num. 215" fol. 175). Salutatio „A Dio" in plurium literarum a Fr. Valeriano Mediolanensi ad Franciscum Ingoli scriptarum clausula reperitur, quin etiam: „A Dio allegramente. Di Vienna 27 Ottobre 1629" („I. Boemia ∞. Num. 214" fol. 486). Fr. Jacobus „di Noia" Capucinus in literarum ad eundem Franciscum Ingoli die 16. Julii 1643 datarum clausula hanc salutationem adhibuit: „. . . E così humiliandomeli, Li baccio le mani con pregar sempre Dio, che L'esalti sin ai primi honori della chiesa e che L'assista con la sua santa gratia" („II. Lettere d'Italia 1643. Num. 37" fol. 144). Fr. Josephus Polonus Capucinus in extremis literis ad Antonium tituli s. Honuphrii cardinalem Barberini die 28. Novembris 1644 missis haec verba scripsit: „ad Dominum Deum nostrum, qui ut V. Emtiam felicissime vivere et perennare faciat ad columen et solatium suae sanctae ecclesiae, in meis infirmis precibus orare non cesso, commendando me humillime solitae Suae gratiae et protectioni" („V. Lettere di Germania ∞ 1644. Num. 89" fol. 44). In extremis literis ab Ernesto Adalb. cardinali ab Harrach die 19. Septembris 1630 ad Ludovicum cardinalem Ludovisi scriptis salutatio haec legitur: „. . . V. Emza, alla quale, non occorrendomi altro . . . , humilmente bacio le mani" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 139). Idem cardinalis ab Harrach in literarum die 27. Martii 1635 ad Antonium cardinalem Barberini datarum clausula salutationem: „E con tal fine Le baccio humilissimamente la mano insieme con quelle di cotesti miei sri Emmi" („VI. Lett. di Polonia ∞ 1635. Num. 59" fol. 26) posuit. Cyriacus Rocci, archiepiscopus Patrassensis et nuntius Viennensis, in literis die 22. Februarii 1631 ad Ludovicum cardinalem Ludovisi missis salutem: „E Le fò humilissima riverenza" („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72" fol. 14) adhibuit. Malatesta Baglioni, apostolicus nuntius ad aulam caesaream, literis 20. Junii 1637 ad Franciscum Ingoli missis salutationis verba: „Et innanti Le baccio le mani" („IV. Lettere di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 34) ascripsit. Laurentius [Azzolini], „vescovo di Ripa [trans Asonem]" (conf. P. B. Gams, Series episcoporum ecclesiae catholicae, pag. 723) et summi pontificis Urbani VIII. secretarius, in literis die 22. Augusti 1628 ad Franciscum Ingoli datis salutationem hoc modo scripsit: „Che è, quanto mi occorre, e Le bacio affettuosamente la mano" („I. Lett. d'Italia 1628. Num. 3" fol. 56). Vincentii cardinalis Petra, S. Congnis de P. F. praefecti, epistola die 3. Martii 1746 ad Benedictum XIV. scripta verbis: „E Le bacia i sacri piedi" finem sumit („Miscell. varie tom. XII.: Biglietti di Benedetto XIV. al card. Petra" fol. 198b). Summi pontificis

omnino intermitteretur.[395]) Salutationis finalis locum in literis testimonialibus aliisque sollemnioribus corroboratio obtinet.[396])

Salutationis finalis verba plerumque dies literis ascriptus subsequitur, qui tamen nonnunquam a verbis illis separatus in lite-

eiusdem responsum salutationem: „ . . . et intanto Le diamo l' apostolica benedizione" in clausula habet (ibid. in marg.).

[395]) Literae a Ferdinando II. Bohemiae rege die 24. Julii 1630 ad Urbanum VIII. datae („II. Boemia ∞. Num. 215" fol. 40), quae verbis: „Beatme in Christo Pater, domine Revme. Post officiosissimam commendationem filialis nostrae observantiae continuum incrementum" incipiunt, in clausula salutationem („De cetero Sti Vestrae prosperrimos successus ex animo precamur") repetunt. Simili modo in literis die 28. Februarii 1751 a Maria Theresia Bohemiae regina ad Benedictum XIV. missis salutatio et allocutionem subsequitur („Beatme in Christo Pater, domine Revme. || Post officiosissimam commendationem filialis observantiae continuum incrementum") et in clausula reperitur („Stem Vestram de reliquo Dei ecclesiae diutissime incolumem vivere ex animo precamur". — „Scritt. originali riferite nella congne generale de 22 Apr. 1749. Num. 740": „num. 11"). Etiam literae a Joanne Sixti Sculteto de Lerchenfels die 3. Augusti 1628 ad Carolum Carafa nuntium scriptae salutationem tam in fronte (v. supra in annot. 392), quam in clausula („His Celsnem Vestram optime valere cupiens, eidem non solum me, sed totum capitulum nostrum commendo") gerunt. Hoc utroque loco etiam in literis a Fr. Simone Bambergensi Capucino die 20. Martii 1630 ad Franciscum Ingoli missis (v. supra in annot. 393) salutationem (quae in clausula ita scripta est: „Valeat et me Sibi commendatum habeat") invenimus. Epistola ab Antonio Xaverio cardinali Gentili die 19. Martii 1747 ad S. Congnis de P. F. secretarium scripta („Congni particolari ∞. Num. 44" fol. 214) verbis: „Il cardinale Gentili riverisce distintamente Monsr Illmo Lercari" incipit et verbis: „e con vera stima bacia a S. Sia Illma di vero cuore le mani" finem capit. — Epistola a Stephano Ugronovič parocho Svinčanensi die 1. Januarii 1630 ad Joannem Garziam cardinalem Millini data („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 205) post allocutionem („Illme ac Revme domine, domine ac patrone nobis cunctis gratiosissime etc.") salutationem primam: „Salutem, omnium bonorum copiam ac mei totalem subiectionem", ante diem ascriptum alteram salutem habet: „Valeat S. Illma Celso felicissime, diutissime Deo ac ecclesiae sanctae in annos Nestorios". — Contra autem salutatio varii generis literis deest, ex. gr. literis testimonialibus a Fr. Ludovico Pallavicini ‚de Varesio' ordinis s. Francisci die 7. Decembris 1660 scriptis („Germania ∞. Num. 332" fol. 57), item epistolae (non libello) supplici a P. Venceslao Otík a Dobřan, missionario in Silesia, ad S. Congnem de P. F. („+ Emmi et Revmi principes et cardinales clementissimi") anno [1665] missae (ibid. fol. 88), literis a Joanne Agricola, universitatis Pragensis secretario, eadem universitate iubente, ad nuntium Viennensem [Malatestam Baglioni, episcopum Pisaurensem] die 9. Junii 1638 datis („IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 108), itidem multis literis gallice scriptis, v. gr. epistolae a Fr. Valentino Browne, ordinis s. Francisci Hiberno, die 25. Februarii 1737 ad Joannem Mauritium archiepiscopum Pragensem datae („Scritture orig. riferite nella congreg. generale de 27 Febr. 1741. Num. 706": „numo 27"), nonnullis epistolis a variis Romanae curiae magistratibus (praesertim e secretarii status cancellaria), v. gr. „dalla segreteria di stato 24 Maggio 1708" („Scritt. orig. rifer. ∞ 1708. Num. 562": „congo 4. Junii 1708 numo 19") „dalla segretaria di stato 8 Gennaro 1712" („Scritt. orig. rif. ∞ 1712. Num. 580": „congne 11 Genn. 1712 num. 6") et „dalla segreteria di stato 24 Marzo 1713" („Scritt. orig. rif. ∞ 1713. Num. 587": „congne 3 Aprile numo 27") scriptis. Generis huiusce literae (dico a Romanae curiae magistratibus ad S. Congnis de P. F. secretarium datae) praeter salutationem etiam allocutione carent.

[396]) In literarum testimonialium ex. gr. ab oppidi Roudnicensis magistratu die 4. Junii 1632 datarum (v. supra in annot. 393) clausula corroborationis verba: „In quorum fidem sigillum nostrae civitatis imprimi curavimus", eodem loco in literis a Novo-Bolesla-

rarum calce,[397]) raro — si literas a curiae pontificiae magistratibus vel ex aliarum congregationum cardinalitiarum cancellariis datas excipies — ab eo, qui eas scripsit, in earum fronte vel margine ponebatur, rarius penitus omittebatur, rarissime duobus locis (ex. gr. in fronte et in clausula) scribebatur.[398]) Aliquando, si fieri potuit, dies, quem,

viensi magistratu die 26. Novembris 1629 scriptis (v. in eadem annotatione) verba: „Pro confirmatione istorum sigillum civitatis nostrae applicari curavimus" et in similium literarum a Gasparo Karas a Rhombstein, Olomucensis ecclesiae praeposito, generali vicario et officiali, die 27. Januarii 1641 Fratri Antonio Specht ordinis Minorum Conventualium s. Francisci datarum clausula verba: „In cuius rei fidem hasce nostras sigillo minori concistoriali roborari iussimus ac manu nostra subscripsimus" („Memoriali ∞ 1645. Num. 410" fol. 194) leguntur. In literis a Maria Theresia Bohemiae regina ad summum pontificem anno 1751 datis, quas supra in annot. 395 tetigimus, corroborationis clausula („Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et sigillo nostro caesareo regio munitarum") salutationem in earum calce positam sequitur.

[397]) In literis a Joanne Agricola, universitatis Pragensis secretario, ad apostolicum nuntium Viennensem datis dies iis ascriptus („Pragae 12. Junii 1638") verba: „Illmae Celsni Vestrae ad futurum" subsequens a sinistra nominis subscripti parte legitur („IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 109). Eodem loco dies literis a Joanne Andrea Kayser, ecclesiasticae capsae salis in Bohemiae regno coadministratore, ad nuntium Viennensem missis („Scritt. orig. rifer. ∞ 1769. Num. 823": „congne 23 Genno numo 11") ascriptus („Pragae die 30. Decembris anni 1768") reperitur. In literis a Mauritio G. comite a Manderscheid archiepiscopo Pragensi ad Philippum Mariam Monti, S. Congnis de P. F. secretarium, datis dies iis ascriptus („Prague ce 10 Aout 1735") post verbum „Monseigneur" et ante nomen subscriptum: „Votre tres humble et tres obeissant serviteur l' archeveque de Prague" legitur („Congni particolari ∞. Num. 42" fol. 108 b). Literae, quae in volumine: „Scritture non riferite dall' anno 1779 ∞: missioni settentrionali ∞. Num. 13" fol. 179 incipiunt, verbis: „ . . . . et in submississima veneratione sum || Emmorum ac Revmorum dominorum || subiectissimus servus || Joannes Josephus Schuller, || neoelectus administrator ecclesiae et decanus. || Dabam Budissinae in residentia decanali die 11. Octobris 1780" finem capiunt. In epistola a P. Petro Ferdinando Turgiewitz ad S. Congnem de P. F. scripta dies ei ascriptus („Datum Wratislaviae 8. Novembris 1670") inter nomen subscriptum et pagellam extremam (quam et postscriptum vocant) legitur („Scritt. orig. rif. ∞ 1671. Num. 427" fol. 290). In literis a Fr. Cornelio Oitweiler, ordinis Conventualium s. Francisci missionario in Silesia, ad [Marium Alberici] S. Congnis de P. F. secretarium missis dies eis ascriptus („Carnoviae 30. Maii 1658") pagellam extremam subsequitur („Germania ∞. Num. 332" fol. 29). In epistola a Fr. Joanne Cantio Bohemo ad [S. Congnis de P. F. secretarium] data, quae in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4" fol. 74 reperitur, dies ei ascriptus nomini subscripto hoc modo adiunctus est: „Umilimus [!] servus Fr. Joannes Cantius da Boemia [!] 17. Aprilis Romae in meo discessu"; annus omissus est, prout haec epistola etiam salutatione caret.

[398]) In variorum curiae pontificiae magistratuum cancellariis seculo XVII. exeunte in usum venit, ut dies literis ascribendus ipsi earum inscriptioni — in earum fronte — annecteretur, ex. gr.: „Dalla segreteria di stato 15 Genno 1696" („Congni particolari dal 1686 ∞. Num. 31" fol. 243; v. etiam supra in annot. 387 et 395, ubi nonnulla alia exempla afferuntur), „Dal S. Offizio 7 Febraro 1721" („Scritt. orig. rif. ∞ 1721. Num. 628": „congo 13. Jan. 1721 numo 20"), „Dalla cancelleria apostolica li 11 Agosto 1729" („Scritt. rif. nei congressi: collegio Germanico dal 1584 al 1740. Num. 1" fol. 257); et simili modo: „Dalla segreteria del sr cardinal Albani li 28 Agosto 1718" („Scritt. orig. rif. ∞ 1718. Num. 615": „congo 8. Aug. 1718 numo 7"), „Dal Quirinale [Romae] 22 Agosto 1739" („Congni particolari ∞. Num. 39"), „Dalle stanze del Quirinale 5 Febraio 1750" („Congni particolari ∞. Num. 43" fol. 302) et modo simili: „Dal convento de' Cappuccini [Romae]

qui literas dedit, eis ascribere oblitus est, in S. Cong^nis de P. F. secretarii cancellaria supplebatur.[399]) Quod autem ad literas attinet,

4 Maggio 1713" („Scritt. orig. rif. ∞ 1713. Num. 587": „cong^ne 8 Maggio 1713 num^o 15") et „E collegio Anglicano de Urbe 14. Julii 1712. || Ill^me et Rev^me domine. || Litterae ∞" („Scritt. orig. rif. ∞ 1712. Num. 583": „cong^o 2. Aug. 1712 num^o 1"). Etiam nonnulli summorum pontificum codicilli diem ascriptum in fronte gerunt, ex. gr. Benedicti XIV codicillus ad Vincentium cardinalem Petra scriptus, qui in volumine „Miscellanea, varie tom. XII.: biglietti di Benedetto XIV. al card. Petra" fol. 126 legitur, verbis: „25 Agosto 1744. || Avvisiamo il biglietto del nostro s^r cardinal Petra colle carte ∞" incipit. Simili modo etiam plures cardinalium et praecipuorum curiae pontificiae praelatorum epistolae diem ascriptum habent, verbis tamen „di casa" vel solo verbo „casa" auctum: „Di casa 17 Gennaio 1730. || Rimette il cardinale Alessandro [Albani] a Monsr Illmo segretario ∞" („Scritt. orig. rif. ∞ 1730. Num. 667:" „cong^ne 16 Gennaio num^o 22"), „Casa 19 Maggio 1747. || Il cardinale Gentili riverisce [v. supra in annot. 395] ∞" („Congni particolari ∞. Num. 44" fol. 214), „Casa 17 Marzo 1751. || Il cardinal Sacripante riverisce di cuore ∞" („Scritt. orig. rif. ∞ 1751. Num. 746": „cong^ne 16 Marzo num^o 24"), „Casa 18 Settembre 1718. || Prospero Lambertini [tunc temporis S. Cong^nis Concilii secretarius], servitore obligatissimo di V. S^ia Illma avendo inteso ∞" („Congni particolari ∞. Num. 36" fol. 193). At etiam in aliorum inferioris loci hominum epistolis dies iis ascriptus in earum fronte legitur, ex. gr. in testimonialibus literis a Fr. Ludovico Pallavicini datis (v. supra in annot. 395), quae sic incipiunt: „A dì 7 Dicembre 1660. || Si fà piena et indubitata fede ∞" („Germania ∞. Num. 332" fol. 57), et in „literis status" (v. supra in annot. 283) a Ioanne Christiano Paldamus, missionario apostolico, qui collegii Urbani alumnus fuerat, ad S Cong^nem de P. F. missis, quae haec verba in fronte gerunt: „Dresda 16 Aprile 1703. || Em^mo et Rev^mo s^r, padrone colendissimo. || L' ardente cura ∞" („Scritt. rif. nei congressi: Germania ∞. Num. 3" fol. 127). — Inter literas, quibus dies in margine ascriptus est, itidem nonnullos a summo pontifice Benedicto XIV. ad Vincentium cardinalem Petra missos codicillos reperimus, ex. gr. illos, qui die „26 Settembre 1744" („Miscell. varie tom. XII.: biglietti di Bened. XIV. al card. Petra" fol. 133) et „27 Novembre 1744" (ibidem fol. 139) dati sunt. — Diem literis suis ascribere varii generis locique homines vel neglexerunt vel obliti sunt, ex. gr. Fr. Hieremias Boleslaviensis, ordinis s. Francisci reformatorum missionarius in Aegypto, in literis, quae in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1751" („cong^ne 12 Luglio num^o 16") leguntur, P. Casparus Valentinus Werdecker in literis, quas supra in annot. 393 tetigimus, Joannes M. Martini, metropolitanae Pragensis ecclesiae decanus, vicarius generalis et officialis, in literis anno 1741 ad nuntium Viennensem missis („Visite non riferite dei collegii pontificii di Praga ∞. Num. 43" fol. 21–25), episcoporum Litomericensis et Reginohradecensis negotiorum in curia Romana gestor (agens), cui cognomen Grassi erat (Congni particolari ∞. Num. 38": FF litera), [Curtius Origo] cardinalis S. Cong^nis Concilii praefectus (ibidem: Y litera), uterque in epistola ad S. Cong^nis de P. F. secretarium Bartholomaeum Ruspoli data. — Sunt et diplomata, quibus dies quidem ascribendus erat, sed, quia nunquam revera edita sunt, dies iis nunquam ascriptus est (v. infra, num. 83, 88.) — Aliquando literae die ascripto carent, quia extrema earum pars casu deperdita est (v. infra num. 44). — Testimonialibus literis a Fr. Hippolyto Ariminiensi, ordinis s. Augustini, theologiae magistro et priore conventus s. Joannis Evangelistae Ariminiensis, datis dies tam in fronte, ubi ante eum chrysmon positum est, verbis: „A dì 16 Gennaro 1630 in Rimini", quam in clausula: „Rimini li 16 Gennaro 1630" ascriptus est („Memoriali del 1630. Num. 390" fol. 261). Literis a Jacobo de Baerenstamm, episcopo Pergamensi, ecclesiastico per Lusatiam administratore decanoque Budissinensi, ad Clementem XIV. datis, quae in volumine „Scritture orig. rifer. ∞ 1770. Num. 827" („cong^ne 2 Aprile num^o 7") leguntur, dies verbis: „Budissae in Superiori Lusatia die 16. Februarii 1770" primum in calce (v. infra in annot. 418) iterumque verbis: „Budissae die 16. Februarii 1770" secundum pagellam extremam literis additam ascriptus est (v. infra, annot. 442).

[399]) Literis ex. gr. ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach ad Antonium cardinalem Barberini sine die ascripto missis, quae in volumine „Lettere di Germania ∞ 1635.

quarum exemplaria transscripta vel foris ad S. Cong^nem de P. F. mittebantur, vel in ipsius cancellaria conficiebantur, res aliter se habet: si enim, qui literas transscribebat, nihil omisit et ante exemplum transscriptum inscriptionem cum die literis ascripto posuit, exemplar eiusmodi diem ascriptum tam in fronte, quam in clausula gerit;[400]) si autem extremam literarum partem (cum die iis ascripto) intermisit, diem autem hoc loco omissum in inscriptionem posuit, exemplar tale diem ascriptum in fronte habet;[401]) si vero solum partem literarum sine die ascripto transscripsit neque diem hunc in inscriptionem exempli posuit, exemplar tale die ascripto omnino caret.[402])

Modus, quo literis S. Cong^ni de P. F. allatis — sive de iis in congregationibus generalibus vel particularibus, sive solum in audientiis S^mi vel congressibus relatum est — dies ascribebatur, plerumque — quod de literis in nostris (Europae) regionibus scriptis dictum esse puta, nam in epistolis aliunde allatis hac in re maxima varietas animadverti potest — idem est, quo hodie quoque utimur. At ne hic quidem exceptiones desunt: alter enim suis literis diem antiquo more Romano, alter more Bohemico[403]) ascribebat; qui autem italice scribebant, mensis Januarii, si eo mense suas literas dabant, nomen haud raro intermittebant.[404]) Qui non calendario a Gregorio XIII. reformato, sed antiquo Juliano utebantur, id plerumque verbis: „stylo vetere" vel similibus (ex. gr.: „Moscuae 13. Februarii styli

Num. 77" fol. 51 (86) leguntur, Franciscus Ingoli ipse post salutationem in clausula verba: „Deve esser 7 Luglio 1635, essendo venuta questa lettera da Vienna con altre sotto la sudetta data" ascripsit.

[400]) In volumine ex. gr. „IV. Lettere di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 161 (279) „copia della lettera del P. Valeriano al cardinal d' Harrach de 16 Dicembre 1636" (= inscriptio) legitur, in cuius clausula dies literis ascriptus: „Di Ratisbona 16 Dicembre 1636" reperitur.

[401]) In volumine „III. Lettere di Svizzera ∞ 1642. Num. 85" fol. 245 (428) „copia di lettera scritta dal s^r cardinal d' Harrach all' imperatore sotto li 7 Maggio 1642 trasferita di tedesco in volgare" invenitur, quae post hanc inscriptionem verbis: „Bench' io a fatto mi persuadessi ∞" (igitur sine allocutione) incipit atque verbis: „sottometto ogni mio parere a piedi della M^tà Vostra Ces^a etc." finem capit.

[402]) V. ex. gr. infra, num. 4 b (pag. 17), 34.

[403]) Literis Joannis Sixti Sculteti a Lerchenfels, quas supra in annotationibus 392 et 395 tetigimus, dies more Bohemico verbis: „Dabam ipso die Inventionis sancti Stephani protomartyris [3. Augusti] 1628" ascriptus est; diem more Romano literis ascriptum v. infra, num. 87, 91.

[404]) Literae ex. gr. ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach ad Franciscum Ingoli datae, quae in volumine „IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 181 (171, 311) leguntur, verbis: „Et Dio Le conceda felicissimo questo inchoato nuovo anno. Praga il 1° dell' anno 1639 ∞" finem capiunt. — Literis a Vitaliano Borromei, archiepiscopo Thebarum et nuntio Viennensi, ad Josephum cardinalem Spinelli, S. Cong^nis de P. F. praefectum, missis, quae in

veteris 1772“ in volumine „Scritt. orig. rif. ∞ 1772“: „cong^ne 2 Giugno num° 4“) diei ascripto additis indicabant.

Diei ascripto varia addebantur: saepissime loci (urbis, oppidi, pagi etc.), unde epistola mittebatur, nomen;[405]) nonnunquam praeter oppidi (civitatis) nomen locus propius indicabatur, at fiebat, ut civitatis, praesertim autem Urbis, nomine omisso, solum propior loci, qui illius civitatis (Urbis) pars erat, designatio adhiberetur;[406]) interdum

volumine „Congni particolari ∞. Num. 46“ fol. 67 leguntur, dies verbis: „Vienna 10 del 1761“ est ascriptus. Epistola ab Hannibale tituli s. Clementis cardinali Albani ad Bartholomaeum Ruspoli, S. Congnis de P. F. secretarium, data diem verbis: „Di casa li 20 del 1730“ ascriptum in fronte habet (Congni particolari ∞. Num. 40“ fol. 251).

[405]) Eiusmodi exempla v. gr. in annot. 400, 404 inveniuntur. — Literis a Fr. Valeriano Mediolanensi Capucino ad Franciscum Ingoli Vienna missis dies hoc modo ascriptus est: „Praga [infra quod nomen linea ducta est, et inferius nomen] Vienna [scriptum est atque etiam infra hoc verbum linea ducta est (!), licet hocce nomen tollendum non sit] a dì primo Marzo 1631“ („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72“ fol. 92). Aliis literis die 23. Junii 1629 ad eundem secretarium ab eodem Fr. Valeriano Capucino datis, sed ab eo non scriptis, locus perperam ascriptus est: „Di Roma [!] li 23 di Giugno 1629“ („I. Boemia ad 1629 Num. 214“ fol. 492), nam apostolico nuntio Viennensi Joanne Bapt. Pallotto teste idem Fr. Valerianus Roma reversus S. Congnis de P. F. literas ipsi nuntio die 20. Junii 1629 Viennam attulit („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71“ fol. 31) et propriarum literarum ad Octavium cardinalem Bandini missarum testimonio, quibus dies verbis: „Vienna a dì 30 Giugno 1629“ ascriptus est, Viennae etiam tum manebat („I. Boemia ∞. Num. 214“ fol. 491). — Eodem modo ac binis hisce literis locus, aliis dies ipse (imo et mensis annusque) perperam ascribi potuit (conf. Dr. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte III. in Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, IV. Wien 1899, pag. 126, 130—131), ut de manifestis erroribus alia causa effectis (v. infra, num. 87 annot. 32 et num. 91) taceam.

[406]) Ex. gr.: „A St. Denis en France ce 25 Fevrier 1737“ („Scritture orig. rif. ∞ 1741. Num. 706“: „num° 27“); „Vienna imperiale 6 Marzo 1772“ („Scritt. orig. rif. ∞ 1772. Num. 833“: „cong^ne 2 Giugno num° 12“); „Pragae Bohemorum die 19. Septembris 1777“ („Scritt. orig. rif ∞ 1777. Num. 847“: „cong^ne 28 Novembre num° 16“); „datum in regno Boemiae ex parochia Gartitz [bohem.: Skorotice] sub collatura et dominio Schöbritz comitis Maximiliani Valentini de Martinitz 25. Januarii 1666“ (Collegii di S. Pietro Montorio ∞. Num. 377“ fol. 319 b); „Chotescau dietro a Praga a dì 27 Decembre 1717“ („Scritt. orig. rif. ∞ 1718. Num. 611“: „cong^ne 31 Genn. 1718 num° 7“); „Actum Pragae in aedibus archiepiscopalibus die 26. Maii anno 1631“ („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72“ fol. 107); „Pragae e monasterio meo [Gaspari a Questemberg] Strahoviensi ultima Januarii 1639“ („III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 32; — v. supra in annot. 385); „ex Boemia Pragae ad s. Clementem die 18. Martii 1763“ („Scritt. orig. rif. ∞ 1763. Num. 798“: „cong^ne 17 Maggio num° 6“); „Olomucii in meis [Sigismundi Minutino a Spilinberg] aedibus canonicalibus die 20. Junii anno 1641“ („IV. Lettere di Germania ∞ 1641. Num. 83“ fol. 47); „Pragiae [!] Bohoemorum die 29. mensis Januarii anno 1776 co[n]scriptionis numero 117 nell [!] Civitta vecchia nella casa all' arbore verde vicino de la chiesa di s. Jacobi maiori [!]“ („Scritt. non riferite dall' a. 1771 ∞ missioni settentrionali ∞. Num. 12“ fol. 427 b); „datum Romae in aedibus Scholarum piarum apud sanctum Pantaleonem hoc die 19. mensis Maii 1641“ („Miscellanea 15: Fedi ed attestati fino al 1645“ fol. 96 b); „e collegio Anglicano de Urbe 14. Julii 1712“ (v. supra in annot. 398); contra vero solummodo: „Di Montecavallo [Romae] 17 Agosto 1628“ („I. Lettere d' Italia 1628. Num. 3“ fol. 56; — v. supra in annot. 394); „Aracoeli [Romae] 16 Decembre 1675“ („Scritt. orig. rif. ∞ 1676. Num. 460“: „cong° 5. Oct. 1676 num° 21“); „dal Giesù [Romae] 20 Giugno 1672“ („Scritt. riferite nei

autem loci nomen prorsus omittebatur, rarissime, solo loci nomine literis ascripto, dies intermittebatur.[407]) At non solum loci, unde literae mittebantur, sed aliquando etiam temporis, quo literae scriptae sunt, propior indicatio diei eis ascripto addebatur.[408]) Alias etiam modus, quo literae scribebantur, in die eis ascripto propius indicabatur, saepissime festinatio, alias alia eodem loco addebantur.[409])

Diem ascriptum vel salutationem in literarum clausula (eschatocollo) positos semper fere nomen subscriptum subsequebatur, quod cum literis plerumque verbis coniungebatur, quibus, qui eas mittebat, se eius, ad quem eas dabat, servum (clientem, mancipium etc.) vel ei ad omnia obsequia paratum profitebatur; ex. gr.: „. . . . Data Raudnitz 20. Martii 1630. || Perillustris ac Rev^mae Suae [!] Dom^nis || clientulus || Fr. Simon Bambergensis Capucinus, || Rev^di P. Josephi [Poloni] in missione socius“.[410]) Quae verba — saluta-

congressi: conti del collegio Olomucense dall' anno 1580 ∞. Num. 1“ fol. 395); „dalla villa Salaria [Romae] 19 Giugno 1765“ („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni ∞. Num. 11“ fol. 289); „di casa [Joannis Garziae cardinalis Millini aedes Romae significantur] li 13 di Luglio 1628“ („I. Lettere d' Italia 1628 Num. 3“ fol. 54); „casa [Julii cardinalis Spinola domus Romae significatur] 21 Decembre 1668“ („Scritt. orig. rif. ∞ 1669. Num. 418“ fol 33). Literis originalibus a P. Valeriano de Magni Capucino Romae ad Antonium cardinalem Barberini datis dies his verbis ascriptus est: „Data dalla cella a dì 2 Luglio 1634“ („Memoriali 1634. Num 394“ fol. 221); earum autem exemplari transscripto dies hoc modo est ascriptus: „In Roma data dalla cella 2 Luglio 1634“ (ibid. fol. 192). — V. etiam supra in annot. 398.

[407]) Literis Joannis Gobbar, episcopi Magarensis et suffraganei Olomucensis, quae in volumine „Collegii de' Maroniti ∞. Num. 375“ fol. 179 leguntur, solum dies: „23. Januarii 1658,“ epistolae a Carolo Christoslao Procházka, abbate canoniae Carloviensis ordinis s. Augustini („Congni particolari ∞. Num. 46“ fol. 120), locus tantum: „Pragae in Bohemia in canonia Carloviensi“ ascriptus est; dies quidem etiam huic epistolae posterius — dico Romae ab abbatis negotiorum gestore — ascribendus erat, sed non est ascriptus.

[408]) Literis a Petro Benessa ad Franciscum Ingoli missis (v. supra in annot. 384) dies hoc modo ascriptus est: „Di Montecavallo [Romae] questa mattina 8 Luglio 1628.“ — In literis a Carolo Carafa, episcopo Aversano, qui nuntius apostolicus ad aulam imperialem fuerat, ad eundem secretarium Roma datis hic dies ascriptus legitur: „Da casa questa matina 16 di Gennaro 1629“ („I. Boemia ∞. Num. 214“ fol. 299).

[409]) Epistolae a Fr. Michaele Chumar, generali Minorum s. Francisci de Observantia commissario, ad Franciscum Ingoli datae („IV. Lettere di Germania ∞ 1640. Num. 82“ fol. 94) dies his verbis ascriptus est: „Vienna in fretta li 6 Aprile 1638“. — Literis Stephani Ugronovič (v. supra in annot. 395) dies ita ascriptus est: „Actum in Bohemia Swintschanii 1. die Januarii 1630 raptim“. — Literis a Fr. Joanne Baptista Laghi Bononiensi ordinis Minorum Conventualium ad S. Congnem de P. F. missis dies hoc modo ascriptus, est: „Dal lazaretto del s^r duca d'Alba in Ancona, dove tutti siamo sanissimi, li 16 Febraro 1631“ („I. Lett. d'Italia 1631. Num. 6“ fol. 165).

[410]) Orig. in vol. „Lettere di Germania ∞ 1630. Num. 71“ fol. 137 (220); v. supra in annot. 393. — Literis autem a P. Andrea Pozorský scriptis, quae in volumine „Scritture non riferite dal' anno 1771 ∞: missioni settentrionali ∞. Num. 12.“ fol. 351 leguntur

tionis finalis genus quoddam — se ad utriusque, tam eius, qui literas scribebat, quam illius, ad quem dabantur, dignitatem — perinde ac allocutio — conformabant.[411]) Eorum prima pars, quae in casu genitivo scripta, illum, ad quem literae datae sunt, spectat, ple-

---

nomen subscriptum deest: hoc enim modo finem capiunt: . . . . „Emmi sanctae Romanae ecclesiae cardinalis ac principis, domini, domini clementissimi, || Brunae in Moravia die 9. Decembris anno 1777 || humillimus ad Deum exorator, exmissionarius apostolicus et guardianus actualis reformatae provinciae Bohemicae."

[411]) In literis ad summum pontificem a Ferdinando II. imperatore scriptis („II. Boemia ∞. Num. 215" fol. 40) verba: „Eiusdem Stis Vestrae || obsequens filius || Ferdinandus," in literis ad eundem Urbanum VIII. a barone Bohemiae datis verba; „Beatnis Tuae || indignus filius et servus devinctissimus || Johannes Rudolphus Trcska" („Lett. di Germania ∞ 1629. Num. 70" fol. 174), in epistola supplici missionarii ad eundem summum pontificem missa verba: „Della Stà Vostra || humilissimo servo e minimo || Don Florio Cremona, chierico regolare di s. Paolo" („Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 181), in literis a Capucino scriptis verba: „Stis Vestrae vilissimum mancipium Fr. Franciscus de Polonia Capucinus" („IV. Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 183) leguntur. In epistolis ad cardinales vel S. Congnem de P. F. missis verba: „humilissimo et affezionatissimo servitor il cardinal Dietrichstain" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 54), „humilissimo et obligatissimo servitore il cardinale d' Harrach" („IV. Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol 157), „humilissimo et obligatissimo servo M[alatesta] Baglioni vescovo di Pesaro," qui nuntium Viennensem tunc temporis [1637] agebat (ibidem fol. 14), „umilissimo, devotissimo, obbligatissimo servitore vero V[italiano Borromei] arcivescovo di Tebe", qui tunc temporis [1761] nuntii apostolici munere ibidem fungebatur („Congni particolari ∞. Num. 46" fol. 67; v. supra in annot. 404), „devotissimus et obligatissimus servus J. Mauritius archiepiscopus Pragensis" („Congni particolari ∞. Num. 45" fol. 180), „humillimus sacellanus Fr. Casparus a Questemberg abbas Strahoviensis" („V. Lett. di Germania ∞ 1638. Num. 80" fol. 161b), „clientum minimus et obligatissimus servus ac sacellanus indignus Fr. Nicolaus Dalton Franciscanus Hibernus" („Scritt. orig. rif. ∞ 1741. Num. 706": „numo 27"), „devotissimo servitore il duca di Cromau et principe d'Ecchenberg" („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72" fol. 75), in literis ad S. Congnis de P. F. secretarium verba: „affezionatissimo per servirla il cardinale d'Harrach" („V. Lett. di Germania ∞ 1638. Num. 80" fol. 129), „come fratello G[iovanni] B[attista] cardinal Pallotto" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 9), „come fratello affezionatissimo G. B. cardinal Pallotto" (ibidem fol. 5), „come fratello affezionatissimo di cuore G. B. cardinal Pallotto" (ibid. fol. 2.), „servidor de Vuestra Señoría Illma el cardinal Albornoz" („III. Lett. d'Italia 1638. Num. 28" fol. 13), „devotissimo et obbligatissimo servitore D[on] C[arlo Carafa] vescovo d'Aversa" („Lett. di Germania ∞ 1628. Num. 69" fol. 57), „Votre tres humble et tres obeissant serviteur l'archeveque de Prague" („Congni particolari ∞. Num. 42" fol. 106), „servitore obligatissimo Pietro Benessa," qui summi pontificis secretarius erat („Lett. d'Italia 1628. Num. 3" fol. 53), „obsequentissimus Joannes Andreas Kayser episcopus, cassarum ecclesiasticarum coadministrator" („Scritture orig. rif. ∞ 1769. Num. 823": „congne 23 Genno numo 11"), „humilissimo e divotissimo servitore obbligatissimo Fr. Martiale Pellegrini, ministro generale de' Minori Conventuali" („Scritture riferite nei congressi: missioni dal 1646 al 1707. Num. 1" fol. 123), „divotissimo et obbligatissimo servitore Frà Girolamo Lapi Minore Conventuale" („Lett. di Germania ∞ 1629. Num. 70" fol. 129), „servo minimo Frà Francesco di Polonia Capuccino" („V. Lett. di Germ. ∞ 1638. Num. 80" fol. 49), „devotissimo et obligatissimo servo nel Signore Fr. Nicolò da Lucca Capuccino indegnissimo" („X. Lettere di Barbaria ∞ 1643. Num. 122" fol. 159), „humilissimo, ossequiosissimo servitore e figlio Gio[vanni] Giorgio Peterka Sassone", qui collegii Urbani alumnus fuerat („Scritt. orig. rif. ∞ 1718. Num. 611": „congne 31 Genno 1718 numo 7"), „umilissimo ed ossequiosissimo servo e clientolo Matteo Giuseppe Petercka, missionario apostolico, vicario generale, canonico seniore e curato d' ivi [Eltenberg]" („Scritt.

rumque ad allocutionem accommodata esse solet,[412]) interdum autem vel titulorum in allocutione positorum ordinem invertit, vel alias etiam ab allocutione discrepat, vel deest omnino.[413]) Aliquando — raro quidem — omnis verborum, quae hocce finalis salutationis loco

---

riferite nei congressi: Germania ∞. Num. 10": 12 Ottobre 1750). — Conf. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte II. (in Sitzungsberichte der philos.-histor. Klasse der kais. Akademie der Wissenschaften, Bd. 135, Wien 1896, No X. pag. 18).

[412]) Cum literarum a Petro Benessa (v. supra in annot. 411) ad Franciscum Ingoli die 8. Julii 1628 (v. supra in annot. 408) scriptarum allocutione: „Molto Illre e molto Revdo sre" (v. supra in annot. 384) prima huiusmodi extremae salutationis pars: „Di V. Sia molto Illre e molto Revda" optime congruit. Simili modo „Beatme Pater" cum „Beatnis Tuae" („III. Lett. di Germania ∞ 1629. Num. 70" fol. 174), „Illmo e Revmo sr mio osservandissimo" cum „Di V. Sia Illma e Revma" („II. Boemia ∞. Num. 215." fol. 265), „Emmo et Revmo sr mio osservandissimo" cum „Di V. Emza Revma" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 139), „Eccellmo e Revmo sr, sr come padre osservandissimo" cum „Di V. Eccellza Revma, mio padre osservandissimo" („Scritt. non riferite: Germania ∞. Num. 5" fol. 110), „Illmo sre et padron colendissimo" cum „Di V. Sia Illma" („IV. Lett. Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 164; v. supra in annot. 391), „Excellme et Revme domine, domine nuntie apostolice, domine patrone colendissime" cum „Excellmae Suae [!] Revmae" („Scritt. orig. rif. ∞ 1769. Num. 823": „congne 23 Genno numo 11") conveniunt.

[413]) Literarum a Martino Stricerio, canonico s. Crucis Hildesheimensis, ad Petrum Ludovicum Carafa, episcopum Tricaricensem et nuntium Coloniensem, die 25. Julii 1628 missarum allocutio est: „Illme et Revme domine, domine observandissime", salutationis autem extremae prima pars est: „V. Revmae et Illmae Celsnis" („IV. Lettere di Ungaria ∞ 1629. Num. 57" fol. 106). — Allocutiones cum prima salutationis extremae parte discrepantes ex. gr. sunt: „Illre e molto Revdo sr come fratello" (v. supra in annot. 384) — „Di V. Sia" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 9; — v. etiam supra in annot. 411), „Revme necnon Illme domine, domine" — „Revmae Domnis Vestrae" („IV. Boemia ∞. Num. 216" fol. 27), „Illme et Revme domine, domine clementissime" — „Illmae Celsnis Vestrae" (ibid. fol. 109), „Molto Illre e Revmo sre" — „Di V. Sia" („IV. Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 147), „Molto Illre e Revmo sre, sre e padron mio colendissimo" — „Di V. Sia Revma" („V. Lett. di Germ. ∞ 1638. Num. 80" fol. 49), „Illme princeps, Revme domine, domine ac patrone colendissime" (v. supra in annot. 392) — „Celsnis Vestrae" („Lett. di Germ. ∞ 1628. Num. 69" fol. 58), „Beatmo Padre" — „Della Stà Vostra" („Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 181), „Beatme in Christo Pater, domine Revme" (v. supra in annot. 395) — „Eiusdem Stis Vestrae" (v. supra in annot. 411), „Sermo [!] et Emmo sr cardinale, padron colendissimo" — „Di Sua Sia Emma" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 217), „Hochwürdigster, hochgeborner Fürst" — „Euer hochfürstlichen Eminenz" („Scritt. riferite in S. Congne ∞ 1669. Num. 419" fol. 435), „Emme et Revme domine, domine, patrone colendissime" — „Revmae et Illmae Emtiae Tuae" („Congni particolari ∞. Num. 45" fol. 180), „Eccelmo e Revmo sre, Monsre e padrone colendissimo" — „Della S. Congne e di V. Sia Eccellma e Revma" („Scritt. riferite nei congressi: Germania ∞. Num. 10": 12. Ottobre 1750), „Emmo e Revmo sre, sre padrone colendissimo" — „Dell' Emza Vostra e della S. Congne, mia benignissima madre" („Scritt. non riferite dall' anno 1723 a tutto il 1727 ∞ Germania ∞. Num. 6" fol. 50). Literae a Joanne Christophoro Paunich, seminarii ad s. Petrum Pragae praeside, die 7. Augusti 1781 datae, quae allocutione: „Revme, Excme, Illme, Amplissime atque Doctissime domine, domine nuntie apostolice, domine, domine archiepiscope gratiosissime" incipiunt, verbis: „. . . . Qui piissimo ac demississimo sacrarum V. Exctiae manuum osculo cum omni submissione persevero, || Revme, Excme, Illme, Amplissime ac Doctissime domine, domine nuntie apostolice et archipraesul, || Pragae 7. Augusti 1781 || V. Exctiae || servus humillimus || Joannes ∞" finem capiunt („Scritture riferite nei congressi: collegi di Germania, di s. Barbara ∞.

ante nomen subscriptum poni solent, ordo inversus est, rarius tota haec salutatio prorsus deest.[414]) Nonnunquam nomen subscriptum et haec extrema salutatio cum salutatione in literarum clausula posita arte coniungebantur, quod quando eveniebat, saepissime in epistolis gallice scriptis, dies literis ascriptus a salutatione finali separabatur (v. supra, pag. CL—CLI).[415])

Nomen subscriptum non semper in literarum calce legitur, interdum enim illius, qui literas dedit, nomen in earum exordio (protocollo) positum, nunc allocutionem, nunc diem iis in fronte ascriptum, modo inscriptionem in earum fronte positam sequitur, modo omnia alia antecedit, alias solum in mediis literis nunc semel, nunc pluries

Num. 2" fol. 342). — Prima salutationis extremae pars prorsus deest ex. gr. in literis a Fr. Valeriano Mediolanensi die 18. Decembris 1627 ad S. Congnem de P. F. datis, in quibus diem ascriptum verba: „humilissimo et obligatissimo servo" proxime sequuntur („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 209). In literis Fr. Joannis Cantii Bohemi (v. supra in annot. 397) verba: „Umilimus servus ꝛc" extremam epistolam, quae verbis: „qui mihi fideliter Venezias promovebit" finem sumunt, continuo subsequuntur.

[414]) In literis Fr. Jacobi ‚di Noia', quarum salutationem in clausula superius attulimus (annot. 394), eam dies literis ascriptus: „Conversano li 16 di Luglio 1643", hunc autem extrema salutatio ordine inverso sequitur: „Humilissimo servitor di vivo cuore di V. Sia Illma e Revma || Frà Giacomo di Noia, predicatore Cappuccino imperfettissimo" (v. supra in annot. 389). Huc etiam „Servidor de Vuestra Señoría Illma" (v. supra in annot. 411) pertinet. — In literis „ex mandato speciali universitatis" Pragensis (v. supra in annot. 395) die 9. Junii 1638 scriptis tam salutatio in clausula, quam extrema haec salutatio omnino deest, verbaque „ex mandato ꝛc", quae modo attulimus, nomen subscriptum („Joannes Agricola secretarius") proxime sequitur.

[415]) Ex. gr.: „ . . . . Ceterum pro S. Congne divinam maiestatem semper exoro et eiusdem maneo || servus indignus || Petrus Ferdinandus Turgiewitz. || Datum Wratislaviae 8. Novembris 1670" („Scritt. orig. rif. ꝛc 1671. Num. 427" fol. 290); vel: „ . . . . quam summam gratiam una cum tribus residentibus canonicis et vicariis inter sacrificandum piis debitisque memento et repetitis precibus demeriturus. maneo || syrmati || Stis Vestrae advolutus humillimus capellanus || Martinus Bernardus Tost de Friedenfels, administrator et decanus. || Budissinae die 19. Novembris 1716" („Congni particolari ꝛc. Num. 36" fol. 391); vel: „ . . . . Con che, dopo rinnovato il bacio della sagra porpora, mi raccommando umilissimamente al potentissimo patrocinio di V. Emza e della S. Congne, mia pietosissima madre, e mi prendo l'onore d'esser per sempre di V. Emza umilissimo ed ossequentissimo servo et clientolo Matteo Giuseppe Petercka, missionario apostolico. Eltenberg li 2 di Settembre 1749" („Scritt. riferite nei congressi: Germania ꝛc. Num. 9"); vel: „ . . . . Dignetur Revma Emtia . . . . me Emmis gratiis recommendatum habere, qui perennaturo devotionis cultu vivo et devivo Revmae Emtiae Suae humillimus servus Fr. Gabriel [Dubau], abbas sancti ordinis Cisterciensis. Neo-Cellae die 28. Februarii 1778" („Scritt. riferite nei congressi: Germania ꝛc. Num. 11" fol. 496); vel: „ . . . que ie me contente de Vous demander la continuation de l'honneur de Vos bonnes graces et de Vous assurer du respectueux attachement, avec lequel i'aij celuy d'être, Monseigneur, Votre tres humble et tres obeissant serviteur l'archeveque de Prague. — Prague ce 10 Aout 1735" (v. supra in annot. 397 et 411); vel: „ . . . . J'ay l'honneur d' être avec tout le respect et l' attachement possible, Monseigneur, Votre tres humble et tres obeissant serviteur l'archeveque de Prague. — A' Prague ce 27 May 1739" („Congni particolari ꝛc. Num. 42" fol. 300).

scriptum reperitur.[416]) Fiebat etiam, ut eius, qui literas dedit, nomen non solum in earum exordio scriptum, sed etiam in calce subscriptum poneretur, vel hoc loco saltem significaretur.[417]) Nomen subscriptum etiam in calce aliquando — at praeter consuetudinem — repetitur,

[416]) Epistola ex. gr. Posonii die 7. Julii 1738 scripta, cuius exemplar, quod et copiam vocant, in volumine „Scritt. riferite nei congressi: conti del collegio Olomucense ꝛc. Num. I." fol. 946 invenitur, sic incipit: „Copia. || Illme ac Revme domine, domine colendissime. || Devotus cliens Michael Rudnyanscki humillime exponit ꝛc"; alia ab Alexandro cardinali Albani ad Nicolaum Antonelli missa ita: „Casa 14 Agosto 1758. || Il cardinale Alessandro Albani, il quale ꝛc" („Congni particolari ꝛc. Num. 45" fol. 181); alia his verbis: „Illmo, Revmo Monsr Biagio Pauli, arcivescovo di Larissa, vicario patriarcale di Costantinopoli [= allocutio]. || Io umilissimo oratore, P. Liberato Beyer, religioso rifformato della provincia di Boemia e missionario apostolico ꝛc" („Scritt. orig. rifer. ꝛc 1752. Num. 750": „congne 10 Aprile numo 7"); alia sic: „Ernestus, divina miseratione s. Romanae ecclesiae tituli s. Mariae Angelorum in Thermis presbyter cardinalis ab Harrach, archiepiscopus Pragensis, princeps, legatus natus, sacrae caesareae regiaeque Mtis intimus consiliarius, incliti regni Bohemiae primas necnon ordinis Crucigerorum cum rubea stella per Bohemiam, Moraviam, Silesiam et Poloniam supremus ac generalis minister. || Cum apud nos personaliter ꝛc" („IV. Lett. di Germania ꝛc 1641. Num. 83" fol. 46), alia ita: „Josephus a Matre Dei, clericorum regularium pauperum Matris Dei Scholarum piarum generalis minister, Tibi Revdo P. Honofrio a Sanctissimo Sacramento ꝛc" („Miscellanea. Tom. 15: Fedi ed attestati fino al 1645" fol. 96 b). — Epistola „dal S. Offizio 7 Febraro 1721" (v. supra in annot. 398) ad Dominicum Passionei, S. Congnis de P. F. prosecretarium, scripta post diem in fronte ascriptum verbis „Questa S. Congne non ha stimato espediente concedere ꝛc" incipit, illum autem, qui eam dedit, solum his verbis prodit: „e Monsr assessore nel riferire a V. Sia Illma i sentimenti della S Congne, Li bacia riverentemente le mani. || Trasmette anco a V. Sia Illma le due annesse facoltà richieste ꝛc" („Scritt. orig. rif. ꝛc 1721. Num. 628": „congo 13. Januarii 1721 numo 20"). Et in volumine „Congni particolari ꝛc. Num. 43" fol. 302 haec epistola legitur: „Dalle stanze del Quirinale 5 Febbraio 1750 [v. supra in annot. 398]. Dopo avere la Stà di N. Sre seriamente riflettuto sopra quella tale istanza che fa la Mtà della regina imperatrice, ... ha risoluto di condescendere alla istanza di S. Mtà, e però il cardinale Valenti ne dà a V. Sia Illma l'avviso, perchè formi la lettera a Monsr nunzio di Vienna . . . . Che è, quanto Le notifica il cardinale Valenti per Suo contegno, nel mentre che resta basciandole di cuore le mani". — Etiam literae, quae in volumine „Scrit. non riferite dall'a. 1779 ꝛc: missioni settentrionali ꝛc. Num. 13" fol 211 verbis: „Monsr arcivescovo di Praga ha ripetuto le sue più vive premure per la pronta spedizione dei soliti decreti concernenti la distribuzione del denaro della cassa del sale in conformità della supplica esibita . . . . a codesta S. Congne di P. F. Obbligato pertanto il Tioli che scrive ꝛc" incipiunt, hoc loco solo eum, a quo datae sunt, significant (v. supra in annot. 387)

[417]) Literis ex. gr. Josephi a Matre Dei, Scholarum piarum ministri generalis, quas supra in annot. 416 tetigimus, post diem „19. mensis Maii 1641" eis ascriptum (v. supra in annot. 406) idem „Josephus a Matre Dei minister generalis" in calce nomen manu sua subscripsit. Simili modo literis, quae „23. Januarii 1658" datae (v. supra in annot. 407) verbis: „Revmi ac Illmi domini, domini. || Joannes Gobbar, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Megarensis, comes palatinus imperii, custos et suffraganeus Olomucensis ꝛc" incipiunt, „Joannes Gobbar, qui supra nominatus, propria manu" nomen in calce subscripsit („Collegii de Maroniti ꝛc. Num 375" fol. 179). — Epistolae Michaelis Rudnyanscki (v. supra in annot. 416) in calce haec verba ascripta sunt: „Illmae ac Revmae Domnis Vestrae || abiectissimus clientum || idem, qui supra. || Posonii 7. Juli 1738", literis autem P. Liberati Beyer (v. supra in annot. 416) verba haec: „Di V. Sia Illma e Revma || umilissimo e devotissimo servo, || qui supra m. pr.".

si, qui literas scripsit, postquam eis nomen subscripsit, eis quid addidit nomenque iterum subscripsit.[418]) Non omnibus literis singula, sed nonnullis bina, aliis terna, plura nomina subscripta sunt, si plurium nomine ad S. Cong^nem^ de P. F. vel alium datae sunt, vel si eius, qui literas dedit, nomini subscripto testium nomina accesserunt.[419]) Duo vel plura nomina subscripta literae etiam tum habere possunt, quando literis ab uno scriptis et subscriptis alius aliive aliquid adscripserunt nomenque suum quisque subscripserunt.[420]) Contra autem nonnullis epistolis — iisque tam originalibus, quam transscriptis — nomen subscriptum plane deest, nisi in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria suppletum est.[421]) Qui literarum sive suarum sive ab aliis

[418]) Epistolae ad S. Cong^nis^ de P. F. cardinales datae, cui in calce dies verbis: „Dai Cappuccini [Romae] li 3 Maggio 1759" ascriptus est, „Fr. Amato da Lamballe, procuratore e commissario generale" nomen subscripsit. Inferius vero verba: „Seguitano i soggetti da surrogarsi come sopra: P. Giovanni da Matha Bi[d]schoviense ∝" addidit et post quinti Capucini nomen suum proprium hoc modo: „Fr. Amato sudetto" repetivit („Scritt. orig. rif. ∝ 1759. Num. 782": „cong^ne^ 21 Maggio num^o^ 12"). — „Jacobus de Baerenstamm, episcopus Pergamensis, per Lusatiam administrator ecclesiasticus et decanus Budissinensis", postquam literis suis ad Clementem XIV. die 16. Februarii 1770 datis (v. supra, ann. 398) nomen subscripsit, pagellam extremam eis adiecit, in cuius calce nomen suum verbis: „V. S^tis^ || humillimus filius || Jacobus de Baerenstamm, episcopus Pergamensis, administrator ecclesiasticus et decanus m. p." iterum subscripsit („Scritt. orig. rif. ∝ 1770. Num. 827": „cong^ne^ 2 Aprile num^o^ 7").

[419]) Diplomati, quod in volumine „Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71." fol. 165 (272) — 169 (276) legitur, „Fr. Casparus a Questembergh, abbas Strahoviensis ∝" et „Fr. Georgius Vratt, abbas Aulae Regiae" nomina subscripserunt. Literis a provinciali ordinis Minorum Conventualium s. Francisci capitulo anno 1630 celebrato ad S. Cong^nem^ de P. F. missis Fr. Horatius ‚da Monte Leone', visitator ultramontanus, qui capitulo praesidebat, et novem alii Fratres nomen subscripserunt („Lett. di Germania ∝ 1630 Num. 71" fol. 215), libellus supplex a Gallis Pragae domicilium habentibus ad summum pontificem Urbanum VIII. datus, de quo S. Cong^o^ de P. F. die 25. Februarii 1631 tractavit, 26 nomina subscripta habet („Lettere di Germania ∝ 1631. Num. 72" fol. 160). Literis ad officialem dioeceseos Olomucensis die 5. Februarii 1629 a Fr. Barnaba, parochi Carnoviensis munere fungente, scriptis Fr. Barnabas ipse et quinque testes nomina subscripserunt („Lett. di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 22).

[420]) Post nomen literis die 8. Martii 1631 ad Franciscum Ingoli missis („Lettere di Germania ∝ 1631. Num. 72" fol. 142) subscriptum: „Di V. S^ia^ Rev^ma^ servo humilissimo Fr. Basilio d' Aire Capucino" folio 143 (215) Fr. Valerianus Mediolanensis manu sua verba: „Io non ho scritto a V. S^ia^ con l' ordinario passato et attendo ∝" addidit, quibus nomen suum: „Frà Valeriano" subscripsit.

[421]) Etiam hoc loco perinde ac superius (in annotatione 416) epistolas originales in variis magistratuum curiae Romanae vel cardinalium cancellariis scriptas reperimus, ex. gr.: „Dalla segreteria di stato 24 Maggio 1708. || Si rimette a Monsr de Cavalieri l' annessa lettera del Paldamus missionario apostolico, affinchè la riferisca in S. Cong^ne^ per sentirne il parere della medessima da significarsi in segreteria di stato" („Scritt. orig. rif. ∝ 1708": „cong^o^ 4. Junii 1708 num^o^ 19"), e quibus verbis colligi non potest, quis, utrum ipse cardinalis secretarius status, an alius epistolam illam scripserit. Huc etiam hae literae pertinent: „Dalla segreteria del s^r^ cardinal Albani li 28 Agosto 1718 [v. supra in annot. 398]. || Essendo il barone di Schiaffiroff uno dei primi ministri del gran czaro di Moscovia, S. Em^za^

scriptarum exemplaria (copias) ad S. Cong^nem^ de P. F. Romam mittebant, nomina iis non subscribebant, quia aut in propriis literis originalibus, quas una cum iis mittebant, aut in ipsorum exemplarium inscriptione (v. supra, annot. 391) tam eum, a quo, quam illum, ad quem scriptae sunt, indicabant, quae omnia postea in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria a tergo exemplarium ipsorum annotabantur.[422])

stima essergli dovuto il trattamento d' ‚Eccellenza'. Tanto ha l' onore di significare a Monsr Illmo e Rev^mo^ segretario di P. F., a cui si rassegna" („Scritt. orig. rif. ∝ 1718": „cong^o^ 8. Aug. 1718 num^o^ 7") -- quis? Eiusdem generis est epistola, quae sequitur: „Di casa 7 Giugno 1769. || Scorgerà Monsr Illmo segretario di Propaganda dal pro memoria quì ingiunto, quale sia la mente di S. M^tà^ l' imperatrice regina apostolica sopra il regolamento degli assegni sopra la cassa del sale, che vuole, che si osservi non solo per gli anni avvenire, ma cominciando anzi da quelli dell' anno decorso 1766. Sembra a chi scrive, che quelli ∝", in qua usque ad finem: „Prega poi S. S^ia^ Illma di volergli dare a suo tempo qualche riscontro di ciocchè sarassi stabilito, per poterne far certo all' apostolica M^tà^ Sua. E bacia a S. S^ia^ Illma di tutto cuore le mani" („Congni particolari ∝. Num. 47" fol. 125) ne uno quidem verbo significatur eam ab Alexandro cardinali Albani scriptam esse. — Epistola, quae in volumine „III. Lettere di Germania ∝ 1634. Num. 76" fol. 32 (49) — 33 (50) legitur, verbis: „Praga 18 Gennaro 1634. || Devotissimo, obligatissimo servitore" finem sumit. A tergo autem, fol. 33 (50) b Franciscus Ingoli annotavit: „Il P. Florio Cremona Barnabita con lettere scritte al secretario ritorna a far istanza ∝." — Literis Viennae die 26. Maii 1629 datis, quibus nomen subscriptum deest, post verba: „Di V. S^ia^ Illma e Rev^ma^" Franciscus Ingoli sua manu haec verba addidit: „Il P. Valeriano che s' è scordato di sottoscriverla" („I. Boemia ∝ 1629. Num. 214" fol. 353). At quaeritur, num revera P. Valerianus epistolae huic, licet nihil contineat, propter quod nomen suum celare debuerit, nomen subscribere oblitus sit; in eius enim fronte verba „Marinus Verde" leguntur, quae primis literis Valeriani sive Magni sive Mediolanensis nomen significare possunt. Epistola a [Josepho Garampi, nuntio apostolico ad aulam caesaream] ad Stephanum Borgia, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, scripta, quae verbis: „Vienna 5 Marzo 1778. || Monsr padrone. || Ho giusto fondamento ∝" incipit, verbis: „ . . . . Raccomando al Signore la Vostra buona genitrice. Addio" finem sumit („Scritt. non rif er. dall' anno 1771 ∝: missioni settentrionali ∝. Num. 12" fol. 607) nullibique autorem suum prodit. — V. etiam infra, pag. CLXIII et annot. 427.

[422]) In volumine ex. gr. „Lettere di Germania ∝ 1631. Num. 72" fol. 88 (147) epistola legitur, quae allocutione „Sacra Ces^a^ M^tà^, s^re^ clementissimo" incipit dieque ascripto („Praga a dì 18 Genaro 1631") finem sumit; ei a tergo, fol. (150) b, haec verba in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria ascripta sunt: „Copia della lettera scritta dal P. Valeriano all' imperatore". — In aliis literis, quae in volumine „II. Boemia ∝. Num. 215" fol. 217 (262, 109) b verbis: „Rev^me^ Pater ac domine, domine in Christo observandissime" incipiunt finemque verbis: „Datum Pragae die 12. Februarii 1631. || V. Rev^mae^ Dom^nis^" capiunt, ille, ad quem datae sunt, solum per verba, quae ibidem fol. 218 (263, 110) b a tergo leguntur, in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scripta: „Copia della lettera ch' il P. Valeriano ha scritto a prelati, che l' hanno calunniato" proditur. — A tergo epistolae, quae in volumine „I. Boemia ∝. Num. 214" fol. 468 (547, 136) verbis: „Illmo s^re^ mio colendissimo" incipit atque verbis: „con che resto || di V. S^ia^ Illma" finem sumit, in cancellaria, quam modo diximus, verba „Lettera del P. Valeriano Magno al conte Slavata in materia della Carolina" ascripta sunt. — Literis, quas supra in annot. 401 tetigimus, quamquam inscriptionem in fronte habent, in eadem cancellaria a tergo verba: „Copia d' una lettera del s^r^ cardinal d' Harrach ∝" ascripta sunt. — A quo autem literae, quae in volumine „Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga dall' anno 1580 ∝. Num. I." fol. 752 allocutione: „Rev^me^ Pater, patrone gratiosissime" incipiunt verbisque: „ . . . . Pragae hac die [29.] Martii 1773. || Rev^me^ Pater, patrone observandissime, || Pat^tis^ Vestrae Rev^mae^ || devotissimus subditus et servus"

Modus, quo, qui literas ad S. Cong^nem^ de P. F. dabant, nomen suum in calce iis subscribebant, varius erat: alii solum nomen eo loco ponebant,[423]) alii nomini proprio verba, quae eorum dignitatem, conditionem, aetatem etc., alii nomina adiectiva, quae eorum animum demissum significabant, addebant,[424]) nonnulli vero, saepissime epi-

(fol. 753 b) finem capiunt, scriptae sint, ne a tergo quidem earum, ubi nihil omnino scriptum est, comperimus; quod demum literae „Pragae e collegio immaculatae Conceptionis Fratrum Minorum Recollectorum Hiberniae hac 29. die Martii 1773" ad [Josephum Mariam cardinalem Castelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum] datae — allocutionem enim: „Em^me^ ac Rev^me^ domine, domine patrone gratiosissime" habent — produnt, quibus „Fr. Michael Tipper guardianus", idem, qui et illas ad sui ordinis ministrum generalem misit, nomen suum subscripsit (ibid. fol. 762). — Item epistola, quae in eodem volumine fol. 757 verbis: „Di casa 7 Settembre 1773. || Il P. guardiano di sant' Isidoro che ha dato l' annesso attestato da unirsi all' altre carte ∞" incipit verbisque: „ . . . . alla quale intanto lo scrivente rassegna la più distinta stima, mentre Le bacia per fine di cuore le mani" finem sumit, nec eum, a quo, nec illum, ad quem data est, ullo verbo indicat; attamen, a quo scripta sit, e responso eodem die 7. Septembris 1773 dato (ibidem fol. 755), quod in margine inferiore verbis „S^r^ abbate Ludovico Ferri" (v. supra, pag. XXX cum annot. 72 et pag. XXXIII) inscriptum est, comperimus; hocce autem responsum, licet nomine subscripto careat, a S. Cong^nis^ super negotiis episcoporum et regularium secretario, quo munere tunc temporis Quidonem Calcagnini functum esse opinor, scriptum esse ea, quae responsum ipsum continet, manifeste ostendunt; in hoc enim responso haec legimus: „ . . . . Siccome era stato rimesso il memoriale del P. Tipper al segretario de Vescovi, perchè ne parlasse, lo scrivente, doppo unite le informazioni dell' arcivescovo di Praga e del P. generale d' Araceli, si credette in obligo, come gia ne aveva prevenuto V. S^ia^ Illma, di farne relazione al papa [ad summum pontificem de negotiis ad congregationes cardinalitias remissas referre aut cardinalium iis praefectorum aut earum secretariorum proprium erat, responsum autem solius secretarii S. Cong^nis^ super negotiis episcoporum et regularium mentionem iniicit], ma non si scordò di dirgli, che . . . ., e disse ancora a S. St^à^, che da Monsr Borgia [qui tunc temporis S. Cong^nis^ de P. F. secretarius erat] lo scrivente aveva ricevuto imbasciata, che desiderava, fosse rimessa la pendenza a quella S. Cong^ne^; S. St^à^ però rispose, che, essendo gia maturo l' affare, ... non voleva, che si esaminasse in altre Cong^ni^, ma voleva definirlo da se, come fece . . . ., sì che la definizione è del papa e non della Cong^ne^ de' Vescovi. E lo scrivente non poteva opporsi al volere di S. St^à^, come neppure crede di aver mancato dal canto suo, quando fece tutto presente a S. St^à^ ∞".

[423]) Fr. Valerianus a Magni Mediolanensis ex. gr. literis, quas die 1. Septembris 1629 ad Franciscum Ingoli misit, nomen ita subscripsit: „Frà Valeriano" („I. Boemia ∞. Num. 214" fol. 462). Literis die 29. Augusti 1637 ad eundem Franciscum Ingoli datis, quae in volumine „Lettere di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 201 (338) reperiuntur, solum nomen „Don Florio Cremona" subcriptum est. Nonnulla alia exempla v. supra in annot. 411.

[424]) Ad exempla huc spectantia, quae in annot. 411 attulimus, adde v. gr.: „Fr. Basilio d' Aire, predicatore Capucino, compagno del P. Valeriano" („Lettere di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 79 b); „P. F. Mauritius reformatus callens linguas Germanicam, Polonicam, Boemicam et Latinam" („Scritt. non riferite ∞ missioni settentrionali ∞. Num. 12" fol. 516); „Magdalena Englestin nata Hauckin, miserabilis vidua septuagenaria" („Germania ∞. Num. 327" fol. 302 b); „Casparus Valentinus Werdecker, sacellanus Rev^mi^ domini [Francisci a] Weinz[i]erle foris in parochia Jäschkittel nominata, quam sesquialtero milliari Wratislavia habet" („Collegii ∞. Num. 375" fol. 256); „Michael Bruno Berbigius m. pr., aetatis meae 32 annorum" („Collegii di S. Pietro Montorio ∞. Num. 377" fol. 319 b). — Literis ad Franciscum Ingoli missis, quae in volumine „Lettere di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 75 leguntur, Fr. Basilius hoc modo nomen subscripsit: „Di V. S^ia^ Rev^ma^ || servo inutile || Fr. Basilio d' Aire Capucino indegno". Simili modo: „Fr. Hieronymus Cornetanus [ordinis Eremitarum s. Augustini prior] generalis indignus" („Memoriali del 1630. Num. 390" fol. 260), „Fr. Nicolò da Lucca Capucino indegnissimo" („X. Lettere di Barbaria ∞ 1643. Num. 122" fol. 159).

scopi (archiepiscopi), proprio intermisso nomine, suam tantummodo dignitatem ibidem indicabant; alias autem episcopi et archiepiscopi dignitati etiam nomen, raro cognomen, addere solebant.[425]) Cardinales, quando italice literas scribebant, nomen, quod in baptismo acceperant, saepissime, non autem semper, intermittebant; nonnulli loco cognominis suae cardinalitiae ecclesiae titulum adhibebant; in literis autem latinis praeter cognomen huncve ecclesiae titulum nomen baptismale semper ponebant.[426]) Modus, quo summorum pontificum nomina variis literis, quae in S. Cong^nis^ de P. F. archivio leguntur, dico constitutionibus apostolicis, bullis, brevibus, inscribi solebant, aliunde abunde notus est; epistolis (codicillis, schedulis), quas manu sua summi pontifices scribebant, nomen subscriptum semper deest.[427])

[425]) Literis die 1. Martii 1739 ad Philippum Mariam Monti, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, gallice scriptis Joannes Mauritius G. Manderscheid archiepiscopus Pragensis nomen verbis: „l' archeveque de Prague" subscripsit („Congni particolari ∞. Num. 39"). Similiter in epistolae a Georgio Lippay Strigoniensi archiepiscopo die 16. Januarii 1663 datae calce solum verba: „Em^tiae^ Vestrae || devotissimus servus || archiepiscopus Strigoniensis m. pr." leguntur („Collegii ∞. Num. 375" fol. 245). V. etiam supra in extrema annotatione 415. — Carolus Carafa nuntius Viennensis literis suis verbis: „D[on] [Carlo] vescovo d' Aversa" (v. infra, num. 14, 19, 21, 23 etc.), eius in aula imperiali successor, Joannes Pallotto verbis: „G[iovanni] B[attista] arcivescovo di Tessalonica" („Lett. di Germania ∞ 1629. Num. 70" fol. 96), Ernestus Adalbertus ab Harrach archiepiscopus Pragensis verbis: „Ernestus archiepiscopus Pragensis" (v. infra, num. 99) vel: „Ernesto arcivescovo di Praga" (v. infra, num. 117) nomen subscribebant. Malatesta Baglioni, episcopus Pisaurensis apostolicusque ad aulam caesaream nuntius, literis suis ex. gr. die 26. Junii 1638 datis nomen hoc modo: „M. Baglioni ves[covo] di Pe[saro]" („IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216" fol. 64) subscripsit. In libello supplici, qui in volumine „Scritture originali riferite ∞ 1703. Num. 546" („cong^ne^ 13 Novembre num^o^ 17") reperitur, nomen subscriptum: „Tobias Joannes Becker episcopus Reginohradecensis" legitur.

[426]) Ernestus Adalbertus cardinalis ab Harrach ex. gr. verbis: „il cardinale d' Harrach" (v. infra, num. 358, 376, 395, 401, 402), Franciscus cardinalis a Dietrichstein verbis: „il cardinal Dietrichstain" (v. infra, num. 22, 33) in literis italice scriptis subscribebant; in latinis autem literis huiusce cardinalis nomen hoc modo subscriptum: „F. cardinalis a Dietrichstain" (v. infra, num. 59) legimus. In literis die 13. Aprilis 1630 datis nomen subscriptum: „G. B. cardinale Pallotto" („II. Boemia ab anno 1630 ∞. Num. 215" fol. 249), in aliis die 8. Aprilis 1634 datis: „C[iriaco] cardinale Rocci" („Visite e collegii del 1634. Num. 12" fol. 18), in aliis die 11. Aprilis 1683 Viennae scriptis: „Fr. cardinal Buonvisi" („Scritt. rifer. nei cogressi: Germania ∞ dal 1681 ∞. Num. 2" fol. 80 b), in aliis die 24. Februarii 1774 ibidem datis: „C. E. cardinale Visconti n[unzio] a[postolico]" („Scritt. orig. rifer. nella cong^ne^ de 12 Settembre 1774. Num. 840": „cong^ne^ 12 Settembre num^o^ 1") legitur. Hannibal cardinalis Albani literis, quas die 18. Februarii 1743 Romae ad Benedictum XIV. summum pontificem dedit, nomen verbis: „Annibale cardinale di S. Clemente" subscripsit („Scritt. rifer. nei congressi: Germania ∞ dal 1741 ∞. Num. 9").

[427]) Epistolas eius generis (codicillos dico et schedulas) a summo pontifice scriptas esse praeter varia alia (ex. gr. primam personam numeri pluralis verborum pronomenque

Principum regnantium (imperatorum etc.) literis ad summum pontificem missis, quas manu propria scriptas vocant, solum principis nomen subscribebatur;[428]) modo eodem etiam literis, quas ad Romanae curiae cardinales dabant, imperatores nomen subscribebant, sed in earum protocollo eorum nomen cum omnibus titulis legitur, et in calce imperatoris nomen subscriptum cancellariae, ad quam res pertinebat, ministrorum nomina subscripta sequuntur.[429])

Qui ad S. Cong^nem^ de P. F. vel eius secretarium literas — praecipue si saepius — mittebant, non semper nomen integrum iis subscribebant, sed modo notis id excipiebant, modo solum significabant.[430]) Literas prorsus sine nomine scriptas inter omnes, quae

eiusdem personae ac numeri) salutatio finalis praecipue manifestat; ex. gr.: „Favorirà il nostro Monsr segretario di Propaganda d' essere subito che potrà, dal cardinale Millini, che ha bisogno di parlare con lui, dicendogli, che viene d' ordine nostro. Per quanto possiamo sapere, è seguito in Praga un orribile incendio ꝛc [usque ad verba:] Terminiamo col dargli l' apostolica benedizione. 6 Settembre 1755" („Congregationi particolari di Boemia ꝛc. Num. 44" fol. 247); vel: „Appena partito Monsr Monti, ci è venuto l'annesso plico mandatoci dal cardinale S. Clemente. Favorisca ꝛc [usque ad:] Con che Li diamo l'apostolica benedizione. Ora prima della notte del 18 di Febraro" [anni 1743] („Scritt. rifer. nei cogressi: Germania ꝛc dal 1741 ꝛc. Num. 9"); vel: „Abbiamo ricevute le spedizioni per il s^r^ cardinale di Sinzendorf e La ringraziamo. Abbiamo pur ꝛc [usque ad verba:] diamo al nostro s^r^ cardinal Petra l'apostolica benedizione" („Miscellanea, varie, tom. XII. Biglietti di Benedetto XIV. al cardinal Petra" fol. 60). Huicce epistolae dies „5 Decembre 1743" a tergo ascriptus est, Benedicti XIV. autem nomem nec ei nec illis duabus, quas superius in hacce annotatione attulimus, est subscriptum.

[428]) In calce literarum a Leopoldo I. imperatore die 29. Octobris 1661 ad Alexandrum papam VII. datarum, quae verbis: „Beat^me^ in Christo Pater, domine, domine reverendissime. Post officiosissimam commendationem filialis nostrae observantiae ꝛc" incipiunt, verba: „Eiusdem S^tis^ Vestrae || obsequens filius || Leopoldus" leguntur („Scritt. rifer. nei congressi: Germania ꝛc dal 1650 ꝛc. Num. 1" fol. 162). Literis, quas die 2. Maii 1755 ad Benedictum XIV. misit, Franciscus I. Romanorum imperator eodem modo solum nomen „Franciscus" subscripsit („Cong^ni^ part^ri^ ꝛc di Boemia ꝛc. Num. 42" fol. ante 1).

[429]) Literis ex. gr. die 29. Julii 1628 datis, quae verbis: „Ferdinandus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae . . . . rex, archidux Austriae, dux Burgundiae . . . . , comes Tyrolis et Goritiae etc. Rev^mo^ in Christo Patri, domino Octavio, sacrae Romanae ecclesiae tituli s. Sabinae presbytero cardinali Bandino, amico nostro charissimo, salutem ac benevolentiae nostrae affectum ꝛc" incipiunt, idem imperator solum nomen „Ferdinandus", quod nomina Joannis Baptistae baronis de Verdenberg et Gaspari Fuy sequuntur, subscripsit („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 306—307). Simili modo in literarum die 14. Augusti 1669 datarum, quae verbis: „Leopoldus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus .... Rev^mo^ in Christo Patri, domino Francisco, s. Romanae ecclesiae tituli s. Laurentii in Damaso decano cardinali Barberino, amico ꝛc" incipiunt, calce nomina subscripta: „Leopoldus. || Joan. Paul. Hocher. || Ad. Grustner" leguntur („Scritt. rifer. ꝛc 1669. Num. 420" fol. 519—519 b).

[430]) Exemplo literarum a P. Basilio Belga („d'Aire") Capucino die 30. Aprilis 1634 ad Petrum cardinalem Pazmany datarum, quod idem P. Basilius Romam ad S. Cong^nem^ de P. F. misit, nomen solis literis: „F. B." subscripsit („Visite e collegii del 1634. Num. 12" fol. 242b). Don Florius Cremona Mediolanensis Barnabita literis die 9. Februarii 1628

in S. Cong^nis^ de P. F. archivio asservantur, vix inveneris; nonnullis fortasse fictum nomen subscriptum est.

Literae S. Cong^ni^ de P. F. allatae non omnes eorum, qui eas dederunt, manu scriptae sunt, sed multae manu aliorum: cardinales enim, nuntii apostolici, archiepiscopi, episcopi, abbates, alii praelati, nonnulli religiosi (ordinum religiosorum generales, provinciales, sacrarum missionum praefecti), principes regnantes aliique secretariorum, scriptorum, sociorum suorum opera uti solebant, qui plerumque etiam verba, quibus nomen subscriptum cum literis coniungebatur (ex. gr.: „Dom^nis^ Vestrae Rev^mae^", „Di V. S^ia^ Rev^ma^"), addebant, illi autem, qui literas dabant, solum verba, quae sequuntur (ex. gr.: „servus humillimus", „servitore humilissimo" similiaque), scribere nomenque literis manu sua subscribere solebant,[431]) interdum vero varia in literis ipsis manu sua corrigebant, in margine aut inter versus addebant, verba nomen subscriptum cum literis coniungentia („Dom^nis^ Vestrae Rev^mae^" similiaque) scribebant,[432]) saepeque pagellam extremam (quam et postscriptum vocant), quae modo haecce verba praecedit, modo ea, modo nomen subscriptum subsequitur, interdum autem a tergo literarum reperitur (v. infra, annot. 441), ad literas adiungebant.[433]) At non est existimandum eos, qui literas

ad Franciscum Ingoli datis nomen suum verbis: „quello della religione di P. Giovanni Carlo" significavit („II. Lett. di Germania ꝛc 1628. Num. 69" fol. 206). In literis, quas P. Valerianus Mediolanensis Capucinus die 29. Januarii 1628 ad Franciscum Ingoli misit manu P. Basilii, quem modo diximus, scriptas, loco nominis subscripti sua manu verba: „manus nota" posuit (ibidem fol. 158 b). Omnes tres reliogosi, qui supra nominantur, priusquam has literas scripserunt, crebras alias ad S. Cong^nem^ de P. F. dederant.

[431]) V. ex. gr. infra, num. 14, 20, 22, 23, 59, 67, 70.

[432]) V. ex. gr. infra, num. 19, 21, 24, 28, 40, 41, 47, 69. — Quod ad verba illius ipsius, qui literas — ab alio scriptore scriptas — dedit, manu addita aut correcta attinet, v. ex. gr. infra, num. 19 (annot 7, 17). — In literis a P. Valeriano Mediolanensi Capucino ad Franciscum Ingoli die 16. Februarii 1628 datis, sed alius manu scriptis, verbum, ‚amainerò', quod scriptor intermisit, ab ipso P. Valeriano in spatio, quod scriptor reliquit, ascriptum legitur („Lett. di Germania ꝛc 1628. Num. 69" fol. 178). Literis ab eodem Fr. Valeriano ad Ludovicum cardinalem Ludovisi die 15. Decembris 1629 datis, manu P. Basilii Belgae autem scriptis, idem Fr. Valerianus verba: „et loro rendite" et paulo inferius verba: „Quell concetto è verissimo" sua manu inter versus addidit. („Lett. di Germania ꝛc 1630. Num. 71" fol. 187 b et 188). Ceteroquin idem P. Valerianus literis, quas die 31. Maii 1631 ad Franciscum Ingoli et dedit et sua manu scripsit, in margine folii 102 verba: „Non rispondo a Monsr [Martino] Bonacina, supponendolo in viaggio; caso, che non, lo saluti et le dica, che S. Em^za^ [Harrach] lo attende con impatienza" ipse adiecit. („Lett. di Germania ꝛc 1631. Num. 72" fol. 102—102 b).

[433]) In volumine „II. Boemia ab anno 1630 ꝛc. Num. 215" fol. 350 (438) — 351 (439) literae a Fr. Valeriano Mediolanensi ad Franciscum Ingoli scriptae leguntur, quae his verbis finem capiunt: „. . . . Vienna a di 23 Febraio 1630. || P. S. Mi raccorderò a suo tempo

manu sua scribebant, inferioris conditionis semper fuisse, quam illos, qui eas dabant; nonnunquam etiam contrarium eveniebat;[434]) neque credendum est pagellas extremas, quas paulo superius meminimus, nunquam in literis inveniri, quas ii ipsi sua manu scripserunt, qui eas dederunt, vel, si literae ab alio scriptae sunt, pagellam extremam eius manu nunquam additam esse.[435]) Plerumque pagella extrema literis, ad quas pertinet, brevior est, at fiebat, praesertim si literae alia, scriptoris dico, pagella autem extrema illius ipsius, qui literas dedit, manu scriptae sunt, ut illa his longior esset.[436]) Aliquando pagella extrema utriusque, tam eius, dico, qui literas dedit, quam alterius, qui eas scripsit, manu exarata invenitur.[437]) Rarius pagella

---

∝ [usque ad:] sensata con esercitarla. || Di V. Sia . . . . || affettionatissimo servo di core || Frà Valeriano Capucino". — Aliae literae ab eodem Fr. Valeriano ad eundem S. Congnis de P. F. secretarium missae hoc modo finem sumunt: „. . . . Vienna a dì 13 Ottobre 1629. || Di V. Sia ∝ || [m. pr.:] Con un altro piego mando le ricercate copie da V. Sia. Et altri negotii stanno nelli termini accennati con l'ultime mie, perchè con l'assenza di S. Mtà non ho potuto intendere, se sia seguita altra risoluzione. || affettionatissimo servo || Frà Valeriano Capucino" („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 482); aliae autem literae a P. Francisco [a Rozdražov] Polono Capucino ad eundem Franciscum Ingoli datae sic finem capiunt: „. . . . Olmitz 27 Settembre 1638. || Di V. Sia Revma || servo minimo || Frà Francesco di Polonia Capucino. || P. S. Aspetto con desiderio la risposta quanto prima, perchè gia ho l' obedienza per tornar in mia provincia di Roma" („V. Lettere di Germania ∝ 1638. Num. 80" fol. 49 b).

[434]) Literae ex. gr., quas P. Valerianus Mediolanensis Capucinus die 31. Maii 1629 ad Octavium cardinalem Bandini dedit, Ernesti cardinalis ab Harrach manu scriptae sunt („Lett. di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 128).

[435]) Pagella extrema, quam in extrema annotatione 433 attulimus, perinde ac epistola, ad quam pertinet, P. Francisci Poloni manu scripta est. Pagellas extremas tam eius, qui et literas manu sua scripsit, dico scriptoris, quam illius, qui eas dedit, manu additas v. inferius in annot. 437.

[436]) Pagella extrema literis a Joanne Bapt. cardinali Pallotto, apostolico ad aulam imperialem nuntio, die 13. Aprilis 1630 datis, quae ipsius cardinalis manu scriptae non sunt, addita eiusdemque cardinalis manu scripta, altero tanto fere iis longior est („II. Boemia ab anno 1630 ∝. Num. 215" fol. 248—249 b).

[437]) Literis a P. Valeriano Capucino die 31. Maii 1629 ad Octavium cardinalem Bandini datis post verba: „Di V. Sia Illma e Revma" Ernesti cardinalis ab Harrach manu (v. supra, annot. 434) scripta haec pagella extrema addita est: „Scusimi V. Sia Illma, perchè non scrivo di pugno, non potendo farlo per indispositione della testa, che impedisce in me qualsivoglia applicatione dell' intelletto", quam verba ipsius P. Valeriani manu adiecta sequuntur: „Aggiongo, che appena questi due giorni puotevo parlare. || humilissimo et divotissimo servo || Frà Valeriano Capucino m. pr." („Lett. di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 128). — Aliae literae ab eodem Fr. Valeriano ad Ludovicum cardinalem Ludovisi die 15. Octobris 1629 datae, sed manu P. Basilii Belgae scriptae, hoc modo finem capiunt: [manu P. Basilii:] . . . . Di V. Sia Illma et Revma, [manu P. Valeriani:] quale humilmente supplico, m' escusi, se scrivo non di mio pugno. || [manu P. Basilii:] Con licenza il P. Basilio, mio compagno, gia del P. Giacinto [di Cassale] a Roma, dà le buone feste a V. Sia Illma, come fa anco Fr. Giunipero [Romano]. || [manu P. Valeriani:] humilissimo, divotissimo et obligatissimo servo || Frà Valeriano Capucino" („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 188).

extrema ad alium ac illum, ad quem literae ipsae missae sunt, data est, quod fieri potuit, si ex. gr. literae ad cardinalem praefectum vel antiquiorem S. Congnis de P. F., pagella extrema autem ad secretarium eiusdem scriptae sunt.[438]) Interdum loco pagellae extremae ad literas alicuius pars literarum etiam alio die et ab alia persona ad aliam datarum adiungebatur.[439])

Modus, quo pagella extrema cum literis, ad quas pertinebat, coniungebatur, non semper idem erat: modo ante pagellam extremam verba: „P[ost] S[criptum]" (in literis italice scriptis: „Poscritto", „Poscritta") ponebantur, modo non, interdum pagella extrema pronomine relativo cum verbis: „Di V. Sia ∝" similibusve copulabatur;[440]) alias ea, quae in literarum calce pagellae extremae loco

---

[438]) In volumine v. gr. „Lettere di Germania ∝ 1628. Num. 69" fol. 186 (301)—186 (301) b literae a P. Valeriano a Magni (Mediolanensi) Capucino ad Ludovicum cardinalem Ludovisi, S. Congnis de P F. cardinalem praefectum, Pragae die 29. Februarii 1628 eius manu scriptae leguntur, quas folio 187 (302) pagella extrema eadem P. Valeriani manu exarata sequitur: „P. S. Molto Illre Sr. Vengo di nuovo ragguagliato, che li sudditi di mio fratello ∝ [usque ad verba:] Et qui per fretta finisco. Praga a dì 1. Marzo 1628. || Frà Valeriano," quae non ad cardinalem, quem diximus, sed ad Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, scripta est. — Huc etiam pagellam extremam, quae in literis ab eodem P. Valeriano die 24. Maii 1631 ad [eundem] cardinalem missis („II. Boemia ab anno 1630 ∝. Num. 215" fol. 33) post verba: „Di V. Sia Emma e Revma" verbis: „quale avviso, che si stampa la risposta che ho fatto ∝" incipit et verbis: „Mi perdoni V. Emza! Questo poscritto va per altra lettera, tuttavia, perchè ho scritto, manderò quello ho promesso per errore, non essendo V. Emza informata di questo libro" finem sumit, spectare facile dixeris eamque ad literas ad Franciscum Ingoli datas pertinuisse putaveris, at reapse Fr. Valeriani error, quem in hac extrema pagella ipse allegat, longe potius eiusdem Fratris strategema quam erratum fuisse videtur.

[439]) In volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 302—302 b literae a „Magdalena Englestin nata Hauckin" (v. supra in annot. 424) „Amorbachii in Franconia die 22. Augusti 1665" ad Ernestum Ad. cardinalem ab Harrach datae leguntur, in quarum calce (loco, quo pagella extrema scribi solet) haec verba reperiuntur: „Particola di lettera del sr cardinal d' Harrach di Téplix [!] sotto li 21 Settembre 1665. || V. Sia raccomandi l' accluso memoriale alla S. Congne ∝ [usque ad:] chè non sene abuserà". Literae autem, quarum pars hoc loco traditur, ab Ernesto cardinali ab Harrach ad eius in curia Romana procuratorem [Michaelem Orsucci] datae sunt (conf. „Acta S. Congnis de P. F. anno 1666" fol. 39).

[440]) Exempla v. superius in annot. 433, 437, 438. — In literis ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach ad Antonium cardinalem Barberini die 14. Februarii 1637 datis pagella extrema hoc modo scripta est: „Di V. Emza Revma, || alla quale soggiongo, che sperai mandare con questo ordinario le clausole che desideranno i regolari, venghino messe nella bolla del seminario, mà saranno in ordine solo per l' ordinario che viene, || humilissimo et obligatissimo servitore || il cardinale d' Harrach" („IV. Lett. di Germania ∝ 1637. Num. 79" fol. 158 b). — In calce literarum a P. Valeriano de Magni die 2. Martii 1630 ad Ludovicum cardinalem Ludovisi datarum haec verba leguntur: „. . . . [manu P. Basilii:] Di V. Sia Illma et Revma, [manu P. Valeriani:] quale supplico, m' iscusi, se non scrivo di mia mano, poichè sono soprafatto da mille facende, || humilissimo, divotissimo et obligatissimo servo || Frà Valeriano Capucino" („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 160 b). — Literarum a Fr.

scripta sunt, cum literis connexa et apta erant, alias pagella extrema alio modo cum literis coniungebatur.[441])

Pagella extrema plerumque eodem die data ac literae, ad quas pertinet, intelligitur; aliquando autem ei alius dies ascribebatur.[442])

Ultima, quae ab eo, qui literas dabat, scribebantur vel scribi iubebantur, verba sunt, quibus literae illi, ad quem mittebantur, inscribebantur. Quae verba aut a tergo literarum, aut in inferiore primae, raro tertiae, earum paginae margine ponebantur, interdum vero plane desunt. Desunt, si literae aut personaliter in S. Congnis de P. F. secretarii cancellaria porrectae sunt, aut alii epistolae ad eandem personam datae inclusae erant,[443]) aut chartae folium, in

Martiali Pellegrini, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ministro generali (v. supra in annot. 411), ad Fridericum Ubaldi Baldeschi, S. Congnis de P. F. secretarium, die 5. Augusti 1671 datarum pagella extrema hoc modo cum literis coniungitur: „. . . . Di V. Sia Illma, [m. pr.:] di chi parimente ho ricevuto l' ordine di publicare il decreto del S. Offitio a missionarii circa le dispense matrimoniali, e sarà ubbidita, rassegnandomi sempre Suo || humilissimo e divotissimo servitore obligatissimo || Fr. Martiale Pellegrini, ministro generale de' Minori Conventuali" („Scritture riferite nei congressi: missioni dal 1646 ∞. Num. 1" fol. 123).

[441]) Stephanus Ugronovič parochus Svinčanensis in Bohemia, postquam literis suis ad Joannem G. cardinalem Millini die 1. Januarii 1630 datis (v. supra in annot. 395 et 409) nomen subscripsit, haec verba addidit: „Viennae vero, quascunque [ecclesias] elegero. Tres ecclesias ut habeam tempestive [ab] hac Congne Pragae: 1. beatissimae virginis Mariae in Tein; est antiquissima; 2. Stephani prothomartiris in Nova Civitate Pragensi; 3. apud s. Henricum, s. Gyndrzich moravica [!] lingua dictam" („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 206). Praeterea autem a literarum tergo (fol. 206 b) haec ascripsit: „P. S. Responsum S. Illma Celsdo per postam Pragam usque, et Illmus dominus cardinalis [ab Harrach] Praga poterit ad parochiam meam curare remitti". — In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214" literae a Fr. Valeriano Mediolanensi ad Franciscum Ingoli die 18. Augusti 1629 datae, sed manu P. Basilii Belgae scriptae leguntur, quae fol. 439 (516, 102) incipiunt ibidemque die literis ascripto: „Viennae 18 d' Agosto 1629" finem sumunt; diem ascriptum autem verba manu ipsius P. Valeriani addita: „Verte folium" sequuntur, versoque folio (439 b), pagellam extremam eiusdem P. Valeriani manu scriptam reperimus: „P. Scriptum. Puotria V. Sia parlarne al P. procuratore come da se et porli in consideratione ∞ [usque ad verba:] in materia della Carolina. || affettionatissimo servo || Frà Valeriano Capucino m. pr." — Literarum a Jacobo de Baerenstamm decano Budissinensi die 16. Februarii 1770 ad Clementem XIV. datarum, quae invocatione: „L. J. C." et allocutione: „Beatme Pater" incipiunt (v. supra, annot. 398, 418), pagella extrema allocutione: „Sme Pater" incipit („Scritture orig. rifer. ∞. Num. 827": „congne 2 Aprile numo 7").

[442]) In literis ab Ernesto Adalb. cardinali ab Harrach ad Franciscum Ingoli missis („Lettere di Germania ∞ 1633. Num. 75" fol. 61), quibus dies verbis: „Bruck 9 Agosto 1633" ascriptus est, eiusdem cardinalis nomen subscriptum pagella extrema ipsius cardinalis manu scripta subsequitur: „Adesso ricevo anco un altra di V. Sia delli 29 passato ∞ [usque ad verba:] Dat. Bruck li 16 Aogosto 1633". — V. etiam supra in annot. 398, 438 et 439.

[443]) Literae a negotiorum Antonii Petri comitis Příchovský archiepiscopi Pragensis in curia Romana constituto procuratore, cui [Petro Antonio] Tioli nomen erat, die 22. Martii 1781 datae, quarum superius in annot. 387 et 416 mentio facta est, omni inscriptione huiusmodi carent; procul dubio enim Stephano Borgia, S. Congnis de P. F. secretario, aut ab

quo inclusae, et cui verba illa ascripta erant, deperditum vel abiectum est, aut inferior primi (secundi) folii margo abscissus est.[444]) In primae (tertiae) literarum paginae inferiore margine verba illa ab iis praecipue ponebantur, qui Romae negotiorum suorum procuratores (agentes) habebant, cuius generis ex. gr. principes regnantes, archiepiscopi, episcopi, ecclesiarum capitula, ordines religiosi, monasteria erant, et a sedis apostolicae nuntiis, si literas suas ad S. Congnem de P. F. non directo, sed illi ad procuratores, hi ad secretarii status cancellariam cum aliis suis literis mittebant, ut S. Congni de P. F., quae ad eam spectabant, traderentur.[445]) Qui procuratores interdum etiam literas ad ipsos datas aut transcriptas earum partes, si vel quatenus ad negotia a S. Congne de P. F. tractanda pertinebant, — illis, a quibus eas acceperant, sane non invitis — eidem S. Congni vel eius secretario afferebant.[446]) Literis eiusmodi, quia plerumque trans-

eo personaliter porrectae aut per proprium ministrum traditae sunt. Eas autem ad dictum S. Congnis de P. F. secretarium datas esse verba, quae in iis leguntur: „. . . . pertanto il Tioli che scrive e che rassegna i suoi divotissimi ossequj a V. Sia Illma e Revma . . . . così ardisce pregare V. Sia Illma a vedere, se vi fosse modo di sbrigare la faccenda . . . . o col riferire la supplica in dirittura alla Stà di N. Sre [in audientia Smi] o piu tosto coll' intendersela Ella stessa coll' Emmo sr cardinale Antonelli prefetto [in congressu secretarii cum cardinali praefecto] ∞", abunde demonstrant. — Etiam literarum „Pragae hac die [29.] Martii 1773" scriptarum, quarum mentionem supra in annot. 422 fecimus, exemplari transcripto quaecunque inscriptio deest; eas, quae allocutionem: „Revme Pater, pater observandissime" a religiosis ministro generali dari solitam in fronte gerunt, reapse ad Fr. Minorum Recollectorum s. Francisci ministrum generalem a Fr. Michaele Tipper guardiano Pragensi datas esse aliae literae ab eodem guardiano die 29. Martii 1773 Romam missae suo initio: „Nuper informatus fui a Revmo ordinis nostri ministro generali, quod ob recursum habitum a P. Fr. Jacobo Murphy, antehac huius collegii alumno, ad S. Congnem episcoporum et regularium negotiis propositam ∞" comprobant, praecipue cum ad idem ac illae negotium spectent. Quin illarum exemplar transcriptum his aut a guardiano ipso aut (et quidem potius) a ministro generali ordinisve procuratore inclusum sit, et hoc modo utraeque literae simul ad S. Congnem de P. F. pervenerint, dubium esse non potest, licet nunc in eodem quidem volumine „Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga dall' anno 1580 ∞. I," sed ab invicem separatae (fol. 752—753 et 762) reperiantur. At etiam literae, quas modo commemoravimus, a Fr. Michaele Tipper guardiano die 29. Martii 1773 Romam et quidem ad S. Congnis de P. F. praefectum [Josephum Mariam cardinalem Castelli] absque dubio (quod non solum earum allocutio; „Emme ac Revme domine, domine patrone gratiosissime", sed etiam verba: „ . . . . vigore statutorum nostrorum editorum ab ista S. Congne de P. F. ∞" demonstrant) datae, omni inscriptione carent, quippe quae potissimum Praga ad ordinis s. Francisci generalem ministrum vel procuratorem missae et ab alterutro eidem S. Congni traditae sunt. — Conf. Dr. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte III. pag. 105 annot. 1 (in Sitzungsber. der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, IV. Viennae 1899).

[444]) Verba, quibus literae inscribebantur, desunt ex. gr. infra in num. 10, 20, 24, 29, 35, 36, 59, 70 et a.

[445]) V. infra, ex. gr. num. 14, 22, 33, 41, 54, 73, 122, 123, 133, 174 ∞.

[446]) V. supra, annot. 439. — V. etiam infra, num. 349.

scriptae tradebantur, verba, quibus iisdem procuratoribus inscribebantur, deesse solent, in fronte autem inscriptionem gerunt, quae indicat, a quo et quo die, nonnunquam etiam ad quem datae sint.[447]) Reliquae literae verba, quibus iis, ad quos dabantur, inscriptae erant, a tergo scripta habent;[448]) at non omnia verba eius generis, quae a literarum tergo leguntur, ii ipsi, qui eas dederunt, scripserunt vel scribi iusserunt; nonnulla enim eo, ad quem allatae sunt, iubente scripta sunt: huc ex. gr. literae a nuntiis apostolicis ad summum pontificem, cardinalem nepotem vel secretarium status missae, sed ad negotia a S. Cong^ne^ de P. F. tractanda spectantes pertinent, si ab eo, ad quem datae erant, ad eandem S. Cong^nem^ remissae sunt, quibus demum Romae verba: „Alla Cong^ne^ de P. F." a tergo ascribi solebant.[449]) Literae eiusmodi, si aut eius, ad quem mittebantur, aut ipsius S. Cong^nis^ de P. F. nomen etiam in primae (tertiae) earum paginae inferiore margine scriptum erat, inscriptionem (si hoc verbo hic uti licet) duplicem gerebant.[450]) Idem nonnunquam (licet rarius) etiam in literis ad aliquem cardinalem S. Cong^ni^ de P. F. ascriptum aut ad eiusdem S. Cong^nis^ secretarium directo missis reperimus.[451])

[447]) V. supra in annot. 183, 293, 350.

[448]) V. infra, ex. gr. num. 43, 112, 127, 180 ∾.

[449]) V. infra, ex. gr. num. 19, 23, 28, 47, 51, 67 ∾.

[450]) V. supra, annot. 336 et infra, ex. gr. num. 51, 58, 69 ∾.

[451]) Literae ex. gr. a Fr. Valeriano a Magni die 18. Septembris 1632 scriptae in inferiore primae paginae margine verba: „S^r^ cardinale Borgia", a tergo autem verba: „All' Em^mo^ et Rev^mo^ s^re^, padrone colendissimo, il s^r^ cardinale Borgia || Roma. || In S. Cong^ne^ de P. F." ascripta habent („Lett. di Germania ∾. Num. 74" fol. 35). Aliae eiusdem Fr. Valeriani literae die 11. Martii 1628 datae in margine inferiore verba: „Monsr Ingoli", a tergo verba: „Al molto Ill^re^ et Rev^mo^ s^r^ mio osservandissimo, Monsr Francesco Ingoli, secretario della S. Cong^ne^ de P. F., Roma" gerunt („Lett. di Germania ∾ 1628. Num. 69" fol. 193). Joannes Bapt. cardinalis Pallotto in inferiore literarum die 4. Maii 1630 Viennae datarum margine verba: „Sr Francesco Ingoli (Roma)", ab earum tergo verba: „All' Illmo e molto Rev^do^ s^r^ come fratello, il s^r^ Francesco Ingoli, secretario della S. Cong^ne^ de P. F., Roma" ascripsit („Lett. di Germania ∾ 1630. Num. 71" fol. 12). Hae literae omnes tres ad eos, ad quos datae sunt, directo missae esse videntur; epistolam vero Fr. Valeriani, quae sequitur, die 11. Martii 1628 Pragae datam („Lett. di Germania ∾ 1628. Num. 69" fol. 192), in cuius inferiore margine verba: „Cardinale Ludovisio" et a tergo in angulo verba: „Al Ludovisio" scripta sunt, non directe, sed ad aliquem (probabiliter Ernesti Ad. cardinalis ab Harrach) procuratorem missam esse manifeste apparet. Aliquid simile tam in literis ab Aloisio cardinali Caetani Romae die 11. Julii 1631 ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium ibidem — certe directo — missis, in quarum inferiore margine verba: „Sr Francesco Ingoli", a tergo autem verba: „Alla V. S^ia^" legimus („II. Boemia ab anno 1630 ∾. Num. 215" fol. 253), quam in epistola ab eodem S. Cong^nis^ de P. F. secretario ad eundem Aloisium cardinalem Caetani (etiam directo) die 10. Julii 1631 missa reperimus, in cuius margine inferiore Franciscus Ingoli verba: „S^r^ cardinal Caetano", a tergo autem: „Alla V. Em^za^ Rev^ma^" ascripsit (ibidem fol. 259).

Aliquando, praecipue in epistolis (codicillis, schedulis) a summis pontificibus vel curiae pontificiae magistratibus scriptis, inscriptiones eiusmodi in earum calce inveniuntur.[452]) Contra sunt etiam literae, rarae quidem, quae in fronte gerunt verba, quibus ei, ad quem datae sunt, inscribebantur.[453]) His proxime accedunt literae, quae hanc, si fas est dicere, inscriptionem solum in protocollo, hisce autem aliae — praesertim illae, quae a principibus regnantibus ad cardinales mittebantur — quae eam tam in protocollo, quam a tergo gerunt.[454])

Nonnullis literis inscriptio quidem, ut supra diximus, quaelibet deest, is autem, ad quem datae sunt, vel primis vel mediis literis abunde indicatur.[455]) Ubi cum adiumentum huiusce modi, tum quaevis inscriptio deest, ex allocutione iisque, quae literae ipsae continent, aut ex aliis literis S. Cong^ni^ allatis facili plerumque coniectura consequi possumus, ad quem datae sint.[456])

[452]) In schedulae a Benedicto XIV. die 6. Septembris 1755 scriptae (v. supra in annot. 427) calce verba: „Monsr segretario di Propaganda" leguntur („Cong^ni^ particolari di Boemia ∾. Num. 44" fol. 247). In epistolae „dalla dataria li 16 Novembre 1747" datae margine inferiore verba: „A Monsr Lercari, segretario di Propaganda" ascripta sunt („Scritt. rifer. nei congressi: collegi di Germania ∾. Num. 2" fol. 270). At etiam in literis a Mauricio G. comite de Manderscheid archiepiscopo Pragensi Pragae die 1. Martii 1739 datis („Cong^ni^ particolari ∾ di Boemia ∾. Num. 39", v. supra in annot. 385 et 425) inscriptio: „A Monsr Monti" in earum calce legitur.

[453]) Eius generis sunt ex. gr. literae a P. Liberato Beyer ad Blasium Pauli missae, quarum mentio supra in annot. 416 facta est.

[454]) Solum in protocollo inscriptionem hanc habent ex. gr. literae, quae in volumine „Scritture orig. riferite ∾ 1771. Num. 832" („cong^ne^ 19 Nov. num^o^ 12") leguntur: „Araceli 23 Settembre 1771. || All' Illmo e Rev^mo^ Monsr Borgia, segretario della S. Cong^ne^ de P., umilia i suoi rispetti il generale d'Araceli e per ubbidire ∾ [usque ad verba:] rassegnandosi umilissimo, ossequiosissimo servitore". — Literarum, quae iis, ad quos datae erant, tam in protocollo, quam a tergo sunt inscriptae, exempla v. superius in annot. 429, quarum epistolarum alteri, dico illi, quae a Ferdinando II. data est, a tergo (fol. 307 b) inscriptio: „Rev^mo^ in Christo Patri, domino Octavio, sacrae Romanae ecclesiae tituli s. Sabinae presbytero cardinali Bandino, amico nostro charissimo", alteri, quae a Leopoldo I. missa est, a tergo (fol. 520 b) verba: „Rev^mo^ in Christo Patri, domino Francisco, sacrae Romanae ecclesiae tituli s. Laurentii in Damaso decano cardinali Barberino, amico nostro charissimo" ascripta sunt.

[455]) In volumine „Cong^ni^ particolari ∾ di Boemia ∾. Num. 47" fol. 125 ex. gr. literae leguntur: „Di casa 7 Giugno 1769. || Scorgerà Monsr Illmo segretario di Propaganda dal pro memoria quì ingiunto ∾" (v. supra in annot. 421). — In volumine „Scritture orig. riferite ∾ 1718. Num. 615" („cong^o^ 8. Aug. 1718 num^o^ 7") hae literae reperiuntur: „Dalla segreteria del s^r^ cardinal Albani li 28 Agosto 1718. || Essendo il barone di Schiaffiroff uno dei primi ministri del gran czaro di Moscovia, S. Em^za^ stima essergli dovuto il trattamento d'‚Eccellenza'. Tanto ha l'onore di significare a Monsr Illmo e Rev^mo^ segretario di P. F., a cui si rassegna".

[456]) Eius generis sunt ex. gr. literae „dalle stanze del Quirinale 5 Febbraio 1750" datae, quas supra in extrema annot. 416 attulimus; quas, etsi qualibet allocutione carent,

Modus, quo literae iis, ad quos dabantur, inscribebantur, perinde ac inscriptionum locus, quod vel ex exemplis in annotationibus iam allatis patet, varius erat. Brevi plerumque, imo brevissima scriptura inscriptiones hae in primae (tertiae) literarum paginae inferiore margine scribebantur, quod etiam de iis, quae in literarum calce leguntur, dictum esse puta,[457]) sed interdum etiam inscriptiones in margine inferiore positae longiores esse solent: nunc enim praeter nomen eius, ad quem literae mittebantur, dignitatem, nunc etiam titulum locumve vel utrumque continent, alias — concise quidem — id, quod in literis pertractatur, alias ea, quae literis inclusa sunt (ex. gr. libelli supplices, aliarum literarum exemplaria), indicant.[458])

a Silvio cardinali Valenti-Gonzaga, S. Congni de P. F. praefecto, ad Nicolaum Lercari, eiusdem S. Congnis secretarium, datas esse ea, quae continent, manifeste ostendunt. — In volumine „I. Lettere d'Italia 1629. Num. 4" fol. 143 hae literae Francisci Ingoli manu scriptae leguntur: „Illmo e Revmo mio sre, sr osservandissimo. || Monsr Maraldi m'ha fatto dire, che mandi a V. Sia Illma le scritture pertinenti al negotio dei beni ecclesiastici di Boemia, perchè il sr cardinal Barbarino padrone vuol mandarle col breve spedito per il medesimo negotio: e così esseguisco coll'inviarli il piego che Le darà il lator della presente, nel qual sono tre istruttioni, una generale e secreta e due particolari e mostrabili . . . .; v'è anche la minuta dello stromento da celebrarsi sopra detti beni coll'imperatore, e finalmente v'è una lettera per il P. Valeriano Cappuccino, al qual va diretto il piego insieme col breve . . . . Ho voluto significar tutto cio a V. Sia Illma, affinchè non si dirizzino le scritture al nuntio, perchè non havendo lettere dalla Congne, non saprà cio che si fare, e si ritardi la speditione del negotio, sinchè torni a rescriver a Roma. Potrà però V. Sia Illma mandar tutte le scritture al nuntio, se così commanderà il sr cardinal Barbarino padrone, con scriver insieme, che chiami il P. Valeriano e si faccia informare. E con questo a V. Sia Illma bacio humilissimamente le mani. || Di casa li 7 Luglio 1629 ∝". Quibus literis inscriptio prorsus deest; allocutio aut cardinalem aut eminentiorem curiae pontificiae magistratum significat; ea autem, quae in literis continentur, eas ad secretarium pontificium secretarii status cancellariae aggregatum, quo munere tunc Laurentius Azzolini fungebatur, datas esse perspicue demonstrant. — V. etiam supra in extrema annot. 422 et in annotat. 443.

[457]) V. supra in annot. 451, 452 et infra ex. gr. num. 14, 22, 33, 41 ∝. In margine inferiore literarum a P. Valeriano de Magni die 1. Junii 1630 missarum („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 159) solum verba: „S. Congne" leguntur.

[458]) Eiusmodi inscriptiones v. gr. sunt: „Monsr Passionei, prosegretario di Propaganda" („Scritt. orig. rifer. ∝ 1721. Num. 628": „congo 13. Januarii 1721 numo 20" — v. supra in annot. 398 et 416), „Emmo Antonio, S. Congne de P. F." („Visite e collegii del 1640. Num. 18" fol. 109, in paginae tertiae literarum, quae fol. 104 scriptae sunt, inferiore margine — v. supra, pag. CLXVIII), „Emmo Antonio per la S. Congne de P. F." (ibid. fol. 102 itidem in inferiore tertiae literarum, quae fol. 97 leguntur, paginae margine), „Emmo sr cardinale Antonio Barberino, capo della Congne di P. F." („Lettere di Germania ∝ 1633. Num. 75" fol. 21 et iterum fol. 75), „Sr cardinale Altieri, prefetto della S. Congne di P. F." („Scritt. rifer. nei congressi: Germania ∝ 1681 ∝. Num. 2" fol. 86), „Emmo sr cardinale Altieri, prefetto della S. Congne di P. F." („Scritt. orig. rifer. ∝ 1676. Num. 461": „congo 15. Dec. 1676 numo 21"), „Del sr cardinal Borgia in Congne de Propaganda" („Lett. di Germania, Colonia ∝ 1632. Num. 74" fol. 51), „Illmo sr cardinal Borgia in Congne de P. F." („Lett. di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 96), „Sr cardinal Petra, sommo penitenziere" („Biglietti di Benedetto XIV. ∝. Miscellanee, varie tom. XII" fol. 60 — v. supra in annot. 427), „Sri cardinali della Congne de Propaganda" („Lett di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 171), „Ai sri cardinali della S. Congne de P. F." (ibid. fol. 19); „S. Congne di P. F. Roma" („Scritt. rifer. nei congressi: Germania ∝ dal 1741 al 1749. Num. 9"), „Illmo sr cardinal Borgia (P. Magno)" („Lett. di Germ. ∝ 1629. Num. 70" fol. 107), „Illmo sr cardinal Ludovisi ∝ (predicanti)" („Lett. di Germ. ∝ 1630. Num. 71" fol. 18), „Sr cardinal Valenti, segretario di stato di N. Sre, Roma, visita del collegio pontificio di Praga" („Visite non riferite de collegii ∝. Tomo III. Num. 43" fol. 17); „Sr cardinal Spada. Decreto" („I. Lettere diverse d'Italia 1648. Num. 53" fol. 211 — v. supra in annot. 362 literas die 30. Sept. 1648 datas), „S. Congne di P. F., Roma, con lettera" („Scritture rifer. nelle congni ∝ 1673. Num. 438" fol. 329), „Sr cardinal Barberino, con fogli" („Scritt. orig. rifer. ∝ 1673. Num. 439" fol. 107), „Sr cardinale Sacripanti prefetto, Roma, memoriale" („Scritt. orig. rifer. ∝ 1714. Num. 593": „congne 24 Luglio numo 29"), „Sr cardinal Castelli, prefetto di Propaganda, Roma, con fogli" („Scritt. rifer. nei congressi: Germania ∝ dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 482), „S. Congne di P. F., Roma, copie in due foglii" („Scritt. orig. rifer. ∝ 28. Nov. 1741. Num. 709": „num. 23"). — Quod ad verbum ‚fogli' attinet, conf. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte II. (in Sitzungsberichte der philos.-histor. Klasse der kais. Akademie der Wissenschaften, Bd. 135, Wien 1896. Num. X.) pag. 49 annot. 1.

A literarum (praesertim earum, quae directo mittebantur) tergo inscriptiones huiusmodi pluribus plerumque verbis perscribi solebant: ante eius, ad quem literae dabantur, nomen, dignitatem et eius habitationis locum tituli iique semper fere iidem, qui in allocutione earundem literarum leguntur, ex more ponebantur[459]) ita, ut solum pronomen primae personae, quod in allocutione inveniri solet, interdum aut mutaretur, aut omitteretur; sunt vero inscriptiones a tergo scriptae, quae etiam illud allocutionis pronomen immutatum conservant.[460]) Aliae inscriptiones huiusmodi a tergo scriptae pronomen

[459]) Literae a P. Venceslao Otik missionario in Silesia die 21. Octobris 1648 datae allocutionem: „Illmo e Revmo sre" in fronte, inscriptionem: „All' Illmo e Revmo sre, il Monsr Francesco Ingoli, segretario della Congne di P. F. a Roma nella cancellaria" a tergo gerunt („I. Lettere diverse d' Italia 1648. Num. 53" fol. 154). In literis a Christiano Fiebiger, collegiatae ecclesiae s. Petri Budissinensis canonico et missionario apostolico, die 12. Decembris 1723 scriptis allocutio: „Emmo e Revmo sre, sre, padrone colendissimo" in fronte, inscriptio: „All' Emmo e Revmo sre, sre, padrone colendissimo, il sr cardinal Giuseppe Sacripanti, prefetto della S. Congre de P. F., a Roma" a tergo legitur („Sritture non riferite dall'anno 1723 a tutto il 1727 ∝ di Germania ∝. Num. 6" fol. 50). Literis die 26. Julii 1642 a Fr. Pacifico Saxone Capucino Romam missis allocutio: „Revme necnon Illme domine, domine", intitulatio a tergo: „Revmo necnon Illmo domino, domino Francesco Ingoli, S. Congnis de P. F. secretario, Roma" est („Boemia ab anno 1635 ∝. Num. 216" fol. 27 et 31).

[460]) P. Gregorius Schelizius S. J., pontificii seminarii Pragensis rector, in literis („Lett. di Germania ∝ 1631. Num. 72" fol. 156) Pragae die 4. Sept. 1630 scriptis in earum inscriptione aliam ac in allocutione („Revme domine, domine mihi observandissime") pronominis personam posuit: earum enim inscriptio haec est: „Revmo Patri ac domino, domino Josepho Velamin Rutsky, archiepiscopo Kioviensi, Haliciensi totiusque Russiae metropolitae et domino, domino suo observandissimo" (v. infra in annot. 473). — Literae a Fr. Nicolao Lucensi Capucino die 26. Septembris 1643 Viennae scriptae (v. supra in annot. 411 et 424) pronomen, quod in allocutione („Illmo et Revmo sre et padron mio colendissimo") habent, in inscriptione („All' Illmo et Revmo sre et padron colendissimo, Monsr Francesco Ingoli, secretario della S. Congne de P. F., Roma") praetermittunt („Lettere di Barbaria ∝ 1643. Num. 122" fol. 159). Simili modo Jacobus Ravennas ordinis Minorum Conventualium s. Francisci literis suis die 26. Januarii 1630 Pragae datis allocutionem cum pronomine („Molto Illre

possessivum, quod in allocutione deest, verbis in allocutione contentis addunt,[461]) aliae allocutionem in duas partes dividunt, quarum alteram ante eius, ad quem literae datae sunt, nomen dignitatemque, alteram post dignitatem ante loci, si indicatur, nomen ponunt;[462]) aliae ordinem, quem supra (pag. CLXXIII) diximus, invertunt ita, ut primis verbis eum, ad quem literae mittuntur, significent et tum demum allocutionis verba repetant,[463]) aliae allocutionem tam fideliter imi-

e Revmo sre e padron m i o colendissimo") inscriptionem autem sine eo („Al Molto Illre e Revmo sre e padron colendissimo, Monsre Ingoli . . . . Roma") ascripsit („Lettere di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 221). — Literarum a P. Venceslao Otík a Dobřan, missionario in Silesia, die 30. Octobris 1649 missarum tam allocutio („Illmo e Revmo sr, padron m i o osservandissimo") quam inscriptio („All' Illmo e Revmo sr, padron m i o observandissimo, il Monsr Ingoli, segretario della S. Congne di P. F., Roma") („IV. Germania ∝ ad annum 1656. Num. 355" fol. 145) idem possessivum primae personae pronomen habet.

[461]) Fr. Joannes Januensis Capucinus literis suis [die 19. Augusti 1635] scriptis allocutionem: „Illmo e Revmo sr in Christo osservandissimo", inscriptionem a tergo autem: „All' Illmo e Revmo sr m i o in Christo osservandissimo, Monsr Ingoli" dedit („Memoriali 1635. Num. 395" fol. 155). P. Josephus Polonus Capucinus, missionarius in Boemia, 5. Junii 1640 in literarum allocutione verba: „+ || Emme et Revme domine et domine, domine colendissime", in inscriptione a tergo verba: „+ || Emmo et Revmo principi et domino, domino s u o colendissimo, cardinali Antonio Barberini, S. Congnis de P. F. praefecto amplissimo, Romam" scripsit („Lettere di Germania ∝ 1640. Num. 82" fol. 92).

[462]) In literis a Ferdinando II. ad Urbanum VIII. die 24. Julii 1630 datis allocutio verbis: „Beatme in Christo Pater, domine Revme" (v. supra in annot. 395, 411, 413), inscriptio verbis: „Beatmo in Christo Patri, domino Urbano VIII., divina providentia sanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici, domino Revmo" scripta est („II. Boemia ∝. Num. 215" fol. 40). Eodem modo in literis a Francisco I. Romanorum imperatore die 2. Maii 1755 ad Benedictum XIV. missis (v. supra in annot. 428) allocutio et inscriptio (mutato solum summi pontificis nomine) scriptae sunt. P. Josephus Polonus Capucinus in literis die 28. Novembris 1628 ad Urbanum VIII. datis allocutionem: „Beatme Pater et domine, domine clementissime", inscriptionem: „Beatmo Patri Urbano VIII., divina providentia pontifici maximo, domino, domino s u o [v. supra in annot. 461] clementissimo, Romam" posuit („Lett. di Germania ∝ 1629. Num. 70" fol. 202). „Administrator, decanus, senior, scholasticus ceterique canonici et capitulares Budissinae ad s. Petrum Superioris Lusatiae" in literis die 19. Februarii 1671 ad summum pontificem missis allocutionem: „Sme Pater ac domine, domine clementissime", a tergo autem inscriptionem: „Smo Patri, domino, domino nostro Dei gratia papae Clementi X., Christi in terris vicario, divi Petri successori, universalis ecclesiae pastori et urbis Romae episcopo clementissimo" adhibuerunt („Scritture riferite nella congregazione 15 Giugno 1671. Num. 428": „numo 26"). In libello supplici a Tobia Joanne Becker episcopo Reginohradecensi ad S. Congnem de P. F. anno 1703 dato allocutio: „Emmi, Revmi ac Illmi domini, domini, sacrae Romanae ecclesiae cardinales et praelati, domini clementissimi ac gratiosissimi", inscriptio: „Ad Emmos, Revmos ac Illmos dominos, dominos, sacrae Romanae ecclesiae cardinales et praelatos totumque venerabilis Congnis de P. F. collegium, dominos clementissimos ac gratiosissimos ∝" legitur („Scritture originali rifer. ∝ 1703. Num. 546": „congo 13 Novembre numo 17"). Casparus a Questemberg, abbas monasterii Montis Sion ordinis Praemonstratensis, literis suis die 31. Januarii 1639 missis allocutionem: „Revme et Perillustris domine, domine observandissime" (v. supra in annot. 385 et 406), inscriptionem vero: „Revmo et Perillustri domino, domino Francisco Ingolo, secretario S. Congnis de P. F., domino m e o [v. supra in annot. 461] observandissimo, Romam" ascripsit („III. Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 32).

[463]) In literis a P. Matthaeo Winckler die 2. Augusti 1662 datis allocutio verbis:

tantur, ut etiam chrysmon (crucis signum), quod ante allocutionem interdum poni solitum esse superius (v. pag. CXLVII) diximus, in fronte gerant.[464]) Inscriptio a tergo nunc plura verba ex iis, quae in allocutione legi solent, quam allocutio ipsa habet, nunc pauciora, imo interdum ea omnia prorsus intermittit.[465]) Modo inscriptio a tergo solum loco alicuius verbi, quod in allocutione legitur, aliquod aliud ponit, modo — si literarum ad aliquem datarum exemplar transscriptum ad personam aliam missum est — ab allocutione prima per omnia discrepat.[466])

„Emmi principes etc. etc., domini, domini colendissimi", inscriptio autem verbis: „S. Congnis de P. F. etc. etc., Emmis principibus, dominis, dominis m e i s [v. supra in annot. 461] clementissimis, Romae" scripta est („Collegii 24, 25, 26: de Maroniti ∝. Num. 375" fol. 238).

[464]) Literae P. Josephi Poloni Capucini die 28. Novembris 1644 datae, quarum allocutionem supra in annot. 389 attulimus, inscriptionem a tergo ita scriptam: „+ || Emmo et Revmo principi et domino, domino s u o [v. supra in annotat. 461] clementissimo, Fr. Antonio Barberino, s. Onufrii cardinali et S. Congnis de P. F. praefecto amplissimo, Romam" habent. V. etiam, quae e literis ab eodem P. Josepho Polono die 5. Junii 1640 scriptis superius in extrema annot. 461 sunt allata.

[465]) Matthaeus Ferdinandus a Bilenberg, abbas s. Nicolai in Antiqua civitate Pragensi ordinis s. Benedicti, literis suis die 3. Januarii 1663 datis allocutionem: „Illme domine, domine", inscriptionem: „All' Illmo e R e vmo sre, padron mio colendissimo, Monsr Albritio, segretario de P. F., Roma" ascripsit („Germania, Bohemia 23. Num. 327" fol. 200 et 201 b). Joannis Georgii Peterka Saxonis literae die 27. Decembris 1717 scriptae (v. supra in annot. 386, 406, 411) allocutionem: „Eccellmo e Revmo sre, sre", inscriptionem: „All' Eccellmo e Revmo sr, sr padrone colendissimo, Monsr Caraffa, segretario della S. Congne di P. F., Roma" habent („Scritt. orig. rifer. ∝ 1718. Num. 611": „congne 31 Genn. 1718 numo 7"). P. Josephus Polonus in literis die 26. Aprilis 1636 Romam missis allocutionem: „+ || Revme domine, domine in Christo colendissime", inscriptionem a tergo: „+ || Illmo e t Revmo domino, domino in Christo colendissimo, domino Francisco Ingolo, S. Congnis de P. F. secretario meritissimo, Romam" posuit („IV. Lettere di Germania ∝. Num. 78" fol. 108). — In literis a P. Venceslao Klose, Franciscano reformato et missionario Serviae, die 19. Julii 1737 scriptis allocutio: „Emme ac Revme domine, patrone ac maecenas semper gratiosissime", inscriptio autem: „Emmo et Revmo domino, domino cardinali Petra, summo poenitentiario ac sacrarum missionum apostolicarum praefecto dignissimo, superiori, patrono suo colendissimo, Romam" legitur („Scritt. orig. rifer. ∝ 1737. Num. 692": „congne 1. Ottobre numo 13"). Literae ab Adamo Mauritio Tabernatore, decano Vyškoviensi, ss. theologiae doctore, die 30. Septembris 1631 datae in fronte allocutionem: „Emmi, E x c e l l mi necnon Revmi domini, domini sacrosanctae Congnis de P. F., gubernatores ac directores vigilantissimi, domini colendissimi", a tergo autem inscriptionem, quae sequitur: „Emmis et Revmis dominis, dominis a c P a t r i b u s sacrosanctae Congnis de P. F., dominis colendissimis, Romae" gerunt („Lett. di Germania ∝ 1632. Num. 74" fol. 66). — P. Basilius Belga Capucinus literis die 14. Augusti 1638 Romam missis allocutionem: „Jesus. || Molto Illre et Revmo sre colendissimo", inscriptionem vero: „A Monsre Ingoli Roma" dedit („IV. Boemia ab anno 1635 ∝. Num. 216" fol. 90 et 92 b).

[466]) P. Valerianus de Magni Capucinus literis suis die 29. Februarii 1628 datis (v. supra in annot. 438) allocutionem: „Illmo et Revmo sr et padron mio c o l e n d i s s i m o", inscriptionem autem a tergo: „All' Illmo et Revmo sr et padron o s s e r v a n d i s s i m o, il sr cardinale Ludovisio, Roma" ascripsit („Lett. di Germania ∝ 1628. Num. 69" fol. 186 et 188 b). — Literarum ab eodem P. Valeriano a d E r n e s t u m A d. c a r d i n a l e m a b H a r r a c h die 16. Decembris 1636 missarum exemplar transcriptum, cui in fronte P. Basilius

Idem haud raro in libellis supplicibus (v. supra, pag. CXXV), si allocutione quidem summo pontifici, a tergo autem S. Congni de P. F. (v. supra, pag. CXIX-CXX) inscripti sunt, animadvertitur,[467]) prout libellorum supplicum allocutiones omnino — non tamen omnium nec semper eodem modo — eorum inscriptionibus a tergo positis discordare solent, quod aliquando etiam in literis originalibus evenit.[468]) Ceteroquin inscriptiones, quae a tergo libellorum supplicum reperiuntur, illius (illorumve), cuius (vel quorum) nomine S. Congni de P. F. porrigebatur, nomen (v. supra, pag. CXIX) nunc solum significabant,

d' Aire, illius socius, sua manu verba: „Copia della lettera del P. Valeriano al cardinale d' Harrach de 16 Decembre 1636" (v. supra in annot. 400) inscripsit, allocutionem: „Emmo etc.", inscriptionem vero a tergo: „A Monsre Ingoli Roma" ab eodem Fr. Basilio scriptam habet („IV. Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 161 et 161 b).

[467]) Supplex libellus ex. gr. a 26 Gallis Pragae domicilium habentibus Romam anno 1631 missus (v. supra in annot. 348 et 419) allocutionem: „Beatme Pater" habet, sed a tergo verbis: „S. Congni de P. F. memoriale pro natione Gallicana Pragae in Bohemia commoranti" inscriptus est („Lett. di Germania ∞ 1631. Num. 72" fol. 160), alius libellus supplex Caroli Mauritii Adolphi ducis Saxoniae, episcopi Litomericensis, nomine anno 1744 ineunte S. Congni de P. F. porrectus allocutionem: „Beatme Pater", inscriptionem vero a tergo: „Alla S. Congne di Propaganda per il vescovo di Leitmeriz in Boemia" habet („Scritt. orig. rifer. ∞ 1744. Num. 719": „congne 27 Gennaio numo 1").

[468]) Libellus supplex v. gr., qui in volumine „Scritt. orig. rifer. ∞ 1751. Num. 746" („congne 19 Gennaio numo 1") legitur, allocutionem: „Emmi e Revmi sri", inscriptionem: „Alla S. Congne de Propaganda per il cardinale Ferdinando Giulio Trojer, vescovo di Olmitz", alius („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1738 ∞. Num. 42" fol. 357) allocutionem eandem ac ille, inscriptionem vero: „Alla S. Congne particolare di P. F. deputata per la cassa ecclesiastica del sale di Boemia per il preposito della chiesa metropolitana di Praga, prelato del regno di Boemia" habet. In alio libello supplici („Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 181 et 186 b) allocutio: „Beatmo Padre", inscriptio: „Alla Stà di N. Sre per Don Florio Cremona, missionario in Germania", in alio („II. Boemia ab anno 1630 ∞. Num 215" fol. 164) eadem allocutio: „Beatmo Padre", inscriptio autem: „Alla Stà di N. Sre papa Urbano VIII. et sri Emmi e Revmi, sri cardinali della S. Congne de Propaganda per il sr cardinal d' Harrach, arcivescovo di Praga" legitur. Alius libellus („Memoriali 1644. Num. 408" fol. 156) allocutionem: „Emme princeps", inscriptionem: „Emmo ac Revmo principi Ernesto Adalberto, sanctae Romanae ecclesiae cardinali ab Harrach et archiepiscopo Pragensi, pro Petro Ludovico Przichowsky de Przichowiz equite Bohemo", alius („Memoriali 1643. Num. 406" fol. 175) allocutionem: „Emmi, Revmi et Illmi domini, domini semper clementissimi", inscriptionem: „Emmis, Revmis et Illmis dominis, dominis s. Rom. ecclesiae cardinalibus Congnis de P. F., dominis ac patronis semper clementissimis, supplex libellus prioris ordinis Praedicatorum conventus s. Aegidii civitatis Pragensis", alius („Memoriali 1644. Num. 407" fol. 4) allocutionem: „Illme ac Revme praesul", inscriptionem autem: „Illmo ac Revmo praesuli, Francisco Ingoli, patrono ac fautori singulari, per Petrum Ludovicum Przichowski de Przichowiz equitem Bohemum" habet. In alio libello supplici („Memoriali 1632. Num. 392" fol. 144) allocutio: „Beatme Pater", inscriptio: „Memoriale ad S. Stem de Pragensi academia cardinalis Pazman" legitur. — Literae a P. Basilio Belga Capucino die 12. Junii 1638 Pragae scriptae („IV. Boemia ab anno 1635 ∞. Num. 216" fol. 85) allocutionem: „Molto Illre et Revmo sre osservandissimo", inscriptionem autem: „Alla S. Congne de P. F. Roma", aliae ab eodem P. Basilio die 11. Decembris 1638 ibidem datae („Lett. di Germania ∞ 1639. Num. 81" fol. 71) allocutionem: „Molto Illre e Revmo sre mio colendissimo", inscriptionem: „Alla S. Congne di P. F. in Roma" habent.

nunc intermittebant; interdum vero a libellorum supplicum tergo duae inscriptiones leguntur.[469]) Praeterea libellorum supplicum inscriptionibus eorum, quorum nomine S. Congni de P. F. tradebantur, procuratores proprium nomen, sicut iam diximus (v. supra, pag. LXXI et CXX), addere solebant.[470])

Interdum etiam literarum inscriptiones, quae ab earum tergo reperiuntur, praeter verba in allocutione legi solita, personae, ad quam literae mittebantur, nomen, dignitatem locumque varia alia continent, ex. gr. verba: „tradantur", „pateant", „franco", „cito", „cito, cito, citissime" similiaque;[471]) aliae literae eodem loco verba

[469]) Libellus supplex a Carolo Christoslao [Procházka] abbate Montis s. Caroli Pragae anno 1767 ad S. Congnem de P. F. cum allocutione: „Emmi ac Revmi sacrae Romanae ecclesiae cardinales, domini, domini clementissimi" missus inscriptionem: „Ad S. Congnem Emmorum ac Revmorum dominorum, dominorum sacrae Romanae ecclesiae cardinalium de P. F., dominos, dominos clementissimos, humillima petitio pro clementissimo subsidio capsae salis pro ecclesia et parochia sub Bezdezensi cum alleg. lit. A a me intus scripto abbate Carloviensi" („Congni particolari ∞ di Boemia ∞ 1767 ∞. Num. 47" fol. 86 et 89 b), alius a Dominico Baumann, collegiatae ecclesiae ad Omnes sanctos Olomucii et Landskronae praeposito, canonicisque Lateranensibus eiusdem ecclesiae ad S. Congnem de P. F. anno 1754 missus inscriptionem: „Ad Emmos et Revmos principes ac dominos, dominos S. Congnis de P. F. cardinales etc., dominos, dominos ac patronos clementissimos, ut intus" („Scritt. rif. nei congressi: Germania ∞ dal 1750 ∞. Num. 10") habet. A tergo libelli supplicis a Feliciana Radziałkowska superiorissa totoque conventu monasterii Czarnowansensis Praemonstratensis ordinis dioeceseos Wratislaviensis anno 1640 ad S. Congnem de P. F. missi inscriptiones, quae sequuntur, leguntur: „Emmis et Revmis dominis S. Congnis de P. F. cardinalibus pro monasterio monialium Czarnowans dioecesis Wratislaviensis ordinis Praemonstratensis. — All' Illre sre, padron mio observandissimo, il sr Giovan Domenico Verusino, S. Congne de Propaganda, Roma" („Memoriali 1640. Num. 401" fol. 298 b).

[470]) In volumine ex. gr. „Scritt. orig. rifer. nelle congregazioni generali ∞ 1749. Num. 739" („congne 17 Marzo numo 1") libelli supplicis inscriptionem, quae ita scripta est: „Alla Sag. Congne di P. F. per il vescovo Litomericense in Boemia", negotiorum Mauritii Caroli Adolphi Saxoniae ducis episcopi Litomericensis procuratoris nomen: „N. Rota" subsequitur. Item in volumine „Scritt. orig. delle congregazioni generali ∞ 1779. Num. 851" („congne 22 Marzo numo 8") alius libelli supplicis inscriptioni: „Alla S. Congne de P. F. || per || l' abbadessa e monache Benedettine del venerabile monastero di s. Giorgio della città di Praga, compreso nella costituzione pontificia per godere li sussidi assegnati sopra le rendite della cassa del sale di detta città" verba: „Il canonico Sardi agente" addita sunt. — V. etiam supra in annot. 202 et 335.

[471]) Literae a Ludovico Bohemo die 14. Julii 1659 ad S. Congnem de P. F. missae („Germania, Bohemia, 23. Num. 327" fol. 54) ex. gr. ita inscriptae sunt: „Emmis ac Revmis dominis, dominis S. Congnis de P. F. cardinalibus, dominis meis clementissimis, tradantur, Romam". — Andreas Ignatius Helmessini, Olumucensis seminarii pontificii olim alumnus, parochus Biskupicensis in Ungaria, literas suas ad eandem S. Congnem missas („Collegii de Maroniti ∞ 24, 25, 26. Num. 375" fol. 227) die 27. Julii 1661 his verbis inscripsit: „Emmis ac Revmis dominis, dominis cardinalibus S. Congnis de P. F. pateant" (v. etiam inferius in annot. 472). — Literae Adami Mauritii de Sternfels, canonici Olomucensis decanique Viskoviensis, die 12. Octobris 1638 datae a tergo in sinistro suae inscriptionis („Emmo ac Revmo cardinali, domino, domino Antonio Barberini, S. Congnis de P. F. praefecto ∞, principi ac domino clementissimo, Romam") margine verbum: „Franco"

„ad manus proprias“ vel „in mano propria“, aliae ibi verba habent, quae, praesertim si persona, ad quam literae dabantur, aberat, eas alii personae — sive nominatae, sive non — tradendas significabant.[472]) Praeter consuetudinem in inscriptionibus huiusmodi verba leguntur, quae in extremis libellis supplicibus (v. supra, pag. CVIII—CIX) reperiri solent, imo aliquando et eius ipsius, qui literas dedit, nomen.[473])

gerunt („Lett. di Germania ∞ 1638. Num. 80“ fol. 156). — Eodem loco in literarum a Gasparo Valentino Werdecker, parocho in Agro Beatae Virginis (Jäschkittel) in Silesia, ad S. Congnem de P. F. anno [1665] missarum inscriptione, quae ita scripta est: „Celsissimis principibus et Emmis cardinalibus S. Congnis de P. F. etc. etc., dominis meis (v. supra, annot. 460) clementissimis, NB. Romam“ verba: „Cito, || cito || citissime“ leguntur (Germania ∞. Num. 332“ fol. 84). — Literae a Francisco Ingoli ad Bernardum cardinalem Spada „di casa il primo Aprile 1640“ datae (v. supra in annot. 362) a tergo verbis: „All'Emmo e Revmo mio signor, padron colendissimo, il sr cardinal Spada. || Sia data subito“ inscriptae sunt („Memoriali 1640. Num. 401“ fol. 538).

[472]) Joachimus de Wohlhaben, „missionarius apostolicus, decanus Rochezanensis, Novobidzioviensis [!], administrator S. Benignae et parochus Mautensis et Strassicensis“ literas suas „Pragae die 1. Octobris 1649“ datas hoc modo inscripsit: „Illmo ac Revmo domino, Francisco Ingolo, S. Congnis Propagandae Fidei secretario et monsignori [!] dignissimo, domino, domino praelato et parenti meo in Christo, domino semper benignissimo, ad manus proprias Romam“, quibus verbis alia manus verba: „A Santo [!] Lorenzo in Damaso in cancellaria apostolica“ (v. supra, annot. 85) addidit („Boemia. No 217“ fol. 172). — P. Petri Dawans, qui Ernesti Adalberti cardinalis ab Harrach secretarius erat, literarum die 5. Decembris 1640 datarum („Lettere di Germania ∞ 1641. Num. 83“ fol. 69) inscriptio haec est: „All' Illmo e Revmo sr et padron mio colendissimo, Monsr Francesco Ingoli, segretario della S. Congne de P. F., in mano propria, Roma“. — Contra autem literae a P. Venceslao Otík a Dobřan, missionario in Silesia, die 30. Octobris 1649 datae („IV. Germania ∞ ad annum 1656. Num. 335“ fol. 145) ita inscriptae sunt: „All' Illmo e Revmo sr, padron mio observandissimo, il Monsr Ingoli, segretario della S. Congne di P. F, Roma. || Nell' assenza sua al sr rettor del collegio Urbano di P. F.“ (v. supra in annot. 460). — Aliae eiusdem P. Venceslai Otík literae die 23. Aprilis 1660 datae („Germania. Num. 332“ fol. 54) inscriptionem habent, quae sequitur: „+ Perillustri ac admodum Revdo domino, domino N. N., venerabilis collegii Urbani de P. F. vigilantissimo rectori, domino et amico colendissimo, tradantur || Romae in piazza di Spagna. || Commendantur Revmo domino secretario S. Congnis de P. F.“ — Simili modo inscriptionis verba, quae a tergo literarum ab Andrea Ignatio Helmessini parocho die 27. Julii 1661 datarum leguntur, et quae superius in annot. 471 attulimus, etiam haec sequuntur: „Sieno recommendate ad Illmum [!] Sre Mario Albericio segretario“. — Literarum a P. Francisco Polono [a Rozdražov] missionario Capucino die 5. Decembris 1632 datarum („Lett. di Germania ∞ 1633. Num. 75“ fol. 97) inscriptioni manu alia scriptae, quae est: „Al Revmo sre, padron osservandissimo, il sr Francesco Ingoli, secretario della S. Congne de P. F., Roma“, P. Franciscus ipse sua manu verba: „o ad un altro, che si trova nel [luogo] di cotesto Revmo“ addidit. — A tergo transscripti literarum a P. Alexandro de S. Bernardo, ordinis Scolarum piarum provinciali in Bohemia et Moravia, die 5. Junii 1647 ad generalem eiusdem ordinis ministrum datarum exemplaris („IV. Boemia ab anno 1635 ∞. Num. 216“ fol. 10) haec inscriptio legitur: „Al P. generale e fondatore delli Poveri della Madre di Dio delle Scuole pie Roma. || Raccommandata in Venetia al Molto Illre sr Roberto Hays, maestro delle poste di S. Mtà Cesa“.

[473]) Literarum ex. gr., quas „Frà Giovanni Battista da Campagna, ministro generale“ ordinis s. Francisci de Observantia „di Aracoeli hoggi 30 Agosto 1628“ dedit („Memoriali 1638. Num. 399“ fol. 423), haec est inscriptio: „A Monsr Illmo Ingoli, che Dio ∞“. — Post

Locus, quo literae mittebantur, plerumque solo urbis, civitatis, oppidi etc. nomine, quod tamen nonnunquam (si v. gr. literae aut aliis inclusae, aut ad procuratorem ex. gr. Romae constitutum missae erant), praesertim autem omnium fere libellorum supplicum inscriptionibus deest, significabatur, interdum autem propius indicabatur;[474]) at sunt literae, in quarum inscriptione aut super illius, ad quem mittebantur, loci nomen, aut a sinistra alius vel aliorum loci vel locorum nomen vel nomina et praepositio ‚per‘ leguntur.[475]) Haec

inscriptionis literarum a P. Gregorio Schelizio S. J., pontificii seminarii Pragensis rectore, die 4. Septembris 1630 datarum verba, quae supra in annot. 460 attulimus, eiusdem rectoris nomen: „Greg. Schelizius Soc. Jesu“ scriptum legitur, qua de causa pronomen, quod in allocutione in prima persona („mihi“) reperitur, in hac inscriptione in pronomen possessivum tertiae personae („suo“) mutatum est; post rectoris enim nomen in inscriptione hac verbum tertiae personae (mittit, dat, scribit) supplendum est.

[474]) P. Basilius d' Aire Capucinus P. Valeriani a Magni Mediolanensis Capucini literarum ad Ernestum Adalb. cardinalem ab Harrach Ratisbonae 16. Decembris 1634 datarum („Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79“ fol. 161) exemplar, quod Romam misit, verbis: „A Monsre Ingoli || Roma“ inscripsit (v. supra in annot. 400 et 466). Simili modo literae a P. „Luca della Purificatione“ die 17. Junii 1640 scriptae („IV. Lett. di Germania ∞ 1640. Num. 82“ fol. 84) verbis: „Al P. ministro generale delli Poveri della Madre di Dio delle scole pie || Roma“ inscriptae sunt. — Inscriptiones, in quibus ad civitatis nomen propior loci indicatio accedit, v. ex. gr. supra in annot. 451, 459, 472 et infra in annot. 475, 480. — Literae a P. Valeriano Mediolanensi Viennae die 13. Octobris 1629 datae („I. Boemia ∞. Num. 214“ fol. 481 — v. supra, in annot. 433) solis verbis: „A Monsr Ingoli“ sine urbis nomine inscriptae sunt, utpote quae non directo ad illum S. Congnis de P. F. secretarium, sed cum aliis ad Ernesti Ad. cardinalis ab Harrach negotiorum in curia Romana constitutum procuratorem [Cornelium Henricum Mottmann] missae sunt Similiter Sebastianus Maximilianus Nicolaides, canonicus Budissinensis parochusque Wittgenaviensis, literas die 13. Februarii 1671 scriptas („Scritt. orig. rifer. nella congne 15 Giugno 1671. Num. 428“: „num. 26“) verbis: „Revmis, Perillustribus, admodum Revdis, nobilibus, eximiis ac clarissimis dominis, dominis Petro Francisco Longino a Riefferbergh, episcopatus Misnensis et per Superiorem et Inferiorem Lusatiam in spiritualibus administratori, loci ordinario, Laubanensis coenobii praeposito et Budissinae ingenuae ac exemptae ecclesiae ad s. Petrum decano vigilantissimo etc. ceterisque (tit.) eiusdem capituli dominis, dominis consistorialibus, dominis, dominis confratribus colendissimis“ sine loci, in quem perferendae erant, nomine inscripsit. V. etiam in extrema annot. 454 et 462.

[475]) „Frà Lorenzo Aquila di Arena“, apostolicus in Bohemiae regno et Silesia missionarius, literas suas Pragae 10. Januarii 1650 datas („Boemia ∞. Num. 217“ fol. 171) ex. gr. verbis: „All' Illmo P., Revmo sr, sr padron colendissimo, il sr Massari, vescovo, segretario della Congne de P. F. || Mantua per Roma“ inscripsit. — P. Valerianus Mediolanensis literas Pragae die 5. Augusti 1628 datas („Lett. di Germania ∞ 1628. Num. 69“ fol. 201) verbis: „Al molto Illre et Revmo sr mio osservandissimo, il sr [Francesco Ingoli, se]cretario della S. Congne de P. F., Roma [et in sinistro inscriptionis angulo:] Franco per Mantova“ inscripsit. — In literarum a Michaele Brunone Berbigio parocho Skoroticensi ad Alexandrum VII. summum pontificem die 25. Januarii 1666 „in regno Boemiae ex parochia Gartitz“ datarum (v. supra in annot. 405 et 424) inscriptione via, per quam perferendae erant, verbis: „Praga per Venetias Romam“ indicata est. — P. Jacobus „d' Oleggio“, praefectus apostolicus et Franciscanorum Reformatorum superior, literas Petroburgi die 30. Januarii 1728 datas verbis: „All' Emmo e Revmo sr, sre padrone mio osservandissimo, il sr cardinale N. [Petra], prefetto della S. Congne di P. F. || Roma || [et in angulo sinistro:] Per mezzo di Luca Baeni di Venezia“ inscripsit („Scritt. orig. rif. nelle congni

locorum nomina addita minime solum viam, qua literae perferendae erant, significant, sed etiam ad pecuniam pro perferendis literis solvi debitam pertinent: si quis enim ex. gr. Pragae literas suas cursori publico Romam perferendas committens, in earum inscriptione solum urbis Romae nomen posuit, nisi a vecturae pretio immunis erat, epistolae usque Romam perferendae mercedem solvere debuit; si autem in earum inscriptione ex. gr. verba „Mantua per Roma" posuit, non solum viam, per quam literae perferendae erant, indicavit, sed etiam significare potuit vecturae pretium a se usque Mantuam tantummodo solutum, eius autem residuum aut Mantuae a quodam amico, aut demum Romae solvendum esse,[476]) nisi, dico, pretii pro literis perferendis immunitate instructus erat, qua gratia, ut primum res vehicularia latius effloruit, praecipue ordines religiosi ornati sunt.[477])

Modo simili aliquando etiam in extrema literarum pagella is, qui eas misit, viam, per quam responsum ad eas ipsi perferendum erat, propius indicabat.[478])

∝ 1728. Num. 660": „congne 13 Aprile numo 24"). — Literarum a Fr. Methudio Pazourek, ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum provinciae Bohemiae professo, Znoymae die 25. Julii 1722 datarum („Scritture orig. rifer. nelle congni ∝ 1722. Num. 636": „congo 1. Sept. 1722 numo 14") inscriptio haec est: „Emmis ac Illmis dominis .... cardinalibus de P. F. || per Viennam, Venetias, Romam || ad palatium de P. F." — P. Mauritius Pigner, ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum professus, in literarum „Kentii 20. Januarii anno 1778" ad [Josephum Mariam Castelli] S. Congnis de P. F. cardinalem praefectum datarum („Scritture non riferite dall' anno 1771 a tutto il 1778: missioni settentrionali ∝. Num. 12" fol. 516) inscriptione viam, qua perferendae erant, verbis: „Romam [et in angulo sinistro:] per Teschinium, Olomutium, Viennam Austriae, Venetiam" indicavit. — P. Petrus Chrysologus Capucinus literas „Gedano vulgo Dantzig 24. Augusti 1723" datas („Scritt. orig. rifer. ∝ 1724. Num. 643": „congo 3. Julii 1724 numo 21") verbis: „Admodum Revdo, in Christo observandissimo domino, P. Venusto Friburgensi, Fratrum Minorum Capucinorum missionis Moscoviae superiori, domino suo colendissimo || Vratislavia per Pragam || Patribus Capucinis ad s. Josephum" inscripsit. — In numeri 43 (v. infra, pag. 221) inscriptione alia manus loci indicationem (‚Romam') correxit (‚Mantova per Bologna'); qui inscriptionem emendavit, fortasse haud ignoravit ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ministrum generalem [Jacobum de Bagnacavallo] non Romae, sed Bononiae tunc temporis esse commoratum — Quae viarum, per quas literae perferendae erant, indicationes cum cursibus publicis tunc consuetis (conf. Ottavio Codogno, Nuovo itinerario delle poste per tutto il mondo, Venetia presso Giacomo Zattoni 1666, pag. XII, 132–139, 189–191, 213–214, 216–217, 347, 388, 446) plane congruunt.

[476]) Conf. Ottavio Codogno, Nuovo itinerario delle poste ∝ (Venezia 1666) pag. 341–343.

[477]) Conf. Jos. Rübsam, Zur Geschichte des internationalen Postwesens im 16. und 17. Jahrhunderte nebst einem Rückblick auf die neuere historisch-postalische Literatur (in Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft, XIII., München 1892, pag. 51–53); idem, Postgeschichtliches aus dem 17. Jahrhundert (in Historisches Jahrbuch XXV, München 1904) pag. 551, 553.

[478]) Pagella extrema, quae v. gr. in literis a Casparo Valentino Werdecker [anno

Nonnullis inscriptionibus, quae a literarum tergo leguntur, vel mediis vel in angulo sinistro numeri ascripti sunt, qui non eadem ac inscriptio ipsa, sed alia, alicuius e rei vehicularia opinor curatoribus,[479]) manu scripti sunt; notandum autem est neque morem hunc longo temporis spatio, quod ex exemplis infra allatis apparet, viguisse, neque omnium illo ipso tempore missarum literarum inscriptionibus numeros illos esse additos.[480])

Non omnium literarum S. Congni de P. F. allatarum inscriptiones (ut tandem hanc materiem absolvamus) omnibus suis numeris per-

---

1667] ad S. Congnem de P. F. missis (v. supra in annot. 393, 398, 424) legitur, ita scripta est: „P. S. Responsum, si tantum Emmi dignari vellent, tantum est Vratislaviam ad meum Revmum dominum [Franciscum a] Weinz[i]erle [canonicum Vratislaviensem] dirigere; inde iam obtinebo. Locus, in quo sum, vocatur germanice Jäschkittel." — Simili modo Adamus Werscher presbyter eclesiasticus, pensionarius caesareoregius", literis, quas die 12. Septembris 1775 „Egrae Noricorum in confiniis regni Bohemiae" ad S. Congnem de P. F. dedit, hanc pagellam extremam addidit: „Responsoriae gratiosissimae poterunt ad me subscriptum supplicantem vel ad Revmum dominum Fridericum Thoma ordinis Crucigerorum cum rubea stella, commendatorem actualem hospitalis Egrani ad s. Bartholomaeum apostolum ac Suae sacrae caesareoregiae et apostolicae Mtis in rebus fidei per districtum Egranum commissarium et promotorem perpetuum, Egram Noricorum per Venetias, Tridentum, Oenipontem, Monachium et Ratisbonam benevole dirigi" („Scritt. non riferite dall' anno 1771 a tutto il 1778: missioni settentrionali ∝. Num. 12" fol. 578). — Item in literarum a P. Mauritio [Pigner] ad S. Congnis de P. F. cardinalem praefectum Kentii 20. Januarii 1778 datarum (v. supra in annot. 475) pagella extrema haec legimus: „P. S. Si placet, dignentur ita inscribere epistolam: V[enerabili] Patri Mauritio Pigner, ordinis Minorum sancti Patris Francisci Reformatorum in conventu Kentensi Minoris Poloniae confessario, per Venetiam, Viennam Austriae, Olomutium, Teschinium, Kentium". — V. etiam supra in annot. 441.

[479]) Rei vehicularia curatores (quos italice ‚maestri di posta' vocabant) in literis, quae res cursoribus publicis traditas notificabant, italice avvisi dictis, non literarum numerum, sed earum — singulorum dico fascium, in quos colligabantur — pondus (uncias) indicare solebant. Conf. Jos. Rübsam, Zur Geschichte des internationalen Postwesens im 16. und 17. Jahrhunderte nebst einem Rückblick auf die neuere historisch-postalische Literatur (in Historisches Jahrbuch der Görres Gesellschaft, XIII. München 1892, pag. 46—48); idem Postavvisi und Postconti aus den Jahren 1599 bis 1624 (in Deutsche Geschichtsblätter, VII. Gotha 1906, pag. 9—10). — Cursores publici, qui seculo XVI. et per totius fere seculi XVII. spatium solum equis cursualibus utebantur, exeunte seculo XVII. et seculo XVIII. ineunte redis cursualibus vehi coeperunt. Conf. Fritz Ohmann, Postgeschichte (in Deutsche Geschichtsblätter, Bd. X. Gotha 1909, pag. 276 et 277).

[480]) Literae v. gr. a Fr. Michaele de Spiritu Sancto ordinis s. Dominici die ultimo Augusti 1630 „Pragae apud s. Aegidium" datae („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 219) inscriptionem: „Revmo domino, domino Francisco Ingoli, Congnis de P. F. secretario, patrono suo colendissimo, || 4 || Romam || in cancellaria (v. supra in annot. 474)" habent. Idem numerus in inscriptione literarum a P. Valeriano a Magni Pragae die 10. Maii 1631 („Lett. di Germania ∝ 1631. Num. 72" fol. 100) et in pluribus a Fr. Basilio „d' Aire" ad Franciscum Ingoli ex. gr. Viennae die 13. Decembris 1631 („Lett. di Germania ∝ 1632. Num. 74" fol. 24) datis legitur. Literarum ab eodem Fr. Basilio ad eundem S. Congnis de P. F. secretarium die 27. Martii 1632 Vienna missarum (ibid. fol. 31) inscriptioni numerus 40 in margine sinistro ascriptus est. Literae a P. Valeriano a Magni Viennae die 21. Februarii 1632 ad Franciscum Ingoli datae (ibid. fol. 23) numerum 43 inscriptioni additum gerunt. In

fectae sunt et absolutae: modo eis personae, ad quam literae dabantur, cognomen deest, personaque illa sola sua dignitate significabatur, modo eiusdem personae dignitas perperam indicabatur.[481])

Literis allatis aliisque scriptis, etiam in ipsius Cong^nis^ de P. F. cancellaria confectis, quae in hac archivii eiusdem S. Cong^nis^ parte leguntur, in cancellaria, quam modo diximus, vel in literarum scriptorumve fronte, calce vel margine vel ab earum tergo vel in cartae schedis, quae literis addebantur, varia ascribebantur,[482]) interdum etiam literarum allatarum nonnullae partes singulave verba linea subtus ducta notabantur, quae consuetudo omnibus Romanae curiae magistratuum omniumque cardinalitiarum congregationum cancellariis ab antiquo communis erat.[483])

Quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria literis allatis — praecipue a tergo — ascribebantur, erant: intitulatio (v. supra, pag. XLVI et annot. 120), quae in mandatis indices voluminum conficiendos spectantibus originem habet atque hoc loco longe prius quam in „Actis S. Cong^nis^" scribi coepit, dies (cum loco) literis ascriptus,

---

literarum a Fr. Simone Bambergensi Capucino Roudnicii die 20. Martii 1630 ad eundem S. Cong^nis^ de P. F. secretarium scriptarum („Lett. di Germania ∝ 1630. Num. 71" fol. 137 — v. supra in annot. 393, 395, 410) inscriptione numerus 45 legitur. Literarum a Fr. Basilio Belga Capucino ad Franciscum Ingoli Vienna die 3. Januarii 1632 missarum („Lett. di Germania ∝ 1632. Num. 74" fol. 25) inscriptioni numerus 90 est ascriptus.

[481]) Literae v. gr. a Fr. Cornelio Oitweiler ordinis Minorum Conventualium s. Francisci, missionario in Silesia, Carnoviae die 30. Maii 1658 datae (v. supra in extrema annot. 397) ita inscriptae sunt: „All' Illmo e Rev^mo^ Mons^re^, Monsr segretario della S. Cong^ne^ de P. [F.], padrone mio osservandissimo, Roma". Secretarii munere tunc temporis Marius Alberici fungebatur. — V. etiam literarum a. P. Venceslao Otik die 23. Aprilis 1660 datarum inscriptionem in annot. 472. — Literarum a Fr. Josepho Polono Capucino die 14. Novembris 1646 scriptarum („VIII. Lettere di Germania ∝ 1647. Num. 94" fol. 89), in quarum primae paginae inferiore margine verba: „Em^mo^ domino, domino cardinali Pallotto" leguntur, inscriptio, quae a tergo sequitur: „+ Em^mo^ et Rev^mo^ principi et domino, domino suo et patrono colendissimo, S. Cong^nis^ de P. F. praefecto amplissimo, Romam" iusta non est; Joannes enim cardinalis Pallotto S. Cong^nis^ de P. F. praefectus nunquam fuit, anno autem 1646 (et quidem iam inde ab anno 1632) eidem S. Cong^ni^ Antonius cardinalis Barberini praeerat.

[482]) Hoc loco praeter numeros, quos inscriptionibus, quae a literarum tergo leguntur, a rei vehicularie curatoribus additos esse paulo superius (pag. CLXXXI) diximus, verba „Alla Cong^ne^ di Propaganda" similiaque (v. supra, annot. 336, 350, 449), quae a tergo multarum literarum S. Cong^ni^ de P. F. quidem allatarum, sed ab iis, qui eas scripserunt, ad eam non datarum, leguntur, in lectoris memoriam revocamus, utpote, quae nec ab eo, qui literas dedit, nec in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria, literis addita sunt.

[483]) Conf. Dr Th. R. von Sickel, Römische Berichte II. (in Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, Band 135, Wien 1896, Num. X) pag. 44; V (ibid., Band 144, Wien 1902, Num. VIII) pag. 49–50; Jos. Šusta, Die Römische Curie und das Concil von Trient unter Pius IV. Bd. I. (Wien 1904) pag. XXXV, LIV.

dies aliis, sed ad eandem rem spectantibus literis ascriptus, personae, quae literas dedit, aut nomen aut alia designatio, literarum sententia (v. supra, pag VI—VII) nunc longior, nunc magis concisa, varia nonnunquam eorum, quae in literis leguntur, supplementa vel explicationes, cardinalis (vel praelati), qui de literis ad S. Cong^nem^ referre debebat, nomen cum variis interdum commemorationibus, cardinalis (saepissime ponentis) vel praelati (praecipue secretarii) vel cancellariae S. Cong^nis^ ministrorum arbitrium, consilium vel alia annotatio (ex. gr. illa, quae indicabat literas, quibus ascripta erat, integras esse in congregatione recitandas — v. supra, pag. VII), congregationis, in qua de literis tractatum est, dies atque tam congregationis ipsius (v. supra, pag. XXXVI I, XLI—XLIII), quam decreti ad literas pertinentis numerus, verbum: ‚Relata' vel causa allegata, ob quam de re ad S. Cong^nem^ de P. F. referri non deberet, decreti in congregatione facti modo brevis delineatio, modo commentarius, qui a decreto in „Actis S. Cong^nis^" scripto aut plus minusve aut nihil discrepat (v. supra, annot. 93), aliquando verba: ‚Non registratum in actis', audientiae S^mi^ (si de literis ad summum pontificem est relatum) acta, dies, si quo de literis in horum voluminum seriem relatis in secretarii cum cardinali praefecto (vel antiquiore) congressu tractatum est, eiusdemque congressus decretum, responsionis a S. Cong^ne^ de P. F. vel ab eius secretario dandae commentarius tum concisus, tum verbosior, alias tantummodo mandatum scriptum, ut ad literas responderetur, alias verba, quae aut non esse, cur responderetur, aut personas, ad quas S. Cong^o^ de P. F. rescripsit, indicabant, deinde dies, quo literis allatis responsum est, mandata varia S. Cong^nis^ cancellariae ministris data, ad quae ex. gr. verba: „Per manus" vel: „Transmittantur ad manus" cum vel sine cardinalium nominibus (v. supra, pag. XIII, LXXVII et infra, num. 4a, 19, 25, 37 et a.) pertinent, tomi, in quem literae conglutinandae erant, indicatio, S. Cong^nis^ de P. F. secretarii nomen subscriptum. Generis alius scriptis, etiam iis, quae in ipsius S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria confecta erant, in eadem cancellaria eorum sententia (saepe brevissima, quin imo eadem ac inscriptio, si qua in eorum fronte legitur) et praeter eam nonnulla ex iis, quae literis allatis ascribi solebant, a tergo vel alio loco addebantur. At perinde ac alius generis scriptis ne unicuique quidem epistolae allatae, quae in hac S. Cong^nis^ de P. F. archivii parte reperitur, illa omnia, quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria literis allatis ascribi solita esse paulo superius diximus, ascri-

bebantur: mos enim hic non solum progrediente tempore — id quod etiam in „Actis S. Cong^nis^“ conscribendis iam animadvertimus[484]) — varie mutabatur, sed ne eodem quidem tempore semper idem erat: aliis enim literis eodem tempore allatis plus, aliis minus, nonnullis autem nihil omnino in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scripto addebatur. Modum, quo mos ille tempore progrediente mutabatur, sequentia illustrant.

Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii, tempore literis eidem S. Cong^ni^ allatis, quae in hacce archivii parte asservantur, in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria a tergo aliisve locis plurima, imo omnia fere ex iis, quae superius tetigimus, — et quidem multa ipsius secretarii manu — ascribi solebant, quod praecipue de literis, de quibus ad S. Cong^nem^ sive generalem sive aliquam particularem (v. supra, pag. CXXV) relatum est, et de quibus alterutra S. Cong^o^ de P. F. decrevit (v. supra, pag. LIII—LIV), dictum esse puta.[485]) Huiusce modi literae tam ab iis, de quibus ad S.

[484]) V. supra, pag. XXXVIII—XLVI.

[485]) Literis ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach Pragae die 1. Junii 1630 datis, quae in volumine „Lettere di Germania ∞ 1630. Num. 71“ fol. 140 (223) et 143 (228) leguntur, ex. gr. a tergo, fol. 143 (228) b, haec et quidem omnia Francisci Ingoli ipsius manu ascripta sunt: „Praga 5 [!] Giugno 1630 [= dies literis ascriptus]. || Il s^r^ cardinal d' Harrach [= eius, qui literas misit, nomen]. || Domanda soggetti Italiani per aggiustar li 4 vescovati .... [= literarum ipsarum sententia]. || E' lettera, che si deve legger per estenso, importando molto l' intender li particolari, che anche in soccinto sono detti, chè non si possono ben sommariare [= secretarii commemoratio]. || Quaerantur subito, e scribantur l[literae] [= decreti concisus commentarius]. || Num^o^ 15 [= decreti numerus]. Die 8. Julii 1630. Cong^o^ 125 [= generalis congregationis, in qua de negotio tractatum est, dies atque numerus]. || Referente Em^mo^ domino cardinali Caetano literas domini cardinalis de Harrach, S. Cong^io^ decrevit ut infra: 1° scribendas esse literas ad dominum cardinalem Borromeum pro habendis aliquibus presbyteris secularibus in ecclesiastica disciplina instructis in Boemiam ad directionem episcopatuum erigendorum mittendis et cum illis mittendas literas eiusdem cardinalis de Harrach ad eundem cardinalem Borromeum; 2° similes presbyteros quaerendos esse Romae .... [= decretum num^o^ 15 signatum, in congregatione generali 125ª die 8. Julii 1630 factum, ei, quod in „Actis S. Cong^nis^ [de] P. F. anno 1630 e 1631“ fol. 89 legitur, simillimum]. || Si scriva, ut in decreto, al cardinal Borromeo, con pregarlo a significar il numero de soggetti che potrà somministrar, acciò si possino quì far altre diligenze per suplire al numero delli X, che domanda il s^r^ cardinal d' Harrach [= literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad Fridericum cardinalem Borromei mittendarum commentarius]. || E scriver al s^r^ cardinal d' Harrach la risolutione della Cong^ne^ [= mandatum S. Cong^nis^ cancellariae ministris datum]. || Una memoria a Monsr Assolini [v. supra in annot. 394 et 456], che scriva una lettera al cardinal Borromeo, nella qual il s^r^ cardinal Barberino preghi S. Em^za^ a favorir la giusta domanda del s^r^ cardinal d' Harrach [= alterum mandatum S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae ministris datum simulque concisus literarum ad Laurentium Azzolini, summi pontificis secretarium, mittendarum commentarius].“ — In volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214“ fol. 274 (304, 145) Fr. Joannis Santio, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci provincialis Bohemiae, literae, quibus dies non est ascriptus, leguntur, in quarum margine iuxta verba: „L' anno passato [1628] nel mese di Novembre capitò in Laitmeriz ....

Cong^nem^ de P. F. tantummodo relatum (non autem ab ea constitutum) est, quam ab aliis, de quibus cardinalis praefectus vel antiquior eiusdem S. Cong^nis^ cardinalis solus in congressu cum secretario ha-

un certo s^r^ Alessandro nobile Albanese et mi rappresentò, che tutti quei nobili d'Albania superiore e inferiore, quando dal Turco furono discacciati e soggiogati, si ritirorno in quelle montagne ∞“ Francisci Ingoli manu haec verba sunt ascripta: „Non occorre riferir questo, chè appartiene allo stato politico“, et a tergo, fol. 275 (308, 150) b in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria haec verba scripto addita sunt: „Relatione del provintiale de Minori Conventuali di Boemia intorno a progressi della religione .... [= literarum summa]. || Ad Ill^mum^ dominum cardinalem Borgia [= cardinalis ponentis nomen]. || Potest omitti ultimum caput ad statum politicum pertinens. || Ill^mus^ dominus cardinalis Borgia referet etiam negotium alumnorum Olomucensium et poterit secum deferre priores scripturas et compendium visitationis eiusdem collegii [= secretarii annotationes]. || Num^o^ 17 [= decreti a S. Cong^ne^ de P. F. facti numerus]. || Die 8. Maii 1629. Cong^o^ 109 [= congregationis generalis dies et numerus]. || Referente Illmo domino cardinali Borgia munificentias ∞ [= decreti a S. Cong^ne^ de P. F. facti commentarius].“ — Literis a P. Valeriano a Magni Capucino die 27. Octobris 1629 ad Franciscum Ingoli datis, quae in eodem volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214“ fol. 486 (565, 145) leguntur, Franciscus Ingoli a tergo haec ascripsit: „Vienna 27 Ottobre 1629 [= dies literis ascriptus]. || Il P. Valeriano all' Ingoli [eius, qui literas misit, eiusque, ad quem missae sunt, nomina]. || 1° Ch' in sostanza il negotio ...., e che le professure siano libere. E la gratia si potrà far circa li beni, chè di questo non preme il Padre [= primae literarum partis sententia]. || (L' Ingoli però ricorda, che nel decreto che si fece circa li beni, si ordinò, che non fossero incorporati ne' beni della Compagnia, ma si tenessero separati, e sene facesse inventario [= secretarii annotatio]). || 3°. Il ripiego .... [= alterius literarum partis summa]. || [In folio addito:] Lettera del P. Valeriano all' Ingoli [= eius, a quo literae datae sunt, et eius, ad quem sunt scriptae, nomina]. || Vide intus summarium [= secretarii annotatio]. || V. S^ia^ Illma [cardinalis ponens] vedrà quì dentro la sostanza delle lettere del P. Valeriano [= secretarii additamentum]. || Die 30. Aprilis 1629. Cong^o^ 117 [= congregationis generalis, in qua literae recitatae sunt, dies atque numerus].“ — Libello supplici monasterii s. Georgii in arce Pragensi abbatissae conventusque nomine S. Cong^ni^ de P. F. porrecto („I. Memoriali 1645. Num. 409“ fol. 324) in cancellaria S. Cong^nis^ de P. F. a tergo haec ascripta sunt: „Fanno instanza ∞ [= libelli summa]. || Num. 12 [= decreti numerus, quod tamen decretum in volumine „IV. Congreg. de collegiis, missionibus, statu tempor. et typographia. Num. 4“ fol. 116 numero 18° signatum est.] || In congreg. particulari de statu temporali die 17. Novembris 1645 [= congregationis particularis, in qua de libello tractatum est, indicatio et dies]. || Nihil [= decreti in eadem particulari congregatione facti concisus commentarius]. — A tergo literarum a Fr. Bonaventura Manhardo, provinciae Austriae Minorum Conventualium s. Francisci ministro provinciali, die 1. Novembris 1630 ad S. Cong^nis^ de P. F. cardinales missarum („Lett. di Germania ∞ 1630 Num. 71“ fol. 100) haec verba ascripta leguntur: „Vienna primo Novembre 1630 [= dies literis ascriptus]. || Il provinciale de Minori Conventuali [= eius, qui literas dedit, designatio]. || Supplica, che se gli dia facoltà .... [= literarum summa]. || [Secretarii manu:] Ad triennium [= decreti concisus commentarius]. || Die 23. Decembris 1630. Cong^o^ 133. Num^o^ 9 [= congregationis dies atque numerus et decreti numerus]. || Referente Em^mo^ domino cardinali Pamphylio [hocce nomen linea ducta deletum est, id quod a literarum allatarum tergo saepius animadvertitur] Capponio literas provincialis Austriae .... [= decreti in congregatione 133^a^ facti commentarius, quod decretum in volumine „Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631“ fol. 188 b verbis: „Referente eodem Em^mo^ domino cardinali Capponio ∞“ incipit]. || Latine al provincial. Darli conto di quest' ordine, et che se li manderà il decreto, quando s' haurà ottenuto il placet da N. S^re^ [= mandatum S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae ministris datum responsionisque scribendae concisus commentarius]. || Si copii in forma signandi il decreto per dar al s^r^ cardinal Sant' Onofrio, che pigli il placet [= aliud mandatum cancellariae ministris datum].“ — A tergo libelli supplicis a Gallis

bito (v. supra, pag. CXXXVII—CXXXVIII) decrevit, plerumque satis facile discernuntur; cum enim generis primi literis a tergo vel alio loco, quem superius diximus, non solum congregationis, in qua de

Pragae commorantibus ad Urbanum VIII. anno 1631 dati (v. supra in annot. 348, 419, 467) in S. Congnis de P. F. cancellaria haec verba scripto sunt addita: „Ventisei Francesi habitanti in Praga ∝ [= libelli sententia.] || [Manu secretarii Francisci Ingoli:] Die 25. Februari 1631. Congo 136 [= congregationis dies et numerus]. || Ad Revmum dominum assessorem S. Officii [= praelati, qui de re ad S. Congnem referre debebat, designatio; haecce autem verba linea postmodum ducta sunt deleta] || Si puo scriver al sr cardinale d' Harrach, che s'informi, s'è stato levato giustamente o per calunnie dalla sua missione .... [= secretarii consilium]. || Numo 40 [= decreti in congregatione 136a facti numerus]. || Referente Revmo domino Torniello [Antonio, S. Congnis de P. F. iudice substituto] instantiam 26 Gallorum, qui in Boemia [!] degunt .... [= eiusdem decreti commentarius]. || Si scriva al sr cardinal d' Harrach. || S' ha da dar la lettera al giovane di Monsr Motman [= mandata S. Congnis cancellariae ministris data]." — Literis a P. Valeriano a Magni Capucino ad S. Congnem de P. F. datis, quae in volumine „VI. Lettere di Polonia ∝ 1635. Num. 59" fol. 25 (33) leguntur, in eiusdem S. Congnis cancellaria haec verba sunt a tergo ascripta: „Leopoli 9 Ottobre 1634 [= dies literis ascriptus]. || Il P. Valeriano Magno [= eius, qui literas misit, nomen]. || Supplica d' esser liberato dalla missione di Boemia .... [= literarum summa]. || Ad Emmum dominum cardinalem Antonium [= decreti a S. Congne de P. F. facti concisus commentarius]. || Numo 10 b [= decreti eiusdem numerus, qui tamen cum eiusdem decreti numero, qui in „Actis S. Congnis de P. F. anno 1634 e 1635" fol. 221 b, ubi id ipsum decretum numerum 11 gerit, non plane congruit]. || Ad Emmum dominum cardinalem S. Honuphrii [= cardinalis, qui de literis referre debebat, nomen]. || Die 23. Aprilis 1635. Congo 203 [= congregationis dies et numerus]. || Referente Emmo domino cardinali S. Honuphrii literas P. Valeriani .... [= decreti in illa congregatione facti commentarius]." — A tergo literarum a P. Michaele Chumar, ordinis Minorum de Observantia s. Francisci commissario generali, die 26. Januarii 1636 ad S. Congnem de P. F. datarum („IV. Lettere di Germania ∝ 1636. Num. 78" fol. 25) in eiusdem S. Congnis cancellaria haec verba scripto addita sunt: „Vienna 26 Gennaro 1636 [= dies literis ascriptus]. || Il P. Cumar, prefetto della missione [= eius, qui literas dedit, nomen]. || Havendo gran bisogno di sacerdoti .... [= literarum summa]. || [Manu Francisci Ingoli:] Si suol far la gratia super defectu unius anni tantum [= secretarii annotatio]. || Numo 7 [= decreti in congregatione facti numerus]. || Die 14. Aprilis 1636. Congo 215 [= generalis congregationis dies atque numerus]. || Referente Emmo domino cardinali S. Honuphrii literas P. Michaelis Chumar .... [= decreti in illa congregatione facti commentarius]. || Eodem die Smus decretum S. Congnis probavit et breve expediri mandavit [= audientiae Smi acta, quae iisdem verbis scripta in volumine „Acta S. Congnis de P. F. anno 1636 e 1637" fol. 60 leguntur]." — Supplici libello a Petro Ludovico Příchovský de Příchovic Ernesto Adalb cardinali ab Harrach Romae degenti porrecto („Memoriali 1644. Num. 408" fol. 156) in eiusdem S. Congnis cancellaria haec ascripta sunt: „Si raccommanda per luogo d' alunno .... [= libelli suplicis sententia]. || [Manu Francisci Ingoli:] Gia ha la provisione di cinque scudi .... [= secretarii annotatio]. || Die 21. Junii 1644. Congo 316 [= congregationis dies atque numerus]. || Vide decretum in Actis [= decreti indicatio]. || Sr cardinal d' Harrach [= cardinalis, qui referre debebat, nomen]. || Recipiatur [= concisus decreti commentarius]." — Alii libello supplici, quem Paulus dux Savelli Ferdinandi III. imperatoris nomine summo pontifici porrexit („Memoriali 1646. Num. 411" fol. 323), Franciscus Ingoli a tergo haec scripto addidit: „Alla solita congregazione [= decreti concisus commentarius]. || Responsum ducis Sabelli oratoris .... [= libelli summa]. || Sub: Carolina et seminaria Pragensia [= mandatum, quod indicem conficiendum spectat]. || Die 4. Junii 1646 secretarius Ingolus adivit Excellmum dominum ducem Sabellum imperatoris oratorem eique significavit .... [= secretarii annotatio]." — Literis a Florio Cremona ad Franciscum Ingoli die 10. Novembris 1635 datis, quae in volumine „Lett. di Germania ∝ 1635. Num. 77" fol. 81 (126) leguntur, idem S. Congnis de

negotio S. Congo decrevit, dies atque numerus, sed etiam — tamen non semper — decreti de eo facti numerus, qui vero cum numero in „Actis S. Congnis" scripto interdum non congruit, saepe etiam

P. F. secretarius folio 81 (126) iuxta verba: „.... contradittione de soliti amici ...." verbum: „Gesuiti", folio 82 (129) iuxta verba: „.... Gia non v' è pur un Francese nell'imperio. Li Suedesi sono ridotti a pochi ...." verba: „Non occorre, chè sono avvisi politici" et folio 82 (129) b verba: „Die 10. Decembris 1635. Congo 211 (= congregationis, in qua de literis relatum est, dies atque numerus] in margine ascripsit; ab earundem autem literarum tergo, fol. (127), verba: „Die 10. Decembris 1635. Congo 211 [v. paulo supra]. || Praga 10 Novembre 1635 [= dies literis ascriptus]. || Il P. Florio Cremona Barnabita [= eius, qui literas dedit, nomen]. || Che s'è dato principio al seminario .... [= literarum sententia]" et folio (128) b verba ipsius Francisci Ingoli manu scripta: „Numo 39 [= decreti numerus]. || Non placuit, ut applicentur seminario reditus salis [= concisus decreti commentarius]. || Referente Emmo domino cardinali Antonio .... [= decreti commentarius]. || Si scriva al P. Florio, che la S. Congne inclina più .... [= responsionis dandae commentarius]" addita sunt. — In libelli supplicis a Fr. Michaele Chumar, ordinis Minorum de Observantia s. Francisci commissarii generalis in Germania, ad summum pontificem dati, qui folio 356 in volumine „Memoriali 1635. Num. 395" incipit, margine, iuxta verba: „E spetialmente, che possi anco et habbi autorità di sopraintendere ad altri missionarii che sono del suo ordine, e fossero, durante il suo officio, in dette provincie a lui sottoposte", quae linea ducta deleta sunt, Franciscus Ingoli verba: „Habent superiores ex decreto S. Congnis authoritatem suam in missionarios in pertinentibus ad mores et disciplinam" et iuxta verba, quae in libello illa subsequuntur: „e di poter instituire e dichiarare alcuni altri buoni, divoti e dotti religiosi della sua religione in dette provintie per missionarii apostolici con le gratie, favori e privilegii, ut supra" et itidem linea ducta deleta sunt, verba: „Haec authoritas non datur a S. Congne, sed illi nominantur subiecta idonea a provinciali et diffinitoribus, et illis constituitur praefectus" ascripsit; praeterea ab eiusdem libelli tergo in S. Congnis cancellaria verba: „Ad Emmum dominum cardinalem Capponium [= cardinalis ponentis nomen]. || Ut in folio [= secretarii annotatio]. || Numo 11 [= decreti numerus]. || Die 28. Februarii 1635. Congo 201 [= congregationis dies atque numerus]. || Referente Emmo domino cardinali Capponio .... [= decreti in illa congregatione facti commentarius]" scripto sunt addita. — In libelli supplicis ab Ernesto Adalb. cardinali ab Harrach ad summum pontificem dati, qui in volumine „Memoriali 1632. Num. 392" fol. 113 reperitur, calce verba: „Die 24. Julii 1632 in S. Congne de P. F. coram Smo [= dies, quo 161a congregatio generalis habita est]. || Referente Emmo domino cardinali Caetano .... [= decreti numero 9 signati, in eadem congregatione facti, commentarius]. || Eodem die Smus D. N., sententia S. Congnis probata, mandavit .... [= audientiae Smi acta]", et a tergo, fol. 120b, verba: „Die 24. Julii 1632. Congo 161 [= congregationis dies atque numerus]. || Decretum est intus [= annotatio in S. Congnis de P. F. cancellaria scripta]. || Numo 9 [= decreti facti numerus]" ascripta sunt. — Libello supplici pro collegiis pontificiis ultramontanis ad Aloisium cardinalem Capponi et Bernardum cardinalem Spada dato, qui in volumine „Visite e collegi 1645. Num. 25" fol. 1 legitur, Franciscus Ingoli a tergo verba: „Con N. Sre [= decretum aut in aliqua congregatione aut in congressu cardinalis praefecti cum secretario factum]. || Pro sex mensibus [= decreti in audientia Smi facti concisus commentarius]. || Die 20. Novembris 1645 in consistorio secreto, referente Emmo domino cardinali Capponio, Smus D. N. mandavit .... [= eiusdem decreti commentarius, quod decretum iisdem fere verbis scriptum in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1644 e 1645" fol. 456 reperitur]. || In margine sarà: Decretum de provisionibus pro sex mensibus colleg[iis] pontif[iciis] extra Urbem solvendis [= secretarii annotatio; verba: „Decretum ∝ [usque ad:] solvendis" in volumine „Acta ∝ 1644 e 1645" reapse in margine folii 456 leguntur]. || Si copii inanzi la congregazione [= secretarii mandatum cancellariae ministris datum, cui obtemperarunt, acta enim congregationis generalis die 21. Novembris 1645 celebratae in „Actorum S. C. de P. F." volumine, quod modo diximus, demum

decreti commentarius illiusque cardinalis vel praelati, qui de literis referre debebat, nomen vel alia designatio scripto addebatur,[486]) generis secundi literis congregationis, in qua de literis illis disceptatum

folio **456 b** incipiunt]" ascripsit. — A tergo literarum a Malatesta Baglioni, sedis apostolicae ad aulam caesaream nuntio, ad Antonium cardinalem Barberini die 24. Julii 1637 datarum („Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 19) S Congnis de P. F. cancellariae minister quidam verba: „Vienna 24 Luglio 1637 [= dies literis ascriptus]. || Il nuntio [= eius, qui literas misit, significatio]. || Che ricevuto il breve .... [= literarum summa]", Ernestus Adalbertus cardinalis ab Harrach, qui tunc Romae degebat, verba: „Pare, ch'insistendo alli primi ordini .... [cardinalis ponentis sententia]", Franciscus Ingoli autem verba: „Ad congregationem Boemiae [= decreti concisus commentarius]. || Die 22. Septembris 1637. Congo 236 [= congregationis generalis, in qua de literis tractatum est, dies et numerus]. Numo 6 [= decreti in eadem congregatione facti numerus]. || Referente Emmo domino cardinali de Harrach .... [= decreti eiusdem commentarius]" ascripserunt. — A tergo libelli supplicis a P. Angelico Tapparelli ordinis s. Augustini ad S. Congnem de P. F. dati („Memoriali 1636. Num. 396" fol. 262) in eiusdem S. Congnis cancellaria verba haec ascripta sunt: „Al P. generale, ch'informi, se li Padri nominati in questo memoria[le] sono idonei quoad mores et scientiam [= decretum in congressu cardinalis praefecti cum secretario factum]. || F. Ingolus sec[retarius] [= secretarii nomen subscriptum]. Die 21. Martii 1636. Existimo nominatos Patres idoneos esse ad missionem quoad mores et scientiam. Fr. Hippolytus Montius, generalis s. Augustini [= ministri generalis responsum, quod autem in S. Congnis de P. F. cancellaria scriptum non est]. || Die 16. Junii 1636. Congo 217 [= congregationis generalis, in qua de supplici libello tractatum est (v. „Acta S. C. de P. F. anno 1636 e 1637" fol. 91. b decreti num. 11), dies et numerus]. || Il sr cardinale [ab Harrach] scrive di questo P. Angelico alla S. Congne, che s'è portato .... [= secretarii additamentum]. || Desidera questo Padre la patente formale .... [= supplicis libelli summa]. || Si ponno far missionarii, perchè ne sono morti due, il P. Lappi et il P. Trappani Minori Conventuali, soggetti ch'hanno servito molto bene. Di più il P. Valeriano Capuccino non serve più .... [= secretarii consilium]". — In calce et a tergo supplicis libelli a Fr. Laurentio Aquila de Arena ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ad S. Congnem de P. F. dati („Memoriali 1647. Num. 414" fol. 79) varia ascripta sunt: praeter alia etiam haec verba: „Die 16. Junii 1647 [= dies, quo cardinalis praefecti cum secretario congressus peractus est]. || Al P. generale, se l'oratore è idoneo alla missione, per darlo per compagno al P. Specth [recte: Specht; = eiusdem congressus decretum].

scripta sunt, de quibus literis in congregatione generali 27a die 3. Martii 1659 peracta inter „relationes Emmi [Christophori] Vidman" S. Congo de P. F. decreto, quod numero 7o signatum est, constituit („Acta S. C. de P. F. anno 1659" fol. 30); iisdem literis praeterea a tergo etiam numeri: „25. 7. 18" ascripti sunt. — Alii eiusdem Venceslai Otik epistolae die 11. Januarii 1659 ad eiusdem collegii rectorem scriptae („Germania ∝ Num. 332" fol. 53; v. supra in annot. 350) a tergo hi numeri sunt ascripti: „30a [congregatio generalis]. 6. 13"; de qua epistola S. Congo in generali congregatione 30a die 30. Junii 1659 habita decreto numero 32 signato („Acta S. C. ∝ 1659" fol. 92) statuit. — Libello supplici a pontificii seminarii Olomucensis alumnis Vienna die 6. Augusti 1658 ad S. Congnem de P. F. Romam misso („Collegii de Maroniti e missionarii 24, 25, 26. Num. 375" fol. 194–195) a tergo praeter intitulationem („Collegii di Olmutz") et diem („26. Novembris 1658") hi tres numeri in S. Congnis de P. F. cancellaria ascripti sunt: „23a [congregatio generalis]. 8a [relatio(?)]. 4 [epistola allata et referenda]". — A tergo testimonialium a Hannibale Salvetti, collegii Urbani rectore, die 16. Augusti 1658 scriptarum („Collegii 34, 35, 36, 37: Urbano. Num. 379" fol. 78) praeter intitulationem („Collegio Urbano. Alunni. Ordinationi"), sententiam („Fede del sr Annibale Salvetti gia rettore sopra 4 alunni del collegio"), diem („Die 26. Novembris 1658"), quo 23a congregatio generalis peracta est, et verba: „Nel mazzo del collegio Urbano", quae locum, ubi literae reponendae erant, significant, numeri: „23a [congregatio]. 12a [relatio (?)] 8" scripti sunt. — Epistolae, quam D. Franciscus Hieronymus Oprandi Barnabita die 1. Septembris 1658 ad Marium Alberici dedit („Germania ∝. Num. 332" fol. 41), illi tres numeri hoc modo a tergo sunt ascripti: „23. 4a [relatio (?)]. 3". — Aliae literae ab eodem D. Francisco H. Oprandi die 26. Januarii 1658 ad S. Congnem de P. F. missae (ibidem fol. 49) ternos illos numeros aliquoties a tergo ascriptos habent et quidem hoc modo: „30. Junii 1659 6. 8. || 12. X. 16. || 30a. 5. 26. || 25. 7. 9". — A tergo literarum a Jacobo Altoviti, archiepiscopo Athenarum apostolicoque nuntio Venetiis, die 8. Novembris 1659 ad Marium Alberici datarum („Italia 22. Stato temporale. Num. 357" fol. 329) et tres missionarios, qui collegii Urbani alumni fuerant, spectantium hi numeri ascripti sunt: „34. 6. 6., aliae autem eiusdem nuntii literae ad eosdem missionarios spectantes, die 1. Novembris 1659 ad S. Congnem de P. F. missae (ibidem, fol. 331) a tergo hos numeros habent „34. 6. 14". — Ratio, quae editorem movet, ut secundum e tribus illis numeris ad „relationem" aut „relationes" in generali congregatione factam aut factas spectare, tertium autem numerum illum esse, quo tunc temporis literae allatae signabantur, existimet, haec est: ad quamlibet „relationem", eoque potius ad omnes alicuius cardinalis „relationes", plures epistolae libellive supplices pertinere poterant, quaevis autem epistola in eadem congregatione unum solum numerum habere potuit; id, quod numeri a tergo literarum S. Congni de P. F. allatarum, quarum exemplaria transcripta in archivio regni Bohemiae asservantur, ascripti probant, ex. gr. hi: 25. 5. 19", „25. 5. 54"; „30. 5. 20", „30. 5. 25"; „47. 5. 43", „47. 5. 61", „47. 5. 63", „47. 5. 121"; „47. 6. 4", „47. 6. 20", „47. 6. 35", „47. 6. 53", „47. 6. 56", „47. 6. 57"; „49. 6. 12", „49. 6. 13", „49. 6. 21"; „99. 1. 3", „99. 1. 12", „99. 1. 18"; „99. 5. 30", „99. 5. 43"; — „31. 6. 1", „31. 5. 2", „31. 7. 3", 31. 1. 31"; „34. 6. 6", „34. 10. 8", „34. 6. 14", „34. 5. 53", e quibus apparet numeros secundo loco scribi solitos in literis ad eandem congregationem pertinentibus saepe, numeros autem tertios nunquam repeti. Loco secundo in exemplaribus transcriptis, quae in archivio regni Bohemiae asservantur, saepissime (quadragies septies) numerus 5, saepe (sedecies) numerus 6 et (terdecies) 1, raro (sexies) numerus 2, (quinquies) 8 et (quater) 7, rarius (bis) numerus 10 et (semel) numeri 4 et 12 leguntur, quae res cum divisione provinciarum orbis terrarum cohaeret. — Literis allatis, quae in voluminibus verbo „Cause" inscriptis (v. supra in annot. 502) reperiuntur, illi terni numeri a tergo desunt.

[505]) A tergo literarum a Ludovico Bohemo, qui collegii Urbani alumnus fuerat, Praga die 14. Julii 1659 ad S. Congnem de P. F. Romam missarum („Germania, Bohemia, 23. Num.

Antonii Manfroni prosecretarii tempore tam dies mensis annusque, quos Marius Alberici in literarum allatarum fronte scribere coepit, quam illi terni numeri tunc temporis ab earum tergo poni soliti rarius, aliquando fortasse vel perperam, literis allatis ascribebantur.[506]) Intitulatio eodem modo, quo praedecessoris tempore, literis addebatur, at praeter eam etiam volumen, in quod literae conglutinandae erant, indicari coeptum est, quae indicatio ab intitulatione interdum solo numero discrepat.[507]) Nonnunquam autem tam

327" fol. 54; v. supra in annot. 471) ex. gr. haec intitulatio legitur: „Bohemia. || Pomerania. || Missione castrense. || Soggetti per missione. — Pomerania". — Literae a P. Jacobo „da Muro" ordinis Minorum Conventualium s. Francisci anno 1660 ad S. Congnem de P. F. datae (ibidem fol. 70) a tergo hanc intitulationem: „Notitie di missionarii. || Bohemia. || Silesia. || Vide: Vallachia e Moldavia 15. Novembris 1660". — Exempla alia v. superius in annot. 504 — Sunt autem literae, quibus etiam hoc tempore intitulatio aut uno verbo ascripta est' aut deest omnino. Epistolae a nuntio Carolo Carafa die 14. Maii 1661 ad Marium Alberici scriptae (ibid. fol. 93) intitulatio unico verbo „Bohemia" addita est. A tergo literarum ab eodem nuntio die 25. Decembris 1660 ad eundem S. Congnis de P. F. secretarium missarum („Collegii 10: colleg. germanico et ungarico in Roma. Num. 369" fol. 163) quaevis intitulatio deest.

[506]) In literarum a P. Gasparo Valentino Werdecker, sacellano in Agro Beatae Virginis, ad S. Congnis de P. F. cardinales datarum („Germania ∝. Num. 332" fol. 84; v. supra in annot. 460 et 471), quibus dies non est ascriptus, fronte dies: „17. Augusti 1665" appositus est, idem, qui etiam a tergo supra verba: „Cum Smo" subscriptumque prosecretarii Antonii Manfroni nomen legitur; quo die 17. Augusti 1665 congregatio generalis peracta est, in qua de literis illis ad S. Congnem de P. F. relatum est („Acta S. C. de P. F. de anno 1665" fol. 166); decreti ab ea facti rescriptum hoc est: „Cum Smo". — Idem dies „17. Augusti 1665" etiam in fronte libelli supplicis Mathaei Ferdinandi Bilek episcopi Reginohradecensis nomine Alexandro VII. summo potifici porrecti („Germania, Bohemia, 23. Num. 327" fol. 283) legitur, de quo libello in congregatione generali 98a dicto die 17. Augusti 1665 peracta tractatum est („Acta S. C. de P. F. de anno 1665" fol. 170). Ab eiusdem libelli supplicis tergo praeter intitulationem („Germania, Bohemia, Kinisgratz"), cardinalis ponentis nomen („Sr cardinal Brancacci"), diem („17. Augusti 1665"), quo congregatio 98a habita est, decreti rescriptum („Ad S. Officium"), nomen prosecretarii subscriptum et decreti relationem etiam tres numeri: „98. 1. 26" et verbum: „Summarium" ascripti sunt. — Summatim dici potest diem mensem annumque tempore Antonii Manfroni illis literis (libellis) allatis in fronte apponi solitos esse, quibus, qui eas dedit, nullum diem ascripsit. — A tergo literarum ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach die 7. Aprilis 1666 ad S. Congnem de P. F. datarum („Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 309) praeter alia numeri: „108. 5. 22" leguntur, iidem, qui etiam aliis literis ab eodem cardinali ad eandem S. Congnem de P. F. die 11. Junii 1666 missis (ibid. fol. 308 + 310) aliudque negotium spectantibus a tergo ascripti sunt. Quod certo perperam factum est; prima enim dicti cardinalis epistola in 108a congregatione generali die 8. Junii 1666 peracta a Francisco Maria cardinali Brancacci relata est, et S. Congo de P. F. de ea decreto, quod numero 19 signatum est, constituit („Acta S. C. de P. F. anno 1666" fol. 152), altera vero ad relationes Francisci cardinalis Albizi (v. supra in annot. 494) et ad decretum numero 27 signatum (ibid. fol. 164 sq.) pertinet. — A tergo literarum ab apostolico nuntio ad aulam imperialem Julio Spinola die 17. Octobris 1665 ad S. Congnem de P. F. datarum („Collegii: S. Pietro Montorio, Praga, 28, 29. Num. 377" fol. 313), de quibus S. Congo de P. F. in 103a congregatione generali die 11. Januarii 1666 celebrata decrevit („Acta S. C. de P. F. anno 1666" fol. 13 b) similes tres numeri non leguntur.

[507]) A tergo literarum a Sebastiano Rostock episcopo Vratislaviensi die 24. Novem-

intitulatio, quam omnia alia literis allatis in S. Cong^nis de P. F. cancellaria ascribi solita, ab earum tergo omnino desunt. Prosecretarii nomen a literarum tergo subscriptum longe saepius quam secretarii Marii Alberici lectoris oculis occurrit.[508])

Hieronymus Casanate, quartus S. Cong^nis de P. F. secretarius, literis allatis neque diem, mensem, annum in fronte neque ternos numeros a tergo ascribebat. Ceterum huius secretarii tempore in variis ex. gr. intitulationibus, voluminis indicationibus etc. a tergo literarum allatarum addendis eadem, quae, ab Antonio Manfroni erat introducta, consuetudo servabatur.[509])

Friderici Ubaldi Baldeschi tempore (1668—1673) pluribus, attamen non omnibus, literis allatis a tergo haec ascribi sole-

bris 1665 ad S. Cong^nem de P. F. datarum, quae in volumine „Germania 50, 51, 52, 53, 54, 55. Num. 332“ fol. 96 leguntur, primum intitulatio („Germania“) et post varia alia voluminis indicatio: „Germania num^o 51“ scripta est. — Literae a P. Valentino Werdecker sacellano die 11. Decembris 1665 ad S. Cong^nem de P. F. missae, quae in volumine „Collegii de Maroniti e missionarii, Olmute [!] 24, 25, 26. Num. 375“ (fol. 249) reperiuntur, a tergo intitulationem: „Collegii, Olmitz“ et voluminis indicationem: „Collegii num^o 26“ habent. — Epistolae a Julio Spinola nuntio Viennensi die 13. Februarii 1666 ad Antonium cardinalem Barberini datae, quae in volumine „Collegii 30, 31, 32, 33: Scozzese di Roma, Viennense e Dilingano, Vilnense e seminario Romano. Num. 378“ fol. 209 legitur, a tergo verba: „Collegii — Vienna, Praga, Olmutz“ (= intitulatio), inferius autem: „Collegii num^o 31“ (= voluminis indicatio) sunt ascripta. — A tergo alius epistolae ab eodem nuntio Julio Spinola die 28. Novembris 1665 ad Flavium cardinalem Chigi missae, quae in volumine „Germania 50, 51, 52, 53, 54, 55. Num. 332“ (fol. 16) legitur, sola voluminis indicatio („Germania num^o 50“) est ascripta.

[508]) E 95 literis tempore secretarii Marii Alberici S. Cong^ni de P. F. allatis, quarum exempla transcripta in regni Bohemiae archivio reperiuntur, solis tribus idem secretarius nomen subscriptum a tergo addidit, e quibus primae sunt literae a Maximiliano Rudolpho a Schleinitz episcopo Litomericensi die 29. Decembris 1663 ad Marium Alberici ipsum datae („Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 233). Literarum prosecretarii Antonii Manfroni tempore allatarum 81 exemplaria transcripta in eodem regni Bohemiae archivio leguntur, e quibus 18 prosecretarii eiusdem nomen subscriptum a tergo gerunt.

[509]) A tergo literarum a Joanne Steinson, qui collegii Urbani alumnus fuerat, die 18. Januarii 1666 ad S. Cong^nem de P. F. datarum („Germania 50, 51, 52, 53, 54, 55. Num. 332“ fol. 182) ex. gr. haec in S. Cong^nis de P. F. cancellaria ascripta leguntur: „Germania [= intitulatio]. || S^r cardinal Nini [= cardinalis ponentis nomen]. || D. Giovanni Steinson ∝ [= decreti in congregatione generali facti, quod numero 35° signatum est, summarium]. || Die 10. Januarii 1667 [= dies, quo congregatio 115^a, in qua literae recitatae sunt, peracta est]. || Nuntio Poloniae ∝ [= decreti, quod paulo supra diximus, rescriptum]. || H. Casanate secretarius [= secretarii nomen subscriptum]. || Settentrione 31. Germania num^o 51 [= voluminum indicationes]. || Summarium.“ — Literis a Martino Norberto Schimon, qui pontificii seminarii Pragensis alumnus fuerat, die 23. Januarii 1667 ad S. Cong^nem de P. F. missis („Collegii: S. Pietro Montorio, Praga 28, 29. Num. 377“ fol. 325) a tergo haec ascripta sunt: „Collegii, Praga [= intitulatio]. || Liubanow 23. Januarii 1667 [= locus diesque literis ascriptus]. || Martino Norberto Schimon [= eius, qui literas dedit, nomen].“ — In calce literarum ab Ernesto Ad. cardinali ab Harrach ad S. Cong^nem de P. F. Romae die 7. Augusti 1667 scriptarum („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 323) solum verba: „Germania num^o 23“ leguntur, a tergo autem nihil ascriptum est.

bant: intitulatio, quae aliquando deest, cardinalis ponentis nomen, decreti summarium, quod nonnunquam in separata chartae plagula scribebatur, dies congregationis generalis, in qua de literis ad S. Cong^nem de P. F. relatum est, cum vel sine decreti numero, qui interdum a die etiam separabatur, decreti rescriptum, secretarii nomen subscriptum (non autem semper), voluminis indicatio, quae vero inde ab anno 1669 cum volumine, in quo hodie literae ipsae reperiuntur, non congruit brevique omnino intermissa est.[510]) Alias — praecipue inde ab anno 1669 — multis epistolis solum congregationis, ad quam pertinebant, dies decretique in ea facti numerus, aliis — praesertim anno 1668 — intitulatio cum die literis ascripto, personae, quae eas dedit, nomine et voluminis indicatione, aliis nihil a tergo addebatur.[511]) Praeterea singulis literarum allatarum, libellorum suplicum, summariorum etc. fasciculis ad singula decreta spectantibus inde ab anno 1669 ineunte aut in fronte aut in praecendente char-

[510]) In volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327“ (fol. 338) summarii in congregatione generali die 19. Novembris 1668 recitati commentarius isque brevior, quam illud decreti summarium, quod in „Actis S. C. de P. F. anno 1668“ fol. 248—248 b legitur, reperitur; ab eius tergo (fol. 339 b) intitulatio („Boemia“), cardinalis ponentis nomen („S^r cardinal Barberini“), dies, quo congregatio peracta est („Die 19. Novembris 1668“), decreti in ea facti rescriptum („Habeatur informatio de statu huius negotii ∝“), secretarii nomen subscriptum („F. archiepiscopus Caesariensis secretarius“), voluminis indicatio („Germania num^o 23“) et praeterea verba: „Nuovo sommario più breve“ ascripta sunt. — Literis a Fr. Gabriele Angelo Rossi, missionario ordinis Minorum Conventualium s. Francisci in Polonia, die 25. Novembris 1668 ad Fridericum Ubaldi Baldeschi datis („Scritture riferite in S. Cong^ne 15 Genaro e 26 Marzo 1669. Num. 418“ fol. 28) a tergo (fol. 35 b) haec scripto addita sunt: „Moldavia“ (= intitulatio), „S^r cardinal Orsino“ (= cardinalis ponentis nomen), „Fu permesso dall' Em^ze Vostre ∝“ (= decreti 13^i in generali congregatione die 15. Januarii 1669 facti summarium), „Die 15. Januarii 1669. 13“ (= congregationis dies cum decreti numero), „Gaudeat impetratis“ (= decreti rescriptum), „F. archiepiscopus Caesariensis secretarius“ (= secretarii nomen subscriptum), „Illirico num^o 38“ (= voluminis, in quo literae aliquando fuerant, indicatio). — A libelli supplicis nomine Matthaei Ferdinandi Zoubek ad S. Cong^nem de P. F. anno 1669 porrecti („Scritture riferite in S. Cong^ne 2 Aprile ∝ 1669. Num. 419“ fol 134) tergo (fol. 135 b) intitulatio, cardinalis ponentis nomen, dies congregationis cum decreti numero („Die 2. Aprilis 1669. 35“), decreti rescriptum, subscriptum secretarii nomen ascripta sunt; decreti autem summarium ibidem fol. 133 legitur, et ei a tergo (fol. 136 b) iterum congregationis dies cum decreti numero („2. Aprilis 1669. Num^o 35“) scripto additus est.

[511]) A tergo computi, quem Thomas Javornický, ecclesiasticae capsae salis registrator, 14. Junii 1670 ad S. Cong^nem de P. F. misit, haec leguntur: „Num^o 19 cong^ne 5 Settembre 1672“ („Scritture riferite nelle congregazioni generali de 2 Agosto e 5 Settembre 1672. Num. 435“). — Epistolae ab Antonio Pignattelli, archiepiscopo Larissensi apostolicoque nuntio Viennensi, die 8. Augusti 1668 ad S. Cong^nem de P. F. missae („Colleggii 30, 31, 32, 33: Scozzese di Roma, Viennense ∝. Num. 378“ fol. 262) a tergo solum intitulatio („Collegii: Vienna, Praga, Olmitz“), dies literis ascriptus („Vienna 8 Agosto 1668“), eius, qui literas dedit, significatio („Monsr nuntio“), voluminis indicatio („Collegii num^o 31“) scripto sunt addita.

tae plagula et a tergo congregationis generalis, ad quam pertinebant, dies decretique numerus ascribebantur, perinde ac ante omnes ad singulas congregationes pertinentes fasciculos in separata chartae plagula titulus, qui congregationem indicabat, poni solebat.[512])

Eadem varietas, quam a tergo literarum allatarum Friderico Ubaldi Baldeschi S. Cong^nis^ de P. F. cancellariam regente deprehendimus, aliquot eius successorum tempore perduravit, imo aliquando etiam novi aliquid accedebat: Silvius de Cavalieri ex. gr. eo loco — raro quidem — etiam diei, quo congregatio habita est, nomen, quod tunc in „Actorum" exordio non scribebatur, nonnumquam aut R. literam aut verbum: „Risposto" cum die, mense, anno apponebat,[513]) quae literae et verba cum die, mense, anno addito longe saepius a tergo literarum in congressu cardinalis praefecti cum secretario relatarum leguntur (v. inferius), quam in literis, de quibus ad generales congregationes relatum est; hunc enim morem etiam nonnulli Silvii de Cavalieri successores secuti sunt, qui tamen aliquando etiam aliis verbis usi sunt.[514])

[512]) In primo voluminis „Scritture riferite in S. Congreg. 15 Genaro e 26 Marzo 1669. Num. 418" folio verba: „Scritture della congregazione generale delli 15 Gennaro 1669" scripta sunt.

[513]) A tergo literarum a Marco Antonio Santini internuntio Viennensi die 28. Aprilis 1708 ad S. Cong^nem^ de P. F. datarum congregationis generalis, in qua de iis relatum est, dies hoc modo scriptus est: „Die Lunae 4. Junii 1708" („Scritture orig. riferite nelle cong^ni^ generali de 27 Marzo ∝ 1708. Num. 562": „cong^ne^ 4 Giugno num^o^ 31"). — Aliis literis Cairo die 8. Februarii 1711 ad S. Cong^nem^ de P. F. missis a tergo verba: „R. 28 Marzo 1711" ascripta sunt, quamquam de iis ad S. Cong^nem^ demum die 20. Aprilis 1711 relatum est („Scritture orig. riferite nelle cong^ni^ generali delli 20 Aprile ∝ 1711. Num. 577": „cong^o^ 20. Apr. 1711 num^o^ 38"). — A tergo epistolae a Fr. Casimiro Silesiaco, ordinis Minorum de Observantia s. Francisci missionario, die 26. Februarii 1714 ad Silvium de Cavalieri ipsum datae praeter intitulationem reapse verba: „Risposto li 21 Aprile 1714" leguntur, licet de ea demum die 14. Maii 1714 ad S. Cong^nem^ de P. F. relatum sit („Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali delli 20 Marzo ∝ 1714. Num. 592": „cong^o^ 14 Maggio 1714 num^o^ 18"). — V. supra, pag. LXX cum annot. 200 et pag. CXVIII. cum annot. 330. Conf. Dr. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte V. (Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, 144 Bd. Wien 1902, VIII.) pag. 50.

[514]) „R. ai 18 Marzo 1724" ex. gr. a tergo literarum a Fr. Venusto Friburgensi Capucino Pragae die 29. Januarii 1724 ad Petrum Aloisium Caraffa, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, datarum (v. supra in annot. 385 et 397) legitur („Scritt. orig. rifer. ∝ 1724. Num. 643": „cong^o^ 3. Julii 1724 num^o^ 21"). — Verba: „R. ai 14 Febbraio 1729" literis a Fr. Faustino Szymanski, missionariorum Petropoli degentium vicepraefecto, die 24. Decembris vet. st. 1728 (4. Jan. 1729) ad S. Cong^nem^ de P. F. missis Bartholomaei Ruspoli tempore in margine ascripta sunt („Scritt. orig. rif. ∝ 1729. Num. 663": „cong^ne^ 14 Febb. num^o^ 21"). — A tergo epistolae e secretaria status die 16. Februarii 1733 ad Nicolaum Forteguerri secretarium scriptae verba: R. ai 28 Febbr. 1733" leguntur („Scritt. orig. rif. ∝ 1733. Num. 674": „cong^ne^ 26 Genn^o^ num^o^ 17"). — Libello supplici a Fr. Michaele Rubnyanszki clerico ad S. Cong^nem^ de P. F. anno 1738, quo Philippus Maria Monti secretarii munere fungebatur, dato praeter alia haec verba a tergo sunt ascripta:

Petrus Aloisius Caraffa secretarius iis, quae literis allatis a tergo ascribebantur, nomen subscribere desiit, quod exemplum eius successores secuti sunt, excepto Stephano Borgia secretario (1770—1789) et eius successore Felice Antonio Zondadari archiepiscopo Adanensi (1789—1795), quorum nomen subscriptum a tergo illarum praesertim literarum allatarum legitur, quibus decreti rescriptum ibidem est additum.[515])

Summatim haec dici possunt: numerus eorum, quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria literis (libellis etc.) allatis scripto addebantur, progrediente tempore deminuebatur libellisque supplicibus a tergo (in margine) plerumque plura, quam literis allatis scribi solebant. Plurimis literis allatis solum dies congregationis, ad quam pertinebant, aut cum aut sine intitulatione et decreti numero a tergo

„Si è scritto il dì 29 Marzo 1738" („Scritt. orig. rifer. ∝ 1738. Num. 695": „cong^ne^ 14 Aprile num^o^ 16"). — A summarii cuiusdam in generali congregatione die 14. Aprilis 1738 recitati (ibidem: „cong^ne^ 14 Apr. num^o^ 36") tergo verba: „Spedita li 19 detto [Aprile]" leguntur. — Libello supplici a generali Capucinorum procuratore ad S. Cong^nem^ de P. F. anno 1766, quo Marius Marefoschi eiusdem S. Cong^nis^ secretarius erat, dato praeter alia haec verba sunt a tergo ascripta: „Fu scritta lettera per l' esame a Monsr vescovo d' Olmitz li 24 Gennaro 1767 e le furono accluse le patenti" („Scritt. orig. rif. ∝ 1766. Num. 816": „cong^ne^ 24 Novembre num^o^ 16").

[515]) In volumine „Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali de 21 Agosto ∝ 1775. Num. 843": „cong^ne^ 18 Settembre num^o^ 8" Antonii Petri Příchovský a Příchovic archiepiscopi Pragensis literae die 19. Augusti 1775 scriptae leguntur, quibus in separata chartae plagula summarium additum est, verbis: „Boemia. — 18. Septembris 1775" inscriptum, cui a tergo haec ascripta sunt: „Boemia. || In congregatione generali die 18. Septembris 1775. || Pro approbatione. || S. Borgia secretarius. || [num^o^] 8". — Contra autem a tergo libelli supplicis vicarii capitularis Reginohradecensis nomine S. Cong^ni^ de P. F. porrecti („Scritt. orig. delle cong^ni^ generali de' 17 Gennaro ∝ 1780. Num. 853": cong^ne^ **8. Maggio** num^o^ 9") solum verba: „Boemia. || Die **22. Aprilis** 1780. || Ad S. Officium" leguntur: ubi, licet decreti rescriptum, quod cum decreti noni in actis congregationis generalis die 8. Maii 1780 habitae contenti rescripto („Acta S. C. de P. F. de anno 1780" fol. 54) ad literam congruit, non desit, subscriptum secretarii nomen non reperitur. — Libello supplici Fr. Eduardi Ceniger ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci nomine S. Cong^ni^ de P. F. dato („Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali de 4 Marzo ∝ 1793. Num. 895": „cong^ne^ 22 Aprile num^o^ 10") a tergo haec sunt adiecta: „Albania, Pulati [= intitulatio]. || In congregatione generali 22. Aprilis 1793 Em^mi^ annuerunt pro gratia iuxta decreta pontificia [= rescripti commentarius]. || A. archiepiscopus Adanensis secretarius [= secretarii nomen subscriptum]. || Relato ∝ [= rescripti alter commentarius]." — Stephanus Borgia secretarius aliquando etiam decretis in congressu cardinalis praefecti cum secretario factis, quae a tergo literarum in congregationibus generalibus relatarum interdum, raro quidem, leguntur (v. supra in annot. 355), nomen subscripsit: a tergo literarum ab Antonio Petro Příchovský archiepiscopo Pragensi die 19. Septembris 1777 ad Pium VI. datarum („Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali delli 11 Agosto, del 1° e 15 Settembre e de' 28 Novembre 1777. Num. 847": cong^ne^ **28. Novembre** num^o^ 16") haec ascripta sunt: „Boemia. Cassa ecelesiastica del sale [= institulatio]. || **13. Novembre** [= dies, quo congressus habitus est]. || Si unisca ai conti precedentemente venuti per averne ragione nella prima congregatione [= eiusdem congressus decretum]. || S. Borgia secretarius [= secretarii nomen subscriptum]."

adiiciebatur; a libellorum supplicum tergo saepius dies, quem modo diximus, cum intitulatione et decreti numero atque decreti rescriptum leguntur.[516])

Mirum est, quod, quae tantas tamque varias annotationes literis allatis, sive in literarum in congregationibus generalibus relatarum, sive in aliarum serie reperiuntur, a tergo aliisque locis adiiciebat, S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria diem, quo ei allatae sunt, iis nullibi ascribebat, qui mos tamen omnibus fere curiae Romanae cancellariis communis erat.[517]) Qui defectus varie reparatur: quo temporis spatio literae tam ab exterioribus partibus Romam, quam Roma foras allatae sint, primo ex aliis annotationibus a literarum tergo apponi solitis, dein e nonnullis literarum cum allatarum tum missarum verbis comperimus.[518]) Hoc temporis spatium e modo, quo literae mittebantur,

[516]) Literis a Fr. Carolo Luccensi, missionariis ordinis Minorum Reformatorum de Observantia s. Francisci Petropoli praefecto, die 15. Novembris 1749 ad S. Congnem de P. F. datis („Scritt. orig. rifer. nelle congni gen. de 20 Genno ∝ 1750. Num. 743“: „congne 16 Febbraio numo 13“) a tergo haec ascripta sunt: „Moscovia. || 16. Februarii 1750. || 13“. — A tergo literarum a P. Francisco Xaverio Heissler, provinciae Bohemiae Soc. Jesu ministro provinciali, die 24. Aprilis 1748 ad S. Congnem de P. F. datarum („Scritt. orig. rif. nelle congni gener. del 1o ∝ Luglio 1748. Num. 737“: „congne 1 Luglio numo 8“) haec leguntur: „Boemia. || Prima Julii 1748“. — Libello supplici Fr. Jacobi Cremsiriensis, missionum ordinis Minorum de Observantia Reformatorum in Aegypto praefecti, nomine S. Congni de P. F. anno 1751 porrecto („Scritt. orig. rifer. nelle congni gener. de 9 Agosto ∝ 1751. Num. 748“: „congne 9 Agosto numo 8“) a tergo haec adiecta sunt: „Egitto. || 9. Augusti 1751. || 8“. — A tergo libelli supplicis a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Congni de P. F. dati („Scritt. orig. rifer. nelle congni generali de' 19 Genno ∝ 1762. Num. 792“: „congne 19 Gennaio numo 1“) haec leguntur: „In congregatione generali die 19. Januarii 1762. || Scribatur domino nuntio ad effectum eos examinandi [= decreti rescriptum]. || 1 [decreti numerus]“. — Alii libello supplici Mauritii de Strachwitz, episcopi Tiberiadensis suffraganeique Vratislaviensis, nomine S. Congni de P. F. porrecti (ibidem: „congne 19 Gennaio numo 11“) haec addita sunt: „Germania. || In congregatione generali die 19. Januarii 1762. || Dentur facultates, durante absentia episcopi a residentia [= decreti rescriptum]. || Ex audientia Smi die 24. dicti Smus benigne annuit [= audientiae acta]. || 11 [= decreti numerus].“

[517]) Conf. Dr. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte I. (Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, 133 Bd., Wien 1896, Num. IX) pag. 122; Römische Berichte II. (ibidem, 135 Bd., Wien 1896, Num. X) pag. 152; Römische Berichte III. (ibid., 141 Bd., Wien 1899, Num. IV) pag. 105—107, 129—137; Jos. Šusta, Die römische Kurie und das Konzil von Trient unter Pius IV. Tom. I. (Viennae 1904) pag. 4, 9, 14, 18, 21, 25, 28, 30, 32 et al.; tom. II. (ibid. 1909) pag. 1, 9, 10, 17, 18, 21, 24 et al.; tom. III. (ibid. 1911) pag. 6, 8, 9, 12, 15, 25 et al.; Walt. Friedensburg, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1533—1539 nebst ergänzenden Actenstücken. I. Bd. Nuntiaturen des Vergerio 1533—1536 (Gotha 1892) pag. 112, 185, 189, 190, 191 et al.; idem, Nuntiatur des Bischofs Pietro Bertano von Fano 1548—1549. Nuntiaturberichte aus Deutschland ∝. Erste Abteilung 1533—1539. XI. Bd. (Berlin 1910) pag. 7, 69, 72, 75, 196 et al.; Dr. Fr. Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morones vom deutschen Königshofe 1539, 1540 (Paderborn 1892) pag. 166, 170, 172, 174 et al.

[518]) Si ex. gr. a tergo literarum a Carolo Carafa, nuntio ad aulam imperialem die 10. Septembris 1622 Vienna ad S. Congnem de P. F. datarum (v. infra, num. 19) verba:

pendebat: brevissimum erat, quando literas veredarius dedita opera missus (quem italice ‚corriere espresso‘ vocabant), longius, si eas ordinarius cursor publicus (italice ‚l'ordinario‘ dictus), longissimum, si aut quae persona privata eas perferebat, aut veredarius cursorve publicus quo incommodo in itinere affectus, sero venit;[519]) at

„Lecta die 17. Octobris 1622“ (v. infra, pag. 82) et a tergo aliarum a Fr. Jacobo de Bagnacavallo die 15. Septembris 1622 Casali ad eandem S. Congnem missarum (v. infra, num. 20 pag. 83) eadem verba legimus, illas dierum maxime 38, has 34 ut plurimum dierum spatio S. Congni de P. F. allatas esse constat. — Eiusdem Fr. Jacobi de Bagnacavallo literae die 9. Julii 1622 Graetii ad S. Congnem de P. F. scriptae, quibus in eiusdem S. Congnis cancellaria a tergo verba: „Die 2. Augusti 1622. Agantur gratiae ∝“ addita sunt (v. infra, pag. 49 num. 10), dierum 25 ubi plurimum spatio Romam pervenerunt. — Literas a Carolo Caraffa nuntio Viennensi Vienna die 25. Decembris 1660 ad Marium Alberici Romam missas („Collegii 10: colleg. Germanico ∝. Num. 369“ fol. 163), quibus a tergo praeter diem iis ascriptum, eius, qui eas dedit, significationem („Monsr nuntio di Germania“) et earum summarium haec a tergo adiecta sunt: „Die 14. Decembris 1660 [= dies, qui nonnullis aliis epistolis allatis in fronte ascriptus est (v. supra, pag. CIC et annot. 503) diemque, quo congregatio generalis, in qua de eodem negotio tractatum est, significat]. || Reponatur [= decreti rescriptum]. || 47. 6. 4 [v. supra, pag. CIC et annot. 504]“, ante diem 7. Martii 1661, quo 47a congregatio generalis peracta est, Romam perlatas esse apparet. — Si a tergo literarum a Dominico Passionei, archiepiscopo Ephesino nuntioque Viennensi, die 4. Julii 1733 ad S. Congnem de P. F. datarum („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1733. Num 40“ fol. 128) praeter G literam (v. supra, pag. LXX) verba: „4 Luglio 1733 [= dies literis ascriptus] et „Res[critto] 25 Luglio 1733“ in eiusdem S. Congnis cancellaria adiecta sunt, literas ipsas ante hunc diem Romam pervenisse manifestum est. — Verba, quae in literarum a Friderico Ubaldi-Baldeschi, S. Congnis de P. T. secretario, die 19. Januarii 1669 ad Antonium Pignattelli, archiepiscopum Larissenum nuntiumque Viennensem, missarum („Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53“ fol. 20) exordio leguntur, et quidem: „Con lettera de 29 scorso [Dicembre 1668] diretta a questa S. Congne Si è compiaciuta V. Sia Illma significare ∝“ ostendunt hasce nuntii, quem diximus, literas spatio 22 ubi plurimum dierum Vienna Romam pervenisse. — Literarum a [Fr. Michaele Tipper, collegii immaculatae Conceptionis Fratrum Minorum Hibernorum s. Francisci Pragensis] guardiano Pragae die [29.] Martii 1773 ad ordinis eiusdem ministrum generalem scriptarum („Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga dall' anno 1580 ∝. Num. I“ fol. 752—753; v. supra in annot. 422 et 443) exordium verbis: „Benignissimas V. Pattis Revmae literas die 10. Februarii datas 21. huius tantummodo accepi ∝“ probat hasce ministri generalis literas Roma Pragam quadragesimo die esse allatas.

[519]) Veredariorum dedita opera missorum, licet dubium esse non possit, quin multae literae per eos S. Congni de P. F. allatae sint, nusquam fere fit mentio, saepissime autem ordinariorum cursorum publicorum, qui statutis diebus horisque iter incipiebant perficereque, si fieri poterat, debebant. In literarum a Fr. Octaviano Ravennate ordinis Minorum Conventualium s. Francisci Vienna die 29. Septembris 1629 ad Franciscum Ingoli missarum exordio („Visite e colleg. ed univers. 1635. Num. 13“ fol. 307) ex. gr. haec legimus: „Nell' ultima mia dell' ordinario passato non scrissi parola più del provincialato ∝“, et in literis a S. Congne de P. F. die 1. Augusti 1761 ad [Vitalianum Borromei, archiepiscopum Thebarum] ad aulam imperialem nuntium apostolicum scriptis („Lettere della S. Congne dell' anno 1761. Num. 198“ fol. 263b) haec: „Due sono le lettere scrittemi da V. Sia in data de' 18 Luglio caduto e pervenutemi nel presente ordinario ∝.“ — Per personas privatas praesertim literae commendatitiae, nonnunquam etiam aliae perferebantur. Epistola ex. gr. a Camillo cardinali Paolucci Merlini, apostolico nuntio Viennensi, die 19. Octobris 1743 ad S. Congnem de P. F. missa („Scritture riferite nei congressi: „Germania

neque veredarii data opera missi neque cursores publici eodem semper tempore idem iter perficiebant: generatim atque universe aestate literae celerius quam hieme perferebantur, quolibetque anni tempore coeli status momentum faciebat.[520]) Pari modo pacis bellique rationes in regionibus percurrendis viarumque obsessores vias aut tutiores aut minus tutas reddentes literas aut accelerabant, aut retardabant, aut penitus perdebant.[521]) Fiebat etiam, ut literae iusto quidem tempore a cursoribus ordinariis perlatae retardarentur, si verba

e missioni settentrionali ∞. Num. 9" — v. supra in annot. 426 et 458) verbis: „A vista del benignissimo foglio dell' Emze Vostre dei 16 del passato Luglio recatomi sul principio della cadente settimana [13.—19. Octobris] dal P. Bernardino Lappan Minore Osservante mi sono fatto ad offerirgli tutta la mia assistenza ∞" literas commendatitias cardinali allatas spectat. — Alius generis sunt literae a Matthaeo Josepho Petercka, missionario apostolico canonicoque curato in Elten, die 17. Novembris 1749 ad [Nicolaum Lercari] S. Congnis de P. F. secretarium datae (ibidem sine fol.), in quibus haec verba leguntur: „.... come V. Sia Eccelma e Revma potrà vedere dalli attestati di Monsr nunzio apostolico di Cologna [Girolamo Spinola arcivescovo di Laodicea] mio ordinario nomine Smi, quali il sr Kleynen ch' avrà l' onore di presentare la presente, ha nelle mani ∞." — Eodem literae a Hieronymo Salari, Viennensis nuntiaturae auditore, Vienna die 7. Julii 1765 Romam ad Josephum Mariam cardinalem Castelli, S. Congni de P. F. praefectum, missae („Congni partri sopra la cassa ecclesca del sale in Boemia ∞. Num. 46" fol. 346) pertinent, quae verbis: „Ritornando a Roma il segretario di Monsr Visconti, nunzio in Polonia, mi prevalgo del medesimo per trasmettere a V. Emza li conti delle due casse ecclesiastiche del sale e de' parochi di Boemia ∞" incipiunt. — Conf. Dr. Jos. Rübsam, Zur Geschischte des internationalen Postwesens im 16. und 17. Jahrhunderte nebst einem Rückblick auf die neuere historisch-postalische Literatur (in Historisches Jahrbuch XIII. München 1892 pag. 25, 35, 37, 39 sqq.); Dr. F. Ohmann, Die Anfänge des Postwesens und die Taxis (Leipzig 1909) pag. 62, 63, 135, 270, 275, 281, 282, 284—292; Dr. Th. R. v. Sickel, Römische Berichte III. (in Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften Bd. 141, Wien 1899 Nr. IV) pag. 116—117; Jos. Šusta, Die römische Kurie und das Konzil von Trient unter Pius IV. Tom. II. Viennae 1909 pag. 1 (num. 1), 32 (num. 12a), 175 (num. 49), 180 (num. 50); pag. 98 (num. 34); pag. 9 (num. 2), 17 (num. 5), 21 (num. 7); Arn. Osk. Meyer, Die Prager Nuntiatur des Giovanni Stefano Ferreri und die Wiener Nuntiatur des Giacomo Serra (1603—1606). Erste Hälfte, Berlin 1911 (Nuntiaturberichte aus Deutschland ∞. IV. Abteilung) pag. 45 (num. 73), 49 (num. 78).

[520]) Conf. Ottavio Codogno, Nuovo itinerario delle poste per tutto il mondo (Venetiis 1666) pag. 73—74; Dr. Jos. Rübsam, l. c. pag. 59, 61, 72; Dr. F. Ohmann, Die Anfänge des Postwesens und die Taxis (Leipzig 1909) pag. 252, 253.

[521]) Carolus Carafa nuntius Viennensis in literis die 26. Januarii 1628 Praga Romam ad Ludovicum cardinalem Ludovisi missis haec scribit: „Mi sono giunte in questa settimana due di V. Sia Illma de 22 e 24 Decembre, tutte due aperte, che mi doveano capitare nella passata, nella quale fu svaligiata la posta ∞" („Lettere di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 29). — In literis a Fr. Angelico Tapparelli, provinciae Bohemiae ordinis s. Augustini ministro provinciali, die 11. Septembris 1638 ad Franciscum Ingoli datis („Lettere di Germania ∞ 1638. Num. 80" fol. 154) haec leguntur: „E perchè l' aggiunte sono di qualche rilievo per la mia religione, ho preso ardire inviarle a V. Sia Illma e Revma sotto nome de Propaganda, acciò vengano sicure, gia ch' altre mandate per Mantua sono smarrite, e per Venetia si dilungano un' ordinario ∞". — Conf. Dr. Fr. Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morones vom deutschen Königshofe 1539, 1540 (Paderborn 1892) pag. 37 (num. 21); Jos. Šusta, Die römische Curie ∞. Tom. I. (Wien 1904) pag. 238 (num. XXV); Dr. Fr. Ohmann, Die Anfänge des Postwesens und die Taxis, pag. 271 sqq., 281, 282.

quibus personae, ad quam datae sunt, inscribebantur, eius habitationem non satis clare indicabant, aut si persona, ad quam missae sunt, inveniri non potuit.[522])

Seculo XVII. per cursores ordinarios, perinde ac seculo XVII. exeunte et seculo XVIII. per redas cursuales Praga Romam vel Roma Pragam literae 21—32 dierum spatio perferri solebant.[523]) Exempla eiusmodi crebra in S. Congnis de P. F. archivio reperiuntur; nonnullae autem literae breviore (v. gr. minore quam 17, 19, 20 dierum) spatio, aliae etiam multo longiore tempore afferebantur.[524]) Epistola

[522]) D. Franciscus Hieronymus Oprandi Barnabita in literis die 19. Augusti 1654 ad Dionysium Massari, S. Congnis de P. F. secretarium, missis („Germania, Austria ∞ ad annum 1656. Num. 335" fol. 183) ita scribit: „Con l' ordinario di lunedì prossimo passato [17. Aug.] ho insieme ricevute tre benignissime lettere di V. Sia Illma sotto li 18, 25 e 31 del caduto, le quali per aventura si sono qui fermate alla posta, per essere inviate a Vienna senza l'aggiunta di San Michele ch' è il titolo di questa nostra chiesa e collegio ∞." — Josephus Garampi, episcopus Montis Falisci et Corneti atque ad aulam imperialem nuntius, die 24. Novembris 1783 ad Leonardum cardinalem Antonelli haec scripsit: „Fummi tempo fa rimessa con altre lettere della S. Congne anche quella che qui ritorno, diretta al conte Giovanni Giacomo di Flinelli. Come V. Emza vedrà, ha essa fatti varj e lunghi giri per varie poste e in niun luogo è stata riscossa ∞" („Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga dall' anno 1580 ∞. Num. I." fol. 769). — Conf. Dr. Jos. Rübsam, Zur Geschichte des internationalen Postwesens ∞ (in Historisches Jahrbuch XIII.) pag. 71.

[523]) Conf. Dr. Jos. Rübsam, Zur Geschichte des internationalen Postwesens ∞, pag. 29; Fr. Ohmann, Postgeschichte (in Deutsche Geschichtsblätter, X. Gotha 1909) pag. 276—277.

[524]) Literae, quas Fr. Basilius Adriensis (Belga) Capucinus die 29. Januarii 1639 Praga ad Franciscum Ingoli misit, spatio ubi plurimum 22 dierum Romam allatae sunt; a tergo enim earum verba: „R[esponsum] die 19. Februarii 1639" Franciscus Ingoli ipse ascripsit („Lettere di Germania ∞ 1639. Num. 81" fol. 77). Etiam breviore tempore aliae eiusdem primi S. Congnis de P. F. secretarii literae ad [Gasparum de Questenberg] abbatem monasterii Montis Sion die 8. Januarii 1639 datae Roma Pragam perlatae sunt; in illis enim (a Fr. Basilio Belga dico scriptis) haec verba legimus: „.... Hora sono tutto consolato dopo havermi hier l' altro [27. Januarii] mostrato l' abbate di Strahoff la lettera di V. Sia scritta a lui sotto li 8 del cadente ∞" (ibidem). Minore quam 22 dierum spatio etiam eiusdem Francisci Ingoli literae die 3. Julii 1638 ad Ernestum Ad. cardinalem ab Harrach scriptae („Lett. di Germania ∞ 1633. Num. 80" fol. 130), item aliae ab eodem S. Congnis de P. F. secretario die 7. Novembris 1637 ad Fr. Basilium Adriensem Capucinum Roma Pragam missae („Lett. di Germania ∞ 1637. Num. 79" fol. 167) sunt perlatae; 22 dierum spatio literae ab eodem Francisco Ingoli die 7. Maii 1639 ad eundem Fr. Basilium scriptae („Lettere di Germania ∞ 1639. Num. 81" fol. 88), perinde ac aliae a S. Congne de P. F. ad Fr. Michaelem Tipper die 17. Julii 1773 datae („Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga dall' anno 1580 ∞. Num. I." fol. 759) Roma Pragam allatae sunt. Epistola a S. Congne de P. F. die 25. Septembris 1765 ad Antonium Petrum comitem Příchovský archiepiscopum Pragensem missa („Scritture riferite nei congressi: Germania ∞ dal 1761 al 1770. Num. 11") 25 dierum, ut plurimum, spatio Roma Pragam perlata est. Literas a Francisco Ingoli die 28. Martii 1637 Romae scriptas Casparus a Questenberg Pragae die 25. Aprilis 1637 (i. e. vicesimo quinto die) accepit („Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 7). Ad literas a Fr. Valeriano a Magni Capucino Pragae die 2. Julii 1633 datas („Lett. di Germania ∞ 1633. Num. 75" fol. 73) Franciscus Ingoli die 30. Julii eiusdem anni, ideo vicesimo nono die, respondit. Literas ab eodem secretario Romae die 31. Martii 1635 scriptas D. Floridus Cremona Pragae die 2. Maii 1635 (i. e. tricesimo tertio die) ha-

a Francisco Ingoli ad Fr. Basilium Belgam Capucinum die 22. Aprilis 1636 Roma Pragam scripta, ad quam idem F. Basilius iam die 3. Maii eiusdem anni (i. e. undecimo die) respondit, certocertius saltem aliquantum viae, si non iter totum, per veredarium dedita opera missum perfecit; hi enim veredarii iter Roma Mediolanum $2^1/_2$—3 diebus, Mediolano Pragam $5^1/_2$—6 diebus faciebant.[525]) Congruente temporis spatio aut modo breviore modo longiore literae e variis Bohemiae, Moraviae, Silesiae, Lusatiae locis Romam perferri solebant, quae partim per Pragam, partim per Viennam mittebantur.[526])

buit („Lett. di Germania 1635. Num. 77" fol. 58). Literae ad Fr. Michaelem Tipper a generali ordinis s. Francisci de Observatia ministro die 10. Februarii 1773 missae Roma Pragam quadragesimo die sunt allatae (v. supra in annot. 518). Epistolam a Francisco Ingoli die 4. Decembris 1627 Romae datam P. Valerianus a Magni Capucinus demum mense Februario ineunte (post 5. Februarium) anni 1628 habuit; haec igitur epistola iter suum 64 dierum (ubi minimum) spatio perfecit. — Contra autem ad literas, quas ad Ferdinandum comitem Khünburg archiepiscopum Pragensem eius in curia Romana procurator, cui cognomen Merenda erat, die 27. Augusti 1729 misit, archiepiscopus iam die 14. Septembris 1729, i. e. undevicesimo die, rescripsit („Cogni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39").

[525]) In literis a Fr. Basilio Adriensi (Belga) Capucino Pragae die 3. Maii 1636 ad Franciscum Ingoli scriptis („II. Boemia ab anno 1630 ∞. Num. 215" fol. 87) haec verba leguntur: „Accuso la lettera di V. Sia Revma delli 22 passato ∞". — Conf. Dr. Jos. Rübsam, Zur Geschichte des internationalen Postwesens im 16. und 17. Jahrhunderte ∞, pag. 72.

[526]) Literae, quas Fr. Aemilius Cibo, ordinis Minorum s. Francisci Conventualium in Bohemia minister provincialis, die 27. Novembris 1633 Pardubicio ad [Cyriacum Rocci] nuntium Viennensem et hic nuntius Vienna Romam ad S. Congnem de P. F. misit („Lett. di Germania ∞ 1633. Num. 75" fol. 28), iam in generali congregatione 186a die 16. Decembris 1633 peracta, quod ex annotatione ab earum tergo posita apparet, recitatae sunt; minore igitur quam 20 dierum temporis spatio iter suum perfecerunt. Epistola ab Antonio cardinali Barberini Romae die 5. Novembris 1633 ad Franciscum cardinalem Dietrichstein data (ibidem fol. 7) Nicolspurgum die 25. eiusdem mensis et anni (i. e. vicesimo primo die) allata est. Contra vero Fr. Josephus Polonus Capucinus S. Congnis de P. F. literas die 8. Octobris 1641 scriptas demum 13. Februarii 1642, id est centesimo undetricesimo die, accepit („Lett. di Svizzera ∞ 1642. Num. 85" fol. 274). — Literae a Fr. Antonio Specht, missionario apostolico ordinis Minorum Conventualium s. Francisci, Vratislaviae die 16. Octobris 1645 ad Franciscum Ingoli datae („Lett. di Germania ∞ 1645. Num. 90" fol. 139) his verbis incipiunt: „Gli 14 del corrente ricevo la amorevole lettera di V. Sia Illma e Revma sotto gli 2 del passato in Roma ∞", unde apparet illam Francisci Ingoli epistolam Roma Vratislaviam quadragesimo tertio die pervenisse. — Georgius comes ab Oppersdorf literis die 30. Aprilis 1632 scriptis („Lett. di Germania ∞ 1632. Num. 74" fol. 49) testatur S. Congnis de P. F. epistolam Romae die 21. Februarii 1632 datam die 23. Aprilis (i. e. 63o die) ipsi esse allatam. — Ad literas a S. Congne de P. F. ad Jacobum de Baerenstamm, episcopum Pergamensem decanumque Budissinensem, die 7. Aprilis 1770 missas („Lett. della S. Congne dell'anno 1770. Num. 216" fol. 148 b) idem decanus die 20. Aprilis 1770 (i. e. decimoquarto die) rescripsit („Scritt. orig. riferite ∞ 1770. Num. 829": „congne 30 Luglio numo 11). — Literis a P. Edmundo Duban abbate Neocellensi in Lusatia die 10. Julii 1784 ad Josephum Garampi nuntium Viennensem datis et ab eodem nuntio Romam ad S. Congnem de P. F. missis, haec S. Congo iam die 27. Julii 1784 (i. e. decimooctavo die) rescripsit („Scritt. non riferite dall' anno 1779 ∞: Missioni settentrionali ∞. Num. 13" fol. 377). — Conf. W. Friedensburg, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1533—1559 nebst ergänzenden Acten-

Praga Viennam literae data opera missae iam die proximo perferri solebant; si cursores ordinarii eas ferebant, longiore tempore opus erat.[527]) Vienna Romam (vel Roma Viennam) literae per veredarios dedita opera missos portatae 7—9, literae cursoribus ordinariis traditae 18—28 dierum spatio afferri solebant, aliae autem minore, aliae longe maiore temporis spatio perveniebant.[528])

stücken. I. Band. Nuntiaturen des Vergerio 1533–1536 (Gotha 1892) pag. 159 (num. 53), 162 (num. 54), 173 (num. 60), 185 (num. 64), 189 (num. 66), 190 (num. 67), 191 (num. 68), 193 (num. 69), 195 (num. 70), 219 (num. 81), 224 (num. 82), 241 (num. 89), 249 (num. 92), 286 (num. 107) et al.; Arn. O. Meyer, Die Prager Nuntiatur des Giovanni Stefano Ferreri und die Wiener Nuntiatur des Giacomo Serra (1603–1606). I. Hälfte (Nuntiaturberichte aus Deutschland ∞. IV. Abteilung. Berlin 1911) pag. 7 (num. 19, 21), 8 (num. 22), 18 (num. 36), 19 (num. 40), 22 (num. 44), 47 (num. 74), 59 (num. 91), 99 (num. 143 a), 149 (num. 190), 193 (num. 267 f) et al.; Dr. Rob. Reichenberger, Germanico Malaspina und Filippo Sega. Giovanni Andrea Caligari in Graz (Nuntiaturberichte aus Deutschland ∞ 1585 (1584)–1590. II. Abteil. ∞. Paderborn 1905) pag. 22 (num. 16), 27 (num. 18), 77 (num. 45), 235 (num. 115), 261 (num. 122), 284 (num. 128) et al.

[527]) Libellum supplicem Ursulinas Pragenses spectantem, quem Mauritius Gustavus comes de Manderscheid archiepiscopus Pragensis cum suis literis die 15. Augusti 1755 ad [Ignatium Crivelli] nuntium Viennensem misit („Congni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" fol. 261), hic nuntius iam die 16. Augusti 1755 una cum suis et dictis archiepiscopi Pragensis literis Vienna Romam ad Silvium cardinalem Valenti Gonzaga misit (ibidem fol. 259). — Literas a [Fabritio Serbelloni] apostolico nuntio Viennensi Viennae die 15. Februarii 1747 scriptas Josephus a Langer, ecclesiasticae salis arcae rationarius, Pragae die 19. Februarii 1747 habuit („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1749 ∞. Num. 43" fol. 145); hae igitur literae quinto die Vienna Pragam pervenerunt.

[528]) Epistolae a Ciriaco Rocci nuntio Viennensi ad Antonium cardinalem Barberini Viennae die 10. Decembris 1633 datae (v. supra in annot. 458) summarium in 186a congregatione generali die 16. Decembris 1633 peracta, quod verba in S. Congnis de P. F. cancellaria ab earum tergo ascripta testantur, est recitatum („Lettere di Germania ∞ 1633. Num. 75" fol. 27), unde apparet eas septimo (ubi maximum) die Romam esse allatas. Francisci Ingoli litarae ad P. Valerianum a Magni Capucinum Romae die 16. Martii 1630 scriptae iam die 23. Martii eiusdem anni (i. e. octavo die) Viennam sunt allatae, quod extrema literarum a Fr. Basilio Adriensi ad Franciscum Ingoli die 23. Martii 1630 missarum pagella attestatur („Lett. di Germania ∞ 1630. Num. 71" fol. 79). — S. Congnis de P. F. literas die 26. Julii 1746 datas nuntius Viennensis Fabritius [Serbelloni] iam die 3. Augusti, quo ipse ad generalem ecclesiae Pragensis vicarium de negotio in illis contento scripsit, habuit („Congni particori sopra le materie di Boemia dell' anno 1738 all' anno 1747. Num. 42" fol. 326); quae igitur literae novem (ubi plurimum) dierum spatio Roma Viennam perlatae sunt. — Verba: „. . . . una delle predette copie rimandatami da V. Emza sotto la data de' 18 cadente", quae in literis ab Antonio Eugenio [Visconti], archiepiscopo Ephesino et nuntio Viennensi, ad Josephum Mariam cardinalem Castelli die 30. Julii 1770 Viennae datis („Congni partri sù la cassa del sale di Boemia 1767 ∞. Num. 47" fol. 204) leguntur, probant illud exemplar, quod Roma Viennam missum est, tredecim (ubi plurimum) dierum spatio Viennam pervenisse. — Ad epistolam a Francisco Ingoli die 24. Julii 1632 ad Ernestum Adalb. cardinalem ab Harrach missam hic cardinalis iam die 7. Augusti 1632 (i. e. decimoquinto die) respondit („Lettere di Germania ∞ 1632. Num. 74" fol 52). — Eodem fere tempore per cursorem ordinarium Roma Viennam perlatae sunt literae a S. Congne de P. F. ad [Vitalianum Borromei] die 1. Augusti 1761 datae, quarum supra in annot. 519 mentio facta est. — Ad literas a Gasparo cardinali Borgia die 12. Octobris 1629 Romae scriptas

Non omnes literae recta via Romam, sed plurimae ad apostolicae sedis nuntios, in quorum regionem pertinebant, vel etiam ad negotiorum S. Cong^nis^ de P. F. procuratores in variis locis (praecipue maris portibus) constitutos vel ad alias personas, qui eas ad S. Cong^nem^ de P. F. perferri curarent, mittebantur; id quod etiam ipsa S. Cong^o^ facere nonnunquam solebat, quae impensas nuntiis inde exortas quotannis resarciebat;[529]) nuntii autem non omnes lite-

[543]) Nonnulla exempla v. superius in annotationibus 506, 509, 510, 515, ad quae adde v. gr. haec: in volumine „Scritture orig. riferite nelle congregazioni generali de ∝ 1775. Num. 843" („cong^ne 20 Novembre num^o 6") libellus supplex legitur a Fr. Hieronymo „di Benabbio", missionum ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci procuratore, S. Cong^ni de P. F. porrectus, a cuius tergo in eiusdem S. Cong^nis cancellaria verba: „20. Novembris 1775. || Ex audientia S^mi 26. mensis praedicti. S^mus annuit pro concessione facultatum" sunt ascripta; „Acta S. C. de P. F. de anno 1775" (fol. 372 b) autem praeter decreti numerum, summarium intitulationemque („Moscovia") nil aliud (ne rescriptum quidem) continent. — Literis ab Ernesto A. cardinali ab Harrach die 7. Aprilis 1666 ad summum pontificem Alexandrum VII. datis („Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 309) et ab eo ad S. Cong^nem de P. F. missis (v. supra in annot. 534) in eiusdem S. Cong^nis cancellaria a tergo — praeter alia — haec sunt scripto adiecta: „Germania [= intitulatio eadem, quae in „Actis" anni 1666 fol. 152 b legitur]. || S^r cardinal Brancacci [= cardinalis ponentis nomen, quod cum verbis in „Actis" anni 1666 fol. 152 scriptis: „Relationes Em^mi Brancaccii" congruit]. || La S^tà die N. S^re ha rimesso ∝ [usque ad:] moribus del medesimo [= decreti summarium, quod cum summario in eodem „Actorum" volumine fol. 152 b contento ad literam concordat]. || Die 8. Junii 1666 [= dies, quo congregatio generalis, in qua de literis tractatum est, peracta est]. || Cum S^mo [= rescriptum idem, quod in „Actis" ibidem legitur, solo verbo: „Rescriptum" praemisso]. || Ant. Manfronus prosecretarius [= subscriptum prosecretarii nomen, quod in „Actis" deest]. || Ex audientia S^mi die 30. Junii 1666. S^mus approbavit Martinum Kemlich pro suffraganeatu Pragensi, sed mandavit, ut mutetur titulus ecclesiae Constantinensis [= audientiae acta, quae in „Actis" anni 1666 desunt]. || Germania num^o 23 [= voluminis, in quod literae conglutinandae erant, indicatio]. || Summarium 108. 5. 22 [v. supra, pag. CIC]." — Supplici libello a procuratore generali ordinis Capucinorum S. Cong^ni de P. F. porrecto („Scritture originali riferite ∝ 1762. Num. 794": „cong^ne 24 Agosto num^o 19") in S. Cong^nis de P. F. cancellaria praeter intitulationem („Moscovia"), congregationis diem („24. Augusti 1762") et decreti rescriptum ad literam fere idem, quod in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1762" fol. 332 legitur, a tergo etiam verba: „Consegnata al P. segretario de' Cappuccini li 15 Settembre 1762 la spedizione della prefettura et il questionario" sunt ascripta, quae in „Actis" desunt. — A tergo alius libelli supplicis a generali Capucinorum procuratore S. Cong^ni de P. F. dati praeter intitulationem („Moscovia") et decreti rescriptum („Pro gratia") verba: „L' esame a Monsr nunzio di Vienna fu commesso li 16 Gennaro 1768" leguntur, quae in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1767" fol. 298 b desunt. — In decreto 18° congregationis generalis die 5. Maii 1732 peractae haec scripta sunt: „Il P. Severino Wrbczianski Minore Osservante Riformato . . . . avendo ottenute dal S. Offizio per mezzo di questa S. Cong^ne sin dall' anno 1719 ad quinquennium le facoltà di leggere libri proibiti e di assolvere gl'e-

laria, quam diximus, ascripti decreti cum summarium tum rescriptum cum decreto, quod in „Actis“ legitur, ad literam concordat, aliquod tamen semper inter illum et hoc interest: primo enim inscriptio, quae ante singulorum praelatorum cardinaliumque relationes in „Actis“ poni solebat (v. supra, pag. XLII), decretorum commentariis, qui ultra ponentium nomen non progrediuntur, deest;[544]) tum commentarii, quos modo diximus, ante decretorum summaria, praecipue si in separatis chartae plagulis scripta sunt, inscriptionem („Summarium“, „Sommario“), quae in „Actis“ nullibi reperitur, addunt, contra autem rescriptorum inscriptionem in „Actis S. C.“ ascribi solitam („Rescriptum“ — v. supra pag. XLIII) iidem commentarii praetermittunt.[545]) Literarum allatarum aliorumque scriptorum summarium

retici (quali facoltà gli furono confermate nel 1724) supplica in oggi per la nuova conferma ∝“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1732“ fol. 226); a tergo autem libelli supplicis ab eodem Fr. Severino Vrbčanský Praga die 26. Martii 1732 ad S. Congnem de P. F. missi praeter intitulationem („Germania, Boemia“) eandem, quae in „Actis legitur, congregationis, quam diximus, diem et decreti numerum („18“) verba: „6 Luglio 1719, 13 Luglio 1724“ — haud dubie a tabularii S. Congnis de P. F. praefecto — sunt apposita, quae non solum annos, sed etiam dies, quibus facultates eidem Fr. Severino concessae erant, indicant.

[544]) Exempla v. supra in annot. 506, 509, 510, 543 et infra in annot. 545.

[545]) Literis ab Ernesto A. cardinali ab Harrach die 25. Martii 1665 ad [Antonium] cardinalem Barberini missis („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 279) in S. Congnis de P. F. cancellaria a tergo haec ascripta sunt: „Boemia [= intitulatio]. || Sr cardinal Albizi [= cardinalis ponentis nomen]. || Fù scritto ultimamente ∝ [usque ad verba:] attende però gli ordini delle Emze Vostre [= decreti summarium sine inscriptione]. || 18. Maii 1665 [= dies, quo congregatio peracta est]. || S. Congo annuit [= rescriptum sine inscriptione]. || A. Manfronus prosecretarius [= prosecretarii nomen subscriptum]. || Summarium 95. 1. 15 [v. supra, pag. CIC et annot. 504]“; eiusdem autem congregationis acta („Acta S. C. de P. F. de anno 1665“ fol. 113 b) ita scripta sunt: „Relationes Emmi Albizii. || 28. Fu scritto ultimamente ∝ [usque ad:] attende però gli ordini delle Emze Vostre. || Rescriptum. || S. Congo annuit“. — In volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 325—327 decreti in 37a congregatione generali die 12. Septembris 1667 peracta facti summarium ad literas ab eodem, quem paulo supra tetigimus, cardinali ab Harrach die 7. Augusti 1667 ad S. Congnem de P. F. datas, quae in eodem volumine fol. 323 et 330 leguntur (v. supra in annot. 509), pertinens in separata chartae plagula his verbis scriptum reperitur: „Sommmario. || Il sr cardinal d' Harrach ha dato i soliti bilanci ∝ [usque ad:] sudetta provisione in avvenire“; a cuius summarii tergo („Germania ∝ Num. 327“ fol. 328 b) haec scripta suut: „Quando fosse fondato il scrupulo circa l' essigenza de frutti, non mi pare, che si potesse permettere ∝ [usque ad:] denaro che provenga dalla munificenza cesarea [v. supra, pag. CLXXXIII et annot. 485]. || Quietanza, conti al computista. Nuove pretensioni ∝ [usque ad:] del registratore della cassa [= concisus rescripti commentarius]. || Die 12. Septembris 1663 [dies 123ae generalis congregationis, in qua de negotio tractatum est]. || Ad 1. Computa solidentur ∝ [usque ad:] cardinalium Harrach et Spinula [= decreti rescriptum sine inscriptione]. || H. Casanate secretarius [= secretarii nomen subscriptum]“. Quod decretum in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1667“ fol. 215b — 217b hoc modo scriptum est: „Relationes Emmi Spinulae. || 37. Il sr cardinal d' Harrach ha dati i soliti bilanci ∝ [usque ad:] sudetta provisione in avenire [= decreti summarium iisdem fere ac in volumine „Germania ∝. Num. 327“ verbis scriptum]. || Rescriptum. || Ad primum. Ad computistam ∝ [usque ad:] cardinalium de Harrach et Spinulae [= decreti rescriptum

saepe in separatis chartae plagulis positum legitur, rescriptum vero etiam in hac re nonnunquam a literarum tergo scriptum reperitur.[546]) Si quae literae non recta via, sed e secretarii status cancellaria (v. supra, pag. CXXVI et annot. 350, pag. CXL cum annot. 373) ad S. Congnem de P. F. perlatae sunt, decreti de iis facti commentarius modo ab earum, modo a literarum in secretarii status iis additarum tergo scribebatur.[547]) Decretorum literis allatis aliisque scrip-

sine secretarii nomine subscripto parum a rescripto, quod in volumine „Germania ∝. Num. 327“ discrepans]“. — A tergo literarum a Philippo Stanislao episcopo Nicopolitano ad Fridericum Ubaldi Baldeschi, S. Congnis de P. F. secretarium, die 2. Januarii 1671 datarum („Scritture riferite nelle congni 13 Luglio ∝ 1671. Num. 429“: „congo 3. Augusti 1671. Num. 27“) haec ascripta sunt: „Bulgaria [= intitulatio]. || [In separata chartae plagula:] || Sommario. || Fu creato D. Filippo Stanislao per vescovo di Nicopoli ∝ [usque ad:] la sua innocenza [= decreti summarium]. || [A summarii tergo:] Sr cardinal Litta, Piccolomini [= cardinalium ponentium nomina, utrumque autem linea ducta delatum est]. || Die 7. Aprilis [!] 1671. || Quoad personam ∝ [usque ad:] in decisis [= decreti rescriptum sine inscriptione]. || F. archiepiscopus Caesareae secretarius.“ Idem generalis congregationis die 7. Aprilis 1671 peractae decretum in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1671“ ita scriptum est (fol. 96); Relationes Emmi domini cardinalis Piccolominei. || 32. ∝. || [fol. 97:] 33. Fu creato D. Filippo Stanislao per vescovo di Nicopoli ∝ [usque ad:] la sua innocenza. || Rescriptum. || Quoad personam ∝ [usque ad:] in decisis“.

[546]) A literarum Matthaei Ferdinandi Zoubek a Bilenberg, primi episcopi Reginohradecensis, die 15. Junii 1665 ad S. Congnem de P. F. missarum („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 281—282) tergo (fol. 282 b) haec ascripta sunt: „Boemia || Monsre prosegretario [= praelati, qui retulit, nomen]. || Die 17. Augusti 1665 [= dies, quo de literis ad S. Congnem relatum est]. || S. Congo annuit [= concisus rescripti commentarius, quod rescriptum in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1665“ fol. 165 verbis: „Rescriptum. S. Congo annuit, ut in locum canonicatus erigendi erigantur duo beneficiati“ scriptum est]. || A. Manfronus prosecretarius. || Summarium 98. 1. 13.“ Haecce verba decreti summarium in chartae plagula separata scriptum esse significant, quae autem nunc in archivio deest. — Literis ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach die 23. Octobris 1660 ad S. Congnem de P. F. datis („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 127—138) in eiusdem S. Congnis cancellaria haec sunt a tergo ascripta: „Die 7. Martii 1661 [= generalis congregationis 47ae, in qua de literis relatum est, dies; conf. „Acta S. C. de P. F. anni 1661“ fol. 1]. || Circa novam formam propositam ∝ [usque ad:] Harrach scribit [= decreti numero 24o signati rescriptum; „Acta S. C. de P. F. anni 1661“ fol. 19—19b]. || Circa il modo di mandare i conti del vescovato di Kinigratz [= decreti quaedam inscriptio]. || Summarium 47. 5. 121. || Summarium est intus.“ Quod summarium reapse in eodem volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 125—126 verbis: „7. Martii 1661. || Il sr cardinal d' Harrach trasmette i conti ∝“ incipiens reperitur („Acta S. C. de P. F. anni 1661“ fol. 17—19), a tergo autem ei nihil est ascriptum. — Alia exempla v. supra in annot. 510, 515, 545.

[547]) In volumine „Scritture orig. riferite nelle congni generali delli 19 Giugno ∝ 1713. Num. 588“ („congne 19 Giugno numo 9“) Francisci Ferdinandi [a Rummel] episcopi Viennensis literae (eaeque transscriptae) die 22. Aprilis 1713 ad cardinalem quendam datae leguntur, quas secretarii status cancellaria ad Silvium de Cavalieri, S. Congnis de P. F. secretarium, una cum propria epistola die 12. Maii 1713 scripta (ibidem: „congne 19 Giugno numo 9“) misit; a tergo huiusce epistolae in S. Congnis de P. F. cancellaria nihil, a tergo autem illarum praeter intitulationem congregationisque, in qua de iis tractatum est, diem eumque bis positum („19 Giugno 1713.“ || „Die 19. Junii 1713“) atque secretarii nomen subscriptum decreti in ea facti tam summarium, quam rescriptum (utrumque sine inscriptione), iisdem verbis ac in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1713“ fol. 355 b—356 scriptum, cum

tis in S. Cong^nis de P. F. cancellaria ascriptorum rescripta modo — perinde ac in „Actis S. C.“ interdum fiebat (v. supra, pag. XLV et annot. 116) — in varios paragraphos dividebantur, modo non, quamquam idem decreti rescriptum in „Actis“ divisum reperitur.[548]) Ali-

decreti numero („numo 9“) adiectum est. — In volumine „Scritture orig. riferite nelle congni generali delli 3 Aprile ∝ 1713. Num. 587“ („congne 3 Aprile numo 27“) literarum a Julio cardinali Piazza nuntio Viennensi die 4. Martii 1713 ad [Fabritium] cardinalem [Paolucci] secretarium status datarum exemplar transscriptum legitur, cui a tergo nil ascriptum est; intitulatio, congregationis, in qua de his literis tractatum est, dies et quidem bis ascriptus („3 Aprile.“ || „Die 3. Aprilis 1713“), decreti in ea facti summarium, rescriptum (utrumque sine inscriptione) atque numerus, eodem fere modo ac in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1713“ fol. 203–204 b scripti, praeter subscriptum S. Congnis de P. F. secretarii nomen a tergo epistolae, quam secretarii status cancellaria una cum illis literis die 24. Martii 1713 ad Silvium de Cavalieri, quem modo commemoravimus, misit („Scritt. orig. riferite ∝ 1713. Num. 587“: „congne 3 Aprile numo 27“, v. supra in annot. 387), ascripti sunt.

[548]) Summario, quod ad literas ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach die 7. Augusti 1667 ad S. Congnem de P. F. datas (v. supra in annot. 545) pertinet, a tergo rescripti commentarium adiectum esse diximus, qui ita scriptus est: „Ad 1. Computa solidentur quam primum. || Ad 2um. Cardinalis ab Harrach instet, ne augeatur numerus ministrorum. || Ad 3um. Fructus recipiantur titulo eleemosynae. || Ad 4um. Liceat investire arbitrio eiusdem Emmi. || Ad 5um. Revisis computis, registratori solidentur. In reliquis arbitrio dominorum cardinalium Harrach et Spinola“. Quod rescriptum in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1667“ his verbis scriptum legitur: „Rescriptum. || Ad primum. Ad computistam. || Ad 2um. Emmus de Harrach instet, ne augeatur numerus ministrorum. || Ad 3um. Recipiantur fructus titulo eleemosinae. || Ad 4um. Liceat investire arbitrio Emmi de Harrach. || Ad 5um. Revisis computis, solidentur. In reliquis arbitrio Eminmorum cardinalium de Harrach et Spinulae.“ — In volumine „Scritture orig. riferite nelle congni de 13 Genno ∝ 1687. Num. 497“ („congne 16 Giugno 1687 numo 1“) literae ab Opitio cardinali Pallavicino nuntio Poloniae die 6. Maii 1687 ad Eduardum Cybo, S. Congnis de P. F. secretarium, datae reperiuntur, a quarum tergo praeter intitulationem („Armeni“), congregationis, in qua de iis tractatum est, diem („Die 16. Junii 1687“), secretarii nomen subscriptum („O. archiepiscopus Seleuciae, secretarius“), decreti numerum („1“) et summarium („Essendo solita questa S. Congne ∝“) eiusdem decreti rescriptum verbis: „Ad primum §. Annuerunt arbitrio Emmi nuntii. || Ad §: ‚Di più‘. Annuerunt. || Ad §: ‚Inoltre‘. Dentur facultates arbitrio Emmi cardinalis nuntii, si expediens iudicaverit, et quoad subsidium certioret S. Congnem“ exaratum legitur; hocce rescriptum in volumine „Acta S. C. de anno 1687“ fol. 81b iisdem verbis scriptum eodemque modo in paragraphos est divisum. — Contra autem a tergo summarii, quod in volumine „Scritt. orig. riferite nelle congni generali de 9 e 31 Genno ∝ 1702. Num. 541“ („congne 9 Genno numo 9“) reperitur, decreti noni in congregatione generali die 9. Januarii 1702 facti rescriptum in paragraphos non divisum („In decretis quoad erectionem seminarii Leopoli pro Ruthenis unitis. || Laudandum dominum nuntium [Poloniae] ∝“) legitur, quod in volumine „Acta S. C. anni 1702“ fol. 11 b–12 b hoc modo scriptum est: „Rescriptum. || In decretis quoad erectionem seminarii Leopoli pro Ruthenis unitis. || Ad §: ‚Insequela di che‘. Laudandum dominum nuntium ∝.“ — Si a tergo libelli supplicis a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Congni de P. F. porrecti („Scritt. orig. riferite nelle congni generali de 17 Giugno ∝ 1765. Num. 810“: „congne 17 Giugno numo 13“) decreti in generali congregatione die 17. Junii 1765 facti et numero 13o signati rescriptum verbis: „Pro gratia ad beneplacitum S. Congnis“, in volumine autem „Acta S. C. de P. F. anni 1765“ fol. 180 b verbis: „Ad 1um. Pro gratia. || Ad 2um. Ut ad proximum ad beneplacitum S. Congnis“ scriptum est, differentia, quae inter utrumque rescriptum est, hoc modo explicatur: decreti quod in volumine „Acta S. C. de P. F.

quorum decretorum rescripta literis aliisve scriptis allatis duobus locis (ex. gr. tam in earum calce, quam a tergo, aut cum a literarum tergo, tum in summariorum ab iis separatorum calce), imo etiam eodem loco bis adiiciebantur.[549]) Non omnium decretorum summaria vel rescripta in S. Cong^nis, quam diximus, cancellaria literis allatis ascripta cum summariis rescriptisque, quae in „Actis S. C.“ leguntur, concordant, aliquando etiam dies iis ascriptus cum die congregationis vel audientiae, in qua de negotio actum est, illo, dico, quem in „Actis“ reperimus, discrepat vel discrepare videtur.[550])

anni 1765“ fol. 180–180 b legitur, summarium ad duos libellos supplices ab eodem generali procuratore porrectos pertinet, quapropter in duas, numeris quidem non signatas partes („13. Il P. procurator generale de' Capuccini stimando .... || Il medesimo P. procuratore rappresentando anche trovarsi la missione di Moscovia ∝“) dividitur, quarum prima Americam, altera Moscoviam spectat, ideoque intitulationes duas: „America. || Moscovia“ in margine habet; ad primam summarii partem prima rescripti pars pertinet, ad secundam altera pars, in qua verbis: „Ut ad proximum“ primae rescripti partis verba: „Pro gratia“ significantur; supplex vero libellus uterque intitulationem unam a tergo habet ascriptam: ille, qui ad primam rescripti partem pertinet, intitulationem: „America“, ille, quem supra primum tetigimus, alteram rescripti partem spectans, intitulationem: „Moscovia“ gerit. — Rescripti commentarius, qui a literarum a Venceslao Otík a Dobřan, missionario in Silesia, ad S. Congnem de P. F. anno 1665 missarum („Germania. Num. 332“ fol. 86) tergo (fol. 91 b) legitur: „Die 22. Septembris 1665. || S. Congo respondit: || Ad primum: Ad S. Officium. || Ad 2um: Scribatur episcopo, ut fiat synodus. || Ad 3um: Quod administretur sacramentum confirmationis catholicis de principatu Teschinensi. || Ad 4um: Ad S. Officium. || Ad 5um: Nuntio pro informatione. || Ad 6um: Scribatur episcopo. || Ad 8um: Ad S. Officium. || Reliqua non egent responsione. || A. Manfronus prosecretarius“ a decreti 99ae congregationis generalis die 22. Septembris 1665 habitae numero 11o signati rescripto, quod in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1665“ (fol. 187 b) reperitur, discrepat; hocce enim loco ita scriptum est: „Rescriptum. || Primum, 4um et 8um caput ad S. Officium. || Ad 2um et 3um: Scribatur episcopo Wratislaviae, ut frequentius habeat synodum dioecesanum et administret sacramentum confirmationis catholicis principatus Teschinensis. || Ad 5um: Nuntio Germaniae pro informatione. || Ad 6um: Scribatur eidem episcopo iuxta petita. || Reliqua non egent responsione.“

[549]) Libello supplici a Jacobo Serra, philosophiae in collegio Urbano lectore, S. Congni de P. F. porrecto („Scritt. orig. riferite nelle congni de 7 Maggio ∝ 1696. Num. 524“: „congne 3 Luglio 1696 numo 7“) decreti rescriptum („Habeantur theses a primis tribus, et subministrentur necessaria iuxta solitum“) primum in calce, tum (una cum decreti numero et summario atque congregationis, in qua de libello relatum est, die) iisdem verbis a tergo ascriptum est. — In volumine „Scritt. orig. riferite nelle congni generali de 4 Marzo ∝ 1793. Num. 895“ („congne 22 Aprile numo 10“) supplex libellus a procuratore missionum ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci ad S. Congnem de P. F. datus reperitur, cui praeter alia (v. supra in annot. 515) a tergo in eiusdem S. Congnis cancellaria haec ascripserunt: „Emmi annuerunt pro gratia iuxta decreta pontificia [= rescripti primus commentarius]. || A. archiepiscopus Adanensis secretarius [= Antonii F. Zondadari, S. Congnis de P. F. secretarii, nomen subscriptum]. || Relato supradicto libello supplici Eminentissimi Patres benigne annuerunt iuxta preces [= alter rescripti commentarius];“ in volumine vero „Acta S. C. de P. F. anni 1793“ (fol. 42 b) „Rescriptum. || Emmi domini benigne annuerunt pro gratia iuxta pontificia decreta“ legitur.

[550]) In volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 338 summarium legitur verbis: „Sommario. || L'Imperatore Ferdinando II. ∝“ incipiens, a cuius tergo praeter alia (v. supra

Nonnullis literis aliisve scriptis allatis vel in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scriptis etiam posterioribus temporibus in eadem cancellaria duorum, imo et plurium rescriptorum, sive in generali congregatione, sive in audientia S^mi^ facta sunt, commentarii ascribebantur. [551])

in annot. 510) verba: „Nuovo sommario più breve" sunt ascripta, et re vera summarium, quod in volumine „Acta S. C. de anno 1668" fol. 248–248 b scriptum est, multo longius est. — Item in volumine „Scritt. originali riferite nelle congni generali de 18 Marzo ∝ 1680. Num. 478" („congo die ultima Aprilis 1680. Num. 16") summarium verbis: „Monsr segretario ∝" incipiens reperitur, cuius solum pars exigua in volumine „Acta S. C. de P. F. 1680" fol. 122 b legitur. — A tergo summarii, quod in volumine „Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 269 reperitur, decreti in generali congregatione die 22. Septembris 1664 peracta facti rescriptum verbis: „Respondeatur domino episcopo Leitmeritz[ensi] ad mentem" conceptum est, in volumine autem „Acta S. C. de P. F. anno 1664" fol. 121 b eiusdem decreti rescriptum verbis: „Dentur literae petitae" exaratum legitur. — Supplici libello a Thobia Joanne Becker episcopo Reginohradecensi anno 1703 ad S. Congnem de P. F. dato (v. supra in annot. 425 et 462) a tergo rescripti commentarius verbis: „Domino nuntio Viennensi pro informatione" ascriptus est, in volumine vero „Acta S. C. de P. F. de anno 1703" fol. 243 b idem rescriptum ita scriptum est: „Rescriptum. || Pro gratia iuxta decretum alias factum anno 1677, et dominus nuntius urgeat transmissionem computorum iuxta idem decretum". — A tergo libelli supplicis a generali ordinis Capucinorum procuratore anno 1762 S. Congni de P. F. porrecti rescripti commentarius: „Scribatur domino nuntio ad effectum eos examinandi" (v. supra in annot. 516) legitur, in volumine autem „Acta S. C. de P. F. anni 1762" (fol. 1 b) hoc rescriptum verbis: „Rescriptum. || Pro gratia et scribatur domino nuntio ad effectum eos examinandi" conceptum est. — Libello supplici ab eodem procuratore generali ad S. Congnem de P. F. anno 1766 dato rescripti commentarius a tergo verbis: „Scribatur episcopo Olomucensi" (v. supra in annot. 514) est appositus, ipsum vero rescriptum in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1766" (fol. 333) hoc modo scriptum est: „Pro gratia". — A tergo literarum a Fr. Aloisio Pragensi Capucino Venetiis die 7. Septembris 1765 ad S. Congnem de P. F. missarum („Scritt. orig. rif. nella congne generale de 16 Settembre 1765. Num. 811": „congne 16 Sett. numo 1") rescripti commentarius ita scriptus est: „Dentur scuta quindecim", in volumine autem „Acta S. C. de P. F. anni 1765" (fol. 296 b) idem rescriptum verbis: „Dentur scuta 15 pro unica vice" conceptum est. — V. supra in annot. 541, 542, 549. — Libello supplici, qui in volumine „Scritt. orig. rifer. nelle congni generali de' 19 Gennaro ed 8 Febraro 1762. Num. 792" („congne 19 Gennaio num. 11") reperitur, praeter rescripti commentarium in congregatione generali die 19. Januarii 1762 peractae facti et nonnulla alia (v. supra in annot. 516) haec leguntur: „Ex audientia Smi. Die **24.** dicti Smus benigne annuit", in volumine vero „Acta S. C. de P. F. anni 1762" fol. 14 eiusdem audientiae acta his verbis scripta sunt: „Ex audientia Smi die **23.** Januarii 1762. || Smus benigne annuit. || M. Marefuscus secretarius". — Dies „22. Aprilis 1780", quem a tergo libelli supplicis nomine vicarii capitularis Reginohradecensis ad S. Congnem de P. F. dati in volumine „Scritt. orig. delle congni generali de 17 Gennaro, 8 e 29 Maggio 1780. Num. 853": „congne 8 Maggio numo 9" praeter nonnulla alia (v. supra in annot. 515) invenimus, a die 8. Maii 1780, quo de libello eodem in generali congregatione tractatum est („Acta S. C. de P. F. de anno 1780" fol. 54), abhorrens, quia die 22. Aprilis eiusdem anni congregatio generalis non peracta est, quod ipsa voluminis „Scritt. orig. ∝ 1780. Num. 853" inscriptio paulo supra allata probat, per errorem eidem libello ascriptus esse non videtur, potius diem significat, quo de libello in cardinalis praefecti cum secretario congressu relatum est (conf. supra, extremam annotationem 515).

[551]) A tergo literarum a Matthaeo Ferdinando Zoubek a Bilenberg, abbate s. Nicolai in Antiqua Civitate Pragensi, die 17. Maii 1662 ad Marium Alberici, S. Congnis de P. F. secretarium, datarum („Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 195—197 b) in eiusdem S. Congnis cancellaria haec ascripta sunt: „[fol. 198 b] Bohemia [= intitulatio]. Num. 3o [= decreti in

— Cardinalis vel praelati ponentis nomen literarum allatarum vel alius generis scriptorum summario, si ab iis separatum reperitur, raro adiiciebatur, saepius a tergo ipsarum literarum vel libellorum supplicum ponebatur, saepe, etiam quando ducta linea deletum est (v. supra, pag. CXCIV), tamen valet; nonnunquam — saepissime, si secretarius de literis retulit — omnino deest. [552])

congregatione generali die 17. Julii 1662 habita facti numerus, quod tamen decretum in „Actis" anni 1662 numero 12o signatum est]. || Sr cardinal Barberini [= cardinalis ponentis nomen]. || Fu scritto ultimamente ∝ [usque ad:] i canonicati [= decreti, quod modo diximus, summarium]. || Die 17. Jullii 1662 [= congregationis, in qua decretum hoc factum est, dies]. || Consideretur ∝ [usque ad:] Ursinum [= eiusdem decreti rescriptum, quod perinde ac summarium in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1662" fol. 154—157 b legitur]. || Vide ultimum rescriptum a tergo [= annotatio a cancellariae ministro apposita]. || [fol. 198] Die 3. Octobris 1662 [= dies 65ae congregationis generalis, in qua de negotio iterum tractatum est]. || Scribatur Emmo de Harrach ∝ [usque ad verba:] unum de proprio [= huiusce 65ae congregationis rescriptum, quod iisdem fere verbis conceptum cum eodem summario, quod ad rescriptum die 17. Julii 1662 factum pertinet, in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1662" fol. 237—237 b legitur]." — Literis ab apostolico Bataviae vicario ad S. Congnem de P. F. datis („Scritt. orig. riferite nelle congni generali de 25 Settembre ∝ 1709. Num. 569": „congne 12 Novembre 1709 numo **12**") duorum summariorum eorumque ad decretum 11um et 12um pertinentium commentarii atque rescriptum: „Approbarunt" ad utrumque decretum spectans et utriusque decreti numerus: „11 et 12" a tergo sunt adiecti. — A tergo libelli supplicis, quem Georgius Skocperoskis, antea alumnus pontificii seminarii Olomucensis, ad Clementem XI. dedit („Scritt. orig. riferite nelle congni generali delli 19 Agosto ∝ 1715. Num. 601": „congne 16 Settembre numo 15") duorum rescriptorum, quorum alterum in generali congregatione die 27. Maii 1715 peracta (numo 11), alterum in congregatione die 16. Septembris eiusdem anni (numo 15) factum est, commentarii et praeterea audientiae Smi eodem die 16. Septembris habitae rescriptum („Die dicta Smus annuit") ascripti sunt. — Supplici libello Leopoldi I. Romanorum imperatoris nomine ad Alexandrum VII. dato („Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 64) a tergo 1. congregationis generalis die 27. Julii 1660 celebratae („Cum Smo"), 2. audientiae Smi die 22. Septembris 1660 peractae („Proponatur in S. Congne"), 3. congregationis generalis die 27. Septembris 1660 habitae et 4. — in libelli calce — audientiae Smi die 30. eiusdem mensis peractae rescripta in S. Congnis de P. F. cancellaria sunt addita.

[552]) Literis ab abbate Matthaeo Ferdinando Zoubek ad Marium Alberici die 17. Maii 1662 missis (v. supra in annot. 551) cardinalis ponentis nomen („Sr cardinal Barberini") in summarii ab iis separati initio ascriptum est. — A tergo summarii ad nonnullas literas a Matthaeo Ferdinando Zoubek archiepiscopo Pragensi die 31. Octobris 1669 et 14. Junii 1670 unumque supplicem libellum ad S. Congnem de P. F. datos pertinentis („Scritt. riferite nella S. Congne 1670: 7. Julii, 4. Augusti. Num. 423": „congo 4. Augusti numo 28") generalis congregationis, in qua summarium recitatum est, dies, decreti numerus, rescripti commentarius et secretarii S. Congnis de P. F. Friderici Ubaldi Baldeschi nomen subscriptum leguntur; a tergo autem libelli supplicis, quem modo diximus, solum verba: „Sr cardinal Chigi [quod nomen linea ducta deletum est] Otthoboni" scripto sunt apposita. — Literis a Philippo Stanislao Nicopolitano episcopo die 2. Januarii 1671 ad Fridericum Ubaldi Baldeschi datis (v. supra in annot. 545) cardinalis ponentis nomen a tergo hoc modo ascriptum est: „Sr cardinal Litta, Piccolomini" et utrumque nomen ductis lineis exstinctum est, in volumine vero: „Acta S. C. de P. F. anno 1671" (fol. 97—98 b) decretum ad eas pertinens (numero 33o signatum) inter „Relationes Emmi domini cardinalis Picolominaei" (fol. 96) legitur. — Literis, quas Scipio Delci (Pannochieschi), archiepiscopus Pisanus et apostolicus ad aulam imperialem nuntius, Vienna die 30. Junii 1657 ad Aloisium cardinalem Capponi misit („Cause dell' anno 1637. Num. 319" fol. 4 et 9), in S. Congnis de P. F. can-

Quod ad „Audientias S^mi^“ attinet, nec omnibus literis aliisve scriptis allatis vel in Cong^nis^ de P. F. cancellaria confectis, de quibus summus pontifex in audientiis decrevit, audientiarum rescripta a tergo aliove loco sunt addita,[553]) nec omnia rescripta huiusmodi vel tota audientiarum decreta, quae a tergo vel alio literarum allatarum loco (calce etc.) reperiuntur, etiam in „Actorum“ vel „Audientiarum S^mi^“ voluminibus leguntur, neque, si etiam his locis inveniuntur, semper iisdem prorsus verbis scripta esse solent.[554])

cellaria a tergo decreti summarium, congregationis, in qua de iis relatum est, dies („Die 3. Septembris 1657“) et rescripti in ea facti commentarius a tergo ascripserunt; decretum autem eas spectans in generalis congregationis, quam modo diximus, actis („Acta S. C. de P. F. anno 1657“ pag. 325 seqq.) inter „Relationes Em^mi^ Meltii“ (pag. 343) legitur. — A literarum, quas Opitius cardinalis Pallavicino Poloniae nuntius Leopoli 6. Maii 1687 ad Eduardum Cybo, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, dedit (v. supra in annot. 548), tergo ne verbo quidem significatum est de iis ad S. Cong^nem^ de P. F. a secretario, ad quem missae erant, relatum esse („Acta S. C. de anno 1687“ fol. 81). Contra vero a tergo tam libelli supplicis a priore et ordine Cruciferorum cum rubea stella in Bohemia ad S. Cong^nem^ de P. F. dati, quam summarii ad eundem libellum pertinentis („Scritt. riferite nelle congr. generali de 2 Agosto e 5 Settembre 1672. Num. 435“: „cong^o^ 2. Aug. 1672. Num. 10“) verba: „Monsr segretario“ ascripta sunt, et repse in congregatione generali die 2. Augusti 1672 habita de negotio illo Fridericus Ubaldi Baldeschi, S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, retulit („Acta S. C. de P. F. anno 1672“ fol. 189 et 192).

[553]) In volumine „Scritt. orig. riferite nelle cong^ni^ generali de' 25 Febraro ∝ 1777. Num. 846“ („cong^ne^ 21 Aprile num^o^ 12“) ex. gr. libellus supplex a missionum Minorum s. Francisci Reformatorum procuratore S. Cong^ni^ de P. F. porrectus invenitur, cui a tergo in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria solum intitulatio („Moscovia“), congregationis dies („21. Aprilis 1777“) et verba: „Factum est decretum“ ascripta sunt; in eiusdem autem congregationis actis („Acta S. C. de anno 1777“ fol. 44 b—45) decreti ad eundem libellum pertinentis, numero 12° signati, summarium et rescriptum („Em^mi^ Patres rescripserunt: Pro gratia“) audientiae rescriptum sequitur: „Ex audientia diei 11. Maii 1777. S^mus^ benigne annuit pro concessione facultatum.“

[554]) In volumine „Scritt. orig. riferite nelle cong^ni^ generali dei 23 Settembre ∝ 1720. Num. 626“ („cong^o^ 23. Septemb. 1720 num^o^ 30“) audientiae S^mi^ die 5. Septembris 1720 peractae decretum in separata chartae plagula scriptum reperitur (v. supra in annot. 355), supplicem libellum a [Hieronymo Grimaldi] Poloniae nuntio datum spetans et a tergo praeter inscriptionem diem, quo audientia concessa est, et audientiae rescriptum („S^mus^ annuit“) continens, congregationis autem, quam supra diximus, acta („Acta S. C. de P. F. de anno 1720“ fol. 525—526) audientiae illius nullam iniiciunt mentionem, sed solo congregationis rescripto („Rescriptum. || Annuerunt per medium domini nuntii apostolici Poloniensis“) finem sumunt. — Ad generalis congregationis die 16. Martii 1751 habitae decretum numero 24° signatum in volumine „Scritt. orig. riferite nelle cong^ni^ generali de 19 Gennaro ∝ 1751. Num. 746“ praeter literas scriptaque alia Neocellense monasterium spectantia totum audientiae S^mi^ die 28. Martii 1751 peractae decretum, intitulatione („Lusazia“) incipiens, pertinet, eiusdem autem congregationis acta („Acta S. C. de P. F. de anno 1751“ fol. 56 b) solum audientiae inscriptionem („Ex audientia S^mi^ habita die 28. Martii anni 1751“) rescriptumque („S^mus^ annuit“) continent. — A tergo scripti cuiusdam ad decretum generalis congregationis die 3. Junii 1720 habitae numero 15° signatum spectantis („Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali de 7 Maggio ∝ 1720. Num. 624“) audientiae S^mi^ decretum: „Ex audientia S^mi^ [sic] || Relatis per nos S^mo^ D. N. introscriptis precibus ∝ [usque ad verba:] praestare teneatur“ ascriptum est, in actis vero generalis congregationis, quam diximus, („Acta S. C. de P. F. de anno 1720“ fol. 311 b) in margine solum verba: „Si noti, che per

Quo denique modo literarum a S. Cong^ne^ de P. F. missarum commentarii literis eidem S. Cong^ni^ allatis a tergo aliove loco ascripti cum earum exemplaribus, quae in literarum missarum serie („Lettere della S. Cong^ne^“) leguntur, congruant vel discrepent, suo loco, ubi de literis missis tractatur, ostenditur.

Restat, si ea, quae literis allatis a tergo vel aliis locis in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria scripto adiici solebant, absolvere volumus, ut nonnullis verbis intitulationem, quae maioris, quam prima specie dixeris, momenti est, attingamus. Eam, quam tam in „Actis“ et „Decretis“, quam in „Congregationibus particularibus“ et „Audientiis“ iam repperimus,[555]) in ammonitionibus in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria literis allatis — sive de iis in congregationibus aut generalibus aut particularibus, sive in audientiis S^mi^, sive in congressibus cardinalis praefecti vel antiquioris cum eiusdem S. Cong^nis^ secretario relatum est — appositis, quae indices conficiendos spectabant, originem habuisse et literis allatis etiam prius, quam in „Actis“, ascribi coeptam esse superius diximus.[556]) In literarum enim allatarum voluminibus intitulationem raro quidem iam primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii tempore invenimus, in „Actis“ autem eam demum tertius eiusdem S. Cong^nis^ secretarius Marius Alberici in margine ponere incepit.[557]) Haec intitulatio, quam interdum ii ipsi, qui literas ad S. Cong^nem^ de P. F. dabant, iis apponebant, et quae in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria literis allatis (iisque non semper a tergo, sed nonnunquam aliis locis ex. gr. in fronte, margine, calce ascribi

udienza particolare di N. S^re^ data al s^r^ cardinal prefetto li 15 Giugno 1720 si è fatta la spedizione della grazia per rescritto, come nel libro de' decreti generali sotto il medesimo giorno“ (v. supra in annot. 42). — Audientiae S^mi^ rescripto, quod a tergo libelli supplicis a Mauritio de Strachwitz, dioeceseos Vratislaviensis administratore, ad S. Cong^nem^ de P. F. dati („Scritt. orig. rifer. nelle cong^ni^ generali de 19 Gennaro ∝ 1762. Num. 792“: „cong^ne^ 19 Genn. num^o^ 11“) reperitur, alius dies ac in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1762“ (fol. 14) ascriptus est (v. supra in annot. 550).

[555]) V. supra, pag. XLVI et annot. 120, pag. LX, LXXIV, LXXXI, LXXXV, LXXXVII, CV—CVIII, CX, CXVII.

[556]) V. supra, pag. XCIX, CLXXXII et in annot. 281, 485 (ubi libelli supplicis a Paulo principe Savelli anno 1646 porrecti mentionem fecimus).

[557]) Literis a Fr. Basilio Adriensi Capucino die 18. Junii 1633 ad Franciscum Ingoli datis („Lett. di Germania ∝ 1633. Num. 75“ fol. 46—47) hic primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius manu sua intitulationes: „Seminario etc. || Regulares etc.“ a tergo adiecit, neque haec prima epistola est, quae intitulationem in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria ascriptam gerat. — In decretorum in generali congregatione die 11. Junii 1657 habita („Acta S. C. de P. F. anno 1657“ fol. 91 sqq.) factorum margine eorum concisae sententiae (v. gr.: „Distributione delle provincie,“ Polacco alunno. Licenza di rimpatriare“) leguntur, decretis autem congregationis generalis die 10. Julii 1657 celebratae iam intitulationes (ex. gr.: „Silesia“) in margine appositae sunt.

solita) addebatur,[558]) saepissime iisdem verbis scripta non modo in margine decretorum, sive in generalibus sive in particularibus congregationibus facta sunt, quae in „Actis“ vel in „Congregationum particularium“ vel „Decretorum“ voluminibus leguntur, verum etiam in literarum a S. Cong^ne^ de P. F. missarum tomis (itidem in margine) suo tempore reperitur;[559]) at non desunt exceptiones: modo

[558]) In literarum allatarum fronte intitulatio praecipue Dionysii Massari aetate (v. supra, pag. CXCVII et annot. 498) scribi solebat; posterioribus quoque temporibus intitulationes eodem loco nonnunquam ponebantur, potissimum in summariis a literis, quas spectabant, separatis; eiusmodi summarium ad literas a Matthaeo Ferdinando Zoubek, monasterii s. Nicolai in Antiqua civitate Pragensi abbate, die 10. Januarii 1663 ad Marium Alberici, tertium S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, datas („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 199 et 202) spectans, quod ibidem folio 203 b legitur, intitulatione: „Boemia“ incipit. — Intitulationem in fronte plerumque scripta iudiciaria gerunt; huiusmodi vero intitulationem, quae saepe ex uno solo, nonnunquam vel e duobus adiectivis vel ex uno adiectivo et vocabulo communi coniunctione ‚sive‘ coniunctis constat, non cancellariae S. Cong^nis^ de P. F. ministri, sed ii ipsi, qui scripta huiusmodi conceperunt, adiiciebant; idem de decretis a S. Cong^ne^ Concilii ad S. Cong^nem^ de P. F. missis, quae similibus intitulationibus in fronte scriptis incipiunt, dictum esse puta; nam etiam hae intitulationes non in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria, sed a S. Cong^nis^ Concilii ministris scriptae sunt. Consilium ex. gr. a Prospero Bottini, S. Cong^nis^ de P. F. advocato, exaratum („Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 240—241), cui in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria tam in fronte, quam a tergo dies: „10. Martii 1664“ ascriptus est, intitulationem: „Pragen.“ eiusdem iuris periti manu scriptam in fronte gerit. Modum, quo in S. Cong^nis^ Concilii secretaria intitulationes decretis in fronte ascribebantur, exempla superius in annot. 537 allata ostendunt. Pars relationis a Joanne Josepho comite Breuner archiepiscopo Pragensi de suae archidioeceseos statu ad S. Cong^nem^ Concilii scriptae ab hacce S. Cong^ne^ ad S. Cong^nem^ de P. F. die 11. Januarii 1698 missa („Congregni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ∾. Num. 31“ fol. 265) verbis: „Pragen. Visitationis ss. liminum“ inscripta est. — Similiter nonnullae ex intitulationibus, quas in inferiore primae paginae literarum allatarum margine reperimus, ab iis ipsis, qui literas illas dederunt, positae sunt, ex. gr. a nonnullis sedis apostolicae nuntiis, qui, si eodem die plures literas ad S. Cong^nem^ de P. F. mittebant, unicuique eo loco intitulationem adiiciebant, ut negotium, quod literae spectabant, eiusdem S. Cong^nis^ cancellariae ministris sub uno aspectu ponerent. Intitulatio huiusmodi („Pomerania“) ex. gr. in inferiore primae paginae literarum a Nicolao Guidi di Bagno, archiepiscopo Athenarum apostolicaeque sedis in Gallia nuntio, die 27. Novembris 1648 ad Francisum Ingoli scriptarum („IV. Polonia, Russia ∾. Num. 339“ fol. 206) legitur. — Supplici libello Leopoldi Guilielmi, Austriae archiducis atque episcopi Olomucensis, nomine ad Innocentium X. dato („III. Collegia. Num. 365“ fol. 341) intitulatio („Collegio d' Olmuz“) a quodam S. Cong^nis^ de P. F. ministro in calce est ascripta.

[559]) A tergo literarum a Sebastiano Rostock episcopo Vratislaviensi ad S. Cong^nem^ de P. F. die 24. Novembris 1665 scriptarum (v. supra in annot. 507) eadem ac in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1666“ fol. 27 in margine decreti noni in 104^a^ generali congregatione die 8. Februarii 1666 habita facti, quod ad easdem literas pertinet, intitulatio („Germania“) legitur. — Literis a Fr. Remedio Bohemo, ordinis Minorum s. Francisci missionario apostolico, ad S. Cong^nem^ de P. F. die 21. Februarii 1758 missis („Scritt. orig. rif. nelle congni generali ∾ 1758. Num. 777“: „cong^ne^ 17 Aprile num^o^ 7“) intitulatio verbis: „Egitto. Varie“ a tergo adiecta est, quae etiam in margine 7^mi^ decreti in congregatione die 17. Aprilis 1758 peracta facti in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1758“ fol. 144 b reperitur. — Intitulatio: „Ibernia. Collegii“, quam a tergo libelli supplicis Fr. Guilielmi Hogan guardiani aliorumque religiosorum collegii missionum ordinis s. Francisci Pragae nomine ad Philippum

enim singulis literis allatis plures intitulationes, quam quae vel in „Actis“ vel in „Congregationibus particularibus“ vel in „Decretis“ vel in literarum missarum voluminibus locis, qui ad eas literas pertinent, reperiuntur, adiectae sunt, modo contrarium fit, interdum etiam in „Actis“ vel literarum missarum tomis alia, ac quae literis allatis idem negotium spectantibus adiecta est, intitulatio legitur.[560]) Quae modo de intitulationum in variis S. Cong^nis^ de P. F. archivii partibus congruentia diximus, a tempore, quo in singulis eiusdem archivii partibus intitulatio in usum venit, rata sunt.[561])

Monti, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, dati („Scritt. orig. rif. ∾ 1738. Num. 694“: „cong^ne^ 13 Gennaio num^o^ 13“) legimus, etiam in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1738“ fol. 17 in margine decreti numero 13° signati congregationis die 13. Januarii 1738 habitae et in volumine literarum a S. Cong^ne^ de P. F. missarum verbis „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1738. Num. 149“ inscripto in margine literarum ad Josephum cardinalem Firrao datarum (fol. 14 b) repetitur. — Intitulatio: „Collegi. Praga“, quae a tergo literarum a Fr. Michaele Tipper, Pragensis collegii Immaculatae Conceptionis Fratrum Minorum s. Francisci strictioris observantiae Hibernorum guardiano, ad S. Cong^nem^ de P. F. die 19. Augusti 1771 missarum („Scritt. origin. rifer. ∾ 1771. Num. 832“: „cong^ne^ 19 Novembre num^o^ 12“) est ascripta, etiam cum in volumine „Acta S. C. de P. F. anni 1771“ in margine decreti 12^i^ in congregatione generali die 19. Novembris 1771 habitae facti (fol. 302 b), tum in volumine „Decreti della S. C. dall' anno 1768 al 1778“ fol. 131 in margine decreti ad illas literas pertinentis, tum in volumine „Lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1771. Num. 218“ fol. 482 in margine responsi a S. Cong^ne^ de P. F. ad eundem Fr. Michaelem Tipper die 7. Decembris 1771 dati legitur.

[560]) Libello supplici Matthaei Ferdinandi Zoubek Reginohradecensis episcopi nomine anno 1665 Alexandro VII. summo pontifici porrecto („Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 283; v. supra in annot. 506) in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria a tergo intitulatio tribus verbis: „Germania, Bohemia, Kinisgratz“, decreto autem generalis congregationis die 7. Augusti 1665 peractae ad libellum eundem pertinenti in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1665“ (fol. 165) in margine uno solo verbo: „Boemia“ est addita. — Supplex libellus Leopoldi I. imperatoris nomine ad eundem Alexandrum VII. summum pontificem anno 1660 datus („Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 64; v. supra in annot. 551) a tergo intitulationem solo verbo: „Bohemia“ scriptam, decretum vero generalis congregationis 43^ae^ die 27. Septembris 1660 habitae ad libellum illum pertinens („Acta S. C. de P. F. anni 1660“ fol. 237) intitulationem verbis: „Boemia, Chinisgratz e cassa del sale“ conceptam in margine gerit. — Summario pontificium seminarium Olomucense spectanti et ad 34um decretum generalis congregationis 126^ae^ pertinenti („Collegii de Maroniti ∾. 24, 25, 26. Num. 375“ fol. 251) intitulatio verbis: „Collegii, Olmutz“ a tergo apposita est, ipsum autem decretum, quod modo diximus („Acta S. C. de anno 1668“ fol. 18 b), in margine intitulationem: „Moravia, collegii“ habet. — Literis a Maximiliano Rudolpho a Schleinitz episcopo Litomericensi ad S. Cong^nem^ de P. F. die 8. Junii 1668 scriptis („Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 335 et 337) a tergo intitulatio: „Boemia“ adiecta est, decreto vero 25° generalis congregationis 130^ae^ die 10. Julii 1668 peractae, quod literas illas spectat („Acta S. C. de anno 1668“ fol. 120), perinde ac literis a S. Cong^ne^ de P. F. ad eundem episcopum die 21. Julii 1668 datis in volumine „Lettere circa la Germania dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49“ (epistola 79^a^) intitulatio: „Germania“ in margine est ascripta.

[561]) Quod ad „Acta S. C.“ attinet, v. supra, pag. CCXXXI. In congregationum particularium serie iam primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii tempore in decretorum margine interdum intitulationes sola praepositione „de“ auctae cum mandatis indices conficiendos spectantibus inveniuntur; ex. gr. in volumine „V. Congregat. de collegio Urbano et statu temporali,

Pro intitulatione saepissime propriis (praecipue terrarum) nominibus, nonnunquam autem etiam vocabulis communibus (ex. gr.: ‚collegia', ‚collegi', ‚typographia', ‚stampa', ‚status temporalis', ‚stato temporale'), iisque initio latine, posterius vulgari lingua scriptis S. Cong^nis de P. F. cancellaria utebatur.[562]) Hoc loco tamen id praedicare necesse est, quod non omnibus literis allatis — ne tempore quidem, quo maxime in usu erat — intitulatio in S. Cong^nis cancellaria ascribebatur;[563]) quod tamen minime obstabat, quominus in aliis archivii eiusdem S. Cong^nis partibus locis, quae ad tales literas pertinent, intitulationes ponerentur.[564])

Num. 5" in margine folii 55 b verba: „De rationibus datii salis Boemiae sub Boemia" et in margine folii 62 verba: „De Ludovico Boemo sub nomine proprio" (v. supra in annot. 281) leguntur. Ceterum huius archivii partis volumina, quod intitulationes ascriptas spectat, partim „Actis S. C.", partim „Literis originalibus riferitis" proxima sunt, quia tam particularium congregationum decretis, quam literis allatis aliisque scriptis in illis voluminibus contentis (non quidem omnibus) intitulationes a tergo aliove loco apponebantur. In literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum tomis intitulationes in margine Friderici Ubaldi Baldeschi, quinti eiusdem S. Cong^nis secretarii (v. supra in annot. 68), tempore scribi coeptae sunt (v. inferius, ubi de hac archivii parte tractatur).

[562]) V. supra in annot. 498, 499, 501, 504, 505, 507, 509–511, 515, 516, 543, 545, 546, 551, 553, 554, 557—561.

[563]) Literis ex. gr. a Scipione Delci Pannochieschi, Pisano archiepiscopo nuntioque Viennensi, ad Aloisium cardinalem Capponi die 30. Junii 1657 datis („II. Cause dell' anno 1636. Num. 319" fol. 4; v. supra in annot. 552), supplici libello a Jacobo Serra, philosophiae in collegio Urbano lectore, ad S. Cong^nem de P. F. anno 1696 porrecto („Scritt. orig. rifer. ∝ 1696. Num. 524": „cong^ne 3 Luglio 1696 num^o 7"; v. supra in annot. 549), epistolae a Fr. Venceslao Klose, ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum missionario in Servia, die 19. Julii 1737 ad Vincentium cardinalem Petra missae („Scritt. orig. rif. ∝ 1737. Num. 692": „cong^ne 1° Ottobre num^o 13"; v. supra in annot. 465), supplici libello Matthiae Francisci comitis Chorinský episcopi Brunensis nomine ad summum pontificem Pium VI. anno 1782 dato („Scritt. orig. rif. ∝ 1782. Num. 861": „cong^ne 29 Luglio num^o 8") multisque aliis literis allatis intitulatio nulla est ascripta.

[564]) In margine decreti 7^i in generali congregatione die 3. Julii 1696 habita de supplici Jacobi Serra, philosophiae in collegio Urbano lectoris, libello, quem paulo superius in annot. 563 tetigimus, facti („Acta S. C. de P. F. anno 1696" fol. 131) intitulatio: „Collegio Urbano" est apposita. Item decreto 13° in generali congregatione die 3. Octobris 1737 peracta de literis a Fr. Venceslao Klose missionario in Servia die 19. Julii 1737 ad Vincentium cardinalem Petra datis, quibus nulla intitulatio addita est (v. supra in annot. 563), facto intitulatio: „Servia" in margine est ascripta. Modo simili a tergo libelli supplicis a P. Michaele Angelo ‚da Vestignè', missionum ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum procuratore, ad S. Cong^nem de P. F. anno 1736 dati („Scritt. orig. rifer. ∝ 1736. Num. 686": „cong^ne 28 Maggio num^o 13") nulla intitulatio legitur, in margine autem decreti 13^i in congregatione generali die 28. Maii 1736 habita facti, quod ad libellum illum pertinet („Acta S. C. de P. F. de anno 1736" fol. 153), aeque ac in literarum ab eadem S. Cong^ne ad Dominicum Passionei, archiepiscopum Ephesinum atque ad aulam imperialem nuntium apostolicum, de eodem negotio die 16. Junii 1736 missarum („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1736. Num. 143" fol. 182 b) margine intitulatio: „Romania" est ascripta, quam sane intitulationem etiam „Memoria" a Joanne Ernesto ab Harrach, Nitriensi episcopo et Caroli VI. imperatoris in curia pontificia ministro, ad Philipum Mariam Monti, S. Cong^nis de P. F. secretarium, data („Scritt. orig. rifer. ∝ 1736. Num. 686": „cong^ne 28 Maggio num^o 13") et idem negotium spectans, a tergo additam habet.

Quae intitulationes imprimis ad indices singulorum voluminum conficiendos, unde originem traxere,[565]) valebant, idque non solum de literarum allatarum, de quibus in generalibus congregationibus relatum est, voluminibus, sed de omnium archivii S. Cong^nis de P. F. partium tomis, quibus indices additi sunt, dictum esse puta. Voluminum in literarum allatarum serie contentorum indices re vera ex intitulationibus ordine quasi alphabetico dispositis et e foliorum, ubi literae incipiunt, numeris constant, quibus rara personarum, quae literas ad S. Cong^nem de P. F. dederunt, nomina aliquando immiscebantur. Si cuius regni aut urbis nomen ordine, quem diximus, linea subtus ducta notatum indici insertum est, rerum vel personarum huc spectantium nomina nulla linea notata cum foliorum ad ea pertinentium numeris subsequuntur, quatenus secretariae eiusdem S. Cong^nis ministri, qui indices conficiebant (v. supra, pag. XXIX), personarum et rerum cohaerentiam dispexerunt; eapropter intitulationes eiusmodi non semper eadem ratione indicibus inserebantur, sed nunc hoc, nunc loco alio, imo in eiusdem voluminis indice duobus pluribusve locis (pars uno, pars alio loco) ponebantur.[566]) At nec omnium tomorum literas allatas (relatas) continentium indices hac, quam diximus, ratione conficiebantur, nec omnia eius generis volumina suos indices habent; nonnullis enim tomis tantummodo literarum in iis comprehensarum tabulae, aliis solum personarum nomina sunt adiecta.[567]) Indices autem et tabulae eiusmodi non semper in extremo volumine, sed interdum in libri principio ante literas post vel ante tomi inscriptionem reperiuntur et modo vario inscripti sunt.[568])

---

[565]) V. supra, annot. 70, pag. XCIX cum annot. 281, pag. CCXXXI cum annot. 556 et pag. CCXXXIII cum annot. 561.

[566]) Literae ex. gr. universitatem Pragensem a Carolo IV. imperatore institutam spectantes in voluminum literas allatas continentium indicibus modo sub voce: „Praga" („universitas Pragensis"), modo sub voce: „Boemia" („universitas"), modo sub voce: „Universitas" („Universitas Pragensis"), alias — et quidem saepe — sub voce: „Carolina" inveniri possunt.

[567]) Tomi literarum allatarum, quae ad seriem „Lettere originali riferite" pertinent, ex. gr. numeris 1–4, 351—357, 370–381 signati indicibus carent; tomorum v. gr. numero 5 et 11 signatorum indices tantummodo personarum nomina continent.

[568]) Volumen ex. gr. „I. Lettere d' Italia dal 1630. Num. 5" indicem in fronte, tomus proximus „I. Lettere d' Italia 1631. Num. 6" eum post folium ultimum (171) habet. — Huiusce voluminis index verbis: „Tavola delle lettere d' Italia del 1631", tomi „I. Lettere d' Italia 1633. N. 8" verbis: „Indice delle lettere d' Italia del 1633", voluminis „I. Letttere d' Italia 1634. N. 9" index verbis: „Tavola del primo tomo delle lettere d' Italia d. a. 1634", tomi „II. Lettere d' Italia colla Sicilia 1634. Num. 10" index verbis: „Tavola delle lettere d' Italia

Praeterquam ad indices conficiendos intitulationes etiam ad literas allatas in singula volumina conglutinandas diu valebant. Ratio enim, qua literae allatae in tomos conglutinabantur, non semper eadem fuit, sed demum inde ab anno 1669 stabilis facta est. Ante annum, quem modo diximus, interdum quidem mos erat, ut nunc in fronte, alias a tergo literarum allatarum volumen, in quod ligandae erant, indicaretur, sed mos hic neque diu servatus est, neque semper effectum habuit.[569]) Secundi enim S. Cong^nis^ de P. F. secretarii tempore consuetudo invaluit, ut in literarum allatarum fronte tomus indicaretur, in quem conglutinarentur, at hodie literas illas in aliis voluminibus dispersas reperimus, neque constat eas in tomis, qui iis in fronte ascripti sunt, unquam fuisse;[570]) tomorum autem indica-

colla Sicilia tomo 2do dell' anno 1634," voluminis „V. Scritture particolari d'Ibern. 1635. Num. 14" index verbis: „Tavola delle scritture particolari d' Hibernia dell' anno 1635", tomi „III. Lettere di Venezia 1641. Num. 33" index verbo: „Venetia", sequentis voluminis „I. Lettere d' Italia 1642. Num. 34" index verbo: „Indice di lettere d' Italia tomo 1°: Venetia, Milano, Turino", tomi „I. Lettere diverse d' Italia 1648. Num. 53" index verbo: „Tavola", voluminis „IV. Lettere di Svizzera e Torino 1644. Num. 88" index verbis: „Lettere di Tor. et Svizz. 1644", tomi „VIII. Lettere di Svizzera 1647. Num. 95" index verbis: „Indice di lettere de Svizzeri", voluminis „V. Boemia. Num. 217" index verbis: „Index Boemiae tomus 5", tomi „Cause dell' anno 1631. Num. 314" index verbis: „Index Evropae t. 1", voluminis „I. Asia. Cause dell' anno 1633. Num. 316" index verbis: „Index Asiae", tomi „II. Cause dell' anno 1637. Num. 319" index verbis: „Index Evropae t. 2", voluminis „I. Polonia e Russia. Num. 336" index verbis: „Index Russiae t. 2", voluminis „II. Polonia, Russia, Vallachia e Moldavia. Num. 337" index verbis: „Index Russiae t. 1", tomi „I. Collegium de P. F., fabricae, bona, officina. Num. 363" index verbis: „Index collegiorum t. 2", tomi „Memoriali 1639. Num. 400" index verbo: „Memoriali", tomi „Memoriali 1640. Num. 401" index verbis: „Indice delli memoriali dell' anno 1640", voluminis „I. Memoriali 1648. Num. 416" index verbo: „Tavola", tomi „II. Memoriali 1648. Num. 417" index verbo: „Indice" est inscriptus. Nonnullis indicibus inscriptiones omnino desunt.

[569]) V. supra, pag. CXCVIII, CCI, CCII, CCIII.

[570]) Modum, quo voluminum indicationes Dionysii Massari tempore literis allatis apponi solitae cum statu hodierno concordant, sequentia illustrant: e literis, quibus in fronte indicatio: „Libro 1652 to[mo] 2°" tunc ascripta est, in volumine „V. Boemia Num. 217" reperiuntur fol. 250 (336, 105) literae dd. 1651 Jan. 1, fol. 255 (349, 69) literae dd. 1651 Jan. 23, fol. 233 (309) literae dd. 1651 Aug. 23, fol. 230 (306) literae dd. 1651 Sept. 29, fol. 241 (323) literae dd. 1652 Febr. 17, fol. 242 (324) literae dd. 1652 Febr. 15, fol 239 (321, 9) literae dd. 1652 Junii 18, fol. 240 (322) literae dd. 1652 Junii 26, fol. 238 (320, 8) literae dd. 1652 Junii 29, fol. 232 (308) literae dd. 1652 Jul. 5, fol. 224 (300) literae dd. 1652 Sept. 14, fol. 243 (325) literae dd. 1652 Sept. 18 et fol. 251 (337, 182), fol. 223 (299) literae, quibus dies non est ascriptus, in volumine „IV. Germania, Austria, Moravia e Silesia ad annum 1656. Num. 335" fol. 149 (154, 143) literae die 1652 Sept. 8 missae et fol. 146 literae, quibus nullus dies est ascriptus, in volumine „IV. Polonia, Russia Dania, Suezia et Norvegia. Num. 339" fol. 274 literae die 27. Jul. 1652 et fol. 275 aliae die 28. Sept. 1652 scriptae leguntur; e literis, quae in fronte indicationem: „Mem[oriali] 1649" gerunt, in volumine „V. Boemia. Num. 217" fol. 164 literae die 20. Maii 1649, fol. 163 aliae die 8. Junii 1649 scriptae et fol. 162 libellus supplex ante diem 27. Sept. 1649 datus, in volumine „Collegium de P. F. alumni. Num. 361" fol. 122, 124 et 125 libelli supplices, quibus nullus dies ascriptus est, in volumine „Collegia.

tiones, quas Antonius Manfroni prosecretarius et duo secretarii, qui eum proxime secuti sunt, a literarum allatarum tergo apponere solebant, cum voluminibus, in quibus literae illae hodie inveniuntur, plerumque concordant.[571]) Literae allatae, quibus secretariorum et prosecretarii, quos modo diximus, aetate nulla voluminis indicatio addita est, usque ad anni 1669 initium in varios tomos secundum intitulationes iis ascriptas ligabantur. Ratio, qua id fiebat, varie mutabatur.

Ex intitulationibus enim literis allatis adiici solitis ad eas in diversa volumina conglutinandas usque ad annum 1669 saepissime regnorum regionumve nomina propria deligebantur, at praeter ea ne vocabula communia quidem spernebantur: libelli supplices (non autem omnes) ex. gr. Francisci Ingoli tempore in tomos verbo: „Memoriali" inscriptos,[572]) qui vero praeter libellos supplices etiam

Num. 365" fol. 341 libellus supplex, qui ante diem 24. Sept. 1649 S. Cong^ni^ de P. F. porrectus est, inveniuntur. Ceterum v. supra in annot. 500 et 501.

[571]) Exempla v. supra in annot. 507, 509, 510, 511; contra autem v. supra in annot. 510 ea, quae ad literas a Fr. Gabriele Angelo Rossi die 25. Novembris 1668 scriptas pertinent; voluminis enim indicatio iis ascripta cum statu hodierno discrepat.

[572]) Verbo „Memoriali" cum temporis, quod libelli supplices in voluminibus, quae supra diximus, contenti spectant, indicatione (ex. gr.: „Memoriali del 1622", „Memoriali de' primi 6 mesi del 1623", „Memoriali del 1624 ed ultimi 6 mesi del 1623", „Memoriali riferiti nella S. Cong^ne^ de P. F. 1625", „Memoriali 1628", „II. Memoriali 1646", „III. Memoriali 1647", „I. Memoriali 1648", „II. Memoriali 1648") tomi numeris 382–397, 399–417 signati sunt inscripti, qui autem praeter libellos supplices varia alia comprehendunt; in volumine ex. gr. verbis: „Memoriali 1628. Num. 388" inscripto fol. 345 et 348 Pauli V. pontificis maximi breve ad Franciscum cardinalem a Dietrichstein die 13. Martii 1614 missum, in tomo „Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 89 generalis congregationis 139^ae^ decretum 6um, cui perperam dies: „Die 12. Aprilis 1639 (loco 1631)" est ascriptus, et in tomis aliis alia varia leguntur. De modo, quo libelli supplices in his aliisque literarum allatarum tomis comprehensi (nam et primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii tempore libelli supplices etiam in alia literarum allatarum volumina ligabantur) concipiebantur, eadem fere dici possunt, quae supra (pag. CVIII sqq.) de libellis supplicibus in „Audientiarum S^mi^" serie contentis diximus. Iis a tergo alioque loco similia ac aliis literis allatis in Cong^ne^ de P. F. relatis ascribebantur. Hic solum libelli supplicis a Michaele Vori Moravo in collegium Urbanum recipi cupiente ad Bernardum cardinalem Spada, qui S. Cong^ni^ de P. F. quidem ascriptus, sed neque praefectus, nec antiquior eius cardinalis erat, dati („I. Memoriali 1646. Num. 412" fol. 152), qui allocutionem: „Em^me^ princeps, ecclesiae catholicae protector et propagator vigilantissime etc." habet et cuius inscriptioni: „Ad Em^mum^ principem, cardinalem Bernardinum Spada supplex libellus" verba: „per Michele Vori" Franciscus Ingoli sua manu a tergo adiecit, aliusque libelli, qui seminarii pontificii Olomucensis nomine ad Marium Alberici, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, allocutione: „Illmo e Rev^mo^ S^re^" incipiens, anno 1662 datus est („Collegii de Maroniti e missionarii, Olmute 24, 25, 26. Num. 375" fol. 231) mentio est facienda. Libelli supplicis, qui in volumine „II. Memoriali 1646. Num. 411" fol. 116 legitur et verbis: „Em^mo^ e Rev^mo^ S^re^. || Havendo gli nuntii di Germania e Polonia fatto le visite dei seminarii pontificii e scritto uniformamente, che il maggior disordine che habbiano ritrovato, è stato in materia della povertà ∞" incipit, cum quibus verba paulo infra sequentia: „ . . . . Perilchè rappresentano li nuntii esser ne-

literas allatas, S. Cong^nis de P. F. decreta pluraque alia continent, scripta varii generis ad causas aliquas pertinentia in volumina verbo: „Cause“ inscripta,[573]) literae allatae, libelli supplices, S. Cong^nis de P. F. decreta aliusque generis scripta varia seminariorum pontificiorum regimen spectantia in tomos verbo: „Collegii“ aut „Collegium x“ inscriptos,[574]) literae testimoniales, mandata etc. in volumen verbis: „Fedi e mandati 1637. Num. 398“ inscriptum, diversi generis scripta in tomum verbis: „Varia: typographia, canonizat., documenta. Num. 182“ ligata hodie quoque reperiuntur; alias vocabula communia in tomorum inscriptionibus ad propria regnorum regionumve nomina accesserunt.[575]) Ad intitulationes autem respectus nullus habitus est in nonnullis iisque perpaucis voluminibus, in quibus conglutinandis solummodo linguae, qua literae allatae conscriptae erant, ratio ducta est.[576])

Quando secundum propria regnorum regionumve nomina (intitulationes) literae allatae huiusce S. Cong^ni de P. F. archivii partis in sua volumina ligari debebant, non eadem semper ratio servabatur: nunc enim literae ex una vel pluribus diversis regionibus uno anno perlatae, alias literae ex una vel paulo pluribus regionibus finitimis plurium annorum spatio allatae in singulos tomos conglutinabantur;[577])

cessario per il mantenimento dei medesimi seminarii x“ optime concordant, inscriptio a tergo posita: „All' Em^mo e Rev^mo s^re, il s^r cardinal Capponi per li seminarii pontificii oltramontani“ a libello ipso, qui in S. Cong^nis de P. F. cancellaria conceptus est, solum in speciem abhorret, cum reapse non nuntios, sed seminaria illa spectat.

[573]) V. supra in annot. 380 et 361, 378, 379. Conf. Kollmann, O archivu Sv. kongregace de propaganda fide (in Časopis musea král. Českého LXVI pag. 432).

[574]) Collegia (eaque pontificia seminaria tam Romae, quam extra Urbem instituta, collegium Urbanum, collegium missionariorum et alia) tomi numero 361—381 signati spectant, qui vario modo sunt inscripti ex. gr.: „I. Collegium de P. F.: alumni. Num. 361“, „II. Collegium de P. F.: fabricae, bona, ofic^a. Num. 363“, „Collegii I. Num. 362“, „III. Collegium S. M. de Victoria. Num. 364“, „Collegii 3, 4: Armeni in Roma, Avignone. Num. 366“, „Colleg. 10: c. Germanico et Ungarico. Num. 368“, „Collegii 24, 25, 26: de Maroniti, missionar., Olmute. Num. 375“, „Collegii 28, 29: s. Pietro Mont[orio], Praga. Num. 377“, „Collegii 50 usque 65: Urbano. Num. 381.“

[575]) Eiusmodi tomi sunt ex. gr.: „Italia 19: ricapito, varii. Num. 352,“ „Italia 20: soggetti varii, missionarii varii, istanze per missioni, vescovi. Num. 353“; „Italia 23, 24, 25, 26: varie, Hebrei, Venetia, fabrica del collegio Urbano. Num. 354,“ „Italia 22: stato temporale. Num. 355“, „Italia 22: stato temporale. Num. 356“, „Italia 22: stato temporale. Num. 357“. Quodam modo huc etiam volumen verbis: „I. Belgium sive Fiandra, Jesuitissae ad 1648. Num. 205“ inscriptum pertinet.

[576]) Tomus numero 181° signatus verbis: „VI. Lettere in diver[se] lingue dall'anno 1622 al 1629“ inscriptus est; ei simile est volumen: „XI. Lettere di lingua straniera dall' anno 1631 sino al 1645. Num. 180.“

[577]) Singulorum annorum literas comprehendunt et unam vel plures diversas regiones spectant ex. gr. tomi: „IV. Lettere d' Italia riferite l' anno 1626. Num. 1“, „I. Lettere

fiebat autem et quidem non raro, ut tomi iam ligati disglutinarentur, et literae, quae in iis contentae erant, alia ratione in alia, diversa volumina dividerentur, id, quod nonnullis literis etiam pluries accidit.[578])

Nonnullorum huiusmodi tomorum, sive ex una vel pluribus regionibus uno anno, sive ex una pluribusve regionibus plurium annorum spatio allatas literas continent, inscriptionibus notae numeri Romanae adiectae sunt, quae, quatenus ad volumina literas ex eadem vel iisdem duobus, tribus etc. regionibus plurium annorum

d'Italia 1627. Num. 2“, „I. Lettere d' Italia 1628. Num. 3“, „I. Lett. d' Italia e Malta 1632. Num. 7“, „V. Scritture particolari d' Ibern[ia] 1635. Num. 14“, „III. Lettere di Napoli, Messina, Malta, Dalmazia ed Illirico 1636. Num. 17“, „III. Lettere di Venezia 1641. Num. 33“, „III. Lettere di Polonia, Ungaria, Illirico riferite l' anno 1626. Num. 56“ (quae inscriptio in libri dorso legitur, iustius autem hoc volumen intus folio [2] verbis: „Lettere riferite l' anno 1626 tomo 3°: Polonia, Boemia, Ungharia, Servia, Bosna, Bulgaria, Illirico“ inscriptum est), „IV. Lettere di Ungaria, Polonia, Russia, Colonia, Amburgo, Alsazia e Palatinato 1629 Num. 57“, „IX. Lettere di Polonia, Russia, Moscovia, Vallachia, Moldavia, Palestina, Soria, Armenia, Persia e Tartaria 1645. Num. 62“, „VII. Lettere di Polonia, Vallachia, Moldavia, Russia, Moscovia [cuius nominis loco tam in voluminis interna (fol. ante 1), quam in indicis inscriptione nomen: „Moravia“ legitur], Persia, Armenia, Soria, Egitto, Etiopia e Barbaria 1647. Num. 64“, „VI. Lettere di Polonia, Russia, Moscovia, Barbaria, Germania, Egitto, Etiopia, Tartaria, Georgia, Armenia, Persia 1648. Num. 65“ etc. Plurium annorum literas continent unamque vel plures regiones attingunt ex. gr. volumina: „I. Boemia [inde ab anno 1622] ad 1629. Num. 214“, „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215“, „IV [sic]. Boemia ab an[no] 1635 ad 1648. Num. 216“, „V. Boemia. Num. 217“ (qui tomus ad annos 1649—1657 pertinet), „I. Germania ad 1629. Num. 330“, „II. Germania, Saxonia, Moravia, Stiria ad 1648 inclus. Num. 333“, „III. Germania ad 1653. Num. 334“, „IV. Germania, Austria, Moravia e Silesia ad an. 1656. Num. 335“, „Germania 1 usque 5. Num. 323“ (quod volumen e quinque fasciculis constat et annos post 1650 usque ad annum 1668 spectat), „Germania 11, 12, 13, 14. Num. 325“ (qui tomus volumini, quod modo diximus, simillimus folio [1] inscriptionem: „11. Carmelitani“, inferius inscriptionem: „12. Hollanda“, folio 295 inscriptionem: „13. Domenicani“ folio 343 inscriptionem: „14. Hollanda: Efesino e Filippense“ habet), „Germ^a 18, 19, 20, 21, 22. Num. 326“ (cum internis inscriptionibus, quae sequuntur: „18. Harlem“, „19. Nimega“, „20. Trallense“, „21. Velpe, Volduc“, „22. Utrecht“), „Germania, Boemia 23. Num. 327“ (qui tomus, folio 1 verbis: „23. Boemia“ inscriptus, Bohemiam solam spectat), „Germania 36 usque 43. Num. 329“ (quod volumen internas inscriptiones haec habet: „36. Wilna in Elvetia“, „37. Holsatia e Westfalia“, „38. Magonza“, „39. Bosna“ [!], „40. Palatinato“, „41. Pomerania“, „42. Ratisbona“, „43. Rhetia in genere“), „I[sic]. Polonia e Russia. Num. 336“ (qui tomus internam inscriptionem: „Polonia, Russia [inde ab anno 1630] ad 1635. tom. 2“ habet), „II. [sic]. Polonia, Russia, Vallachia, Moldavia. Num. 337“ (cum interna inscriptione; „Polonia, Russia ad 1629. Tom. 1“), „III. Polonia, Russia e Moscovia. Num. 338“ (quod volumen intus verbis; „Polonia, Russia, Moscovia ad 1648. Tom. 3“ inscriptum est), „IV. Polonia, Russia, Dania, Svezia e Norvegia. Num. 339“ etc.

[578]) Id e modo, quo singulorum voluminum folia numeris signati sunt, manifeste apparet: multorum quidem tomorum folia binos numeros ascriptos habent (v. infra in annot. 584), si vero quod folium tres quatuorve numeros in fronte gerit, ex. gr. in volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214“: fol. 266 (331, 84), fol. 270 (340, 128), fol. 286 (361, 135), fol. 289 (364, 138), fol. 415 (481, 491), fol. 423 (500, 491), fol. 427 (504, 495), fol. 428 (505, 496), fol. 433 (510, 96), fol. 436 (513, 99), illud in alio tomo pridem fuisse constat.

spatio allatas comprehendentia pertinent, facile intelliguntur;[579]) pari autem modo singuli tomi literas ex uno regno vel ex una regione, vel e pluribus regnis regionibusve eodem anno allatas continentes notis numeri Romanis ex ordine signabantur, in qua re tamen neque idem regnorum regionumve ordo in voluminum huiusmodi inscriptionibus servabatur,[580]) neque eodem semper ordine literae ex iisdem regionibus singulis annis allatae in singulos tomos conglutinabantur, quod ipsae voluminum huiusmodi inscriptiones, quas iam attulimus, satis superque ostendunt.[581]) Romanae numeri notae etiam in dorso illorum tomorum, qui vocabulis communibus inscripti sunt, interdum leguntur: si ex. gr. supplices eodem anno allati libelli in duos vel tres tomos ligati sunt, singula huiusmodi volumina notis numeri Romanis signata sunt.[582]) Alias in dorsualibus nonnullorum tomorum inscriptionibus sive e geographicis, sive e communibus intitulationibus constant, singulas pluresve notas numeri Arabicas invenimus, quibus in singulis voluminibus singuli literarum allatarum ad singulas minores regiones singulasve urbes vel ad singula instituta, negotia similiaque pertinentium ampliores fasciculi, qui singuli, bini, terni, quaterni, quini etc. in singulos tomos conglutinati erant, signati sunt.[583]) In cetera allatarum literarum volumina non magni literarum fasciculi conglutinabantur, sed plures minores fasciculi e singulis, binis, ternis, si longiores, e quaternis, quinis, senis etc., si breviores erant, literis, etiam diversa negotia diversasque regiones spectantibus, compositi colligabantur.[584]) Praeter numeros, quos modo diximus,

[579]) V. supra in annot. 577.

[580]) Literae anno 1626 allatae, quae alio ordine in volumina alia ligatae non sunt, in his tomis reperiuntur: »I. Lettere di Germania, Colonia, Svizzera riferite l' anno 1626. Num. 66", „II. Lettere d' Inghilterra, Spagna, Portogallo, Fiandra e Francia 1626. Num. 101", „III. Lettere di Polonia, Ungaria, Illirico riferite l' anno 1626. Num. 56", „IV. Lettere d' Italia riferite l' anno 1626. Num. 1". — Ad annum 1636 volumina, quae sequuntur, spectant: „I. Lettere d' Italia. Num. 15", „II. Lettere d' Italia 1636. Num. 16", „III. Lettere di Napoli, Messina, Malta, Dalmazia ed Illirico 1636. Num. 17", „IV. Lettere di Germania, Svizzera, Colonia, Ungaria, Bosnia e Transilvania 1636. Num. 78", „V. Lettere di Francia, Fiandra, Inghilterra, Svezia, Ibernia, Svizzera, Portogallo, Indie, Polonia, Vallachia, Egitto, Palestina, Persia e Tartaria 1636. Num. 135". V. etiam supra in annot. 577.

[581]) Bohemia in literarum allatarum volumine Num. 67 (anni 1627) cum Germania, Ungaria, Polonia, in volumine Num. 70 (anni 1629) et Num. 71 (anni 1630) cum Germania sola, in volumine Num. 72 (anni 1631) cum Germania, Ungaria, Palatinatu, Saxonia, Colonia, Helvetia et Rhaetia, in volumine Num. 78 (anni 1636) cum Germania, Helvetia, Colonia, Ungaria et Transilvania est coniuncta.

[582]) Ex. gr.: „I. Memoriali 1647. Num. 413", „II. Memoriali 1647. Num. 414", III. Memoriali 1647. Num. 415". V. etiam supra in annot. 572 et 574.

[583]) V. supra in annot. 574, 575, 577.

[584]) Quia binae, ternae, si longiores, quaternae, quinae, senae, si breviores erant, literae aliae in alias componebantur et e pluribus fasciculis hoc modo exortis tomi conglutinabantur, et quia prius mos erat, ut in voluminibus solum illud literarum folium, quod ab eo, qui literas dedit, inscriptum erat, numeris signaretur, postea vero consuetudo invaluit, ut omnia singulorum tomorum folia ex ordine numeris signarentur, factum est, ut praeter primum vel pauca folia in huiusmodi tomorum initio unumquodque folium duos numeros gereret; si autem quae literae prius in aliud volumen conglutinatae et in eo suo ex ordine numero signatae erant, earum folia etiam ternos, imo et plures numeros habere possunt. Si in primam cuiusdam literarum allatarum voluminis epistolam e duobus dumtaxat foliis constantem septem epistolae similiter e binis foliis constantes — alia in aliam — impositae erant, primae epistolae primum folium in paginatione prima in superiore, dextro primae paginae angulo numerum 1, alterum vero eius folium, si ne prima quidem eius (totius epistolae tertia) pagina ab eo, qui literas dedit, inscripta erat, in paginatione prima nullum, in secunda paginatione numerum 9, si autem haec pagina ab eodem (etiam paucissimis verbis) inscripta erat, atque si e septenis literis impositis ex. gr. binae aliae (v. gr. epistola imposita quarta et ultima) similiter in suo altero folio inscriptae erant, in eadem prima paginatione numerum 11, in paginatione secunda numerum 16 accepit, quapropter hodie hoc alterum primae epistolae folium (tertia epistolae pagina) duos numeros (11 et 16) gerit; eodem modo prima e septem epistolis impositis (solum primo folio inscripta) in sua prima pagina numerum 2, in pagina tertia numerum 15, epistola secunda in prima pagina numerum 3, in pagina tertia (non inscripta) numerum 14, epistola tertia in primi sui folii prima pagina numerum 4, in tertia pagina (non inscripta) numerum 13, quarta epistola in pagina prima numerum 5, in tertia (inscripta) pagina numeros 10 et 12, quinta epistola imposita in prima pagina numerum 6, in pagina tertia (non inscripta) numerum 11, sexta epistola in prima pagina numerum 7, in pagina tertia (non inscripta) numerum 10, septima autem (ultima ex impositis epistolis) in prima sua pagina numerum 8, in pagina tertia (inscripta) numerum 9 habet; subsequentis in volumine eodem fasciculi prima epistola in prima pagina numeros 12 et 17 gerit etc. Hic foliorum in literarum allatarum voluminibus signandorum modus, qui usque ad annum 1669 valuit, explicat, cur in huiusmodi literarum tomis, in quibus epistolae breves (unam paginam explentes) praeponderant, secundae paginationis numeri numeros primae paginationis longe excedant, et cur in iis tomis, qui multas epistolas e pluribus foliis inscriptis continent, utraque paginatio parum inter se differat. In hac nostra editione numeri singulis foliis in secunda paginatione impositi, perinde ac numeri, quos singulae literae in tomis, in quibus prius reperiebantur, habuerant, post primae paginationis numeros in uncinis leguntur; v. ex. gr. infra, pag. 14, 17, 49, 165, 190, 192, 200; ternos numeros singulis literarum foliis ascriptos infra, ex. gr. pag. 77, 84, 86, 87, 92, 187; quaternos infra, ex. gr. pag. 53 reperies.

unusquisque literarum allatarum, de quibus in generali congregatione relatum est, tomus sub sua dorsuali inscriptione nota numeri arabica (sine verbo: Numerus, quod in hac nostra editione ob perspicuitatem additur) ex ordine signatus est.[585])

Inde ab anno 1669 intitulatio ad literas allatas in singula volumina conglutinandas iam nihil momenti habuit; nam hoc anno literae allatae, de quibus in generalibus congregationibus relatum est, cum omnibus scriptis ad eas pertinentibus eodem ordine, quo

[585]) Prima huiusce archivii S. Congnis de P. F. partis volumina hoc modo in tergo inscripta sunt: „IV. Lettere d' Italia riferite l' anno 1626. || 1", „I. Lettere d' Italia 1627. || 2", „I. Lettere d' Italia 1628. || 3", „I. Lettere d' Italia 1629. || 4", „I. Lettere d' Italia del 1630. || 5", „I. Lettere d' Italia 1631. || 6", „I Lettere d' Italia e Malta 1632 || 7", „I. Lettere d' Italia 1633. || 8"; „I. Lettere d' Italia 1634. || 9", „II. Lettere d' Italia colla Sicilia 1634. || 10".

generales congregationes alia post aliam habitae, et in iis singula negotia tractata sunt, in singulos tomos conglutinari coeptae sunt, qui mos postea perduravit. In tomos huiusmodi literae allatae cum scriptis iis additis singula negotia spectantes aliae ex aliis plerumque in singulas chartae plagulas, in quibus nonnunquam summarium legitur, impositae ligabantur ita, ut aliquot fasciculos nunc parvos, nunc maiores in voluminibus efficerent. Chartae plagulis, quas modo diximus, vel, si cui epistolae nulla plagula addita est, quod fieri solebat, si ad quod decretum praeter unicam epistolam nihil aliud pertinebat, epistolis ipsis aut in prima, aut in ultima pagina, aut utroque loco congregationis generalis, quam spectabant, dies et decreti, ad quod pertinebant, numerus ascribebantur.[586]) Voluminibus huiusmodi praeter verba: „Scriture riferite in S. Cong^ne^“ vel „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali“ vel similia atque numerum, qui eis ex ordine obvenit, in dorso congregationis vel congregationum generalium, ad quas literae in tomis contentae pertinebant, dies inscribebatur.[587]) Primus literarum allatarum, de quibus in generali congregatione relatum est, huiusmodi tomus literas ad congregationes generales die 15. Januarii et 26. Martii anni 1669 peractas spectantes continet atque numerum ex ordine 418 a dorso gerit.[588]) Intus autem omnes literarum in singulis congregationibus relatarum scriptorumque iis additorum fasciculi unam communem inscriptionem, quae congregationem generalem, ad quam pertinent, indicat, habere solent.[589])

Inter primos 417 et sequentes, numero 418 incipientes literarum allatarum, de quibus in congregationibus generalibus relatum est, tomos non nihil differt: illorum enim 417 voluminum omnium, sequentium autem perpaucorum folia numeris (v. supra, annot. 584) signata sunt;[590]) inter primos 417 literarum relatarum tomos et „Acta S. Cong^nis^“ nulla est coniunctio: si quis ad qualelibet decretum in generali congregatione factum, quod in aliquo e primis 417 „Actorum“ voluminibus repperit, literas allatas scriptaque iis addita, ad quae decretum pertinet, quaerere velit, difficillima coniectura literarum allatarum tomum, ubi leguntur, assequi possit;[591]) contra inde a 418° literarum allatarum volumine inter literarum huiusmodi et „Actorum S. Cong^nis^“ tomos coniunctio est tam arta, ut ad quodcunque congregationum generalium decretum in haec „Actorum S. Cong^nis^“ volumina relatum, literae et scripta, quae spectat, in literarum allatarum tomis facillime — nisi forte desunt — inveniri

[586]) In volumine ex. gr. verbis „Scritture riferite nella S. Cong^ne^ 1670: 7. Julii, 4. Augusti. [Num.] 423“ inscripto in prima pagina chartae plagulae, in quam libellus supplex Fr. Kiliani Ziweczki eiusque summarium sunt imposita, verba: „4. Aug. 1670. Num. 43“ leguntur. — In literarum relatarum volumine, quod numero 426 est signatum, locis iisdem verba: „Cong° 12 Gen. 1671. Num. 8“, „Cong° 12 Gen. 1671. Num. 27“, quae — divisa quidem — etiam a tergo libelli supplicis impositi scripta sunt, „Cong° 17. Martii 1671. Num. 17“ etc. leguntur. — In volumine numero 432 signato in chartae plagulae fronte verba ex. gr.: „Cong. 15. Febr. 1672. Num. 30“ scripta sunt, quae divisa etiam a tergo summarii primo loco impositi leguntur. — In tomo numero 465 signato in plagulae fronte ex. gr. verba: „Cong. 31. Aug. 1677 in congregatione praeparatoria. Num. 3“ sunt ascripta. — In volumine literarum allatarum, quod numero 845 signatum est, a tergo literarum ab Antonio Petro Příchovský archiepiscopo Pragensi ad Pium VI. missarum, quae in fasciculo verbis: „Cong. 19. Aug. 1776. Num. 2“ inscripto reperiuntur, verba: „Boemia [= intitulatio] 19. Aug. 1776. 2“ leguntur.

[587]) Ex. gr.: „Scritture riferite in S. Cong^ne^ 20 Agosto, 10 Sett^re^ 1669. [Num.] 420“, „Scritture riferite in S. Cong^ne^ 1670: 2. Junii, 17. Junii. [Num.] 422“, „Scritture riferite nella S. Cong^ne^ 1670: 7. Julii, 4. Augusti. [Num.] 423“, „Scritture riferite in S. Cong^ne^ generale 1670: 15. Septembris, 10. Novembris. [Num.] 424“, „Scritture riferite nelle congregi 12 Genaro, 16 Febraro, 17 Marzo 1671. [Num.] 426“, „Scritture riferite nella cong^rne^ 15 Giugno 1671. [Num.] 428“, „Scritture riferite nelle cong^rni^ generali de 19 Gennaro e 15 Febraro 1672. [Num.] 432“, „Scritt. originali riferite nelle congr. generali de 31 Gen. e 28 Febr° 1673. [Num.] 438“, Scritture originali riferite nelle congr. de 12 e 27 Novembre 1674. [Num.] 450“, „Scritture riferite nella congregate dei 30 Luglio dell'anno 1675. [Num.] 453“, „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali 1° Decembre et 15 Decembre 1676. [Num.] 461“, „Scritture originali riferite nelle congregat^ni^ de 5 Luglio, 2 Agosto, 31 Agosto 1677. [Num.] 465“, „Scritture riferite nelle cong^ni^ generali de 26 Settembre, 14 Novembre e 12 Decembre 1678. [Num.] 471“, „Scritture riferite nelle cong^ni^ generali de 14 e 28 e 30 Gen° e de 8 Marzo del 1679. [Num.] 472“, „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali delli 11 Marzo e 10 Giugno 1776. [Num.] 844“, „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de' 29 Luglio, 19 Agosto, 23 Settembre e 26 Novembre 1776. [Num.] 845“. Non autem omnium tomorum huiusmodi dorsuales inscriptiones emendate descriptae sunt: in inscriptione v. gr. „Scritture originali riferite nelle congreg^ni^ 1° Aprile e 7 Maggio **1677**. [Num.] 464“ loco anni 1677 annus **1675** ponendus est, tomusque ipse numerum 453 gerere deberet; in voluminis „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 24 Aprile e 15 Maggio 1679 [Num.] 473“ inscriptione loco diei 15. Maii dies 13. Maii ponendus est, quo congregatio generalis, ad quam volumen pertinet, est peracta. Ab aliis huiusmodi voluminibus diversam inscriptionem tomus 443 gerit: „Armenia: scritture originali concernenti il negotio del P. Tani Domenicano colla provincia di Naxivan“.

[588]) Eius dorsualis inscriptio haec est: „Scritture riferite in S. Congreg. 15 Genaro e 26 Marzo 1669. [Num.] 418.“

[589]) In primo ex. gr. voluminis „Scritture riferite in S. Congreg. 15 Genaro e 26 Marzo 1669. [Num.] 418“, quod diximus, folio communis inscriptio: „Scritture della congrege generale delli 15 Gennaro 1669“ legitur.

[590]) Literarum allatarum voluminis numero 418 ex ordine signati perinde ac tomorum, qui numeros 419–422, 424, 425, 427, 438–442, 444, 472 in dorso gerunt, folia suis ex ordine numeris sunt signata; tomi 423, 455, 465, 473, solum in prima sua parte, tomi 443, 450, solum nonnullis locis foliorum numeros gerunt.

[591]) Literae ex. gr. ad secundum decretum congregationis generalis 33^ae^ die 27. Junii 1623 peractae pertinentes in volumine „I. Germania ad 1629. Num. 330“ fol. 424 (142) – 425 (143), literae scriptaque iis addita, septimum decretum eiusdem generalis congregationis spectantia in volumine „I. Boemia ad 1629. Num. 214“ fol. 51 (58, 133), 45 (52, 135) – 48 (55, 138), 49 (56, 139) – 50 (57, 140) leguntur; v. infra, num. 70 a, 70 b, 70 c, 73, 79.

possint; namque ipsae dorsuales tomorum huiusmodi inscriptiones — nisi error incidit (v. supra in annot. 587) — indicant, in quo literarum allatarum volumine scripta illa quaerenda sint.[592])

Ex his, quae modo et aliquot locis, qui superius leguntur, diximus, ne hanc quidem archivii S. Congnis de P. F. partem, licet tot tamque varias res comprehendat, integram esse apparet: nonnullae enim literae allatae, de quibus in congregationibus generalibus decretum est, non hic, sed in „Actorum S. Congnis" voluminibus reperiuntur;[593]) aliae literae scriptaque ad eas pertinentia, de quibus similiter S. Congo de P. F. in congregatione generali constituit, postquam in aliqua congregatione particulari de iis deliberatum est, in aliquo congregationum particularium tomo inveniuntur, si literae ipsae congregationum particularium voluminibus insertae sunt, solumque earum summarium, quod in generali illa congregatione recitatum est, in originalium literarum allatarum seriem positum est, quod tamen non semper fiebat, imo etiam contrarium aliquando accidebat;[594]) alius generis literae et scripta iis addita, de quibus S. Congo

[592]) Qui ex. gr. ad decretum numero 21o signatum in congregatione generali die 8. Maii 1674 habita factum, quod in volumine „Acta S. Congnis de P. F. anno 1674" fol. 145 b–146 b invenit, literas allatas scriptaque eis addita quaerit, volumen „Scritture riferite nelle congni generali de 17 Aprile e 8 Maggio 1674. Num 447" in manum sumet et ibi post literas ad omnia congregationis generalis die 17. Aprilis 1674 peractae atque ad prima viginti congregationis die 8. Maii eiusdem anni celebratae decreta pertinentes literas scriptumque ei additum 21um decretum congregationis die 8. Maii 1674 habitae spectantia reperiet.

[593]) V. supra, in extrema annot. 134. – At non omnes literae allatae, quae in „Actorum S. Congnis" voluminibus leguntur, in literarum allatarum, de quibus ad S. Congnem de P. F in generalibus congregationibus relatum est, tomis omnino desunt: libelli supplicis v. gr. a monasterii Montis Sion Pragensis abbate ad summum pontificem dati, cuius exemplar in volumine „Acta S. Congnis de P. F. anno 1713" (fol. 562 undecies) legitur, aliud exemplum etiam in tomo „Scrit. originali riferite nelle congni generali ∝ 1713. Num. 589" reperitur.

[594]) V. supra, pag. CXXXVII, CXXXIX, CXL; contra autem v. supra, annot. 485, 486. – Hic nonnulla exempla afferre nobis liceat; in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 16 e 22 Decembre 1710. Num. 574" („congne 22 Dec. 1710 numo 16") haec verba leguntur; „Boemia. || La ponenza del signor cardinal Gozzadini int[it]olata Boemia fù riportata in una congregazione particolare. || 16" et a folii eiusdem tergo: „Boemia [= intitulatio]. || 16 [= decreti numerus]", sed status ecclesiasticae capsae salis in Bohemia expositio, quae ad 16mum decretum generalis congregationis die 22. Decembris 1710 peractae („Acta S. Congnis de P. F. anno 1710" fol. 573 b - 574 b), cuius rescriptum est: „Ad congregationem particularem", pertinet, non ibidem, sed in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num. 35" fol. 46–64 reperitur. — Simili modo in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali dei 12, 19 Gennaro e 23 Febraro 1728. Num. 659" loco, ubi literae libellique supplices ad decretum duodecimum in generali congregatione die 19. Januarii 1728 peractae factum pertinentes inveniri deberent, solum verba: „Romania. Smirne. || 19. Januarii 1728. || Pro memoria. || Gl' originali di questa posizione si sono trasportati tra gl' altri della ponenza dell' Emmo

de P. F. in aliqua generali congregatione egit, quamquam ei non inscriptae, sed ad eam aut ab aliis personis aut ab alio curiae pontificiae magistratu (ex. gr. a secretarii status cancellaria vel aliis) missae erant, aut in hacce archivii parte, aut in S. Congnis de P. F. archivio omnino desunt, si aut literarum talium exempla in S. Congnis cancellaria transscripta, postquam de iis in generali quadam (vel particulari) congregatione ad S. Congnem de P. F. relatum est, in alia eius archivii parte collocatae sunt, aut literae ipsae aut scripta iis adiuncta iis, quorum erant, restitutae aut restituta neque prius in S. Congnis de P. F. cancellaria transscriptae aut transscripta sunt;[595])

Zondadari da riferirsi nella congregazione particolare destinata per tal materia" cum hac annotatione a tergo: „Romania. Smirne. || 19. Januarii 1728. || 12" leguntur. — Verba literis a Fr. Basilio Belga Capucino die 12. Maii 1640 ad Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, missis in eiusdem S. Congnis cancellaria a tergo ascripta: „. . . . Die 24. Septembris 1640. Congo [generalis] 269. Num. 24. || Referente Emmo domino cardinali Pamphilio literas P. Basilii de Ayre, Capucini, missionarii in Boemia, de confirmatione apostolica hospitalis a bonae memoriae Fr. Gasparo a Questenbergh, abbate Stroffiensi [!] ordinis Praemonstratensis, et a tribus baronibus eiusdem familiae in Pragensi civitate erecti et dotati pro 16 pauperibus . . . ., Smus D. N. iussit huiusmodi negotium examinari in congregatione particulari, sed Stas S. non deputavit cardinales. || . . . . Die 31. Octobris 1640. || Emmus dominus cardinalis Antonius, praefectus S. Congnis de P. F., negotium confirmationis apostolicae hospitalis ab abbate Casparo de Questembergh ordinis Praemonstratensis et a tribus eius fratribus in Praga erecti ad congregationem particularem pro collegiis pontificiis extra Urbem a Smo D. N. institutam remisit, ut in ea diligentius examinetur et ad Stem S. referatur" testantur negotium, ad quod spectant, in congregatione generali quidem relatum, sed in congregatione particulari tandem absolutum esse, literae vero ipsae non in aliquo congregationum particularium tomo, sed in volumine „IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216", quod ad literarum in congregationibus generalibus relatarum seriem pertinet, reperiuntur.

[595]) V. supra, pag. CXXVI, CCXXV et annot. 350, 497. – Hoc loco nonnulla alia exempla adduntur: in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 9 Maggio, 14 Giug[no], 2 Agosto 1695. Num. 521": „congo 14. Junii 1695 numo 12" summarium legitur verbis: „Moscovia. || Vien rimessa dalla segreteria di stato a questa S. Congne la lettera di Monsr nunzio in Vienna in data de 28 di Maggio passato, colla quale ∝" incipiens, cui a tergo — praeter alia — haec verba sunt ascripta: „L'originale fu rimandato in segreteria di stato", ipsa autem nuntii Viennensis, quo munere tunc temporis Sebastianus Antonius Tanara fungebatur, epistola transscripta nec in literarum relatarum volumine, quod diximus, nec in alio archivii S. Congnis de P. F. tomo reperitur. — In volumine verbis: „Scritture originali riferite nelle congregni generali de 12 Maggio, 23 Giugno e 28 di Luglio 1710. Num. 572" inscripto ad vicesimum primum congregationis generalis die 12. Maii 1710 peractae decretum praeter summarium in congregatione illa recitatum nil aliud pertinet, at in literarum missarum tomo verbis: „Lettere della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1710. Num. 99" fol. 258 in epistola a Silvio de Cavalieri, S. Congnis de P. F. secretario, „al sr cardinal Paolucci [qui secretarii status munere fungebatur] 15 Maggio 1710" scripta haec legimus: „Il segretario de Propaganda rimette all' Emza V. tutte le lettere mandateli li 12 Aprile prossime passato per riferirle nella S. Congne. Furono riferite in ponenza dall' Emmo Fabroni 12 corrente ∝", et nonnullae literae posteriores ad idem negotium, de quo S. Congo de P. F. in generali congregatione die 22. Decembri 1710 iterum tractavit („Acta S. Congnis de P. F. anno 1710" fol. 573 b—574 b, decreti num. 16), pertinentes, ex. gr. epistolae a Julio Piazza, archiepiscopo Nazaretensi et sedis apostolicae

alius generis literae (ex. gr. literae status et iurisiurandi verba a pontificiorum seminariorum alumnis concepta) modo quidem in hacce, modo autem in alia S. Cong^nis^ de P. F. archivii parte reperiuntur;[596]) aliae literae suo saltem loco deesse possunt, si cardinalis

ad aulam imperialem nuntio, et a Marco Antonio Santini, Viennensis nuntiaturae ministro, die 14. Junii 1710 ad Fabritium cardinalem Paolucci et ab eo die 26. Junii 1710 ad S. Congnem de P. F. („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 ∝. Num. 3" fol. 354) missae neque in literarum relatarum neque in congregationum particularium serie, quamquam S. Congo in generali congregatione die 22. Decembris 1710, quem diximus, id negotium ad particularem congregationem pro Bohemia constitutam remisit (v. supra in annot. 594), sed in serie literarum non relatarum (in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1720. Num. 3" fol. 356, 355, 357) reperiuntur. — In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali [!] de 4 Agosto 1738. Num. 696" („numo 29") haec verba leguntur: „Io P. Alfonso da Neostadio confesso d'aver riceputo tutti gli documenti che avevo presentato alla S. Congne de P. F., uniti alla mia instanza che fu proposta e risoluta a 4 del corrente. In quorum fidem. Dato 13 d'Agosto 1738 s[tylo] n[uovo]", et scriptorum, quae P. Alphonsus ordinis s. Francisci attingit, ne transcripta quidem exempla in S. Congnis de P. F. archivio inveniuntur. — In volumine verbis „Scritture originali riferite nelle congni generali de 6 Settembre, 5 Ottobre, 22 Novembre, 7 e 20 Dicembre 1706. Num. 556" inscripto literae allatae ad vicesimum decretum in generali congregatione die 5. Octobris 1706 peracta factum spectantes omnino desunt, supplex autem libellus ab Antonio Lothario comite de Hatzfeld et Gleichen, Vratislaviensis ecclesiae canonico, S. Congni de P. F. porrectus, qui ad illud decretum pertinet, in tomo „Scritture riferite nei congressi [!]: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4" (fol. 29) legitur.

[596]) V. supra, pag. CXXXVIII—CXXXIX et annot. 369. — In volumine „Germania 50, 51, 52, 53, 54, 55. Num. 332" fol. 76 literae status a P. Venceslao Otík a Dobřan, missionario apostolico et parocho Freistadiensi in Silesia, qui collegii Urbani alumnus fuerat, 12. Decembris 1662 scriptae, ibidem fol. 87 aliae ab eodem P. Venceslao Otik anno 1665 ad S. Congnem de P. F. missae, in volumine „Collegii de' Maroniti e missionarii, Olmute, 24, 25, 26. Num. 375" fol. 249 aliae a P. Gasparo Valentino Werdecker, sacellano in Jaschkittel, antea pontificii seminarii Olomucensis alumno, die 11. Decembris 1665 datae (v. supra in annot. 507), in volumine „Collegii di s. Pietro Montorio, Praga, 28, 29. Num. 377" fol. 319 literae status a P. Michaele Brunone Berbigio, antehac pontificii seminarii Pragensis alumno, tunc parochiae Gartitziensi in Bohemia parocho, die 25. Januarii 1666 scriptae (v. supra in annot. 406, 424, 475) et fol. 320 aliae ab eodem die 28. Septembris 1666 ad Alexandrum VII. summum pontificem missae, ibidem fol. 325 literae status a P. Martino Norberto Schimon, qui pontificii seminarii Pragensis alumnus fuerat, die 23. Januarii 1667 datae (v. supra in annot. 509), in volumine „Germania 15, 16, 17. Num. 280" fol. 316b aliae ab alio eiusdem Pragensis seminarii antea alumno, P. Gregorio Ernesto Brzeski, tunc parocho Bavoroviensi, die 3. Februarii 1667 scriptae, in volumine „Collegii 10: colleg. Germanico et Ungarico in Roma. Num. 369" fol. 337 literae status a Wolfgango Carolo libero barone a Kriechpaum in Kirchberg, tunc canonico Olomucensi, qui collegii Germanici et Hungarici alumnus fuerat, datae leguntur, quae volumina omnia ad literarum in generalibus congregationibus relatarum seriem pertinent; aliae autem literae eiusdem generis ab eodem canonico Wolfgango Carolo a Kriechpaum, qui tum etiam parochum Slavoninensem agebat, die 16. Octobris 1670, igitur postquam anno 1668 (die 20. Decembris) S. Congo de P. F. alumnos a literis status quotannis aut biennio scribendis liberavit (v. supra in annot. 283; conf. Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide seu decreta, instructiones, rescripta pro apostolicis missionibus, Romae 1907 vol. I. pag. 54 num. 173), ad eandem S. Congnem missae in volumine „Scritture riferite nei congressi: collegio Germanico dal 1584 al 1740. Num. 1" (fol. 27) reperiuntur. — Tempore, quod exemplum supra in annot. 369 allatum spectat,

ponens (v. supra, pag. VIII), postquam de iis in congregatione generali ad S. Cong^nem^ de P. F. retulit, eas domum abstulit neque tempestive restituit,[597]) vel si negotium, quod spectabant, in con-

et quo pontificiorum seminariorum alumni rursus de suo quisque statu S. Congnem de P. F. certiorem facere debebant (v. supra in annot. 283), huiusmodi literae modo et quidem praecipue si aut quid gravius, aut quam petitionem continebant, in literarum in congregationibus generalibus relatarum, modo in literarum non relatarum seriem collocabantur; literae status ex. gr. a P. Christiano Fiebiger, missionario apostolico et canonico Budissinensi, qui collegii Urbani alumnus fuerat, die 22. Septembris 1724 datae, quibus etiam pro Petro Schmid adolescente Lusata rogabat, ut in collegium Urbanum reciperetur, quia de hac eius rogatione ad S. Congnem de P. F. in generali congregatione die 27. Novembris 1724 relatum est („Acta S. C. de P. F. de anno 1724" fol. 319b—320) in literarum in generalibus congregationibus relatarum volumen verbis „Scritture originali riferite nelle congni generali de 2 Ottobre, 27 Novembre e 18 Dicembre 1724. Num. 645" inscriptum („congne 27 Novembre numo 10") collocatae sunt; literae vero status ab eodem P. Christiano Fiebiger die 2. Decembris 1723 ad Josephum cardinalem Sacripanti, S. Congnis de P. F. praefectum, missae, perinde ac aliae a P. Joanne Georgio Peterka, Matthaei Peterka (v. supra in annot. 369) fratre itidemque pristino collegii Urbani alumno, die 2. Januarii 1724 et aliae a P. Joanne Christiano Paldamus Budissinae die 7. Octobris 1724 scriptae in literarum allatarum in congressu cardinalis praefecti cum secretario relatarum tomo verbis „Scritture non riferite dall' anno 1723 a tutto il 1727 e senza tempo di Germania e missioni settentrionali. Num. 6" inscripto (fol. 50, 13, 21) leguntur. — Literae iuris iurandi a Francisco Xav. Leopoldo Felix, pontificii seminarii ad s. Bartholomaeum Pragae alumno, 8. Januarii 1702 dati verba continentes, quas supra in annot. 369 attulimus, in literarum in generalibus congregationibus relatarum serie reperiuntur, aliae verbis „iuramentum praestitum anno 1709 die 24. Junii" inscriptae, quas „Adamus Kowalewski, filius Joannis et Annae dioecesis Culmensis", pontificii seminarii Olomucensis alumnus, scripsit, in volumine „Scritture riferite nei congressi: conti del collegio Olomucense dall' anno 1580 al 1738. Num. I" (fol. 928) leguntur. — Vota eundi ad missiones a collegiorum pro missionibus institutorum alumnis suscepta fere omnia in literarum non relatarum serie inveniuntur; literae ex. gr. quibus Fr. Innocentius a s. Leopoldo Carmelita discalceatus testatus est a se in conventu s. Pancratii Romae votum eundi ad quamlibet missionem die 28. Februarii 1708 factum esse, die 28. Februarii 1708 scriptae, in volumine „Scritture riferite nei congressi: collegio di s. Pancrazio dall' anno 1604 al 1842. Num. 1" (fol. 334) reperiuntur.

[597]) V. supra, pag. XLVI et annot. 118, 148. — Literas allatas, de quibus cardinalis ponens in aliqua congregatione generali ad S. Congnem de P. F. retulerat, non semper in tempore eiusdem S. Congnis cancellariae restitutas esse hoc exemplum probat: in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 14 Aprile e 9 Giugno 1738. Num. 695" a tergo summarii ad decretum 36um in congregatione die 14. Aprilis 1738 factum pertinentis haec verba in eiusdem S. Congnis cancellaria ascripta leguntur: „Sr cardinal Rezzonico [= cardinalis ponentis nomen]. || 14. Aprilis 1738. — Ibernia, collegii. — 36. || Le scritture originali della presente ponenza sono ritenute dall' Emmo ponente per farne uso nelle ulteriori proposizioni di questa medesima causa. || Spedita li 19 detto [v. supra in annot. 514]"; sed ibidem (alio folio) etiam haec epistola a Carolo cardinali Rezzonico ad Philippum Mariam Monti, S. Congnis de P. F. secretarium, die 16. Aprilis 1738 his verbis scripta: „Il cardinal Rezzonico rimette a Monsr .... segretario .... la ponenza del collegio Ibernese di Praga ∝ [v. supra in annot. 362]" reperitur, e qua patet literas relatas a cardinali ponente demum tertio die post congregationem esse secretario restitutas. Hae tamen literae generalis congregationis die 14. Aprilis 1738 habitae actis adiungi potuerunt Simili modo in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali degli 8 e 29 Agosto e 26 Settembre 1718. Num. 615" („congne 29 Agosto 1718 numo 22") epistola a Laurentio cardinali Casoni ad Aloisium Carafa, S. Congnis de P. F. secretarium, scripta legitur, quae

gregatione generali iam pertractatum in alia congregatione generali rursus examinatum et decretum est,[598]) omnino autem desunt, si cardinalis ponens literas allatas et scripta iis addita, de quibus ad S. Congnem de P. F. in congregatione generali retulerat, domum ablatas aut restituere oblitus est, aut perdidit;[599]) quo modo etiam literae S. Congni de P. F. quidem allatae, in generali congregatione demum referendae et postmodum in serie literarum relatarum collocandae amitti potuerunt, si cardinalis, cui ab eiusdem S. Congnis secretario domum missae erant, ad eas conservandas curam suam non contulit.[600])

---

ita incipit: „Il cardinal Casoni rimette a Monsr segretario la ponenza della missione d' Achmim ∝ [v. supra in annot. 362]"; unde apparet literas a cardinali, quem diximus, die 29. Augusti 1718 recitatas vel relatas demum die 6. Septembris eiusdem anni S. Congnis de P. F. cancellariae esse restitutas.

[598]) A tergo summarii in generali congregatione die 7. Aprilis 1671 peracta recitati et numero 33o signati praeter alia haec verba sunt ascripta: „Le scritture originali sta [!] nella congregatione de 3 Agosto No 27" („Scritture riferite nelle congni: 7 Aprile, 27 Aprile 1671. Num. 427" fol. 196 ter b), et literae Philippi Stanislai episcopi Nicopoliensis, quas 33um congregationis, quam diximus, decretum spectat, reapse inter acta generalis congregationis die 3. Augusti 1671 habitae, ubi numero 27o signatae sunt, reperiuntur. — In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 27 Marzo, 23 Aprile, 7 Maggio, 4 e 25 Giugno 1708. Num. 562" a tergo summarii ad decretum 19um in generali congregatione die 7. Maii **1708** habita factum spectantis haec verba sunt ascripta: „Gli originali che mancano, furono trasportati nella congregazione delli 4 Aprile **1718**, in tempo che fu trattato delle chiese di Belgrado e Samandria."

[599]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali ∝ 1718. Num. 611" ad decretum 31um in generali congregatione die 17. Januarii 1718 peracta factum solum summarium pertinet, in cuius calce haec verba leguntur: „L' originali della ponenza intitolata Lusazia, riferita dal sr cardinal Albani, si crede, che si trovino appresso S. Emza"; literas autem ex. gr. a Hieronymo Grimaldi, sedis apostolicae nuntio in Polonia, ad S. Congnem de P. F. datas, quae illud decretum 31um spectant, editor nullibi invenire potuit. — Modo simili in volumine „Scritture riferite nelle congrni: 17 Genaro, 16 Febraro, 17 Marzo 1671. Num. 426" summarium in congregatione generali die 17. Martii 1671 habita recitatum et ad 17um decretum eiusdem congregationis pertinens reperitur, libellus autem supplex et scripta ei addita, de quibus ad S. Congnem de P. F. relatum est, eo loco omnino desunt, et a summarii, quod diximus, tergo praeter alia haec verba ascripta leguntur: „Le scritture restorno in mano del sr cardinal Facchinetti."

[600]) V. supra in annot. 494. — Hoc modo literae allatae iam prima S. Congnis de P. F. aetate peribant, quod e verbis a tergo scripti cuiusdam anno 1627 allati a primo eiusdem S. Congnis secretario Francisco Ingoli ascriptis patet, quae sunt: „Relatio della compensatione de beni ecclesiastici del regno di Boemia .... da esaminarsi dagli Illmi sri cardinali Bandino, Millino, Ludovisio e Magalotto. || Per manus. || Rogantur Illmi domini, ut curam peculiarem habere dignentur, ne haec scriptura cum adiunctis eiusdem regni constitutionibus amittantur" („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 245). Quae verba secretarius, quem diximus, nisi experientia edoctus, scribere certo non ausus esset. Literas etiam tempore huiusce primi S. Congnis secretarii, qui munere suo diligentissime fungebatur, allatas periisse verba in literis a Fr. Basilio Belga Capucino die 12. Maii 1640 ad eundem secretarium scriptis posita probant, quae sunt: „.... Per hora Le mando l' anessa copia di memoriale dell' abbate di Strahoff circa il suo hospedale, mentre l' ori-

Praeter modos, quos scripsimus, literas et scripta S. Congni de P. F. allata etiam alia ratione eadem S. Congo amittere potuit: aliae in manibus procuratoris illius personae, a qua literae ad eandem S. Congnem datae sunt, ab eo aut non traditae aut non restitutae, remanserunt;[601]) alias literas originales et quidem tales, quae magni momenti esse videbantur, ipsa S. Congo, ut eo tutius conservarentur, in pontificium S. Angeli archivium imponere consuevit, solum transscriptis earum exemplis interdum retentis;[602]) alias literas allatas libellosve supplices originales (aliquando cum omnibus scriptis adiunctis) S. Congo de P. F. Romae ad alias congregationes cardinalitias aut alios curiae Romanae magistratus, qui de negotiis in iis contentis decernerent,[603]) aut ad ordinum religiosorum superiores

---

ginale costì è smarrito ∝" („IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216" fol. 26; v. supra in annot. 594).

[601]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 25 Agosto, 6 Ottobre, 10 Novembre e primo Decembre 1693. Num. 516" in chartae scidula, quae summario ad 8vum decretum in generali congregatione die 6. Octobris 1693 habita factum pertinenti est adiuncta, haec verba leguntur: „Qui mancano gl' originali da darsi dal sr Tisotti."

[602]) V. infra in annotationibus in numerorum 433 et 457 calce positis. — In calce diplomatis non quidem originalis, sed transscripti, quo ecclessiastica cassa salis in regno Bohemiae die 22. Martii 1630 instituta est („II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 233 - 243 b) verba: „Concordat cum originali diplomate imperiali, quod Emmus dominus cardinalis de Harrach Romam detulit quodque fuit transmissum ad secretariam brevium pro expedienda super eo confirmatione apostolica et deinde repositum in castro Sancti Angeli" leguntur, quibus „Franciscus Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarius" nomen subscripsit. — In volumine „Fedi e mandati 1637. Num. 398" fol. 271 haec verba primi S. Congnis de P. F. secretarii manu scripta leguntur: „A dì 17 Marzo 1628 ho io Francesco Ingoli, secretario della S. Congne de P. F., date tre bolle originali con una copia stampata di ciascuna dell' erettioni delli collegi pontificii Illirico, Pragense a Viennense al sr Gio. Batt. Confallonieri, archivista di N. Sre delle scritture di Castello [S. Angelo]".

[603]) In generali congregatione die 28. Novembris 1741 habita S. Congo de P. F. litem inter Josephum Ignatium Freischlag, qui decanus Budissinensis atque Lusatiae administrator erat, et abbatem monasterii Neocellensis in Lusatia Inferiore ortam discernendam ad S. Congnem Concilii remisit, rescripto: „Ad Emmum praefectum ponentem [Vincentium cardinalem Petra] cum Smo, ut dignetur committere causam S. Congni Concilii" facto, cui „ex audientia habita .... die 30. Novembris 1741 Smus annuit" („Acta S. C. de P. F. de anno 1741" fol. 397 b), ad quod decretum haec memoria in volumine „Scritture originali riferite nella congne generale de 28 Novembre 1741. Num. 709" („No 23") scripta pertinet: I documenti allegati nella lettera di Monsr nunzio in Vienna, consistenti in due fogli, sono stati trasmessi per ordine di Monsr segretario [Phil. M. Monti] con suo viglietto dei 12 Marzo 1742 a Monsr segretario della S. Congne del Concilio in esecuzione del rescritto emanato li 28 Novembre 1741 ponente l' Emmo Petra prefetto. In oltre gli è stata trasmessa anche una lettera originale dell' amministratore di Budissina, diretta alla S. Congne, consistente in otto pagine, scritta in data li 30 Luglio 1741 con due fogli di documenti, di più la copia della sudetta lettera di Monsr nunzio e un duplicato del memoriale del mentovato amministratore, similmente un duplicato del primo memoriale del medesimo amministratore riferito nella congne generale de' 7 Decembre 1739 con un quinterno

(sive generales ministros, sive generales missionumve procuratores), qui de supplicantium personis vel de negotiis sententiam suam aperirent,[604]) imo etiam foras Roma ad sedis apostolicae nuntios, legatos, inquisitores, episcopos, qui aut de rebus per literas expositis inquirerent et ad ipsam referrent, aut negotia exsequerentur, mittebat, quae literae non omnes ad S. Cong^nem^ de P. F. redibant.[605]) Cur

dei documenti in esso allegati, conforme si è notato per memoria su lo stesso memoriale esistente nella posizione della detta congregazione de 7 Decembre 1739". — In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali dei 16 Febraro e 16 Marzo 1683. Num. 486" („congne 16 Marzo numi 7 e 14") literarum a Joanne Francisco Christophoro libero barone a Talmberg episcopo Reginohradecensi ad negotiorum ipsius in curia procuratorem Josephum Casavecchia die 6. Februarii 1683 datarum pars reperitur, a quarum tergo haec verba leguntur: „Num 14. || Boemia. || Gli originali furono trasmessi al Concilio". — A tergo summarii in congregatione generali die 30. Augusti 1695 recitati („Scritture originali riferite nelle congni generali de 30 Agosto, 26 Settembre, 15 e 29 Novembre e 20 Decembre 1695. Num. 522": „congne 30 Agosto 1695 numo 9") in S. Congnis de P. F. cancellaria haec verba sunt ascripta: „Fù mandato l' originale alla S. Congne dei Vescovi e Regolari." — In fronte literarum a Joanne Sixti [Sculteto] a Lerchenfels praeposito Litomericensi ad Carolum Carafa nuntium Viennensem die 3. Augusti 1628 datarum (v. supra in annot. 392 et 395) haec verba leguntur: „Copia, cuius originale de mandato Smi fuit missum ad secretarium brevium." — A tergo summarii in generali congregatione die 10. Novembris 1693 peracta („Scritture originali riferite nelle congni generali ∞ 1693. Num. 516": „congne 10 Novembre numo 5") praeter alia in S. Congnis de P. F. cancellaria haec verba ascripserunt: „L' originale si mandò al S. Officio". V. etiam supra in annot. 350 et 595.

[604]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 6 Settembre, 5 Ottobre, 22 Novembre, 7 e 20 Decembre 1706. Num. 556" („congne 5 Ottobre 1706 numo 23") literae a P. Petro Francisco Orta, Soc. Jesu generali procuratore, die 9. Augusti 1706 ad [Antonium Banchieri, S. Congnis de P. F. secretarium] datae leguntur, quae ita incipiunt: „Dalla lettera del sr Giorgio Bogdani missionario nella Servia degli 30 passato Maggio communicatami da V. Sia Illma [die 6. Augusti 1706; v. „Lettere della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1706. Num. 95" fol. 185 b] colla copia delle due missive del sr abbate Francesco Riccardi e del sr Giovanni Battista Caresana, quella degli 7 Luglio 1692 da Ragusa e questa degli 5 Novembre 1704 da Venezia, ambe dirette al detto sr Bogdano ∞". — Aliarum literarum (praesertim libellorum supplicum) S. Congni de P. F. allatarum et ab eadem S. Congne ad ordinum regularium superiores missarum exempla supra in annot. 536 reperiuntur.

[605]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 23 Luglio e 3 Settembre 1674. Num. 449": „congo 23. Julii 1674. Num. 21" solum relationis a provinciali Societatis Jesu provinciae Austriae ministro missae summarium legitur, cui in calce verba: „La relatione fù mandata al nuntio, perchè considerata la ritorni coll' informatione" ascripta sunt. — Literae a S. Congne de P. F. ad [Ignatium Crivelli] nuntium Viennensem die 24. Martii 1759 datae („Lettere della S. Congne dell' anno 1759. Num. 194" fol. 112) ita incipiunt: „La qui annessa supplica originale istruirà bastantemente V. Sia delle nuove proposizioni fatte da Monr arcivescovo di Praga a questa S. Congne per la consaputa compra della signoria di Wonschow ∞". — Aliae literae ab eadem S. Congne ad [Hieronymum Grimaldi] nuntium Viennensem die 11. Decembris 1728 missae („Lett. della S. Congne dell' anno 1728. Num. 126" fol. 296 b) verbis: „Si trasmettono a V. Sia le 4 annesse lettere originali del P. Paolo Mariano Studniczka asserto decano Budinense, affinchè si compiaccia d' informare questa S. Congne sul contenuto delle medesime con aggiungere il Suo savio parere. Si attenderanno dunque gl' effetti della Sua solita

autem aliae eaeque non paucae literae allatae (aliquando una cum summariis ad eas pertinentibus) in eiusdem S. Cong^nis^ archivio desint, facili coniectura causa reperiri non potest, siquidem ipsi eiusdem S. Cong^nis^ secretarii, quorum tempore literae allatae sunt, interdum nesciebant, qua ratione hae vel illae essent amissae, et ubi eas quaererent.[606]) At etiam alia ex causa haec literarum allatarum

diligenza col ritorno delle medesime lettere ∞" scriptae sunt. Qui nuntius S. Congni quidem die 2. Aprilis 1729 rescripsit responsoque suo transscriptum sententiae a curia archiepiscopali contra decanum, quem diximus, latae exemplar adiunxit („Scritture originali riferite nelle congni generali dei 16 Gennaro, 6 Febbraro e 31 Luglio 1730. Num. 667": „congne 16 Gennaio numo 22"), sed quia illas quaternas literas non restituit, S. Congo per literas die 30. Aprilis 1729 datas („Lett. della S. Congne de P. F. dell' anno 1729. Num. 128" pag. 176–177) eundem nuntium de iis reddendis admonuit, cui mandato nuntius die 28. Maii 1729 tandem obtemperavit („Scritt. originali riferite nelle congni generali ∞ 1730. Num. 667": „congne 16 Gennaio numo 22"), et illae decani Budinensis literae anno 1728 ad S. Congnem de P. F. missae re vera in literarum allatarum volumine numero 667 signato, quem modo diximus, inter scripta ad generalem congregationem die 16. Januarii 1730 habitam pertinentia reperiuntur. — In volumine „Scritture originali riferite nelle congni degl' 8 Gennaro e 26 Febraro 1742. Num. 710" („congne 8 Gennaio numo 9") transscriptum literarum a P. Thoma Sekram [!], archipresbytero Frankensteinensi in Silesia, die 23. Septembris 1741 datarum exemplar legitur, a cuius tergo verba: „L' originale della presente copia si è trasmesso a Monsr vescovo di Assisi con lettera di Monsr segretario li 28 Febraro 1742" ascripta sunt. — Interdum loco originalium literarum allatarum S. Congo de P. F. solum earum exempla transscripta foras mittebat, quod ex. gr. e literis ab ea ad [Ranutium Pallavicino] inquisitorem Melitae die 8. Maii 1674 datarum („Registro di lettere della S. Congne dell' anno 1674. Num. 63" fol. 47 b–48) apparet, in quibus haec verba leguntur: „.... come V. Sia meglio vedrà dall' ingionta copia di lettera di Monsr sudetto, ... mà perchè egli [Marius Alberici nuntius Viennensis] dopoi ha scritto un altra lettera, di cui parimente annessa viene la copia, come di un instromento di conventione stipulato tra l' imperator Ridolfo e la religione Gierolosimitana ∞".

[606]) Id simulque modum, quo S. Congnis secretarii detrimentum inde acceptum reconcinnare studebant, literae a Francisco Ravizza, S. Congnis de P. F. sexto secretario, ad [Marium Alberici] nuntium Viennensem, qui tertius eiusdem S. Congnis secretarius fuerat (v. supra in annot 68), die 10. Februarii 1674 datae ostendunt, quae ita scriptae sunt: „La gentilissima di V. Sia Illma de 21 Gennaro che mi porta la copia della lettera, che gia Ella scrisse alla S. Congne de P. F. circa la redentione della chiesa del Corpus Domini in Vratislavia dalle mani degl' eretici, mi è capitata appunto in tempo, che sono state gia transmesse le scritture per la congne prossima di lunedì [12. Febr. 1674; — „Acta S. C. de P. F. anno 1674" fol. 33 sqq.], nè l' originale di detta Sua lettera per diligenze fatte si è rinvenuta in questa segreteria ∞" („Registro delle lettere per Monsr segreto dell' anno 1674. Num. 63" II. fol. 5 b). — Damna S. Congnis de P. F. archivio in hac parte illata, quorum causa ignoratur, ex. gr. hae annotationes, quae in literarum in generalibus congregationibus relatarum voluminibus leguntur, probant: „Missioni. Germania. || 15 Settembre 1727. || Non vi è originale. || 14" („Scritt. originali riferite nelle congni generali de 21 Luglio, 26 Agosto e 25 [! — recte: 15] Settembre 1727. Num. 657"); „Collegi. || 28 Maggio 1725. || Non vi è l' originale. || 3" („Scritt. originali riferite nelle congni de 7, 28 Maggio e 18 Giugno 1725. Num. 648"); „Sr cardinal Albani [ponens]. || Moscovia. || Manca il sommario co' gl' originali. || Etiopia. || Mancano gl' originali et il sommario. || 46" („Scritt. originali riferite nelle congni generali de 23 Agosto, 20 Settembre, 15 e 29 Novembre 1717. Num. 610": „congo 20. Septembris 1717 numo 46"); in volumine „Scritt. originali riferite nelle congni generali de 7 e 28 Luglio, de 18

series integra non est habenda: quamvis enim in eius voluminibus ex iis, quae literis aut earum summariis a tergo et alio loco ascribi aut apponi solebant, non solum diem, quo de iis in generali congregatione tractatum est, sed etiam cardinalis ponentis nomen, summarium in congregatione illa recitatum, interdum aliorum cardinalium sententias de negotio relato dictas, S. Cong^nis^ rescriptum, imo et summi pontificis decretum, si de negotio in audientia constituit, ac plura alia cognoscere possimus,[607]) tamen, si quod negotium a S. Cong^ne^ de P. F. ad aliam congregationem cardinalitiam aut ad alium curiae pontificiae magistratum decernendum est delegatum, rarissime comperimus, quomodo expeditum sit, cuius rei causa etiam ea est, quod ad S. Officii, a quo tanta negotia, ad S. Cong^nem^ de P. F. allata, decernebantur, epistolas investigatoribus, quod supra (pag. XXXV) diximus, non patet accessus.[608])

Fides literis allatis in hacce S. Cong^nis^ de P. F. archivii parte asservatis perinde ac illis, quae in „Congregationibus particularibus", „Audientiis", „Litteris non relatis" leguntur, tribuenda eadem est, quae rerum gestarum fontibus eiusdem generis ab antiquitatis investigatoribus communiter datur: scribentium tam ira et studio, quam inscitia et imperitia minuitur, aequitate ac severitate, intelligentia ac prudentia augetur, ubi literarum etiam a dementibus et litigantibus ad S. Cong^nem^ de P. F. missarum memoria non est deponenda.[609])

Agosto mancanti, 16 e 30 Settembre, 10 Novembre e 15 Decembre 1698. Num. 531" loco, ubi literae allatae cum aliis scriptis ad congregationem generalem die 18. Augusti 1698 habitam pertinentes reperiri deberent, praeter pauca scripta ad decretum duodecimum eiusdem congregationis pertinentia chartae folium, quod ea praecedit, collocatum est, in quo haec verba leguntur: „Quì manca il mazzo intiero degl' originali della congregazione de 18 Agosto 1698. || Nel 1839 [!] si sono quì collocatae le scritture del num^o^ 12".

[607]) V. supra, pag. CLXXXIII–CLXXXIV.

[608]) Generalis congregatio die 1. Aprilis 1732 habita (v. „Acta S. C. de P. F. de anno 1732" fol. 182 b) de libello supplici [Francisci Ludovici comitis palatini ad Rhenum] episcopi Vratislaviensis nomine S. Congni de P. F. porrecto, qui in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de primo Aprile, 5 Maggio e 10 Giugno 1732. Num. 672" („cong^ne^ 1° Aprile num^o^ 15") legitur, tractans libellum illum S. Officio delegavit, ad quam S. Cong^nem^ Nicolaus Forteguerri, S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, eiusdem libelli transscriptum exemplar cum sua epistola die 3. Aprilis 1732 data („Lettere di Monsr segr^io^ dell' anno 1732. Num. 136" fol. 55 b) misit, rogans „a favorirlo poi con la notizia del risultato", S. Officii autem responsum die 6. Maii 1732 ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, quem modo diximus, missum, e quo comperimus S. Officium episcopo petenti defuisse, non in literarum in generalibus congregationibus relatarum serie, sed in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1728 a tutto il 1734: missioni [set]tentrionali e Germania. Num. 7" („6 Maggio 1732") reperitur. — Contra vero v. exempla superius in annotationibus 352, 377, 537 allata.

[609]) V. supra in annot. 347; v. pag. CCXXXVIII et annot. 573, 380.

Malis, quae scribentium temeritate vel ignorantia oriri poterant, S. Cong^o^ de P. F., minime sane praeceptis historicis, quin potius studio ducta, ut veritatem perspiceret, remedium adhibere cupiens, tam de personis, quae ad eam literas dabant, quam de rebus ab iis expositis per suas literas ad alios, quos quaestioni idoneos esse existimabat, missas sciscitari solebat neque prius, quam responsum habuit, negotia decernebat[610]); personae vero, ne nuntiis quidem sedis

[610]) V. supra, pag. CCL et annot. 604, 605. — Variis nuntiis de religionis catholicae conditione in Lusatia allatis, S. Cong^o^ de P. F. in generali congregatione die 10. Novembris 1671 peracta censuit „copiam instantiarum factarum, ut supponitur ab Em^mo^ [Carolo] Caraffa, a capitulo exempto Buduessae et in actis nuntiaturae [Viennensis] registratarum" esse Romam mittendam et praeter ea decrevit: „Petatur a P. generali Soc. J. relatio provinciae Lusatiae circa statum religionis ∞. Pariter ab Em^mo^ [Francisco Maria] Brancatio petatur relatio olim nuntii apostolici [Viennensis Caroli] Caraffae transmissa tempore Ferdinandi II. [v. infra, num. 25 et 85]. Ab Em^mo^ [Francisco] Barberino petatur regestrum literarum, quas scripsit [cardinalis nepotis munere fungens] de hac materia, et quae fuerunt scripta a nuntiis apostolicis tunc Germaniae existentibus, ut tanto facilius possint decerni ea, quae necessaria sunt ∞" („Acta S. C de P. F. anno 1671" fol. 361 b–362). Quod decretum cardinalis praefectus [Palutius Altieri] exsequens ad generalem Soc. J. ministrum literas die 10. Novembris 1671 dedit, quae ita scriptae sunt: „In una relatione che fu trasmessa a questa S. Cong^ne^ della cattolica religione nella Lusazia, vengono indicati, ma non pienamente descritti varii disordini che ivi regnano Scrivono, che vi dimorino degl' eretici contro i patti stabiliti tra Ferdinando II. et il duca di Sassonia, che i cattolici siano raffreddati nel zelo . . . . Per proveder a tutto con quella misura che vien permessa dalla distanza de' luoghi e dalla congiuntura de' tempi, s' è deputata una particolar congregatione, nella quale, acciò si possi colla piena notizia del male accertare nella scelta del remedio, due cose desiderano questi Em^mi^ s^ri^ dalla P^tà^ V.: la prima, ch' Ella Si contenti communicare a questo Monsr segretario quelle notizie che in varii tempi possono a Lei esser pervenute sopra tal materia, l' altra, che ordini ai Suoi Padri che dimorano in quella provincia (da quali si suppone sia stata data a S. M^tà^ Ces^a^ una diffusa relazione di queste materie), che voglino mandare a questa S. Cong^ne^ quanto prima una copia di essa et aggiungervi non solo quel più ch' essi giudicheranno necessario a sapersi ∞" („Lett. della S. C. 1671. Num. 57" fol. 126 b). Et ad Franciscum cardinalem Barberini Palutius cardinalis Altieri eodem die has dedit literas: „Nella congregatione de 10 Novembre essendosi riferita una relatione mandata da Monsr arcivescovo di Praga dello stato delle chiese . . . . della provincia di Lusazia, fù deputata una congregatione particolare e per essaminare il male e per scieglere i rimedii adattati al bisogno. E per questo fine essendosi creduto necessario di haver notizia delle fondazioni apposte nella cessione che fece di quella provincia Ferdinando II. imperatore a favore del duca di Sassonia, di brevi che furono in quell' occasione spediti, e di quanto vi operò il nunzio colà residente. mi han comandato questi Em^mi^ miei signori, ch' io supplichi V. Em^za^, giacchè la cessione sudetta seguì nel pontificato d' Urbano VIII°, zio dell' Em^za^ V., a dar ordine, che mi siino communicati i registri di quel tempo et altre scritture che possono dare a me una piena informatione del fatto ∞" („Lett. della S. C. 1671. Num. 57" fol. 127). – Literis Venceslai Otík, parochi Freistadiensis in Silesia, habitis, S. Cong^o^ de P. F. ad [Carolum Carafa] nuntium Viennensem die 8. Decembris 1663 has dedit literas: „Venceslao Otik, paroco di Freiistadio in Silesia, che è stato quì alunno del collegio Urbano, ha fatto instanza alla S. Cong^ne^ della rinnovatione delle facoltà di missionario apostolico, ... e con tal occasione ho [! recte: ha] dato parte dello stato di quella missione . . . . e soggiunge, ch' egli stesso come commissario cesareo della riforma e vicario foraneo nel principato di Teschi[n] e stati adiacenti col' assistenza de soldati ha tolto a gli heretici 62 tempii e scacciatone

apostolicae exceptis, quibus S. Cong° de P. F. id muneris imposuit, operi sufficere saepe aut summa cum difficultate, aut omnino non poterant.[611]) Cuius rei causa aliquando ea fuit, quod eadem S. Cong°

i loro ministri, vi ha introdotto i cattolici con molto accrescimento della santa fede, per mantenimento e propagatione della quale dice che vi sarebbero necessarii tre altri ministri, e conchiude con supplicare, che se gli assegni una provisione annua di 40 scudi per poter con essi sollevarsi dalle sue necessità. E questi etc. [Emmi miei signori], benchè argomentino non senza ragione, che tutte quelle premesse siano indrizzate a questa conseguenza, lasciando nondimeno quel luogo che devono, alla verità, e per non mancare alle parti loro, desiderano, che V. Sia S' informi così dei diportamenti di lui, come della verità delle cose esposte et in particolare dell' asserto bisogno di operarii, e come essendo egli paroco, habbia bisogno d' aiuto della S. Congne per mantenersi ∝" („Lettere di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino all' anno 1664 inclusive. Num. 37" epistola 92a). — Ad idem S. Congnis de P. F. studium hae literae ab Antonio [Pignatelli] nuntio Viennensi ad [Franciscum] cardinalem Barberini die 16. Decembris 1668 datae pertinent: „Havendo io procurato di ricavar le notizie più vere in ordine alla scarsezza che è stata supposta alla Stà di N. Sre eservi di sacerdoti nella diocesi di Kinisgratz, trovo assolutamente, che de sacerdoti vene sono a bastanza ∝" („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 335).

[611]) Joannes Franciscus Christophorus a Talmberg episcopus Reginohradecensis in literis, quas ad negotiorum suorum in curia Romana procuratorem Josephum Casavecchia die 6. Februarii 1683 dedit (v. supra in annot. 603), ita scripsit: „Emmus [Franciscus] cardinalis Bonvisius [nuntius Viennensis] mandavit mihi, ut scripturas processus Berkiani in forma authentica et quidem nota bene translatas sibi transmitterem . . . . . Ego ad mandatum Emmi cardinalis Bonvisii scripturas libenter transferri curassem, sed Deum testor (plus enim dicere non valeo) hucusque neminem hic Pragae invenire potui, qui, etiam oblata congrua solutione, hunc laborem in se suscipere voluisset atque id vel maxime propter illos terminos iuridicos extraordinarios, qui latino idiomate difficillime et in certis casibus nullatenus explicari possunt ∝" („Scritt orig. riferite ∝ 1683. Num. 486": „congne 16 Marzo numi 7 e 14"). — Allatis querelis de modo, quo Patres Soc. Jesu seminarium pontificium Olomucense administrabant, S. Congo de P. F. per literas die 27. Aprilis 1671 datas Marium Alberici nuntium Viennensem rogavit, ut rem inquireret atque corrigeret („Lettere della S. Congne 1671. Num. 57" fol. 35); qui die 31. Maii 1671 eidem S. Congni his verbis rescripsit: „Non havendo io sin hora e non havendo nemeno potuto ritrarre da altri notitia particolare di alcuno a cui potessi con qualche sicurezza commettere di accertarsi con prudenza del contenuto nel foglio trasmessomi da V. Emza circa le querele degl' alunni del collegio di Olmitz contro il governo de' Padri della Compagnia, ne ho scritto a Monsr vescovo [Carolus a Liechtenstein] che mi vien attestato per prelato assai degno per nascita e per zelo, ... e conforme al suo avviso procurerò rimediarvi ∝" („Scritture riferite nelle congni 13 Luglio, 3 Agosto e 31 Agosto anno 1671. Num. 429": „congo 13. Julii numo 26"). — Ad eundem apostolicae sedis nuntium Fridericus Ubaldi Baldeschi, S. Congnis de P. F. secretarius, die 4. Julii 1671 has dedit literas: „Che V. Sia Illma non habbia alcuna risposta da i PP. Giesuiti circa i quesiti fattigli sopra le relationi da loro mandate quà, non mi giunge inaspettato, sapendo io per sperienza le difficoltà che s' incontrano qui di ricever da loro certi lumi, anzi, se Ella anche in progresso di tempo potrà ritrarne il netto, lo reputarò per uno de prodigii che suol produrre la destrezza et applicatione di V. Sia Illma ∝" („Lettere di Monsr secretario del 1671. Num. 58" fol. 101 b). — Idem negotium haec epistola ab eodem nuntio Mario Alberici ad eundem secretarium Viennae die 26. Julii 1671 scripta spectat: „Io ho gia ricevuto la risposta da PP. Giesuiti ai quesiti fattigli da me sopra la relatione del provinciale d' Austria, ma, perchè io li ho necessitati a particolarizare molte di quelle cose che solevano dire a fascio (il che parve loro strano), lcon addurgliene la ragione, non di diffidenza che di loro si havesse, ma perchè potesse a S Congne proseguire le sue parti, adesso ne stò procurando i riscontri da altri per

quaedam e personis percontata est, quae rei veritatem resciscere non poterant, ex. gr. e nuntiis apostolicis, ad quorum officium persona vel res, de qua agebatur, non pertinebat.[612])

Nonnullis literis — saepissime testimonialibus, quas missionum superiores missionariis apertas tradere solebant — ii ipsi, qui eas dederunt, per alias literas directo Romam ad S. Congnem de P. F. missas fidem aut omnino aut aliqua ex parte dempserunt.[613])

Fides literis allatis danda etiam imminuitur, si loco literarum originalium in S. Congnis de P. F. archivio transscripta earum exemplaria sunt collocata (v. supra, pag. CXXVII et annot. 350), idque

accertarmi del vero, nel che mi conviene di usar destrezza, come in ogni altra cosa appartenente ai Padri della Compagnia, essendo assai difficile in queste parti trovare uno che non sia di loro o soverchiamente parziale o troppo avverso, e l' uno e l' altro mi sturbarebbe l' effetto che se ne pretende. Questo riguardo mi rende così difficile di accertarmi delle querele degli alunni di Olmitz, e tanto più, aggiuntavi la lontananza; con tutto cio spero d' haverne trovato qualche traccia per accertarmene, e presto lo sapremo. Una persona di senno a cui l' ho communicate, mi ha detto per alcuni riscontri che egli per altro ne ha, che, se non son vere, sono assai verisimili ∝" („Scritt. riferite nei congressi: conti del collegio Olmucense dall' anno 1580 al 1728. Num. 1" fol. 361). — Camillus [de Melzi], archiepiscopus Capuensis et sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntius, ad S. Congnis de P. F. literas die 9. Junii 1645 datas („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1645. Num. 23[4] fol. 77 b — 78) demum die 11. Novembris 1645 rescripsit, quae sequuntur: „ . . . . Mi son ingegnato e con parlar a molti e con scriver a molti altri di pigliar lingua intorno a quel P. Bernardo Czetzugovic Polacco, monaco dell' ordine di san Benedetto, che cadeva in consideratione per una missione nella Silesia, e non ne ho potuto ritrovar' il conto, perchè qui non lo conoscono, et alcuni a chi ho scritto in Silesia et in Bohemia, valendomi anco dell' opera del sr cardinal d' Harrach, non ne sanno dar conto. E' vero, che in questi tempi tanto le guerre, quanto la peste, sconcertano il tutto, tuttavia, mentre ho fatto le mie parti, penso, che V. Sia Illma [Franciscus Ingoli] mi renderà escusato presso alla S. Congne ∝" („IV. Lettere di Germania, Boemia ∝ 1645. Num. 90" fol. 99) — V. etiam literas Marii Alberici die 18. Februarii 1674 datas, quas supra in annot. 53. attulimus.

[612]) Marcus [Gallio] episcopus Ariminiensis et apostolicus nuntius Coloniae, die 7. Januarii 1663 ad S. Congnem de P. F. has dedit literas: „M' imposero l' Emze Vostre con lettera de 25 Novembre [1662], che dovessi informarmi et avvisare del frutto spirituale che si suppone operarsi nella Silesia da Frà Cornelio Oitweiler, prefetto di quella missione, ma, perchè per ogni diligenza che ho fatto sin' hora, non m' è stato possibile di haver alcuna relatione di questo supposto, nè rincontro alcuno della missione, mi conviene dare all' Emze Vostre questa notitia in luogo dell' informatione commessami ∝" („Germania 50 - 55. Num. 332" fol. 66). Quia autem Silesia re vera non ad nuntii Coloniensis, sed ad Viennensis nuntii officium pertinebat, in S. Congnis de P. F. cancellaria a tergo earundem literarum nuntii Coloniensis verba: „Videatur, qua occasione fuerit scriptum nuntio" ascripserunt.

[613]) Id potissimum ea de causa fiebat, ut missionarii, si superioribus suis displicebant, spe praemiorum a S. Congne de P. F. pulcherrimi testimonii gratia accipiendorum allecti a missione amoverentur. Exemplum huiusmodi Fr. Vincentium Boemi, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci missionarium Constantinopoli, spectans in volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali de 7 e 21 Aprile e 13 Maggio 1755. Num. 761" („congne 13 Maggio numo 12") reperitur.

praecipue ea de causa, quod literae eidem S. Cong^ni^ allatae vel ad eam delegatae non summa cum diligentia in S. Cong^nis^ cancellaria transscribi solebant, et quod transscripta exempla in eadem cancellaria cum literis originalibus rarissime et, si ita quando factum est, non satis diligenter et accurate conferebantur, quam rem non pauci errores iique non solum in hacce (aeque ac in literarum non relatarum) serie, sed etiam in „Actorum S. Cong^nis^", „Congregationum particularium", „Audientiarum S^mi^" et in literarum ab ipsa S. Cong^ne^ missarum voluminibus consecuti sunt. Re vera paucissimis literarum allatarum exemplaribus in S. Cong^nis^ cancellaria transscriptis in calce aliove loco verba ascripta sunt, quae ea cum originalibus literis plane concordare probant,[614]) neque, quod peius est, in omnium exemplorum transscriptorum fronte (aliove loco) verba (ex. gr.: „Copia") leguntur, quae archivii investigatorem moneant has vel illas literas, quas in horum voluminum serie repperit, non esse originales, sed in S. Cong^nis^ cancellaria transscriptas,[615]) quod utrumque indicare interdum etiam ii ipsi praetermittebant, qui ad S. Cong^nem^ de P. F. transscripta literarum sive ab ipsis sive ab aliis scriptarum exemplaria mittebant;[616]) quin imo ne id quidem archivii S. Cong^nis^

[614]) Exemplum supra, in annot. 602, invenies.

[615]) In volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 15 e 28 Novembre, 12 Dicembre 1718. Num. 616" („cong^ne^ 15 Nov. 1718, num^o^ 18") literae a Georgio Martonffi episcopo Transilvaniae ad S. Cong^nem^ de P. F. die 1. Octobris 1718 datae leguntur, quibus in fronte verbum: „Copia", a tergo – praeter alia – in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria haec verba sunt ascripta: „Questa è la copia della lettera originale di Monsr vescovo latino di Transilvania, di cui non vi è altro esemplare". — Simili modo epistolae, quam Julius Piazza, episcopus Faventinus, archiepiscopus Nazarethensis apostolicaeque sedis ad aulam imperialem nuntius, die 23. Aprilis 1712 Vienna ad [Fabritium cardinalem Paolucci] secretarium status, hic autem die 5. Maii eiusdem anni ad S. Cong^nem^ de P. F. misit (v. supra in annot. 350), exemplar in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria transscriptum, quod in eiusdem S. Cong^nis^ archivio remansit, in fronte verbum: „Copia" gerit („Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali delli 2, 10 e 30 Maggio e 4 Luglio 1712. Num. 582": „cong^ne^ 10 Maggio num^o^ 11"). — Contra autem ne verbo quidem indicatum est literas a Laurentio Luca Knauer, canonicorum sanctissimi Sepulchri Neo-Pragae in Zderaz praeposito, alteras ad Clementem XI. summum pontificem, alteras ad [Fabritium] cardinalem [Paolucci] sine die ascripto datas, quae in volumine, „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali delli 14 Marzo e 11 Aprile 1712. Num. 581" („cong^ne^ 14 Marzo num^o^ 16") leguntur, non originales, sed in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria transscriptas esse, quod tamen haec epistola a [Silvio de Cavalieri] eiusdem S. Cong^nis^ de P. F. secretario scripta probat: „In segreteria di stato 14 detto [Marzo 1712]. || Monsr segretario rimanda in segreteria di stato l' aggiunte lettere del preposito della chiesa d' Ederas [!] in Praga, al quale S. Cong^ne^ stima potersi rispondere ∞" („Lettere della S. Cong^ne^ e di Monsr segretario dell' anno 1712. Num. 101" fol. 267).

[616]) In volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 26 Nov. e 11 Dicembre 1725. Num. 650" („cong^ne^ 26 Nov. 1725 num^o^ 5") in fronte testimonialium literarum a Daniele Josepho Mayer, vicario in spiritualibus generali et officiali, totoque

de P. F. investigator semper comperit, utrum literarum exemplar, quod ibi invenit, eadem, quam cernit, lingua primitus exaratum sit, an alia:[617]) fiebat enim, ut literae sermone externo scriptae Romae in latinum (vel italicum) converterentur, et aliquando solum exemplar translatum in literarum originalium relatarum (vel „Congregationum particularium") serie remaneret, originales vero literae alio loco collocarentur.[618])

Hic mos multorum eorumque haud levioris momenti errorum, quibus fides literis huiusmodi danda elevatur, causa fuit: eorum, qui

archiepiscopali consistorio Pragensi P. Josepho Aloisio Ludwig die 19. Julii 1718 datarum verbum „Copia" legitur. — In volumine „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" fol. 142 diploma a Carolo VI. imperatore Viennae die 5. Aprilis 1715 datum et metropolitanum capitulum Pragense, a quo ad S. Cong^nem^ de P. F. missum est, spectans reperitur, cui in calce haec verba sunt addita: „Quod supra mentionatum caesareum diploma cum suo originali collatum de verbo ad verbum conveniat, manus meae subscriptione et notariatus sigilli appressione attestor. Actum in castro Pragensi die 1. Maii anno 1720. || [Signum notarile]. || P. Venceslaus Constantinus Potuczek .... notarius publicus et iuratus m. pr.", at aliud eiusdem diplomatis exemplar, quod contractum quidem in eodem volumine fol. 232 legitur, nec in fronte nec in calce nec a tergo verbum habet, quod exemplar hoc transscriptum esse indicet. Idem etiam de libelli supplicis a Leopoldo I. imperatore ad Innocentium XI. summum pontificem die 4. Februarii 1679 dati exemplo, quod in volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 24 Aprile e 15 [!] Maggio 1679. Num. 473" („cong^o^ 13. Maii 1679 num^o^ 13") reperitur, dictum esse puta.

[617]) In volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 2 Ottobre, 12 e 20 [!] Novembre e 17 Dicembre 1708. Num. 564" („cong^ne^ 26 Nov. 1708 num^o^ 10") diploma a Petro I. Russiae imperatore „Grodnae anno 1706 mense Decembris" datum reperitur, quod latine scriptum est; at eodem loco etiam haec epistola legitur: „Dalla segreteria di stato 6 Ottobre 1708. || Si manda a Mons^re^ de Cavalieri l' annesso diploma del czar di Moscovia scritto in lingua turca [!], affinchè lo faccia tradurre, ne porti poi la traduzione e parli del contenuto a N. S^re^ nella solita udienza".

[618]) In volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali delli 19 Agosto, 16 Settembre e 12 Novembre 1715. Num. 601" („cong^o^ 16. Sept. 1715 num^o^ 28") literae a Lothario Francisco [a Schoenborn], archiepiscopo electore Moguntinensi, italica lingua Moguntiae die 4. Maii 1715 scriptae leguntur, quae verbis: „Carissimo mio s^re^ gran cancelliere" inscriptae verbis: „Con questa vengo a renderle affettuose grazie dell' essersi compiaciuto avvisarmi, qualmente stanno ormai per consegnarsi quei denari del regno di Boemia destinati alla fabrica d' una chiesa in Hannover ∞" incipiunt, ubi ne unum quidem verbum indicat literas illas in linguam italicam esse conversas; eaedem autem literae eiusdem archiepiscopi electoris lingua germanica exaratae, verbis: „Hoch- und wolgeborner, besonders lieber herr graf und obristcanzler" inscriptae verbisque: „Ich erstatte dem herrn obristcanzlern freundlichen dank for die beliebige nachricht, dass die bekantlich aus dem königreich Böheimb zu dem catholischen kirchenbau zu Hanover destinirte gelder wirklich erlegen werden sollen ∞" incipientes, in quarum margine inferiore inscriptio: „An obristkanzlern in Böheimb grafen von Schlick", quae in literis conversis deest, in calce vero clausula: „Copiam praesentem cum suo mihi exhibito vero originali de verbo ad verbum concordare, id testatur manus meae propriae subscriptio sigillique appressio. Actum in cancellaria regia bohemicoaulica Viennae die 3. Augusti 1715. || Franciscus Maximilianus Tumlirž registrator ibidem" legitur, in volumine „Cong^ni^ particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 sino al 1716. Num. 35" fol. 193 reperiuntur.

allatas literas originales aliusque generis scripta iis addita aut transscribebant, aut in linguam latinam vulgaremve (italicam) convertebant, sive id in S. Cong^nis de P. F. cancellaria fiebat, sive literae iam transscriptae vel conversae ad eandem S. Cong^nem mittebantur, animus parum attentus, festinatio vel inscitia, praeterquam quod hoc loco verbum aliquod vel literarum aliqua etiam magni momenti pars omitti potuit, modo diem iis ascriptum vel aliam temporis in iis contentam indicationem, modo personarum locorumve nomina perperam reddebat. [619]) Hac in re multorum errorum culpa procuratoribus ab externis in curia Romana constitutis, qui eorum nomine tot libellos supplices exarare solebant, attribuenda est. [620])

[619]) In volumine „Congni partri sopra le materia [!] di Boemia dell' anno 1727. Num. 38" (folio, quod nullo numero signatum est, ad: T) transscriptum (et quidem Pragae) exemplar bullae a Gregorio IX. summo pontifice monasterio s. Georgii in arce Pragensi die 2. Julii 1233 datae (C. J. Erben, Regesta diplomatica nec non epistolaria Bohemiae et Moraviae, p. I., Pragae 1855, pag. 379 num. 810) legitur, in cuius calce clausula: „Collatum per me infrascriptum notarium publicum cum originalibus literis pontificiis sub bulla plumbea Gregorii IX. pontificis maximi ∝. In cuius rei fidem etc. Pragae in collegio ss. Angelorum die 30. Octobris anno 1723. Wenceslaus Maximilianus Lohowsky ∝" ascripta est; huic autem transscripto et cum bulla originali collato exemplari dies verbis: „Datum Laterani .... VI. Nonas Julii indictione VI. incarnationis dominicae anno MDDXXXIII [!], pontificatus vero domini Gregorii papae IX. anno septimo" additus est. — Transscripto diplomatis a Daniele Josepho Mayer, metropolitanae ecclesiae Pragensis praeposito, dati exemplo, quod in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 fino al 1716. Num. 35" fol. 117 legitur, dies hoc modo: „Pragae die 6. Novembris 16706 [loco 1706]" est ascriptus. — Attestationis a Ferdinando [comite a Khünburg] archiepiscopo Pragensi Joanni Adamo comiti Vratislav a Mitrovicz episcopo Reginohradecensi petenti die 21. Novembris 1719 scripto datae in S. Congnis de P. F. archivio quatuor transscripta exempla reperiuntur, in quibus praedecessoris dicti episcopi Reginaehradecensis, cui Thobiae Joanni Becker nomen erat, cognomen modo „Decker" („Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1720 e 1722. Num. 37" fol. 267; „Scritture non riferite 1720–1722: Germania ∝. Num. 5" fol. 1), modo „Zecker" („Congni particolari ∝. Num. 37" fol 381), modo „Recker" (Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" fol. 211) rurisque ad episcopi Reginohradecensis mensam tunc pertinentis, quod bohemice Ouřetice (germanice Auřetitz) vocatur, nomen nunc „Aurzectitz", nunc „Aurzetitz", nunc „Aursetiz", nunc „Aurzetiz" scriptum est. — Thomae Schram, archipresbyteri Frankensteinensis in Silesia, cognomen literis die 23. Septembris 1741 datis subscriptum in transscripto earum exemplari, quod in S. Congnis de P. F. archivio remansit (v. supra in annot. 605) verbo: „Sekram" redditum est („Scritt. orig. rifer. nelle congni ∝ 1742. Num. 710": „congne 8 Gennaio numo 9").

[620]) Supplex libellus Romae procul dubio a procuratore quodam anno 1696 scriptus et S. Congni de P. F. porrectus („Scritt. originali riferite nelle congni generali dell' 8 e 28 Gennaio ∝ 1697. Num. 526": „congne 11 Marzo numo 9") verbis: „Emmi e Revmi sri. || La communità e magistrati delle città di Broda e Kurimio del regno di Boemia ∝" incipit; et, quia idem procurator harum civitatum nomina eodem semper modo scribebat, quamquam Joannes Josephus comes a Breuner archiepiscopus Pragensis in literis ad [Andream Santacroce] nuntium Viennensem die 9. Januarii 1697 datis, quarum exemplum in eodem volumine legitur, utriusque civitatis nomen (città regie di Boemobroda e Kaurzimio") iustius reddidit, tam in decreti commentario, quod his literis a tergo ascriptum

Ceterum ne ea quidem, quae literis aliusque generis scriptis allatis in ipsius S. Cong^nis de P. F. cancellaria ascribebantur, erroribus carere supra (pag. CXCI—CXCIII) iam diximus; qui errores hoc loco non solum ad literarum et scriptorum summas in cancellaria hac confectas decretaque vel eorum numeros responsionumque commentarios pertinent, sed interdum etiam in alius generis additamentis deprehenduntur: nunc annotatio in imposita chartae plagula scripto apposita, quae indicat, ubi literae allatae, quae illo loco desunt, quaerendae sint (v. supra, pag. CCXLVII—CCXLVIII et annot. 598), lectorem fallit, [621]) nunc mandatum S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministris datum, quae a literarum allatarum tergo est ascriptum (v. supra, pag. CLXXXIII et annot. 485), si alio modo ab iisdem ministris perfectum est, investigatorem turbare potest, [622]) ut alios errores taceamus.

Hic id tantum restat, ut dicamus, quod ex iis, quae in S. Cong^nis de P. F. cancellaria literis allatis a tergo aliisve locis ascribi solebant, quod antequam congregatio habita est, vel ea durante, vel brevi post fiebat, nonnulla etiam pluribus diebus post congregationem peractam iis apponebantur, [623]) perinde ac literae vel alius generis scripta al-

est, quam in decreto ipso, quod in volumine „Acta S. C. de anno 1697" fol. 52–53 legitur, Broda Bohemicalis quidem sive latine sive italice verbo Boemobroda vocatur, Kouřimiensis autem urbis nomen nunc verbo Kenimio, nunc verbo Zurimio, nunc verbo Xurimium redditur, qui error postea etiam in literarum a S. Cong^ne missarum tomos transiit (v. supra, pag. CCLVI).

[621]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali dei 15 Genno, 19 Febro e 12 Marzo 1731. Num. 669" loco, ubi literae allatae ad sextum generalis congregationis die 15. Januarii 1731 habitae decretum pertinentes reperiri deberent, in imposita chartae plagula solum verba: „Boemia, Belgio. || Le scritture di questa posizione si trovano trasportate tra quelle della congregatione de 7 Agosto dell' anno corrente. || 6" („congne 15 Gennaio numo 6"), revera autem „Elenchus conversorum ad fidem catholicam opera Societatis Jesu in provincia Bohemiae 1729" cum aliis scriptis ad illud decretum pertinentibus in eodem volumine, quod supra diximus, numero 669 signato inter literas allatas ad congregationem generalem die 12. Martii 1731 peractam spectantes reperitur („congne 12 Marzo numo 13").

[622]) A tergo literarum a Michaele Adolpho comite ab Althan Praga die 12. Octobris 1630 ad S. Cong^nem de P. F. missarum („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 102), quae italice exaratae sunt, post earum summam, congregationis generalis, in qua recitatae sunt, diem atque numerum ac decreti, de iis facti, commentarium et numerum, mandatum cancellariae S. Cong^nis de P. F. ministris datum unicoque verbo: „Latine" conceptum legitur, quod significat responsionem ad literas illas latina lingua dandam fuisse; responsi autem dati exemplum investigator in volumine „Lettere latine della S. Cong^ne 1630–1646. Num. 9" frustra quaereret, nam responsio non latine sed vulgari lingua italica scripta est, eiusque exemplar in volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10" (fol. 132b–133) reperitur.

[623]) In volumine „Scritture originali riferite nelle congni generali delli 11 Marzo e 10 Giugno 1776. Num. 844" („congne 11 Marzo numo 15") libellus supplex reperitur sacram

lata, etiam post congregationem aliquam (sive generalem sive particularem) data, congregationis eiusdem literis aliquando adiungebantur.[624])

In literarum in congregationibus generalibus relatarum serie usque ad annum 1800 (inclusive) volumina 900 numerantur, e quibus in hocce I° huius editionis tomo 18 voluminibus usi sumus, quae sunt: „IV. Lettere d' Italia riferite l' anno 1626. Num. 1", „I. Lettere d' Italia del 1630. Num. 5", „III. Lettere di Polonia, Ungaria, Illirico riferite l' anno 1626. Num. 56", „I. Lettere di Germania, Colonia e Svizzera riferite l' anno 1626. Num. 66", „II. Lettere di Germania, Boemia, Ungaria e Polonia 1627. Num. 67", „Varia: typogr., canonizat., documenta. N. 182", „I. Boemia ad 1629. Num. 214", „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215", „I. Dania, Holsatia, Saxonia, Svecia. Num. 296", „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318", „I. Germania ad 1629. Num. 330", „II. Polonia, Russia, Vallachia e Moldavia. Num. 337", „I. Italia, Napoli, Sicilia, Melitae 1625. Num. 358", „Memoriali del 1622. Num. 382", „Memoriali de' primi 6 mesi del 1623. Num. 383", „Memoriali del 1624 ed ultimi sei mesi del 1623. Num. 384", „Memoriali riferiti nella S. C. de P. F. 1625. Num. 385", „Memoriali dell' anno 1626. Num. 386".

5. Scritture non riferite sive Scritture riferite nei congressi.

Haec archivii S. Cong^nis^ de P. F. pars eaque non exigua literas allatas aliusque generis scripta continet, quae in congressu cardinalis praefecti aut antiquioris S. Cong^nis^ de P. F. cardinalis cum secretario eiusdem S. Cong^nis^ (v. supra, pag. XX—XXII) recitatae sunt. De iis,

missionem Minorum Reformatorum Petropolitanam spectans, cui a tergo, post congregationis generalis, in qua de eo relatum est, diem („11. Martii 1776") haec verba in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria sunt ascripta: „Expediatur decretum deputationis in vicesuperiorem favore P. Joannis Nepomuceni Gilden, cui ex audientia S^mi^ die 2. Junii 1776 concessae fuerunt facultates formulae octavae. || S. Borgia secretarius. || 15", quae etiam suo loco in „Actorum S. C. de P. F. anni 1776" volumine (fol. 8) leguntur. — V. etiam supra in annot. 543, quae de supplici libello a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Cong^ni^ de P. F. anno 1762 porrecto afferuntur.

[624]) In volumine „Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali de 7 Maggio e 3 Giugno 1720. Num. 624" ad 15um decretum congregationis generalis die 3. Junii 1720 peractae literae die 18. Junii eiusdem anni datae pertinent, per quas Petrus Aloisius Caraffa, archiepiscopus Larissae et S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, testatus est Terentium Lynch, Hibernum dioeceseos Kilmorensis, iusiurandum pontificiorum seminariorum alumnis praescriptum in collegio Urbano dedisse.

quod ad personas, a quibus et ad quas datae vel data sunt, attinet, eadem, quae de literis in generalibus particularibusve congregationibus vel in audientiis S^mi^ relatis supra (pag. LXIII—LXVIII, CI—CIV, CXXV—CXXXIV, CXL—CXLIII) diximus, dici possunt, nam etiam hocce loco praeter literas et scripta a personis maxime variae conditionis aut a magistratibus, tribunalibus, communitatibus, congregationibus tam exteris, quam in Romana curia constitutis ad S. Cong^nem^ de P. F. ipsam aut ad singulos eius cardinales, secretarios aliosve ministros datas et data[625]) literae (vel scripta) a variis, imo et a S. Cong^ne^ de P. F. ipsa aut ab eius cardinalibus, secretariis, ministris ad pontificem maximum, ad pontificii status secretarium, ad alias cardinalitias congregationes aliosve curiae Romanae magistratus,[626]) ad varios apostolicae sedis nuntios, ad episcopos, abbates

[625]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 277 epistola e S. Officii cancellaria die 21. Junii 1782 ad [Stephanum] Borgia, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, missa, ibidem fol. 408 alia a [Lazaro Opitio] cardinali Pallavicini, status pontificii secretario, „dalle stanze del Vaticano 27 Decembre 1784" ad [Leonardum] cardinalem Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum, scripta, in volumine „Scritture riferite nei congressi: collegi di Germania, di santa Barbara, di Lind [!], di Graoz [!], di Lusavia [!] ∞. Num. 2" fol. 270 epistola e dataria apostolica ad [Nicolaum] Lercari, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, die 16. Novembris 1747 missa (v. supra in annot. 452), in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1741 al 1749. Num. 9" codicillus a Benedicto XIV. pontifice maximo ad [Philippum Mariam] Monti, eiusdem S. Cong^nis^ secretarium, die 18. Februarii [1743] datus (v. supra in annot. 427), in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1720 a tutto il 1722: Germania e missioni settentrionali. Num. 5" fol. 759 epistola a Flaminio Piccioni, qui negotiorum ipsius S. Cong^nis^ de P. F. procurator (italice: ‚spedizioniere') erat, ad [Carolum aut Thomam] Uslenghi, eiusdem S. Cong^nis^ cancellariae ministrum (v. supra, pag. XXVIII, XXIX et annot. 72, 81), die 17. Januarii 1723 data ex. gr. legitur.

[626]) In tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1741 al 1749. Num. 9", cuius folia numeris non sunt signata, libellus supplex a Carolo Rzeczkowski a Rzeckowa, praeposito et archipresbytero Falcobergensi in Silesia, ad Benedictum XIV. pontificem maximum anno 1746 exeunte datus, in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 407 (208) alius libellus a Friderico cardinali landgravio Hassiensi, Leopoldi I. Romanorum imperatoris in curia Romana oratore, ad Clementem X. pontificem maximum datus, in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1712. Num. 3" fol. 355 epistola a Marco Antonio Santini, nuntiaturae Viennensis auditore, ad [Fabritium] cardinalem [Paolucci], pontificii status secretarium, die 14. Junii 1710 scripta (v. supra in annot. 595), in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania ∞ dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 232 epistola a Friderico Ubaldi Baldeschi, S. Cong^nis^ de P. F. secretario, ad Hieronymum Casanate, S. Officii assessorem, die 24. Decembris 1670 missa, in tomo „Carte riferite nei congressi: collegii di Germania, di Praga etc. dall' anno 1580 al 1746 e dal 1741 al 1783. Num. 1" fol. 763 literarum a Fr. Michaele Tipper, ordinis s. Francisci Hibernorum guardiano Pragensi, die 29. Martii 1773 ad S. Cong^nem^ episcoporum et regularium missarum exemplar, in volumine „Scritture riferite nei congressi: collegi di Germania dall' anno 1654 al 1674. Num. 1" fol. 265 literae a P. Petro Francisco Orta, generali Societatis Jesu procuratore, ad sacri Montis Pietatis provisores die 26. Martii 1699 missae v. gr. reperiuntur.

et ordinum religiosorum superiores tam Romae degentes, quam exteros,[627]) ad principes regnantes, eorum ministros, varia iudicia et magistratus, ad negotiorum procuratores in curia Romana vel foris constitutos, ad ecclesiasticos et laicos tam nobiles, quam obscuros, ad S. Cong^nis^ de P. F. missionarios aliosve regulares et ad varias alias personas scriptae collocatae sunt,[628]) ut brevia, bullas et constitutiones apostolicas, ipsius S. Cong^nis^ de P. F. decreta tam in generalibus, quam in particularibus congregationibus facta, aliarum congregationum cardinalitiarum decreta taceam,[629]) praeter quae omnia hic etiam decreta a variis episcopis vel eorum consistoriis, regibus, principibus edita, sententiae a variis tribunalibus dictae, relationes

[627]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4" fol. 178 transscriptum literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad nuntium Viennensem, quo munere tunc Georgius Spinola fungebatur, die 27. Augusti 1714 datarum exemplar, in volumine „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 79 literarum a [Venceslao Antonio] Kounic-Rietberg, Mariae Theresiae, Bohemiae et Ungariae reginae, ministro, die 22. Februarii 1762 ad [Vitalianum Borromei] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium missarum exemplum, in tomo „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1681 al 1699. Num. 2" fol. 70 literarum a tabulae regiae in Bohemiae regno officialibus ad Joannem Franciscum Christophorum liberum baronem a Talmberg episcopum Reginohradecensem die 10. Novembris 1682 datarum exemplar in linguam italicam conversum, in volumine „Scritture riferite nei congressi: collegi di s. Maria delle Fornaci dal 1720 al 1819, di s. Norberto dal 1631 al 1817 ∝. Num. 1" literarum a S. Cong^ne^ de P. F ad [Joannem Paulum Oliva] Societatis Jesu generalem ministrum die 29. Decembris 1668 datarum exemplar legitur.

[628]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1681 al 1699. Num. 2" fol. 60 literarum a Joanne Francisco Christophoro libero barone a Talmberg episcopo Reginohradecensi ad Leopoldum I. imperatorem, Bohemiae regem, [die 14. Novembris 1682] scriptarum exemplar, ibidem fol. 72 literarum ab eodem episcopo ad regni Bohemiae supremos et inferiores tabulae regni Bohemiae officiales [die 26. Octobris 1682] missarum exemplum, in tomo „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 334 literarum a pontificii status secretarii cancellaria ad negotiorum Friderici II. Borussiae regis in curia Romana constitutum agentem, cui Ciofani cognomen erat (v. supra in annot. 311), die 11. Septembris 1777 scribendarum commentarius, in eodem tomo fol. 342 literarum a [Philippo II. comite a Schaffgotsch] episcopo Vratislaviensi ad negotiorum eius in curia Romana constitutum procuratorem die 20. Januarii 1783 missarum pars, ut alia exempla omittamus, reperitur.

[629]) In volumine „Visite riferite de collegii pontificii di Vilna, Brusberga, Fulda ∝. Tom. I. Num. 41" fol. 85 sqq. „breve declarationis iuramenti praestandi ab alumnis collegiorum pontificiorum ab Alexandro VII. summo pontifice die 20 Julii 1660 datum, quod typis est exscriptum, in tomo „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1721 a tutto il 1770. Num 2" fol. 316 b „decretum s. congregationis generalis de P. F. habitae die 17. Martii 1692", in volumine „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1622 a tutto il 1720. Num. 1" fol. 456–460 acta congregationis particularis „super typographia" die 31. Julii 1657 peractae, quae etiam in volumine „Acta S. C. de P. F. anno 1657" fol. 243 sqq. inveniuntur, verbis: „Rescriptum ad Emm^os^ dominos cardinales super typographia. Die 31. Julii 1657" inscripta, in tomo „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 280 S. Officii decretum, cui dies non est ascriptus, et quo spirituales facultates formulae tertiae conceduntur, leguntur.

de religionis in variis terris conditione, missionariorum vel eorum superiorum relationes,[630]) alumnorum tam in collegio Urbano, quam in aliis pontificiis seminariis degentium alba, iuramenta et examina, peractarum in singulis pontificiis seminariis visitationum acta, annuae acceptorum et datorum rationes tam S. Cong^nem^ de P. F. ipsam, quam seminaria pontificia, quae modo diximus, aliasque institutiones (ex. gr. ecclesiasticam arcam salis in regno Bohemiae) spectantes,[631])

[630]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1735 a tutto il 1740 e senza tempo di Germania e missioni settentrionali. Num. 8", cuius folia numeris non sunt signata, Francisci Ludovici [palatini ad Rhenum] archiepiscopi electoris Moguntinensis et episcopi Wormatiensis et Vratislaviensis decretum Vratislaviae die 12. Decembris 1731 datum, quo compositio inter Carolum Rzeczkowski de Rzeczkow archipresbyterum Falcobergensem et Augustum Silvium sacri Romani imperii comitem a Pikler die 13. Julii 1731 facta approbatur, in volumine „Visite non riferite de' collegii pontificii di Praga, Olmitz e di Lovanio. Tom. III. Num. 43" fol. 173 [ter] sqq. decretum ab archiepiscopali consistorio Pragensi ad missionarios in Bohemiae regno constitutos die 2. Januarii 1741 datum, in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 315 exemplar decreti a Maria Theresia, imperatrice et Bohemiae regina, ad eiusdem regni gubernium Viennae die 21. Septembris 1765 dati in linguam latinam conversum, in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1720 a tutto il 1722: Germania e missioni settentrionali Num. 5" fol. 714 „sententia declaratoria excomunicationis in causa apostolicae commissionis domini Matthaei Peterka, Propagandae Fidei de Urbe alumni . . . ., contra Rev^mam^ abbatissam, capitulum et pastores ecclesiae" Neoheriensis Paderbornensis dioeceseos die 1. Augusti 1722 lata, in tomo „Scritture non riferite dall' anno 1723 a tutto il 1727 a senza tempo di Germania e missioni settentrionali. Num. 6" fol. 784–834 „relazione della chiesa nelli stati di S. M^tà^ Ces^a^ ed altri subordinati alla nunziatura di Vienna" anno 1714 aut 1715 opinor scripta, in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 88–91 relatio de piis operis a Patribus Societatis Jesu peractis a P. Francisco Wissinger, provinciae Bohemiae Soc. J. ministro provinciali, Pragae die 5. Aprilis 1762 data legitur.

[631]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1728 a tutto il 1733: collegio Urbano. Num. 5" fol. 52 sqq. „catalogus alumnorum venerabilis collegii Urbani de P. F. pro anno 1728 sub rectoratu Theodori Moriconi de Tolentino", in tomo „II. Visite di Dalmazia e di diversi collegii pontificii e di due monasterii di Faffres e di Tisitis fatte l' anno 1625. Num. 3" fol. 381–388 pontificii seminarii Pragensis alumnorum album inde ab anno 1581 usque in annum 1625 (v. infra, num. 262b) reperitur; ius iurandum ab Adamo Kowalewski, pontificii seminarii Olomucensis alumno, praestitum v. supra in annot. 596; in volumine „Scritt. non riferite dall' anno 1708 a tutto il 1727 e senza tempo del collegio Urbano. Num. 4" fol. 549 „examen ad studia coram Emm^o^ [Hannibale] Albani praefecto studiorum in aedibus S. Cong^nis^ Propagandae Fidei et me [Petro Aloisio Caraffa] secretario die 24. Septembris 1719", in tomo „II. Visite di Dalmazia ∝ 1625. Num. 3" fol. 373 sqq. visitationis in pontificio seminario Pragensi a Joanne Ernesto Platais [a Plattenstein] anno 1625 peractae acta, in volumine „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1766–1770. Num. 12" fol. 125 sqq. „bilancio generale dell' entrate e spese della S. Cong^ne^ di P. F. per l' anno 1765", in tomo „Scritture riferite nei congressi: conti del collegio Olomucense dall' anno 1580 al 1738. Num. 1" fol. 222 sqq. expensi tabulae in pontificio seminario Olomucensi anno 1666 in singulos menses confectae et fol. 248 „rationes generales" eiusdem seminarii, in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 348–351 „computus cassae ecclesiasticae datii salis in regno Bohemiae a prima Januarii usque ad ultimam Decembris anni 1765" et fol. 336–346 „computus cassae parochorum" eiusdem regni et anni leguntur.

librorum (ex. gr. in S. Cong^nis de P. F. typographia typis exscriptorum ibique repositorum) aliarumque rerum inventaria et ipsi diurnorum nuntii, rarissima vero, quod superius (v. pag. XXI—XXII) iam diximus, ipsorum congressuum acta reperiuntur.[632])

Insuper hoc loco etiam res inveniuntur, quae iustius ad alias archivii S. Cong^nis de P. F. partes pertinerent: decreta in congregationibus generalibus vel particularibus facta, quae paulo supra (pag. CCLXII) tetigimus, eorumque summaria in iis aut recitata aut recitanda[633]) partim ad „Acta S. Cong^nis" vel „Decreta S. Cong^nis, partim ad „Congregationes particulares" spectare patet, at etiam plures literae allatae aliusque generis scripta in hacce archivii parte collocata ad „Congregationes particulares" referuntur,[634]) perinde ac ex contrario plurima congressuum acta in

[632]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1721 a tutto il 1770. Num. 2" fol. 167 sqq. „inventario di tutti i libri e stampe esistenti nel nuovo magazeno della stamperia di Propaganda .... descritto ne' mesi di Luglio ed Agosto dell' anno 1760 ∞", in tomo „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 222—224 „estratto d' una lettera circolare [cui epistolae dies 20. Novembris 1781 ascriptus est] di Monsr Leopoldo ab Hay, vescovo di Koniggratz, indrizzata tanto al suo clero secolare che regolare in occorrenza del sistema di tolleranza stato per ordine sovrano testè pubblicato nella Boemia", quae excerpta in diurnis nuntiis, qui „Notizie del mondo" vocantur, numero 9 (pag. 71) edita sunt, reperiuntur. — In volumine „Visite e collegii dell' anno 1648. Num. 29" fol. 432 congressus secretarii [Francisci Ingoli] cum [Aloisio] cardinali Capponi die 16. Septembris 1648 habiti, in volumine „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1721 a tutto il 1770. Num. 2" fol. 309—310 alius congressus die 10. Augusti 1657 habiti acta leguntur. — V. etiam supra in annot. 49, 133, 192, 355.

[633]) In volumine „Collegi e scuole. Miscellanee, collegi. Tom. VIII" fol. 221—225 summarium („ristretto") in generali congregatione die 13. Februarii 1764 habita ab [Antonio Andrea] cardinali Galli recitatum cum rescripto in eadem congregatione generali facto, in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1741 al 1749. Num. 9", cuius folia numeris non sunt signata, summarium intitulatione „Lusazia" inscriptum legitur, quod in congregatione generali die 5. Septembris 1746 peracta recitandum erat, sed non est recitatum, legitur.

[634]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4" fol. 641—642 supplex libellus [Joannis Adami comitis Vratislav de Mitrovicz] episcopi Reginohradecensis nomine S. Cong^ni de P. F. die 21. Novembris 1719 porrectus invenitur, qui ad congregationem particularem „super rebus Bohemiae" die 9. Septembris 1720 habitam („Cong^ni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1720 e 1722. Num. 37" fol. 5b—6) pertinet; in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1712. Num. 3" fol. 219 epistola ab [Antonio Banchieri] S. Cong^nis de P. F. secretario die 9. Junii 1707 ad [Josephum] cardinalem Sacripanti, eiusdem S. Cong^nis praefectum, data, quae cardinales in congregationem particularem de rebus Bohemiae subrogandos spectat, cum cardinalis praefecti responsione in calce adiecta legitur. In volumine „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1741 al 1749. Num. 9", cuius folia numeris signata non sunt, epistola „dalla segreteria di stato" die 5. Septembris 1747 ad Nicolaum Lercari, S. Cong^nis de P. F. secretarium, scripta invenitur, qua duo cardinales particulari congregationi pro negotiis regni Bohemiae institutae ascripti sunt. V. supra, pag. XC et annot. 269.

„Congregationum particularium" voluminibus (v. supra, annot. 49) leguntur; nonnullos libellos supplices et literas allatas ad „Audientias S^mi" pertinere manifestum est,[635]) multi alii libelli supplices, literae allatae atque alius generis scripta iure suo ad literarum in congregationibus generalibus relatarum seriem („Lettere originali riferite") spectant,[636]) et praeter haec omnia hocce loco etiam multarum literarum a S. Cong^ne de P. F. aut ab eius secretario missarum commentarii vel exempla transscripta leguntur, quae ad literarum missarum seriem („Lettere della S. Cong^ne")

[635]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1798 al 1805. Num. 15" fol. 86—87 summarium duorum libellorum supplicum Fr. Edmundi Hanniger ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci nomine [Pio VI.] summo pontifici porrectorum, cui dies non est ascriptus, legitur verbis: „Per l' udienza di N. S^re" inscriptum, cui in calce verba: „S. S^tà ha approvato cio che si suggerisce nell' ultimo §" in S. Cong^nis de P. F cancellaria scripto sunt addita, quae audientiae rescriptum efficiunt. — In tomo „Scritt. non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 322—323 supplex libellus a Philippo Gotthardo [a Schaffgotsch] episcopo Vratislaviensi ad [Pium VI.] summum pontificem die 20. Januarii 1783 datus reperitur, cui a tergo in eadem cancellaria verba: „R[isposto] 2 Agosto 1783 secondo la minuta emendata dalla S^tà di N. S^re nell' udienza dei 27 Luglio 1783", quae rescripti locum obtinent, sunt ascripta. — In tomo „Scritt. riferite nei congressi: stamperia dal 1721 a tutto il 1770. Num. 2" fol. 523 libelli supplicis a Francisco Bizzarrini Komárek typographo Romano ad Clementem XIII. summum pontificem dati transscriptum exemplar legitur, a cuius tergo praeter verba: „A Monsr tesoriere, che ne parli" eiusdem summi pontificis iussu apposita, audientiae S^mi, quam generalis thesaurarius habuit, acta his verbis sunt ascripta: „Die 27. Aprilis 1765. || Ex audientia S^mi. S^tas Sua benigne annuit favore oratoris pro exemptione gabellae cameralis ballarum quinquaginta cartae pro impressione [breviarii et diurni], de qua in precibus. || X. Canale thesaurarius generalis".

[636]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 162 ex. gr. literae a Leopoldo I., Romanorum imperatore et Bohemiae rege, ad Alexandrum VII. pontificem maximum die 29. Octobris 1661 in membrana scriptae (v. supra in annot. 428) leguntur, quibus a tergo — praeter alia — etiam verba: „Cum S^mo. || 57. 12. 7. || 30. Januarii 1662" ascripta sunt, quae probant literas illas in generali congregatione 57^a die 30. Januarii 1662 habita (v. supra, pag. CIC—CCII et ann. 504) esse recitatas (conf. „Acta S. C de P. F. anni 1662" fol. 6b—7). — Hoc loco, ut multa alia exempla, quae afferi possint (v. supra, pag. CLXXXV—CXC et annot. 45), omittamus, certorum literarum allatarum generum, quae modo in hacce archivii parte, modo in literarum, de quibus ad S. Cong^nem de P. F. in generalibus congregationibus relatum est, serie inveniuntur, mentio facienda est: praeter literas status et iuramenta (v. supra, pag. CXXXIX cum annot. 369) huc etiam superiorum de missionariorum piis operis scriptae relationes (v. supra, pag. CCLXIII et in calce annotationis 630), quae diu tantum in literarum in generalibus congregationibus relatarum serie collocabantur (v. supra, pag. CXXXII et annot. 358), literae in secretarii status cancellaria scriptae, cum quibus literae foris ad eandem cancellariam missae S. Cong^ni de P. F. delegabantur (v. supra in annot. 350 et 547), aliqua ex parte etiam ecclesiasticarum salis et parochorum in regno Bohemiae institutarum arcarum annuae rationes (v. supra in calce annotationis 631) pertinent, quae quidem saepius in congregationum particularium voluminibus (v. supra, pag. LXVI et ann. 185), nonnunquam autem etiam in literarum in congregationibus generalibus relatarum tomis (v. supra, annot. 370) reperiuntur.

sunt referenda [637]) ita, ut hic res ad omnes archivii S. Cong^nis de P. F. praecipuas partes pertinentes reperiri possint, id quod iam in literarum in generalibus congregationibus relatarum serie (v. supra, pag. CXXXIX—CXL) animadvertimus.

Haec autem, quam nunc tractamus, archivii S. Cong^nis de P. F. pars non tam simplex est, quam literarum in congregationibus generalibus relatarum series, quae eam praecedit; ipsa enim in partes aliquot (v. gr.: „S. Cong^ne: cardinali, segretari, consultori della med[esima]", „Ministri [S. Cong^nis de P. F.]", „Missioni", „Germania e missioni settentrionali", „Collegi", „Visite e collegi", „Stato temporale", „Stamperia") dividitur, quarum complures iterum in binas partes subdividuntur, e quibus altera communi tomorum inscriptioni dorsuali verbum „Miscellanee" (ex. gr. „Missioni, miscellanee", „Miscellan., collegi", „Stato temporale, miscellanee") adiicit. [638])

Quid singulae hae partes praecipue contineant, earum inscriptiones satis superque indicant. Tomi verbis: „S. Cong^o: cardinali, segretari, consultori della med[esima]" et „Ministri" inscripti S. Cong^nem de P. F. ipsam spectant; in tomo „S. Cong^o: cardinali, segretari, consultori della med[esima] dal 1669 a tutto il 1830. Num. 1" praeter S. Cong^nis de P. F. secretariorum et prosecretariorum seriem [639]) plurimae literae in secretarii status pontificii cancellaria scriptae leguntur, per quas cardinalis praefectus vel secretarius S. Cong^nis de P. F certiores redduntur, quis cardinalis eidem

[637]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 330—332 literarum a S. Cong^ne de P. F. ad Philippum Gotthardum [a Schaffgotsch] episcopum Vratislaviensem scribendarum commentarius multifariam emendatus legitur, cui in fronte praeter intitulationem („Germania") bis positam et inscriptionem haec verba apposita sunt: „2. Augusti 1783. || La presente fu riformata a tenore dell' emenda fattane da S. Stà [v. supra in annot. 635]", et in tomo „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1798 al 1805. Num. 15" fol. 633—635 transscriptum earundem S. Cong^nis de P. F. literarum exemplar, quod etiam in literarum a S. Cong^ne missarum volumine „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1783. Num. 242" fol. 592 sqq. legitur, cum inscriptione: „Illmo ac Rev^mo domino Philippo Gothardo episcopo Wratislaviensi 2. Augusti 1783" invenitur.

[638]) Dr. Ant. Pieper, Römische Archive. I. Das Propaganda-Archiv, pag. 97 perperam dicit omnes huiusce archivii partis tomos ab archivii eiusdem ministris verbo „Miscellanee" vocari.

[639]) Haec secretariorum et prosecretariorum series (fol. 9 sqq.), utpote quae tardius scripta est, erroribus non caret nec omnino eadem est ac illa, quam superius (in annot. 68) aliis quoque adiumentis, quae S. Cong^nis de P. F. archivium praebuit, fulti attulimus. Eius errores potissimum ad tempus pertinent: Franciscum Ingoli, primum S. Cong^nis de P. F. secretarium, „series" haec ex. gr. mense Augusto anni 1649 diem supremum obiisse dicit, cum hic praelatus iam mense Aprili 1649 mortuus est (v. infra, pag. 185 num. 32 annot. 1).

S. Cong^ni aut congregationibus particularibus in ea institutis a summo pontifice sit ascriptus, [640]) et aliae ibidem scriptae, per quas cardinales praefecti S. Cong^nis de P. F. et praefecti oeconomiae aliique praefecti constituebantur, cardinalium autem S. Cong^ni de P. F. praefectorum series hic desideratur; [641]) item plurium cardinalium S. Cong^ni

[640]) Folio 111 ex. gr. haec epistola legitur: „Dalla segreteria di stato 7 Decembre 1714. || Essendosi degnato N. S^re di annoverare tra i signori cardinali della S. Cong^ne de P. F. il s^r cardinal di Schrottenbach [!], se ne dà il presente cenno a Mons^re segretario de Cavalieri per sua notizia. [In marg. inferiore:] Monsr segretario della S. Cong^ne de P. F." — Et fol. 196 ibidem haec epistola reperitur: „Dalla segreteria di stato 5 Decembre 1733. || Essendosi compiaciuta la Stà di N. S^re di ordinare, che il s^r cardinal Firrao segretario di stato sia ammesso in tutte le congregazioni particolari di Propaganda, se ne porge la notizia a Monsr Fortiguerra, segretario della Cong^ne, perchè sia adempita la mente di S. Beat^ne. || [In marg. inferiore:] Monsr Forteguerri".

[641]) In volumine „S. Cong^o: cardinali ∞. Num. 1", quod diximus, fol. 155 epistola die 4. Januarii 1727 in secretarii status cancellaria scripta legitur, qua Vincentius cardinalis Petra S. Cong^nis de P. F. praefectus constitutus est, fol. 287 alia similis, qua Silvius cardinalis Valenti-Gonzaga eidem S. Cong^ni die 25. Martii 1747 praefectus est, fol. 147 alia, die 19. Novembris 1726 data, qua Nicolaus cardinalis Spinola oeconomiae S. Cong^nis de P. F. praefectus (v. supra in annot. 25) constitutus est, fol. 231 alia, die 4. Maii 1735 scripta, qua Georgio cardinali Spinola defuncti Nicolai, quem modo diximus, munus impositum est, fol. 341 alia, per quam Josepho cardinali Spinelli, qui inde a 5. Septembris 1756 S. Cong^nis de P. F. praefectus iam erat (fol. 319), typographiae praefectura iniuncta est, fol. 341, quod modo diximus, alia, qua Nicolaus cardinalis Antonelli studiorum et congregationis librorum orientalis ecclesiae corrigendorum causa institutae praefectus constitutus est. — Cardinalium S. Cong^ni de P. F. praefectorum series haec est: 1. Antonius Maria Sauli inde a S. Cong^ne instituta usque ad diem 12. Novembris 1622 (v. infra, pag. 5 annot. 9); 2. Ludovicus cardinalis Ludovisi a 12. Novembris 1622 usque ad 18. Novembris 1632, quo Bononiae obiit (v. infra, pag. 6 et annot. 10); cuius aut Roma absentis aut Romae aliis negotiis occupati vices primum Octavius cardinalis Bandini, qui die 31. Julii 1629 e vita cessit, tum Gaspar cardinalis Borgia, Aloisius cardinalis Capponi, interdum Robertus cardinalis Ubaldini et Quido cardinalis Bentivoglio supplebant, in quorum etiam palatiis congregationes generales praeter illas, quae coram summo pontifice habitae erant, iam inde a die, quo cardinalis Sauli est demortuus, et postquam Odoardus cardinalis Farnese Parmam abiit, celebrabantur; 3. Antonius cardinalis Barberini a die 22. Novembris 1632 („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 145 b) usque ad mortem, quae eum die 3. Augusti 1671 corripuit; eius tempore congregationes generales, quae initio in antiquiorum S. Cong^nis de P. F. cardinalium (Roberti Ubaldini, Quidonis Bentivoglio, Bernardi Spada, Petri Mariae Borghese) habitationibus congregabantur, in proprio collegii Urbani de P. F. palatio (iam inde a die 15. Novembris 1633) haberi coeptae sunt; ei quacunque causa impedito Urbanus VIII. in generali congregatione die 22. Novembris 1632, quem diximus, coram S^mo peracta Antonium cardinalem Barberini tituli s Honuphrii, fratrem suum germanum, subrogavit („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 145 b); 4. Palutius Paluzzi-Altieri a mense Augusto 1671 usque ad diem 29. Junii 1698, quo de vita migravit; 5. Carolus cardinalis Barberini a 14. Julio 1698 („Audienze di N. S^re 1691—1709. Num. 3" fol. 103) usque ad diem 2. Octobris 1704, quo fato perfunctus est; 6. Josephus cardinalis Sacripanti ab anno 1704 exeunte usque ad diem 4. Januarii 1727, quo naturae debitum reddidit; 7. Vincentius cardinalis Petra a die 4. Januarii 1727 usque ad diem 21. Martii 1747, quo animam efflavit (v. superius in hacce annotatione); 8. Silvius cardinalis Valenti-Gonzaga a die 25. Martii 1747 (v. ibidem) usque ad diem 28. Augusti 1756, quo mortem occubuit; 9. Josephus cardinalis Spinelli a die 5. Septembris 1756 (v. ibidem) usque ad diem 12. Aprilis 1763, quo vitam posuit; 10. Josephus Maria cardinalis Castelli a die

de P. F. ascriptorum literae, per quas ob nuntium huiusmodi ab eiusdem S. Congnis secretario acceptum gratias ei agebant; literae vero hae a secretario scriptae in literarum missarum serie leguntur;[642]) porro literae, per quas S. Congnis de P. F. secretarii et prothonotarii (v. supra in annot. 18) munus praelatis deferebatur, hoc loco — at non omnes — reperiuntur.[643]) — Tomi verbis „Ministri" inscripti maxima ex parte ad negotiorum a S. Congne ipsa in

25. Aprilis 1763 („S. Congo: cardinali ∞. Num. 1" fol. 353) usque ad obitum (9. Aprilis 1780); 11. Leonardus cardinalis Antonelli a die 29. Aprilis 1780 (ibidem fol. 399) usque ad annum 1795 ineuntem, quo munus id adversae valetudinis causa dimisit et signaturae praefecturam suscepit („Lettere della S. Congne ∞ 1795. Num. 268" fol. 47, 195); 12. Hyacinthus Sigismundus cardinalis Gerdil a mense Martio 1795 usque ad mortem, quae die 12. Augusti 1802 eum corripuit. Ei die 16. Augusti 1802 Stephanus cardinalis Borgia, qui S. Congnis de P. F. secretarius fuerat et die 5. Januarii 1799 a Pio VI. summo pontifice S. Congnis de P. F., quae tunc ob turbidos belli motus Paduae sedem habuit, propraefectus constitutus erat („Lett. scritte da Padova d. a. 1799. Num. 277" fol. 335 b), successit („S. Congo: cardinali ∞. Num. 1" fol. 445).

[642]) In volumine „S. Congne: cardinali ∞. Num. 1" fol. 189 v. gr. epistola haec a Bartholomaeo cardinali Ruspoli ad [Nicolaum Forteguerri] S. Congnis de P. F. secretarium scripta legitur: „Li 7 Decembre 1730. || Il cardinal Ruspoli rende grazie distintissime a Monsr segretario di Propaganda della notizia datali questa mattina d'essersi degnato N. Sre d' ammetterlo in tutte le congregazioni particolari della medesima, e protestandosi sempre più obligato alla cortesissima attenzione di S. Sia Illma, si rinuova Suo servitore". — In tomo autem „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1729. Num. 129", qui ad literarum missarum seriem pertinet, fol. 130 ex. gr. haec epistola reperitur: „Al sr cardinale [Nicol.] Coscia. || 20 Agosto 1729. || Avendo in questo punto Monsr segretario ricevuto avviso dalla segreteria di stato essersi la Stà di N. Sre degnata di concedere un luogo a V. Emza in questa S. Congne di Propaganda, lo stesso [Barthol. Ruspoli] Le ne porge il presente riverentissimo cenno et all' Emza V. profondamente s' inchina".

[643]) In volumine „S. Congo: cardinali ∞. Num. 1" epistolae leguntur, per quas Nicolaus Forteguerri die 2. Octobris 1730 (fol. 183), Philippus Maria Monti die 18. Februarii 1735 (fol. 217), Nicolaus Lercari die 9. Septembris 1743 (fol. 257), Nicolaus Antonelli die 16. Martii 1757 (fol. 321), Stephanus Borgia die 24. Octobris 1770 (fol. 377) S. Congnis de P. F. secretarii (v. supra in annot. 68), et aliae, per quas Costaguti die 22. Novembris 1697 (fol. 67), Maffeus Nicolaus Farsetti die 17. Nov. 1718 (fol. 121), Carolus Rezzonico (postea Clemens XIII. summus pontifex) die 22. Martii 1727 (fol. 157), Marius Riccardi (postea S. Congnis de P. F. prosecretarius, v. supra in annot. 68) die 25. Martii 1729 (fol. 165), [Philippus] Acciaiuoli (postea cardinalis) die 4. Martii 1735 (fol. 219), [Pasqualis] Acquaviva (postea cardinalis) die 10. Martii 1742 (fol. 252), [Joannes] Cornaro (postea cardinalis) die 9. Sept. 1743 (fol. 259), [Joannes Carolus] Molinari (postea archiepiscopus Damascenus et nuntius sedis apostolicae Bruxellis) die 9. Augusti 1748 (fol. 295), [Franciscus] Caraffa a Traiecto (postea cardinalis) die 24. Julii 1758 (fol. 323), Sforza die 30. Novembris 1759 (fol. 335), [Joannes] Archinto (postea cardinalis) die 17. Januarii 1765 (fol. 355), Philippus Lancellotti (postea cardinalis) die 19. Decembris 1766 (fol. 365), Joannes Rinuccini (v. supra in annot. 68; postea cardinalis) die 15. Septembris 1770 (fol. 373), de Sangro die 11. Aprilis 1776 (fol. 389), Cattaneo die 14. Julii 1800 (fol. 419) S. Congnis de P. F. prothonotarii (v. supra in annot. 18) constituti sunt. Ibidem (fol. 421) etiam literae leguntur die 11. Augusti 1800 datae, quibus Caesar Brancadoro secretarii S. Congnis de P. F. munus, postquam episcopus Urbevetanus factus est, retinere iubetur.

variis urbibus et maris portibus constitutos gestores (procuratores vel agentes) pertinent, qua occasione oblata etiam collegiorum pontificiorum alumnos et missionarios, si iis, ut illorum opera uterentur, opus fuit, spectare possunt.[644]) — Tomi verbis „Missioni" et „Missioni, miscellanee" inscripti ad missionarios in variis orbis terrarum partibus constitutos et eos, qui missionarii munus appetebant, pertinent simulque multa missionariorum e variis religiosorum ordinibus constitutorum alba comprehendunt.[645]) — Volumina verbis „Germania e missioni settentrionali" vel „Bosnia, Bulgaria, Dalmazia, Vallachia" vel „Moscovia, Polonia, Ruteni" vel aliis eiusdem generis verbis inscripta[646]) resque maxime varias continentia literarum in congregationibus generalibus relatarum tomis, quos superius (pag. CCXXXVIII et annot.

[644]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: ministri dal 1731 a tutto il 1799. Num. 2" fol. 109 ex. gr. epistola a Fr. Paulo ‚d' Agnona', ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci missionum in Aegypto vicepraefecto, die 25. Novembris 1760 Janua ad Carolum Concholini, cancellariae S. Congnis de P. F. ministrum, quem lingua vulgari ‚minutante' vocabant, missa legitur, per quam eum aeris alieni admonebat. — In tomo „Scritt. riferite nei congressi: ministri dal 1623 a tutto il 1730. Num. 1" (fol. 77) literae a Mario Alberici, apostolico nuntio Vindobonensi, die 18. Februarii 1674 ad Franciscum Ravizza, S. Congnis de P. F. secretarium, datae reperiuntur, missionarios spectantes, quarum partem supra in annot. 531 attulimus.

[645]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: missioni dal 1646 al 1707. Num. 1" fol. 181 ex. gr. epistola a Fr. Joanne Evang. Zuckmantel, ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci provinciae Bohemiae missionario ad Sinam destinato, Madriti die 30. Augusti 1691 ad [Odoardum Cybo] S. Congnis de P. F. secretarium de iis, quae ipsi in Lusitaniae regno acciderunt, et de iis, quae ipse in regia aula Madriti egit, scripta reperitur. — Ibidem fol. 77 album eorum, qui „missionariatum apostolicum petunt", legitur. — In eodem tomo fol. 122 literae a P. Joanne Paulo Oliva, Societatis Jesu generali ministro, Romae die 3. Augusti 1671 datae, fol. 123 aliae a Fr. Martiali Pellegrini, Minorum s. Francisci Conventualium ministro generali, Venetiis die 5. Augusti 1671 scriptae, fol. 124 aliae a Fr. Hieronymo Valvason, generali ordinis s. Augustini ministro, die 31. Julii 1671 datae, fol. 125 aliae a P. Joanne Thoma de Rocaberti, ordinis s. Dominici ministro generali, die 6. Augusti 1671 scriptae, fol. 126 aliae a Fr. Barnaba, ordinis Minorum Reformatorum vicario generali, Romae 10. Augusti 1671 datae, fol. 127 aliae a Fr. Francisco Maria Rhini, ordinis Minorum generali ministro, Lutetiis Parisiorum die 9. Septembris 1671 scriptae leguntur, per quas omnes et singulas hi ordinum religiosorum superiores testantur se a S. Congne de P. F. S. Oficii decretum accepisse, quo missionarii volentibus matrimonium contrahere impedimenta remittere vetiti sunt. — In volumine „Scritture riferite nei congressi: missioni, miscellanee. Tom. 1" fol. 194–197 „nota de missionarii che presentemente essistono nelle missioni de Minori Osservanti Riformati" ad annum 1733 (opinor) et ad Russiam, Tripolidem, Aegyptum, Helvetiam, Macedoniam, Albaniam, Serviam, Constantinopolim, Peloponnesum, Sinam, Laodiceam pertinens legitur. — E voluminibus, quae ad subdivisam partem „Missioni, miscellanee" pertinent, unum verbis: „Scritture risguardanti l' esecuzione del breve di soppresione de' PP. Gesuiti ne' luoghi di missione, 1774. Missioni, miscellan. Tom. V." inscriptum est.

[646]) Conf. Dr. A. Pieper, Römische Archive. I. Das Propaganda-Archiv, pag. 96.

577) tetigimus, proxime accedunt.[647]) — Tomi, in quorum dorsuali inscriptione verba: „Collegi“ vel „Collegi, miscellanee“ leguntur, collegia vel seminaria pontificia tam Romae (ex. gr. collegium Urbanum, Germanicohungaricum, s. Petri in Monte Aureo, s. Pancratii etc.) quam foris (v. gr. Pragae, Olomutii, Avinione, Fuldae) constituta spectant, alumnorum alba, iuramenta ab iis praestita, examina, annuas collegiorum et praediorum, si quae ad quod collegium pertinebant, accepti et expensi rationes, mandata sacri montis pietatis provisoribus data, ut collegiorum stipem expenderent,[648]) instructiones et variorum literas tam stipem hanc, quam collegiorum visitationes spectantes, literas, per quas collegia ipsa condita sunt, aliaque plura continentes;[649]) temporis, quo singula collegia pontificia instituta sunt, respectu in dorsualibus nonnullorum huiusce partis voluminum inscriptionibus anni leguntur, quibus S. Cong° de P. F. ipsa nondum instituta est.[650]) — Huicce minori literarum in

[647]) Quae ex hacce divisa parte supra in annot. 625—637 afferuntur exempla, conf. cum iis, quae e literarum in generalibus congregationibus relatarum serie superius in annot. 348, 350-353, 355, 357, 358, 362, 369, 370, 373, 380, 381 attulimus.

[648]) In volumine „Carte riferite nei congressi: collegj di Germania: di Praga dall'anno 1580 al 1746 ∞. Num. 1“ fol. 3[ter] — 26 nonnullae rationes annuae bonum rusticum, quod bohemice Stolinky, germanice Drum vocatur et ad archiepiscopale seminarium Pragense pertinebat, spectantes inveniuntur. — Quod ad alia attinet, v. supra in annotationibus 626 et 631.

[649]) In tomo „Scritture riferite nei congressi: collegi di Germania dall' anno 1654 al 1674. Num. 1“ fol. 16 sqq. „instructio pro visitatione, quam peragere debebit Illmus dominus nuntius apostolicus Viennae aut alii eius mandato pontificiorum collegiorum eius nuntiaturae subiectorum“ seculo XVIIo exeunte scripta, in tomo „Scritture riferite nei congressi: collegio di s. Pietro Montorio dal 1666 al 1739 con carte senz' anno. Num. 1“ fol. 634 sqq. visitationis in collegio s. Petri in Monte Aureo Romae anno 1735 peractae expositio, ibidem fol. 620 sqq. „interrogatorii per la visita del colleggio di San Pietro in Montorio“, ad eandem visitationem spectantes, in tomo „Scritture riferite nei congressi: collegj di S. Maria delle Fornaci dal 1720 al 1819, di S. Norberto dal 1631 al 1817 ∞. Num. 1“ fol. 237—240 „copia primi instrumenti fundationis collegii s. Norberti de Urbe“ die 27. Februarii 1627 dati leguntur. — Volumina collegium Germanico-hungaricum Romae institutum spectantia („Scritture riferite nei congressi: collegio germanico dal 1584 al 1740. Num. 1“, „Congne del collegio germanico. Tomo I. 1697 al 1723. Miscell. collegi, tomo II.“, „Decreti del collo germco. Tomo 2do. Miscell. collegi, tomo III.“, „Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici. Tomo III. Miscell. colleg. to IV.“, „Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici. Tom. IV. Miscell. colleg. tom. V“) praeter varias cardinalium protectorum eiusdem collegii, rectoris eius alumnorumque literas et libellos supplices etiam congregationum a cardinalibus protectoribus celebratarum, quibus S. Congnis de P. F. secretarius interesse debebat, acta et decreta continent (v. supra, pag. XXIV et annot. 56).

[650]) Ubi in singulis voluminibus numero „1“ (rarius alio) signatis literae singula collegia pontificia spectantes incipiunt, breves relationes historicae de illis collegiis et eorum origine leguntur, annus autem, quo collegium originem habuit, in dorsuali vel interna voluminum inscriptione poni solebat; haec est causa, cur in hac archivii parte dorsuales tomorum inscriptiones: „Misc. coll. t[omo] VI: collegio de Savoiardi in Avignone dall' anno

congressibus cardinalis praefecti cum secretario relatarum parti alia, in cuius tomorum inscriptione dorsuali verba: „Visite e collegi“ leguntur, simillima est; eam superius (pag. XXIII—XXIV cum annot. 54 et 55, pag. XCVIII—XCIX cum annot. 279) iam tetigimus, ubi nonnulla eius volumina potius ad „Congregationum particularium“ seriem pertinere diximus; omnes autem huiusce minoris partis tomi hoc S. Congnis de P. F. archivii loco (inter literas in congressibus relatas) collocati sunt. Etiam in hac parte instructiones constitutis collegiorum pontificiorum visitatoribus et nuntiis apostolicae sedis datae, peractarum visitationum acta, variorum literae ad visitationes et collegia spectantes, annuae collegiorum accepti et expensi rationes, alumnorum alba et examina reperiuntur,[651]) at praeter haec

1424“, „Scritt. riferite nei congressi: collo di Vilna e di Crastau [!] nella diocesi di Smole[n]sko 1502 [! — annus hic perperam scriptus est, quia transscripto literarum Gregorii XIII., qui Vilnense collegium anno 1582 instituit, exemplo dies scriptoris errore verbis: „anno . . . . millesimo quingentesimo secundo Nonis Febr.“ est ascriptus] all 1780. Num. 1“, „Scritture riferite nei congressi: collegio inglese, ibernese, scozzese di Duaco dall' anno 1568 all 1790. Num. 1“, „Carte riferite nei congressi: collegj di Germania: di Praga dall' anno 1580 al 1746 ∞. Num. 1“, „Scritture riferite nei congressi: conti del collegio Olmucense dall' anno 1580 al 1738. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi: collegio di Brusberga dall' anno 1581 all' 1800 e dei Battistini 1759—1820. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi: collegj [!] di Fulda dall' anno 1584 al 1768. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi: collegio germanico dal 1584 al 1740. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi: collegio scozzese di Roma dall' anno 1600 all' anno 1842. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi: collegio di S. Pancrazio dall' anno 1604 al 1842. Num. 1“ legantur, et cur in internis inscriptionibus voluminum, quorum dorsualibus inscriptionibus anni desunt, anni diem, quo S. Cong° de P. F. instituta est, antecedentes inveniantur; ex. gr. voluminis „Scritt. riferite nei congressi: collegj di Germania, di S. Barbara, di Lind [!] ∞. Num. 2“ interna inscriptio haec est: „Collegj di Germania: 1o idem di S. Barbara 1574, 1746; 2o idem di Lintz 1703, 1729 ∞“, et in interna tomi „Scritt. riferite nei congressi: collegj d' Italia: di S. Benedetto di Ullano, italogreco in Palermo ∞. Num. 1“ inscriptione verba: „. . . . 7o detto [collegio] di Como dall' 1583 ∞“ legantur.

[651]) In volumine „II. Visite e collegi 1647. Num. 28“ fol. 94—95 „instruttione per li nuntii che devono visitare o far visitare li collegii soggetti alle loro nuntiature, conforme all' ordine di S. Stà e della S. Congne de P. F.“ legitur, cui dies 25. Februarii 1645 ascriptus est, in volumine „Colleg. ed università 1628. Num. 6“ fol. 166 sqq. „istruttione per Monsr nuntio cesareo sopra l' erettione della nuova università in Praga“, quae ad diem 7. Julii 1628 spectat, reperitur; in volumine „Visite non riferite de' collegii pontificii di Praga ∞. Tomo III. Num. 43“ fol. 215 sqq. „relatio ad sacram nuntiaturam apostolicam Viennensem super actis inquisitionis in causa administrationis seminarii pontificii alumnorum ecclesiasticorum sub cura Patrum Societatis Jesu Olomucii“ a Francisco comite a Giannini canonico Olomucensi [anno 1741] scripta „cum allegatis sub numeris 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 et 9“ legitur; in tomo verbis „Visite e collegii 1641. Num. 19“ inscripto, fol. 34b—35b „rationes summariae alumnorum Smi D. N. Urbani VIII. Pragae pro anno 1640“ inveniuntur, quas (fol. 34) „catalogus alumnorum Smi D. N. Urbani VIII. degentium in collegio Pragensi anno 1640“ antecedit; in volumine „Visite non riferite de' collegii pontificii di Praga ∞. Tomo III. Num. 43“ fol. 232 sqq. „examen alumnorum ecclesiasticorum in seminario seu collegio pontificio sub cura Patrum Societatis Jesu Olomucii degentium, actum die 22. Aprilis 1741“ legitur.

omnia et alia, quorum mentionem omisimus, hic etiam literae, acta, relationes ad diversarum provinciarum, regionum, dioecesum visitationes peragendas vel peractas pertinentes [652]) inveniuntur. — Volumina, in quorum inscriptione verba: „Stato temporale“ vel „Stato temporale, miscellanee“ leguntur, literas anuli cardinalitii pretium S. Cong^ni^ de P. F. solvendum vel solutum (v. infra, pag. 10), viaticum alumnis collegii Urbani et S. Cong^nis^ missionariis expensum, pensionem missionariorum annuam, subsidium variis personis concessum, legata S. Cong^ni^ de P. F. institutisve ei subiectis ascripta spectantes annuasque accepti et expensi ipsius S. Cong^nis^ de P. F. rationes (at non omnes) continent. [653]) — Tomi verbo „Stamperia“ inscripti praeter S. Cong^nis^ de P. F. decreta varias-

[652]) Visitationis ex. gr. in Dalmatiae regno ab Octaviano Garzadori archiepiscopo Jadrensi peractae acta et literae aliusque generis scripta ad eam pertinentia in voluminibus verbis „Visitatio Dalmatiae ann. 1624 et 1625. Num. 2“, „Il. Visite di Dalmazia e di diversi collegii pontificii e di due monasteri di Faffres e Tisitis [in Helvetia] fatte l' anno 1625. Num. 3“ et „Residuo della visita di Dalmazia e visite de collegii riferite l' anno 1626“ inscriptis leguntur.

[653]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1729 al 1735. Num. 8“ fol. 206 ex. gr. epistola a Vincentio cardinali Petra, S. Cong^nis^ de P. F. praefecto, ad [Bartholomaeum Ruspoli] eiusdem S. Cong^nis^ secretarium et fol. 208 alia ab eodem secretario ad eundem cardinalem, utraque eodem die 14. Augusti 1730 scripta, legitur, quae anuli cardinalitii pretium a [Sigismundo] cardinali Kollonitz et [Philippo] cardinali Sintzendorf solutum spectant. — In tomo „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1640 al 1653. Num. 2“ fol. 141 [post 361] index verbis: „Emm^i^ s^ri^ cardinali viventi che devono pagare l' anello cardinalitio alla S. Cong^ne^ de P. F., e questi restati per tutto Decembre 1651“ inscriptus reperitur. — In eodem volumine fol. 231—238 b viaticorum collegii Urbani alumnis ab anno 1645 usque ad annum 1771 persolutorum tabulae leguntur. — In tomo „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1787 al 1800. Num. 16“ fol. 30 Antonii Ghanhoz, Cubbe et filiorum, negotiatorum in Liburnico portu, literae ad S. Cong^nem^ de P. F. die 30. Aprilis 1787 datae reperiuntur, quae ad pensionem annuam Fr. Castulo Kleinmond, ordinis s. Dominici missionario, exsolutam pertinent. — In tomo „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1746 al 1760. Num. 10“ fol. 527 libellus supplex ad Marium Marefoschi, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, datus legitur, quo Friderica baronessa a Plotho S. Cong^nis^ de P. F. beneficium implorat; in volumine „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1771 al 1775. Num. 13“ (fol. 320 et 473) et „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1776 al 1780 Num. 14“ (fol. 127, 128, 587) scripta inveniuntur, quae subsidium a Clemente XIV. summo pontifice etiam e S. Cong^nis^ de P. F. arca Christiano Aloisio baroni de Pless anno 1773 concessum spectant. — In tomo „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1761 al 1765. Num. 11“ fol. 156 pars testamenti a Joanne Rudolpho comite a Sporck, episcopo Adratino suffraganeoque Pragensi, Pragae die 2. Maii 1761 conscripti, quo pauperibus catholicis dioeceseos Adratensis in Arabia Petrea 4000 florenorum Rhenensium legavit, legitur. — Legata S. Cong^ni^ de P. F. ipsi ascripta praeter huiusce divisae partis volumina etiam alius divisae partis, quae in dorsuali inscriptione verbum „Eredità“ gerit, tomi spectant. — In volumine Num. 11 annuae S. Cong^nis^ de P. F. rationes annum 1762 (fol. 191—237), 1763 (fol. 291—341), 1764 (fol. 392—435) et 1765 (fol. 516—567) spectantes inveniuntur (v. etiam supra, in annot. 631). — Quod ad pecuniam a sedis apostolicae nuntiis in S. Cong^nis^ de P. F. et variarum personarum literas foras vel Romam mittendas erogatam pertinet, v. supra pag. CCXII et in extrema annot. 529.

que literas et libellos supplices eiusdem S. Cong^nis^ typographiam librosque in ea typis exscriptos spectantia librorum, quos modo diximus, catalogos et personarum, quibus eadem typographia in custodiam concredita est, seriem comprehendunt. [654])

Haec, quam modo tetigimus, huiusce archivii partis divisio et subdivisio effecit, ut eius tomi non eodem modo, quem in literarum in congregationibus generalibus relatarum serie animadvertimus, [655]) sed in quacunque eius sic divisa et subdivisa parte — exclusa illa, quae verbo „Collegi“ est inscripta — suis numeris ex ordine signarentur; [656]) hocce quidem modo etiam in parte, quam exclusimus, altera, subdivisa pars („Collegi, miscellanee“) tomos suos numeris signatos habet, in altera vero eaque maiore eius subdivisa

[654]) In volumine „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1721 a tutto il 1770. Num. 2“ fol. 316 b decretum congregationis generalis die 17. Martii 1692 habitae (v. supra in annot. 629), in tomo „Scritture riferite nei congressi: stamperia dal 1622 a tutto il 1720. Num. 1“ fol. 456 acta congregationis particularis die 31. Julii 1657 celebratae (v. supra in annot. 629), in volumine „Scritt. riferite nei congressi: stamperia ∞. Num. 2“ fol. 523 libellus supplex a Fr. Paulo ‚d' Agnone‘ et Fr. Jeremia Boleslaviensi, ordinis Minorum Reformatorum s. Francisci missionariis ad Aegyptum destinatis, ad Franciscum cardinalem Barberini anno [1738 ineunte] datus, quo nonnullos libros a S. Cong^ne^ de P. F. typis editos expetebant, in eodem volumine fol. 167—203 [ter], 558—812 [quater] inventaria librorum in S. Cong^nis^ eiusdem cella conservatorum anno 1759 (v. supra in annot. 632) et 1768 conscripta, fol. 825 sqq. librorum a S. Cong^ne^ editorum catalogus anno 1783 typis exscriptus leguntur. - In volumine „Scritt. riferite nei congressi: stamperia dal 1771 a tutto il 1799. Num. 3“ fol. 421—424 typographiae superintentorum series („serie dei sopraintendenti“), quo nomine ii, qui — praeter cardinales typographiae S. Cong^nis^ praefectos — typographiae curam habebant, significantur, reperitur, ex qua S. Cong^nis^ typographiam anno 1626 sumptu 18000 scutorum Octavii cardinalis Bandini, quem series haec perperam primum S. Cong^nis^ de P. F. praefectum vocat, cura atque sollicitudine institutam et anno 1644 in S. Cong^nis^ de P. F. palatium translatam esse comperimus. Series haec primum typographiae S. Cong^nis^ de P. F. superintentorem Leonem Allazio, bibliothecae Vaticanae custodem, commemorat, cui die 25. Novembris 1657 merces annua (144 scuta) constituta est; ei anno 1669 defuncto 10. Septembris eiusdem anni Franciscus Nazzario usque ad annum 1714 successit, quem a die 11. Novembris 1714 usque ad 1725 Augustinus Maria Taja, qui inde ab anno 1719 [Franciscum Antonium] de Simeonibus coadiutorem habuit, ab anno 1725 usque ad annum 1730 [Franciscus Antonius] de Simeonibus, quem modo diximus, inde a die 23. Junii 1730 usque ad annum 1758 Nicolaus Antonelli, qui S. Cong^nis^ de P. F. secretarius factus est (v. annot. 68), a die 18. Septembris 1758 usque ad annum 1762 Constantinus Ruggieri, a die 21. Novembris 1763 usque ad Octobrem 1769 Ubaldus Bicci, a die 10. Februarii 1770 usque ad Martium 1792 Christophorus Amaduzzi et a die 29. Martii 1792 Simeon de Magistris episcopus Cyrenensis secuti sunt.

[655]) V. supra, pag. CCXL—CCXLIII.

[656]) V. gr.: „Scritture riferite nei congressi; stato temporale dal 1622 al 1639. Num. 1“, „Scritt. riferite nei congressi; stato temporale dal 1640 al 1653. Num. 2“, „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1654 al 1673“ etc.; „Visit. apost. eccles. et coll. s. Apollinaris 1696. Miscell. colleg. Tom. I“, „Cong^ne^ del collegio germanico, tomo I. 1697 al 1723. Miscell. collegi. Tom. II.“, „Decreti del collo germanico, tomo 2o. Miscell. collegi. Tom. III.“ etc. Quod ad partem verbo „Collegi“ inscriptam attinet, exempla supra in annot. 649 et 650 sunt quaerenda.

parte („Collegi") omnes fere tomi numero „1" signati sunt, praeterquam quod ii, qui idem collegium vel eadem collegia spectant, suis ex ordine (aeque ac in ceteris huiusce partis divisis partibus) numeris sunt signati.[657]) Hic tamen notandum est subdivisarum partium tomos, in quorum dorsuali inscriptione verbum: „Miscellanee" legitur, non arabicis numeri notis, sicut ceteri subdivisarum et divisarum partium tomi, sed plerumque romanis numeri notis esse signatos.[658])

Quod ad literas allatas libellosque supplices in hac archivii serie contentos attinet, quo, inquam, modo scripti et ad S. Cong^nem^ de P. F. missi et quo temporis spatio perlati sint, et quae fides iis sit praestanda, eadem hic repetenda essent, quae superius hac de re iam diximus (pag. CVIII—CIX, CXLIII—CLXXXII, CCVI—CCXV, CCLII sqq.), ubi (in annotationibus) etiam plura exempla hanc archivii seriem spectantia attulimus; ideo ea hocce loco silentio praetereunda duximus.

Literis allatis, libellis supplicibus aliusque generis scriptis, quae in hacce serie comprehenduntur, a tergo aliisque locis tam ab iis, qui ea scripserunt aut ad S. Cong^nem^ de P. F. delegaverunt, quam ab ipsius S. Cong^nis^ personis aut cancellariae ministris varia ascribebantur. Ex iis, quae literis, libellis scriptisque huiusmodi a tergo ascripta sunt, hic nec ea, quae ab exteris, qui, dico, ea scripserunt aut delegaverunt, aut aliis (v. gr. ordinum religiosorum superioribus, cuiusvis conditionis deprecatoribus, negotiorum in curia Romana constitutis procuratoribus) iis a tergo apposita sunt, utpote quae superius iam tetigimus,[659]) nec ea, quae literis scriptisque eiusmodi ad alias S. Cong^nis^ de P. F. archivii partes pertinentibus in ipsa eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria ascripta sunt, quia de iis satis superque locis aliis diximus,[660]) tractabimus, sed solum ea, quae literis, libellis scriptisque huiusmodi in aliquo congressu relatis a tergo aliove loco (in fronte, margine) ascribebantur, observabimus.

---

[657]) Ex. gr. „Scritt. riferite nei congressi: collegio Illirico di Loreto dall' [anno] 1627 al 1739. Num. 1", „Scritt. riferite nei congressi: collegio Illirico di Loreto dal 1740 al 1844. Num. 2"; „Scritt. riferite nei congressi: collegio Urbano dall' istituzione fino al 1677. Num. 1", „Scritt. non riferite dall' anno 1678 a tutto il 1699: collegio Urbano. Num. 2", „Scritture non riferite dall' anno 1700 a tuto il 1707: collegio Urbano. Num. 3" etc.

[658]) Pars subdivisa, quae verbis „Missioni, miscellanee" est inscripta, nonnullos primos tomos arabici notis numeri signatos habet; exempla v. superius in annot. 645.

[659]) V. supra, pag. CXIX–CXX et annot. 335, 336, pag. CCXVI–CCXIX.

[660]) V. supra, pag. LXX–LXXII, CXVII–CXIX, CLXXXII–CCVI.

Literis et scriptis, quae in congressibus recitata sunt, aeque ac illis, de quibus in congregationibus sive generalibus sive particularibus et in audientiis ad S. Cong^nem^ relatum est (v. superius, annot. 660), a tergo aliisve locis varia, neque semper eadem, sed modo plura, modo pauciora, alias nulla ascribebantur. Quae autem his locis in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria iis scripto apponebantur, sunt: dies literis ascriptus, raro ille, quo literae perlatae sunt, earum brevis vel magis fusa sententia vel sola proprietas, personae, quae eas aut dedit aut ad S. Cong^nem^ delegavit, nomen aut alia indicatio, literarum intitulatio aut una aut plures, responsi a S. Cong^ne^ dati dies cum vel sine eius commentario, mandatum cancellariae ministris datum cum vel sine nota modum vel tempus, quo mandatum effectum est, spectante, annotationes variae (plerumque in margine scriptae) ad illa, quae literae continent, pertinentes, rescriptum in congressu factum, negotii expeditio, at nunquam fere dies, quo congressus, in quo literae sunt recitatae, habitus est.[661])

---

[661]) In volumine „Scritt. riferite nei congressi: stato temporale dal 1776 al 1780. Num. 14" fol. 587 libellus supplex a Christiano Aloisio barone di Plesse (v. supra in annot. 653) ad Pium VI. summum pontificem die 20. Novembris 1778 Mantua missus reperitur, cui a tergo (fol. 588 b) praeter verba: „Monsr Borgia", quibus libellus a summo pontifice ad S. Cong^nem^ de P. F. delegatus est, haec in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria ascripta sunt: „Stato temporale [= intitulatio]. || 20 Novembre 1778 [= dies literis ascriptus]. || Il barone di Plesse supplica S. Stà ∞ [= eius, qui libellum dedit, nomen et libelli summa]. || Venuta dalla segretaria di stato [= cancellariae nota]". — In tomo „Scritt. non riferite dall' anno 1723 a tutto il 1727 e senza tempo di Germania e missioni settentrionali. Num. 6" fol. 322 literae a Joanne Georgio Peterka missionario apostolico die 13. Aprilis 1725 ad [Bartholomaeum Ruspoli, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium] scriptae leguntur, quibus a tergo (fol. 333 b) in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria haec sunt adiecta: „Germania [= intitulatio]. || 13 Aprile 1725 [= dies literis ascriptus]. || R[isposto] ai 5 Maggio 1725 [= dies responso ascriptus]". — Literis a Joanne Mahr Lusata, qui collegii Urbani alumnus fuerat, ad [Leonardum] cardinalem [Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefectum] Budissinae die 26. Novembris 1792 scriptis („Scritt. riferite nel congresso dell' Emm^o^ prefetto dell' anno 1786 a tutto il 1797: Germania, missioni settentrionali e contea di Lingen. Num. 14" fol. 329) in cancellaria eiusdem S. Cong^nis^ haec a tergo sunt apposita: „Germania. Lusatia [= intitulationes]. || Budissa 26 Novembre 1792 [= dies literis ascriptus]. || Si è scritto in Gennaio 1793 a Monsr vescovo d' Ildesheim, perche veda d' impiegare il s^r^ Mahr nella Lusazia superiore o inferiore. || Si è scritta altra lettera a Monsr vescovo d' Hildesheim per questo istesso affare sul Luglio del 1793 [= notae modum et tempus, quo S. Cong^o^ sui officii partes implevit, et eius cancellaria mandatum acceptum effecit, spectantes]". — Literis a Mario Alberici, apostolicae sedis ad aulam imperialem nuntio, Vindobona die 8. Maii 1672 ad [Fridericum Ubaldi] Baldeschi, S. Cong^nis^ de P. F. secretarium, datis („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 309) in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria haec adiecerunt: „Germania [= intitulatio]. || Vienna 8 Maggio 1672 [= dies literis ascriptus]. || Monsr nuntio [= eius, qui literas dedit, significatio]. || Sopra la chiesa di Chinisgratz et altro [= literarum sententia]. || Si tenga a parte [= mandatum cancellariae ministris datum]". — Epistolae ab Alexandro cardinali Albani ad S. Cong^nem^ de P. F. datae verbisque „Pro memoria" inscriptae, cui dies non est ascriptus

Intitulatio literis et scriptis etiam huiusce archivii partis in S. Cong^nis de P. F. cancellaria ascribi solita, quae (aut sola aut cum aliis additamentis) ex omnibus ascriptionibus lectoris oculis saepissime occurrit, aeque ac in parte praecedente (v. supra, pag. CCXXXI sqq.) non solum ad indices singulorum tomorum conficiendos, sed etiam

(„Scrit. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11“ fol. 428), in S. Congnis cancellaria a tergo haec sunt apposita: „Istanza, che si consegnino ∝ [= epistolae summa]. || 15 Aprile 1767 [= dies, quo epistola perlata est]. || Si scriva all' arcivescovo [di Praga], che somministri la somma e veda di far indenizzare la cassa con qualche obligazione [= mandatum cancellariae ministris datum simulque responsionis dandae commentarius]. || Si è scritto li 18 Aprile 1767 [= nota ad tempus, quo mandatum effectum est, spectans]“. — Literis a P. Petro Janowka, Soc. Jesu provinciae Bohemiae ministro provinciali, die 27. Aprilis 1764 ad S. Congnem de P. F. missis („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11“ fol. 207 sqq.) in eiusdem S. Congnis cancellaria haec sunt in margine superiore apposita: „Germania [= intitulatio]. || Provincia di Boemia [= eius, qui literas dedit, indicatio]. || Lettera di stato [= literarum proprietas]. || 27 Aprile 1764 [= dies literis ascriptus]. Esse laudandos [= rescriptum in congressu factum]. || R[isposto] 8 Settembre 1764 [= responsi dati dies]“. — Supplici libello Petri Thomae de Leers, honorarii canonici Litomericensis, nomine [Benedicto XIV.] summo pontifici porrecto („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1750 al 1760. Num. 10“, cuius tomi folia numeris non sunt signata) in S. Congnis de P. F. cancellaria a tergo haec sunt ascripta: „Li 13 Agosto 1750 fù detto all' oratore, ricorresse al P. Leone Rauch Gesuita, confessore del rè [Fridericus Augustus II., Poloniae rex et Saxoniae elector, intelligitur] per la communicazione delle facoltà che le ha communicabili nella formola 2da exceptis etc. [= expeditio negotii voce facta]. || Sassonia [= intitulatio]. || 13 Agosto 1750 [= dies, quo negotium expeditum est]“. — Literis a Hieronymo Salari, nuntiaturae Vindobonensis auditore, ad Josephum Mariam cardinalem Castelli, S. Congnis de P. F. praefectum, die 13. Julii 1765 Vindobonae scriptis („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11“ fol. 297) a tergo in S. Congnis de P. F. cancellaria haec sunt adiecta: „Boemia [= intitulatio]. || 13 Luglio 1765 [= dies literis ascriptus]. || L' uditore della nuntiatura di Vienna avvisa la morte ∝ [= eius, qui literas dedit, indicatio earumque sententia]. || Pro approbatione [= rescriptum]. || R[isposto] 3 Agosto [die Saturni] 1765 [= responsi dati dies]. || La lettera si mandi mercoledì [= mandatum cancellariae ministris factum; v. supra, annot. 83]“. — Scripto ecclesiasticae arcae salis in Bohemiae regno originem sortemque spectanti, cui dies non est ascriptus („Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13“ fol. 76 sqq.) in S. Congnis cancellaria in margine variae annotationes appositae sunt ex. gr.: „Si crede, che abbiano altre rendite oltre quelle della cassa del sale. || Sarebbe bene darne qualche maggior dettaglio. || Nel 1780 continuava la S. Congne ad amministrare le rendite del dazio del sale di Boemia. Dopo quell' epoca non apparisce più alcun atto relativo a detta cassa del sale“. — Literis a P. Dominico Baumann, canonicorum Lateranensium ad Omnes Sanctos Olomucii praeposito, die 25. Aprilis 1765 ad [Marium Marefoschi, S. Congnis de P. F. secretarium] missis in eiusdem S. Congnis cancellaria nihil est ascriptum. — Supplici libello Othmari, abbatis Břevnoviensis ordinis s. Benedicti, nomine S. Congni de P. F. porrecto („Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4“ fol. 230) in eadem cancellaria a tergo haec adiecerunt: „Boemia [= intitulatio]. || Lunedì 12 Novembris 1714 [= dies, quo negotium in congressu tractatum est, esse videtur; eodem quidem die generalis congregatio habita est („Acta S. Congnis de P. F. de anno 1714“ fol. 643 sqq.), sed, quia eius acta negotii, quod libellus spectat, nullam iniiciunt mentionem, negotium in congressu die 12. Novembris 1714 ante congregationem, opinor, peracto pertractatum esse verisimile est]. || Domino nuntio pro informatione [= rescriptum]“.

et quidem potius ad literas ipsas in sua volumina conglutinandas valuit.[662])

Non omnes ascriptiones literis in hacce archivii parte collocatis in S. Cong^nis de P. F. cancellaria additae, perinde ac in praecedente literarum in congregationibus generalibus relatarum serie animadvertimus, ad ammussim iustae sunt: nunc literarum intitulatio cum loco, ubi hodie eas invenimus, discrepat, nunc sententia literis a tergo addita ea, quae in iis continentur, male reddit;[663]) modo eius, qui

[662]) Indicibus rari, si volumina verbis „Visite e collegi“ inscripta excipimus, huiusce archivii partis tomi sunt praediti, quin et pauci sua folia, alii pauciores suas paginas numeris signata signatasve habent; in nonnullis pristinus foliorum numeris signatorum ordo ita confusus atque perturbatus est, ut indices nihil valerent; in volumine ex. gr. „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1“ duo prima folia numeris 106 et 107 signata sunt, eaque folia numeris 9—32, 442, 443 etc. signata sequuntur, et interna tomi inscriptio („Missioni settentrionali e Germania dal 1650 a tuto il 1680)“ demum folio [59⁰] legitur. Contra autem plures tomi, quorum folia (paginae) numeris sunt signata, binos indices habent: indicis commentarium Francisci Ingoli primi secretarii manu scriptum et exemplar nitidius a quodam cancellariae ministro descriptum. Tomus verbis „Visite riferite de collegi pontificii di Vilna, Brusberga ∝ 1741 e 1742. Tom. I. Num. 41“ praeter indicem, qui solum ad primam eius partem spectat, etiam indicem ad duos tomos sequentes „Visite non riferite ∝. Tom. II. Num. 42“, et „Visite non riferite ∝. Tom. III. Num. 43“, quibus indices desunt, habet. Indices ipsi vario modo inscripti sunt, v. gr. in volumine „Visite dall' anno 1622 a tutto l' anno 1624 inclusive. Num. 1“ index verbis: „Index diversarum visitationum, quae hoc libro continentur“, in volumine „Visitatio Dalmatiae ann. 1624 et 1625. Num. 2“ alter verbis: „Index generale [!] visitationis“, alter verbis: „Index facul[ta]tum visitationis provinciae Dalmatiae“, in volumine „II. Visite di Dalmazia e di diversi collegii pontificii ∝ 1625. Num. 3“ index verbis: „Indice del presente libro conforme alle provincie“, tomi „Visitationes colleg[iorum] pontific[iorum] ∝ 1627. Num 5“ index verbo „Tavola“, voluminis „Visite e collegii del 1642. Num. 21“ index verbis „Indice delle visite e collegii del 1642“, tomi „Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici tom. III. Miscellanee collegi. N. IV“ index verbis: „Index congregationum collegii Germ. et Hungar. ab anno 1738 usque ad annum 1770“ est inscriptus. — In volumina, quorum nec folia nec paginae numeris signata sunt, literae allatae, libelli supplices aliusque generis scripta temporis ordine plerumque servato conglutinabantur. Plurium huiusmodi tomorum folia editor ipse, potestate a tabularii S. Congnis de P. F. praefecto, Admodum Revdo canonico Aloisio Oreste Borgia, concessa, plumbo numeris signavit.

[663]) A tergo „cathalogi pontificiorum alumnorum“ Pragensium intitulatio: „collegii di Germania“ legitur, cathalogus autem in volumine „Scritt. riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1741 al 1749. Num. 9“, cuius folia numeris non sunt signata, reperitur; a tergo literarum a Josepho Francisco comite a Gondola, episcopo Tempensi, Germaniae septentrionalis vicario apostolico, die 20. Decembris 1773 ad [Antonium Eugenium Hannibalem] cardinalem [Visconti], sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium, datarum inscriptiones: „Missioni settentrionali. Ex-Gesuiti“ leguntur, literae vero ipsae in volumine: „Scritture risguardanti l' esecuzione del breve di soppressione de' PP. Gesuiti ne' luoghi di missione 1774. Missioni miscellan. Tom. V“ inveniuntur. — Literis a P. Wolfgango Winckler Soc. Jesu Vindobonae die 10. Junii 1683 ad P. Georgium Weis, Soc. Jesu convictus Olomucensis regentem, scriptis („Visite non riferite de collegii pontificii di Praga, Olmitz e di Lovanio. Tom. III. Num. 43“ fol. 259) sententia a tergo his verbis est apposita: „P. Winckler 1683 scribit nuntius [Franciscus cardinalis Buonvisi] se nescire, quod [alumni] pontificii non possint dimitti sine scitu suo“.

literas dedit, nomen, modo dies literis allatis ascriptus a tergo non omnino accurate et diligenter exscribitur, modo dies responsionis a S. Cong^ne de P. F. datae minus iuste indicatur.[664])

Ex iis, quae variis locis adhuc diximus, ne hanc quidem archivii S. Cong^nis de P. F. partem solidam atque integram esse manifestum est, id, quod in omnibus ceteris eiusdem archivii partibus, quae sese invicem supplent, iam vidimus;[665]) omnes enim literae allatae, libelli supplices aliusque generis scripta in literarum in congregationibus generalibus relatarum serie collocata, a quarum tergo verba: „Lecta cardinali [v. gr.:] Bandino" sunt ascripta, suo iure ad hanc, quam nunc tractamus, archivii partem pertinent[666]) et praeter ea multae literae scriptaque alia, ex. gr. ipsa congressuum acta, quae in eadem literarum in congregationibus generalibus relatarum et in „Congregationum particularium" serie hodiedum reperiuntur, huc in literarum non relatarum seriem spectant;[667]) contra autem in hacce archivii parte multa scripta ad alias eiusdem archivii S. Cong^nis de P. F. partes pertinentia inveniri superius iam ostendimus.[668]) Causa autem, cur tantae literae allatae et alius generis scripta ad hancce archivii

[664]) Literis a P. Joanne Christiano Paldamus missionario apostolico, qui collegii Urbani alumnus fuerat, Budissinae die 12. Septembris 1732 ad [Nicolaum Forteguerri, S. Cong^nis de P. F. secretarium] scriptis („Scritture non riferite dall' anno 1728 a tutto il 1734: missioni [set]tentrionali e Germania. Num. 7") in S. Cong^nis de P. F. cancellaria a tergo praeter intitulationem („Germania") nisi annum („1732") nil aliud ascripserunt. — Epistolae, quam negotiorum episcopi Reginohradecensis et metropolitani capituli Pragensis in curia Romana procurator, cui Gentili cognomen erat, die 10. Augusti **1761** ad [Marium] Marefoschi, S. Cong^nis de P. F. secretarium, dedit a tergo praeter intitulationem („Boemia") nihil aliud est appositum nisi dies epistolae ascriptus isque perperam: „10 Agosto **1771**". — A tergo literarum a P. Edmundo, abbate Novocellensi in Lusatia Inferiore, die 1. Augusti 1772 ad S. Cong^nem de P. F. missarum et „specificationis missionum, quas monachi Cistercienses monasterii Neocellensis a mense Augusto anni 1791 usque ad 18. Julii anni 1792 obierunt", literis additae responsi dati dies tantum verbis: „R[isposto] Settembre 1792" redditur. — Literis a P. Joanne Mahr Lusata in Austriae Inferioris vico, qui germanice Haag vocatur, die 27. Februarii 1794 ad S. Cong^nem de P. F. scriptis („Scritt. riferite nel congresso dell' Eminmo prefetto dell' anno 1786 a tutto il 1797: Germania, missioni settentrionali e contea di Lingen. Num. 14" fol. 461), in quibus verba: „osservo, ... che le lettere per di quà si possono indirizzare per Lintz e Strenberg, oppure per Vienna e Strenberg ad Haag nell' Austria Inferiore" leguntur, in S. Cong^nis de P. F. cancellaria haec ascripserunt: „Germania [= intitulatio]. || Vienna, Sternberg [loca, per quae responsio mittenda erat]. || Haag 27 Gennaro [!] 1794 [= dies cum loco literis ascriptus]. || D. Giovanni Haag [!] alunno [= eius, qui literas dedit, nomen perperam exscriptum]. || Lettera di stato [= literarum proprietas]. || Risposto Aprile 1794 [= dies responsi dati minus accurate exscriptus]."

[665]) V. supra, pag. LIII—LIV, LXI, XC—XCVI, CXXIII, CCXLIV—CCLII.

[666]) V. supra, pag. CLXXXV—CXC.

[667]) V. supra, pag. LXVIII—LXIX, CXXX—CXXXI, CXXXVII—CXXXIX.

[668]) V. supra, pag. CCLXIV—CCLXVI.

partem pertinentia omnino desint, non semper indicari potest,[669]) quin et difficillimum esset demonstrare (cum plurimorum congressuum acta desint) literas aliquas allatas esse deperditas.[670])

Quot tomos tota literarum in congressibus cardinalis praefecti cum secretario relatarum series usque ad finem seculi XVIII. habeat, editor dicere non potest, quia tempore impeditus illas eius divisas partes, quae regiones a Bohemia remotas spectant, et in quibus parva spes erat aliquod ad res gestas Bohemicas pertinens inveniendi, non est perscrutatus, sed se in illis divisis et subdivisis partibus continuit, quae Bohemiam cum provinciis ei tunc vel antea annexis, S. Cong^nem) de P. F. ipsam et varia eius (v. gr. missiones, typographiam) vel pontificia (ex. gr. collegia, seminaria) instituta spectant. Quae divisae et subdivisae partes non eodem tempore initium sumpserunt: aliae quidem ipsis eiusdem S. Cong^nis primordiis, aliae vero aliquanto (triginta, quadraginta, imo etiam pluribus annis) post ortae sunt. Ex his igitur partibus illa, quae ad S. Cong^nem ipsam (inde ab anno 1669) eiusque ministros (inde ab anno 1623) pertinet,[671]) usque ad finem seculi XVIII. tomos 3, pars, quae missiones spectat, anno 1646 incipiens, tomos 7 eiusque subdivisa pars („Missioni, miscellanee")[672]) volumina 4, pars, quae temporalem statum ipsius S. Cong^nis inde ab anno 1622 spectat, tomos 16 eiusque pars subdivisa („Stato temporale, miscellanee")[673]) volumina 6, pars, quae ad S. Cong^nis de P. F. typographiam pertinet, anno 1622 inchoans,[674]) tomos 3, pars, quae collegia pontificia spectat et quae in dorsualibus nonnullorum tomorum inscriptionibus annos gerit, quibus ipsa S. Cong^o de P. F. nondum instituta erat (v. supra in annot. 650), in aliorum autem voluminum inscriptionibus annum institutae S. Cong^nis (1622), quin et posteriores atque multo posteriores annos (v. gr. 1624, 1627, 1635, 1639, 1643, 1654, 1688, 1703, 1789, 1809) habet, usque ad seculi XVIII. finem tomos fere 40 eiusque subdivisa pars („Col-

[669]) In literarum a Flaminio Piccioni ad S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministrum Uslenghi die 17. Januarii 1723 datarum (v. supra in annot. 625) margine haec verba leguntur: „Le scritture qui indicate si son consegnate al s^r canonico David, procuratore del Petercka", quae modum, quo literae vel scripta allata amitti poterant, ostendunt.

[670]) Volumini „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" prima 58 folia (v. supra in annot 662) demum post annum 1890 sunt addita.

[671]) V. supra, pag. CCLXVI—CCLXIX.

[672]) V. supra, pag. CCLXIX.

[673]) V. supra, pag. CCLXXII.

[674]) V. supra, pag. CCLXXII—CCLXXIII.

legi, miscellanee“)[675]) volumina 10, pars, quae ad visitationes et collegia spectat,[676]) cuiusque plures tomos ad „Congregationum particularium“ seriem pertinere diximus, inde ab anno 1622 volumina 43, pars denique ad Germaniam et missiones septentrionales pertinens[677]) inde ab anno 1622 usque ad seculi XVIII. finem tomos 15 continet. Ex his omnibus in hoc primo nostrae editionis tomo, nisi voluminum ad visitationes et collegia spectantium, quae superius (pag. XCIX) tetigimus, respectum habemus, uno solo volumine („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1“) usi sumus.

6. Lettere della S. Cong^ne.

Haec S. Cong^nis de P. F. archivii pars literarum ab eadem S. Cong^ne aut sponte et ultro ad personas maxime variae conditionis missarum, aut literarum, per quas ipsa aliis rescripsit, exempla transscripta continet. Antequam autem de eius tomis disseramus, necesse est, ut de modo, quo S. Cong^nis literae ipsae perscribebantur, pauca dicamus.

Quae S. Cong^o de P. F. ad alios scribere volebat, in eius cancellaria literis consignabantur. S. Cong^nis eiusdem secretarium, quidquid ab ea tam in generalibus aut particularibus congregationibus, quam extra congregationem (ex. gr. in consistorio secreto) aut in audientiis S^mi aut in cardinalis praefecti antiquiorisve cardinalis congressibus cum secretario decretum est, a tergo aut alio literarum vel libellorum supplicum loco aut in separatis chartae plagulis annotare, quin et literarum mittendarum commentarios, quos vulgo conceptus vocant, nonnunquam perscribere vel dictare solitum esse superius iam significavimus.[678]) E decretis et literarum commentariis hoc modo annotatis S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministri, qui italice ‚minutanti‘ vocabantur, literarum scribendarum exempla, quae italice minute nuncupabantur, exarabant,[679]) quem laborem

[675]) V. supra, pag. CCLXX.
[676]) V. supra, pag. CCLXXI–CCLXXII.
[677]) V. supra, pag. CCLXIX–CCLXX.
[678]) V. supra, pag. XII, XVII, XVIII, XXI, XXXVI–XXXVIII, LXX–LXXII, LXXXIV, LXXXV, LXXXVII, LXXXVIII, CXVII–CXIX, CLXXXII–CXC, CXCVII–CCVI, CCXIX–CCXXVIII, CCXXX–CCXXXI, CCLIX, CCLXXV.
[679]) V. supra, pag. XXV, XXVI, XXXII.

(saepius initio, quam posterioribus temporibus) nonnunquam eiusdem S. Cong^nis secretarii obibant;[680]) sunt etiam S. Cong^nis de P. F. literae, quarum commentarios ipsi summi pontifices aut eiusdem S. Cong^nis cardinales perscribebant, aut emendabant, aut aliquid iis adiicjebant, perinde ac cardinales (praecipue ponentes) ipsa congregationum tam generalium, quam particularium decreta (potissimum rescripta) emendabant[681]) et, si quod rescriptum solis verbis: „Ad mentem“ (v. supra,

[680]) V. supra, pag. XXVI, XXVII, CLXXXIV et annot. 485, 489.
[681]) A summo pontifice literarum S. Cong^nis de P. F. mittendarum commentarios interdum exaratos esse verba in calce literarum a Francisco Ingoli secretario ad Aloisium cardinalem Caetani die 10. Julii 1631 datarum („II. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 215“ fol. 259; v. supra in annot. 451) ab eodem cardinali ascripta probant, quae sunt: „La minuta che V. S^ia dice conforme alla mia, non mi par tale, sì chè V. S^ia mi rimandi quella notata di mio pugno, acciò possa formarsi una e mandarle, acciò V. S^ia la facci poi copiare e rimetterla a palazzo, come quell' altra che N. S^re ha formato da se, acciò comandi quel di più che le parerà.“ — In volumine „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1783. Num. 242“ fol. 592–596 literae a S. Cong^ne de P. F. ad Philippum Gotthardum episcopum Vratislaviensem die 2. Augusti 1783 datae leguntur, quarum commentarium Pius VI. pontifex maximus emendavit (v. supra in annot. 637). Earundem literarum commentarium eiusque emendationem primo a cardinali praefecto Leonardo Antonelli, deinde a summo pontifice, quem diximus, factam, duae epistolae [ab eodem cardinali praefecto] ad S. Cong^nis de P. F. secretarium Stephanum Borgia scriptae spectant, quarum prima haec est: „Di casa 22 Luglio 1783. || Ritorno a V. S^ia Illma la minuta della lettera per Monsr vescovo di Breslavia, alla quale ho fatta qualche correzione, perchè mi è sembrato, che si fosse ripetuto due volte lo stesso, e si fosse tralasciato di dire, che ne' casi particolari ricorra alla Santa Sede; ma nel resto va benissimo ∝“ („Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13“ fol. 351), altera autem haec: „Di casa 28 Luglio 1783. || Non può più aver luogo la mano mia, dopo che la mano superiore [summi pontificis] ha ridotta al suo compimento l'annessa minuta di lettera. Tutto quello però ch' è stato ora cassato, era nell' altra lettera scritta dal S. Offizio all' istesso vescovo di Breslavia. Da ciò ne viene, che saranno più ampie le facoltà di quel vescovo ne' stati cattolici di quel che siano ne' stati eretici; ma l' istessa mano [summi pontificis] ha formate o emendate ambidue le minute, e così non vi è più luogo a replicare ∝“ („Scritture non riferite dall' anno 1779 ∝. Num. 13“ fol. 328). — Literarum a S. Cong^ne de P. F. mittendarum exempla interdum a cardinalibus eiusdem S. Cong^nis exarata esse tam decreti 18^i in congregatione generali die 17. Decembris 1714 habita facti rescriptum: „ . . . in reliquis ad Em^mum [Hannibalem] Albanum, qui dignetur exarare minutam scribendam domino nuntio [Viennensi] iuxta eius votum in congregatione prolatum“ („Acta S. C. de P. F. de anno 1714“ fol. 737 b), quam haec epistola a [Silvio de Cavalieri] S. Cong^nis de P. F. secretario ad eundem [Hannibalem] cardinalem Albani die 19. Decembris 1714 scripta verbis: „Il segretario di Propaganda fa humilissima riverenza all' Em^za Vostra e Le riduce a memoria il desiderio di questa S. Cong^ne, che l' Em^za Vostra Si degni di fare stendere e mandare a questa segretaria la minuta della lettere che deve scriversi dalla medesima S. Cong^ne a Monsr nunzio in Vienna ∝“ („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1714. Num. 103“ fol. 515) probat. — Idem etiam annotationes, quae in eodem volumine in margine literarum die 7. Julii 1714 ad [Hieronymum Archinto archiepiscopum Tarsensem] nuntium Coloniensem (fol. 165: „Lettera scritta dal s^r cardinal prefetto in proprio nome“) et die 14. Julii 1714 ad P. Amadaeum Hamilton [ordinis Theatinorum] (fol. 170: Lettera parimente scritta in segretaria del s^r cardinal prefetto e quì di suo ordine registrata“) missarum leguntur, significant. — Literarum mit-

pag. XLV—XLVI) exaratum est, S. Cong^nis de P. F. cancellariam docebant, quo modo aut rescriptum illud in „Actis S. Cong^nis“ explicaret, aut literas mittendas perscriberet.[682]) Ut literarum mittendarum, imprimis illarum, quae ad maioris momenti negotia pertinebant, commentarii in S. Cong^nis cancellaria scripti a cardinalibus ponentibus spectarentur atque, si opus erat, emendarentur, S. Cong^o de P. F. decreto 13° generalis congregationis 170^ae die 14. Decembris 1632 peractae praecepit.[683]) Quod cardinalium S. Cong^nis officium non solum ad literarum a S. Cong^ne scribendarum et decretorum, quae diximus, commentarios, sed etiam ad praecepta, quae vulgo instructiones vocant, sive arcana sive publica, a S. Cong^ne variis personis danda, quin et ad brevium a summo pontifice scribendorum commentarios, si in S. Cong^nis de P. F. cancellaria literis consignati sunt, referebatur.[684]) Aliquando literarum a S. Cong^ne mittendarum commentarii

tendarum decretorumque commentarios a S. Cong^nis cardinalibus emendatos epistola, „dalla Propaganda 5 Luglio 1763“ data, quam supra in annotat. 271 attulimus, spectat, cui in calce [Josephus Maria] cardinalis Castelli, S. Cong^nis de P. F. praefectus, ad quem a [Mario Marefoschi] S. Cong^nis eiusdem secretario data erat, haec adiecit: „Si mandino i decreti a Monsr nunzio e le copie agli agenti; si metta ne decreti, che non si consegni il denaro, se non sarà assicurato Monsr nunzio, che si impiegano nelle cause e nella concessione“. — Ad decretorum commentarios a cardinalibus S. Cong^nis emendatos epistola a [Vincentio cardinali Petra praefecto ad Philippum Monti, S. Cong^nis de P. F. secretarium] die 21. Martii 1736 data pertinet, quae in eadem annot. 271 legitur. — Ad literarum S. Cong^nis de P. F. exempla a cardinalibus emendanda haec epistola a [Petro Aloisio Caraffa] eiusdem S. Cong^nis secretario ad [Hannibalem] cardinalem Albani, qui autem cardinalis ponens non fuit, die 3. Augusti [1720] missa spectat: „Monsr segretario .... si dà l' onore di transmetterle acclusa la minuta fattasi di lettera da incamminarsi il sabbato prossimo [die 10. Augusti] a Monsr nunzio apostolico in Vienna su la materia della cassa del sale di Boemia, acciò Si degni d' osservarla e corregerla e rimandarla ∝“ („Lettere della S. Cong^ne e di Monsr segretario dell' anno 1720. Num. 109“ fol. 784 b). — In volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1648. Num. 26“ fol. 130 literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem a Harrach missarum exemplar reperitur, cui post diem literis ascriptum: „Di Roma 26 Dicembre 1648“ verba: „Parole soggionte dal s^r cardinale [quo verbo aut Franciscus senior cardinalis Barberini aut Aloisius cardinalis Capponi significatur]: Il s^r ambasciatore di Francia ha dato conto a N. S^re, che si può ricuperare tutto il denaro destinato per la Sua liberatione, però Si prega V. Em^za a far le diligenze et instanze opportune“, sunt adiecta.

[682]) V. literas Agapiti cardinalis Mosca die 13. Julii 1733 datas, quas supra in annot. 118 attulimus.

[683]) Quod decretum ita scriptum est: „13. Referente Em^mo domino cardinali Antonio [Barberini], Patribus placuit, ut deinceps minutae literarum, quae negotia graviora continebant, antequam Em^mo praefecto ad eas subscribendas deferantur, domino cardinali relatori ostendantur ab eoque corrigantur, si opus fuerit“ („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633“ fol. 154).

[684]) In volumine „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1742. Num. 158“ fol. 17 b haec epistola a [Philippo Maria Monti] S. Cong^nis de P. F. secretario ad cardinalem S. Clemente, quo nomine Hannibal cardinalis Albani significabatur, et iisdem verbis etiam ad [Petrum Aloisium] cardinalem Caraffa ac [Antonium Xaverium] cardinalem Gentili die

etiam in congregationibus (praecipue particularibus) emendabantur.[685]) Fiebat etiam, ut literarum huiusmodi commentarii in congregatione aliqua iam emendati rursus ‚per manus‘ mitterentur, a cardinalibus iterum spectandi et emendandi.[686]) Nonnullae a S. Cong^ne de P. F. dandae literae aut alius generis scripta, v. gr. instrumenta, non solum a cardinalibus, sed etiam a praelatis eidem S. Cong^ni ascriptis, atque adeo ab aliis personis, quae aliquo modo S. Cong^ni inserviebant, ex. gr. ab eius notariis, emendabantur, aut literis consignabantur.[687])

22. Februarii 1742 data legitur: „Monsr segretario rimanda all' Em^za Vostra le aggiunte scritture dei collegi pontificii, affinchè possa degnarsi di stenderne la consaputa istruzione secondo la mente di questa S. Cong^ne ∝“. — In literis ad [Gasparum a Questenberg] Strahoviensis monasterii abbatem a S. Cong^ne de P. F. die 27. Novembris 1638 datis („Lettere latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ fol. 103b—104) haec verba leguntur: .... Dabitur enim opera, ut formulae brevium iam ex voto confectae Em^mo domino [Francisco seniori] cardinali Barberino iuxta decretum eiusdem S. Cong^nis tradantur examinandae, eoque nihil (ut speratur) opponente, brevia ipsa quam primum expediri curabitur ∝.“ Conf. supra, pag. CXLII et annot. 379. — S. Cong^nem de P. F. ad brevium eius negotia spectantium commentarios literis consignandos aliquid valuisse vel ex eo apparet, quod secretarii brevium ad principes ei ascribi (v. supra in extrema annot. 18) et eius congregationibus interesse solebant.

[685]) In volumine „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 98 literarum a S. Cong^ne de P. F. ad nuntium Vindobonensem [Malatestam Baglioni episcopum Pisaurensem] anno 1637 dandarum commentarius pluribus locis emendatus legitur verbis: „A Monsr nuntio di Germania circa l' università Carolina di Praga“ inscriptus, cui in calce (fol. 104 b) Franciscus Ingoli, primus S. Cong^nis de P. F. secretarius, haec verba ascripsit: „Minuta di lettera e scrittura per Monsr nuntio di Germania in materia della Carolina riferite et emendate nella congregazione particolare delli 12 Septembre 1637.“

[686]) Id ex. gr. de illo literarum commentario, quem in annotatione 685^a tetigimus, dici potest; acta anim particularis congregationis die 12. Septembris 1637 „super negotiis Bohemiae in palatio Em^mi domini [Bernardini] cardinalis Spadae“ habitae verbis: „.... In ea primo relatis minuta literarum ad nuntium caesareum scribendarum et scriptura circa negotium Carolinae universitatis, quae per manus transmissae fuerunt, S. Cong^o emendatis tam in dicta minuta, quam in praefata scriptura, quae erant emendanda, primo iussit eas sic emendatas et correctas iterum per manus transmitti, ut, si quid rursus addendum vel minuendum aut corrigendum videatur, per Patres in margine annotari possit ∝“ („Acta S. C. de P. F. anno 1636, 1637“ fol. 366) id, quod supra diximus, comprobant.

[687]) Literarum, ad quas utraque annotatio, quae praecedit, 685^a et 686^a dico, pertinet, commentarium etiam a praelatis spectatum esse haec epistola a Francisco Ingoli secretario ad [Marcum Antonium] Maraldi [s. Petri in Vaticano canonicum, secretarium brevium et datarium] praelatum S. Cong^ni de P. F. ascriptum die 10. Septembris 1637 scripta probat: „.... Sabbato [12. Septembris] ad ore 20½ [v. supra in annot. 114] sarà la congregatione della Carolina università di Boemia. Mando a V. Si^a Illma la scrittura che s' ha da essaminare ∝“ („III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 260). — Tomus literarum allatarum „Memoriali del 1631. Num. 391“ fol. 83 haec continet: „Memoria all' Em^mo s^r cardinal Caetano. || Di far deputar qualche prattico per le bolle dell' erettione dei 4 vescovati di Boemia. E per l' informatione che tengo da uno di trenta e passa anni di cancellaria, non si può trovar meglio del s^r Nicolo Orsino, canonico di san Lorenzo in Damaso, ch' ha servito tanto nella sommisteria. || Die 12. Aprilis 1631. Cong^o 139. Num. 7. || Placet. || Referente Em^mo domino cardinali Caetano, S. Cong^o ad faciendam minu-

Ex iis, quae hucusque dicta sunt, manifestum est literarum a S. Congne de P. F. commentarios, quos tunc temporis etiam latine minutas vocabant, illos dico, qui a tergo literarum S. Congni allatarum reperiuntur, non ultimos, ratos ac firmos commentarios fuisse, e quibus S. Congnis literae re vera describebantur; interdum quidem cancellariae S. Congnis de P. F. ministri, qui lingua vulgari ‚minutanti' vocabantur, literarum scribendarum commentarios, quos a literarum allatarum tergo invenerunt, non mutaverunt, [688]) saepius

tam bullarum pro erectione quatuor episcopatuum in Boemia deputavit dominum Nicolaum Orsinum, sancti Laurentii in Damaso canonicum, [fortasse eundem, qui anno 1637 episcopus Ripanus est electus] in materiis datariae et cancellariae versatissimum." — In volumine „IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216" fol. 19 (318) epistola a Francisco Ingoli, primo S. Congnis de P. F. secretario, die 18. Augusti 1642 data verbisque „All' Illmo sr osservandissimo, il sr Melmi nell' ufficio del sr Fonthia [qui Dominicus Fonthia S. Congnis de P. F. notarius erat]" a tergo inscripta legitur, quae sic incipit: „. . . . Tengo ordine de palazzo di far far quanto prima una minuta d' istromento di vendita col patto di retrovendendo nel caso che vedrà dall' inchiusa copia di polizza dell' imperatore, che dovrà restituirmi con detta minuta e tener segreto questo negotio [v. supra, pag. XVII et annot. 30]. Mando anche copia del decreto della S. Congne, acciò conforme al senso di essa possa far detta minuta ∝." Simili modo omnium instrumentorum S. Congnis de P. F. negotia attingentium, a scribis publicis (notariis) scribi solitorum commentarii non in S. Congnis de P. F. cancellaria sed in tabellionum (notariorum) officinis literis consignabantur.

[688]) A tergo literarum a Georgio comite ab Oppersdorf „Glogoviae Superioris 20. Septembris anno 1631" ad S. Congnem de P. F. datarum, quae in volumine „Lett. di Germania, Ungaria, Boemia ∝ 1631. Num. 72" fol. 189 (286) inveniuntur, et quidem fol. (291) b responsi ab eadem S. Congne dandi commentarius Francisci Ingoli secretarii manu scriptus legitur, verbis: „Illme domine. || Duo brevia, alterum pro indulgentiis, alterum vero pro altari privilegiato ∝" incipiens verbisque: „officia nostra in aliis negotiis Vestris in hac curia tractandis paratissima offerimus. Romae die 29. Novembris 1631. || Illmae Domnis Verstrae || studiosissimus" finem sumens, qui cum earundem literarum exemplo, quod in literarum missarum volumine verbis „Lettere latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" inscripto fol. 37—37b reperitur, ubi verbis: „Domino Georgio principi Superioris Glogoviae" inscriptum est et verbis: „Duo brevia, alterum pro indulgentia, alterum vero pro altari privilegiato ∝" incipit verbisque: „. . . . officia nostra in aliis negotiis Vestris in hac curia tractandis paratissima offerimus. Datum Romae 29. Novembris 1631" finem capit, ad verbum fere concordat. — Idem de literis a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 14. Maii 1628 datis dici potest, quarum commentarius a tergo literarum eiusdem cardinalis S. Congni allatarum, quibus dies 1. Aprilis 1628 ascriptus est („Lettere di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 137), legitur, transscriptum autem earum exemplar in volumine „Lettere volgari della S. Congne dell' anno 1628. Num. 7" fol. 59 reperitur, quod utrumque earum exemplum, ut eius similitudo tanto melius eluceat, hoc loco iuxta ponimus:

Commentarius a tergo scriptus:

„Non s' è per ancora terminato il negotio della Carolina, perchè le scritture sono molte e dalli prelati deputati non si sono potute così presto vedere. Si riferiranno anche ad essi l' ultime mandate dal P. Valeriano d' ordine di V. Sia Illma con le

Exemplar transcriptum:

„Al cardinale d' Harrach. || Non s' è per ancora terminato il negotio della Carolina, perchè le scritture sono molte e dagli prelati deputati non si sono potute vedere. Si riferiranno anche ad essi l' ultime mandate dal P. Valeriano d' ordine di

autem aut iis solis aut iis et literarum allatarum, quibus a tergo ascripti sunt, sententia aut iis et decretorum de iis factorum commentariis, quos vel ibidem vel in separatis chartae plagulis reppererunt, atque etiam decretorum commentariis solis utebantur, cum literarum mittendarum exempla perscribebant. [689]) Si quod negotium

lettere del primo del passato, acciò sappino li particolari, a' quali si ristringe al presente il P. Lamorman nello stesso negotio, in cui Ella S' assicuri, che si daranno a' Padri Giesuiti et all' imperatore quelle sodisfattioni che, salva l' autorità di questa Santa Sede e le raggioni della chiesa di V. Sia Illma, si potranno. E con questo fine."

V. Sia Illma colle lettere del primo del passato, acciò sappino i particolari, a' quali si restringe il P. Lamorman nello stesso negotio, in cui Ella S' assicuri, che si daranno a' Padri Giesuiti et all' imperatore quelle sodisfattioni che, salva l' autorità di questa Santa Sede e le ragioni della chiesa di V. Sia Illma, si potranno. E con questo ∝. Roma li 14 Maggio 1628."

[689]) Quo modo cancellariae ministri (‚minutanti') solo commentario a tergo literarum allatarum ascripto usi sint, ut appareat, literarum scribendarum commentarium a tergo literarum P. Valeriani [a Magni] Capucini ad [Ludovicum] cardinalem Ludovisi Pragae die 18. Jannuarii 1631 datarum, quae in volumine „Lett. di Germania, Ungaria, Boemia ∝ 1631. Num 72" fol. 87 (146) leguntur, ascriptum et eius exemplum transscriptum in literarum missarum tomo („Lettere volgari della S. Congne dell' anno 1631 e Gennaro 1632. Num. 11" fol. 27 b—28) contentum hoc loco iuxta ponimus:

Commentarius a tergo:

„Al P. Valeriano. || Che dalle lettere che si scrivono al sr cardinal d' Harrach, vedrà le risolutioni prese intorno alle scritture pertinenti a gl' affari di Boemia et alla missione di Monsr Bonacina. E quanto alla Carolina si solleciterà Monsr Pauluzzi, al qual fù data cura di negotiar col P. generale de Giesuiti, acciò faccia maggiori diligenze per accellerare la risposta che la S. Congne desidera, spiacendole grandemente, che si tiri tanto in lungo questo negotio. Quanto poi alla Sua persona, S' assicuri, che la S. Congne ne fa quella stima che meritano le Sue honorate fatiche nella riforma di cotesto regno, e che sempre la troverà pronta ad assisterli et a prestarli ogn' aiuto, affinchè si possi terminar coll' aiuto del sr Iddio la riforma sudetta così ben ordinata dal sr cardinal d' Harrach."

Exemplar transscriptum:

„Al P. Valeriano Magno. || Dalle lettere che si scrivono al sr cardinale d' Harrach, vederà le risolutioni prese intorno alle scritture pertinenti a gl' affari di Boemia et alla missione di Monsr Bonacina. Quanto alla Carolina si solleciterà Monsr Paolucci, al quale fù data cura di negotiar col P. generale de Giesuiti, acciò faccia maggiori diligenze per accelerar la risposta che la S. Congne desidera, spiacendole grandemente, che si prolonghi tanto questo negotio. Intorno poi alla persona di. V. Revza S' assicuri, che la medesima S. Congne ne fa quella stima che meritano le Sue honorate fatiche nella riforma di cotesto regno, e che sempre la troverà pronta ad assisterle e prestarle ogni aiuto, affinchè si possi terminar col l' aiuto del sr Iddio la sudetta riforma così ben ordinata da detto sr cardinale e da V. Revza, alla quale ∝. Roma 8 Marzo 1631."

Literarum mittendarum commentario ipsius secretarii Francisci Ingoli manu a tergo literarum ab eodem P. Valeriano die 5. Februarii 1628 ad S. Congnem de P. F. datarum („Lett. di Germania et Polonia 1628. Num. 69" fol. 173) ascripto cum earundem literarum allatarum sententia iis praeter congregationis generalis, in qua relatae sunt, diem et numerum et varia alia (v. supra in annot. 492) itidem a tergo apposita usus est, qui responsionis P. Valeriano dandae, cuius exemplar transscriptum in volumine „Lettere volgari della S. Congne ∝ 1628. Num. 7" fol. 42 b legitur, commentarium perscripsit, hoc modo:

in congressu (colloquio, audientia) cardinalis praefecti (vel antiquioris cardinalis) cum S. Cong^nis de P. F. secretario (v. supra, pag. XXI) tractatum est, et in eo decretum est, ut literae ad personam aliquam darentur, S. Cong^nis cancellariae ministri, quorum erat literarum S. Cong^nis commentarios perscribere, aut decretis in congressu

Literarum allatarum summa:

„Il P. Valeriano manda una altra relatione di due commissarii della riforma ꝛc."

Commentarius a tergo:

„Accusar la ricevuta ecc. e darli conto, ch' è stata riferita nella congregatione tenuta in anzi N. S^re, il quale insieme con li s^ri cardinali ha sentito gusto grandissimo delli progressi che va facendo la riforma dal s^r cardinal d' Harrach e da S. Rev^za ritrovata. E quanto alle persecutioni che significa d' haver costì, s' è dato ordine al generale de Giesuiti, che scriva alli suoi Padri, che non l' impedischino in cotesta Sua missione, perchè S. S^tà resta sodisfatta grandemente del Suo servitio. Circa il modo da Sua Rev^za proposto per aiutar il clero secolare con far esseguir gl' oblighi ch' hanno le città di mantenerlo conforme agl' instrumenti fatti coll' imperatore Ferdinando Primo, S. Beat^ne e li s^ri cardinali, approvandolo intieramente e lodando la Sua esquisita diligenza, hanno ordinato, che faccia il possibile per metterlo in pratica, perchè sarà di gran momento l' aiuto che da quello riceverà il clero" (v. supra in annot. 493).

Exemplar transscriptum:

„A Frà Valeriano Magno Cappucino. || Nella Congregatione tenuta inanzi N. S^re li 21 del corrente s' è riferita la relatione delli due sudelegati mandata da V. Rev^za e con molta consolatione si sono intesi i buoni progressi che va facendo la riforma dal s^r cardinal d' Harrach e da Lei ritrovata. Quanto alle persecutioni ch' Ella significa haver costì, s' è dat' ordine al generale de' Giesuiti, che scriva a li suoi Padri, che non l' impediscano in cotesta Sua missione, perchè S. S^tà resta grandemente sodisfatta del Suo servitio. Circa il modo da Vostra Rev^za proposto per aiutar' il clero secolare con far' esseguir gl' oblighi c' hanno certe città di mantenerlo per istrumenti fatti coll' imperatore Ferdinando Primo, S. Beat^ne e gli s^ri cardinali, approvandolo intieramente e lodando la Sua accurata diligenza, hanno ordinato, che V. Rev^za faccia il possibile per metterlo in prattica, perchè sarà di gran momento l' aiuto che da quello può ricevere il clero. Che ꝛc. Roma li 25 Marzo 1628."

Tam responsionis (vel potius eius partis) a S. Cong^ne dandae commentario a tergo literarum a Fr. Michaele Drepanensi, ordinis Minorum Conventualium in Bohemia provinciali ministro, ad Franciscum Ingoli, S. Cong^nis de P. F. primum secretarium, die 20. Decembris 1628 missarum („Lettere di Germania e Boemia 1629. Num. 70." fol. 194) ascripto, quam decreti de iis in generali congregatione 104^a (v. supra in annot. 492) die 30. Januarii 1629 facti commentario ibidem apposito S. Cong^nis de P. F. cancellariae minister (‚minutante') ad responsi scribendi ultimum commentarium, cuius transscriptum exemplum in volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 22 b—23 legitur, literis consignandum hoc modo usus est:

Decreti commentarius:

„Relatis literis provincialis ordinis Minorum Minorum [!] Conventualium Boëmiae de regularibus parochiis praefectis, S. Congo mandavit eidem provinciali significari regulares in missione existentes non esse exemptos quoad discipli-

Transscriptum literarum exemplar:

„Al provinciale de Minori Conventuali di Boemia. || Alla lettera di V. Rev^za delli 20 Dicembre prossime passato risponde questa S. Cong^ne, che i regolari mis'sionarii non sono essenti quanto alla disciplina regolare dalla giurisdittione, visite

huiusmodi factis, quae nunc paucissima supersunt, aut annotationibus a tergo literarum in congressibus recitatarum ascriptis, inter quas aliquando concisus literarum scribendarum commentarius reperitur, utebantur.[690]) Dubium esse non potest, quin in

nam regularem a iurisdictione, visitatione et correctione suorum superiorum, sed solum hoc privilegium habere, ut non possint sine licentia S. Cong^nis a locis missionum per eosdem superiores amoveri, et proinde eundem provincialem et guardianos et similiter alios regularium missionariorum superiores posse eosdem missionarios visitare per parochias et corrigere ac castigare, si eos delinquere reperirent, quovero ad administrationem sacramentorum et munia parochialia eosdem regulares posse et debere ab Illmo cardinali archiepiscopo visitari et corrigi ꝛc."

Literarum partis commentarius a tergo: „Si scriva al provincial, ut supra cum ordine, che communichi la lettera al s^r cardinal d' Harrach e che con S. S^ia Illma consulti le provisioni che si potranno fare per proveder a gl' inconvenienti ch' egli scrive, che possono succedere dalla vita libera de regolari che stanno per le parochie, perchè non par alla S. Cong^ne, che si debba in tanta carestia d' operarii nel regno di Boemia lasciar le parocchie senza operarii."

e correttioni de loro superiori, ma solamente hanno questo privilegio di non esser rimossi dalle missioni senza licenza della medesima S. Cong^ne, e perciò i superiori loro posono visitar li per le parochie e correggerli e castigarli, s' hauranno commessi errori contro la dispositione delle loro regole. Quanto poi all' amministratione de sacramenti et ad altre incumbenze parochiali i regolari che sono o saranno nelle parochie di cotesto regno, douranno esser visitati e corretti dal signore cardinale d' Harrach o da altri di sua commissione, col quale V. Rev^za potrà consultare per provedere a gl' inconvenienti ch' Ella scrive succedere dalla vita che fanno i regolari nelle dette parochie, avvertendola però, che questa S. Cong^ne stima, ch' in tanta carestia di sacerdoti in Boemia non sia bene lasciar le parochie senza operarii. Roma 8 Febraio 1629."

Solo decreti commentario cancellariae S. Cong^nis de P. F. minister usus est, cum responsi ad literas ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach ad S. Cong^nem mense Martio 1637 missas („IV. Lettere di Germania, Boemia ꝛc 1637. Num. 79" fol. 153), quibus a tergo nullus responsionis dandae commentarius, sed praeter decretum in generali congregatione 231^a die 11. Maii 1637 peracta factum et varias alias annotationes solum mandatum cancellariae ministris datum: „Al cardinale si scriva" ascriptum est, commentarium perscribebat, quod e decreti commentario, quem diximus, et transscripto responsionis exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1637. Num. 17" fol. 36) iuxta positis patet:

Decreti commentarius:

„Referente Em^mo domino cardinali Spada literas domini cardinalis de Harrach instantis pro renovatione brevis facultatum ei concessarum die 15. Julii 1633, S. Congo animadvertens regnum Boëmiae adhuc non esse ab haeresibus purgatum, censuit, si S^mo placuerit, Em^mi oratoris petitioni esse annuendum etiam pro longiori tempore, id est ad quinquennium, prout idem cardinalis petit."

Transscriptum responsi exemplar:

„Al medesimo. || Questa S. Cong^ne per soddisfare al desiderio di V. Em^za et al bisogno spirituale di cotesta Sua diocese, ancor non bene espurgata dall' eresie, ha stimato necessario, che S. S^tà Le rinuovi il breve delle facoltà gia concessele per altri cinque anni, e perciò ne procurerà da S. Beat^ne il placet. Che ꝛc. Roma 23 Maggio 1637."

[690]) Quomodo decreto in congressu [Aloisii] cardinalis Capponi, qui tunc temporis status temporalis S. Cong^nis de P. F. praefectus erat, cum Francisco Ingoli secretario die 5. Augusti 1648 habito facto cancellariae minister (‚minutante') usus sit, decreti exem-

S. Cong^nis literis perscribendis commentariorum literis allatis a tergo ascriptorum locum nonnunquam dictamina obtinuerint, sive cardinalis aliquis sive eiusdem S. Cong^nis secretarius integras literas

plum, quod in volumine „IX. Acta congregacionum particularium pro statu temporali S. Cong^nis de P. F. Num. 9“ fol. 241–241b legitur, et literarum missarum exemplar („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1648. Num. 26“ fol. 84b) iuxta posita ostendunt:

Congressus decretum:

„4° Jussit scribi P. Valeriano Capucino, ut a Dantisco discedat et se conferat in Boemium [!], ut ibi assistat erectioni episcopatus erigendi in Lithmericz, ita tamen, ut quae de illo Em^mus dominus [Joannes Jacobus] cardinalis Pancirolus dixit, silentio protereantur [!], ne dictus P. Valerianus ob ea turbetur. Addi tamen literis poterit discessum a Dantisco ei praecipi attentis difficultatibus et contradictionibus, quas ab episcopo Vratislaviensi ac eius officiali patitur, et ob turbationes regni Poloniae.“

Literarum exemplum transscriptum:

„Al P. Valeriano da Milano Capuccino, missionario apostolico, Danzica. || Dovendosi venire all' erettione del primo vescovato in Boemia, per il quale e per gli altri da farsi gia V. Rev^za ha fatto tante fattiche, questa S. Cong^ne desidera, che, lasciata ogni cosa costì, Se ne passi subito in Boemia per assistere a detta erettione e per superare qualche difficoltà ch' occorrerà in essa, della quale a suo tempo sarà avvisato. E cio deve far non solo per schivare le difficoltà e gli incontri che ha nella Sua missione, ma anche perchè cotesto regno di Polonia per la morte del rè trovandosi con disturbi e travagli, è bene aspettare di sentire le rissolutioni che si piglieranno nelle diete, per ritornare poi, dopo terminati li negotii di Boemia, se si giudicherà opportuno, per la propagatione della fede e per la missione di V. Rev^za, dalla quale spera la medesima S. Cong^ne la solita Sua puntuale ubbidienza. E per fine Le prego da Dio felice viaggio et ogni bene. Roma li 3 [?] Agosto 1648.“

Literis a Marco Antonio Santini internuntio Viennensi die 11. Februarii 1708 ad S. Cong^nem de P. F. missis („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1712. Num. 3“ fol. 248) a tergo ascripta annotatione, quae commentario literarum scribendarum simillima est, S. Cong^nis de P. F. cancellariae minister („minutante“), qui responsionem, cuius exemplum transscriptum in volumine „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97“ fol. 59b sq. reperitur, die 10. Martii 1708 datam literis consignabat, hoc modo est usus:

Nota a tergo:

„E' necessario, che nuovamente solleciti Monsr arcivescovo di Praga a trasmettere li conti che desidera onninamente la S. Cong^ne, dalla quale si daranno continui stimoli, trattandosi di materia di tanta rilevanza.“

Transscriptum literarum exemplar:

„.... Finalmente per quello che riguarda la trasmissione di conti della cassa del sale di Boemia, sarà bene, che V. S^ia nuovamente e nelle più efficaci forme solleciti Monsr arcivescovo di Praga a mandarli, premendo cio sommamente alla S. Cong^ne che a tal effetto non lascierà di portarlene replicati stimoli per l'urgenza et importanza della materia. Spero, che V. S^ia non mancherà d' usare in cio tutte le Sue premure e diligenze, e prego il Signore, che La prosperi.“

mittendas vel concisiorem earum commentarium cancellariae ministris dictaverit, quod interdum etiam in congregationum decretis conficiendis fiebat; his concisioribus dictaminibus mandata cancellariae ministris scripto data ad literas perscribendas spectantia, quae aut a literarum allatarum tergo aut in separatis chartae plagulis scribebantur, proxime accedunt.[691]) Mandata eiusmodi interdum cancellariae ministros edocebant, ubi literarum perscribendarum materiem sumerent et quid ex omnibus, quae literis allatis a tergo ascripta erant, literis consignarent.[692])

[691]) In volumine „Cong^ni particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44“ fol. 173 (in separata chartae plagula) mandatum huiusmodi anno [1750] et verbis: „Il s^r canonico Carlo [Uslenghi — v. supra, pag. XXVIII, XXIX et annot. 72, 181] favorisca di rispondere all' annessa lettera di Monsr nunzio di Vienna [quo munere tunc Fabritius Serbelloni archiepiscopus Patracensis fungebatur] con dirgli, che la Cong^ne accetta la proposizione fatta dalla corte di Vienna, e resto divotamente [sic]“ scriptum legitur.

[692]) Dictaminum vestigia in archivio S. Cong^nis de P. F. pauca supersunt; ex iis unum sunt verba: „Ho móstrata al s^r cardinal Capponi la congregatione stesa nella forma che V. Em^za mi dettò ꝛc“ quae in literis a Francisco Ingoli secretario ad Bernardinum cardinalem Spada die 30. Septembris 1648 datis leguntur („I. Lettere diverse d' Italia 1648. Num. 53“ fol. 211; v. supra annot. 362, 458). — A tergo literarum a Fr. Basilio Belga Capucino Praga die 20. Augusti 1639 ad Franciscum Ingoli secretarium datarum („IV. Lettere di Germania, Svizzera, Polonia e Russia 1639. Num. 81“ fol. 93) praeter diem eis ascriptum, eius, qui eas dedit, nomen et earum fusiorem summam, cuius pars linea notata est, nil aliud ac mandatum: „Si scriva, ut petitur in lineato articulo summarii harum literarum“ ascriptum est. — Libello supplici a Fr. Jacobo Carpiensi ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ad Franciscum Ingoli secretarium (v. supra in annot. 382) anno 1635 dato a tergo — praeter alia — hoc S. Cong^nis de P. F. mandatum est appositum: „Si scriva con narrar il contenuto nel sommario di questo memoriale“ („Memoriali 1635. Num. 395“ fol. 451). — Literis a Joanne Baptista [Pallotto], archiepiscopo Thessalonicensi apostolicoque apud aulam imperialem nuntio, die 30. Decembris 1628 ad eundem Franciscum Ingoli missis („Lett. di Germania e Boemia 1629. Num. 70“ fol. 62) a tergo fol. (101) b praeter diem eis ascriptum, eius, qui eas scripsit, indicationem („Il nuntio“) et earum summam etiam haec sunt apposita: „Die 24. Januarii 1629 relata in congregatione particolare. || Die 13. Februarii 1629. Cong^o 105^a. Num^o 24. || Referente Illmo domino cardinali S. Sixti sententiam P. Valeriani circa Carolinam universitatem, S. Cong^o mandavit nuntio Germaniae scribi, ut in huiusmodi negotio supersedeat usque ad reditum eiusdem Patris, qui sensum Ill^morum Patrum et S^mi D. N. ei oretenus significabit. || Sensus autem S^tis Suae et Cong^nis est, ut P. Valerianus de negotio Carolinae agat cum imperatore curetque, si fieri poterit, illum in suam pertrahere sententiam . . . ., si vero, quod eadem S^tas Sua et iidem Ill^mi Patres ob imperatoris pietatem . . . . non credunt, id obtineri non potuerit, nuntius Germaniae negotium praedictum conficiat ꝛc [quod decretum iisdem fere verbis scriptum in volumine „Acta S. C. de P. F. de anno 1628 et 1629“ fol. 227–227 b legitur]. || Si scriva al nuntio solamente, che sopraseda sin al ritorno del P. Valeriano, perchè egli a bocca le significherà il senso della S. Cong^ne.“ Cui mandato cancellariae S. Cong^nis minister obtemperavit: literis enim ad Viennensem nuntium S. Cong^nis nomine die 20. Februarii 1629 datis („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8“ fol. 40 b–41) aliud negotium spectantibus verba: „Circa il negotio della Carolina università V. S^ia sourasederà sin all' arrivo del P. Valeriano Magno Cappucino, perch' egli tiene ordine di significarle il senso ch' in cio ha questa S. Cong^ne ꝛc. Roma 20 Febbraio 1629“ addidit.

Ultimi literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum commentarii, qui rati ac firmi permanserunt, pauci in eiusdem S. Cong^nis archivio restant: deponebantur enim, vel fortasse delebantur, postquam in literarum a S. Cong^ne missarum tomos transcripti vel potius exscripti sunt. Nonnulli tamen, his ipsis literarum missarum voluminibus impositi aut insuti, integri manserunt, si cancellariae S. Cong^nis ministris tempus afuit eos exscribendi,[693]) alii in aliarum eiusdem S. Cong^nis archivii partium, praesertim earum, quae literas allatas continent („Congregazioni particolari", „Audienze", „Lettere originali riferite", „Scritture non riferite"), voluminibus reperiri possunt, ubi tamen potius literarum mittendarum commentarii emendati inveniuntur.[694])

S. Cong^o de P. F. cui literae tot tamque variis linguis exaratae (v. supra, pag. CXXVI) afferebantur, suas literas duabus tantum linguis, latine dico et italice, perscribebat; quia vero non omnes eius cancellariae ministri (quod etiam de secretariis dictum esse puta) linguae latinae tam periti erant, ut ea commode uti possent, aliquando fiebat, ut etiam literarum, quae latine scribi debebant, commentarii ab iis italice perscriberentur et tum demum ab aliis in latinum converterentur, vel, si commentarius latine literis signatus est, aliis personis traderetur, quae eum ad limam revocarent atque stylo politiore formarent ornarentque.[695])

[693]) In literarum missarum volumen „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1736. Num. 144" secundum indicem nonnulli S. Cong^nis literarum commentarii, verbis tamen: „Lettere non andate fuori" inscripti, impositi sunt. Alia folia literarum ad pontificium seminarium Neapolitanum pertinentium commentarios continentia tomo „Lett. di Monsr segretario dell' anno 1769. Num. 215" sunt imposita. Modo simili nonnulli literarum S. Cong^nis commentarii in volumina „Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1775. Num. 226" et „Lett. di Monsr segretario dell' anno 1776. Num. 229" sunt impositi.

[694]) In volumine „Sritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1713 al 1719. Num. 4" fol. 178 literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Georgium Spinola] nuntium Viennensem die 27. Augusti 1714 scribendarum commentarius (v. supra in annot. 267) reperitur, qui verbis: „. . . . che la detta cassa venga reintegrata" finem capit; earundem autem literarum transscriptum exemplar, quod in volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segretario dell' anno 1714. Num. 103" fol. 238–239 legitur, ad ea, quae commentarius continet, verba: „Nel rimanente circa ∝ [usque ad:] offro" adiicit. — In volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali ∝ 1738. Num. 695" („cong^ne 14 Aprile num^o 16") literarum a S. Cong^ne de P. F. „al s^r abbate [Giuliano] Piersanti, uditore della nunziatura apostolica di Vienna 13 Aprile 1738" mittendarum commentarius legitur verbis „Avendo rappresentato a questa S. Cong^ne Michele Rudniansky Ungaro ∝" incipiens, in cuius margine verba: „Fù riformata" sunt ascripta (v. supra in annot. 362); in literarum a S. Cong^ne anno 1738 missarum volumine transscriptum harum literarum exemplar nullum invenitur, sed alius, iam emendatae epistolae ad eundem auditorem Julianum Piersanti missae, cui dies 19. Aprilis 1738 est ascriptus, exemplum quod verbis: „L' esibitore della presente sarà il chierico Michele Rudnianski ∝" incipit („Lett. della S. Cong^ne dell' anno

S. Cong^nis de P. F. literae, antequam de modo, quo scriptae sint, disseramus, in partes aliquot sunt discernendae: aliae enim ipsius S. Cong^nis, aliae solius cardinalis praefecti (v. supra in annot. 681), aliae solius secretarii eiusdem S. Cong^nis nomine mittebantur, et hae ultimae (tam cardinalis praefecti, dico, quam secretarii) literae duplicis generis sunt: aliae, quae proprie literae dici possunt, aliae, quae italice verbis: „biglietti", „viglietti" significari solent, et quas nos aut cardinalis praefecti aut secretarii codicillos vocabimus.[696])

Omnium generum, quae modo tetigimus, literae, si ab utriusque generis codicillis, qui suo loco tractabuntur, discesseris, allocutione incipiunt, quae allocutio autem non in omnibus, quae diximus,literarum generibus par eademque est: alia enim in S. Cong^nis de P. F atque in cardinalis praefecti, alia in secretarii literis adhibebatur, quoniam secretarius S. Cong^ne eiusque cardinali praefecto dignitate inferior erat (v. supra, pag. CXLIV-CXLV). Quia vero in literarum missarum tomis allocutio praetermittebatur, modum, quo allocutio in illis literarum generibus, quae diximus, inter se differat, e paucis — pro

1738. Num. 148" fol. 96 b), ibi legitur. — Aliud emendati commentarii exemplum supra in annot. 637 et 681 reperitur.

[695]) In volumine „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1761. Num. 198" impositus (v. supra in annot. 693) literarum commentarius reperitur verbis: „Lettera da tradursi in latino, diretta a Monsr vescovo di Corch in Irlanda" inscriptus. — Huc etiam ea pertinere possunt, quae superius in annot. 622 attulimus, si S. Cong^nis literae ad Michaelem Adolphum comitem ab Althan reapse lingua latina datae sunt, sicut S. Cong^o iussit, quod veri simile est, nam etiam aliis literis ab eodem comite eodem anno 1630 (die 3. Aprilis) ad S. Cong^nem de P. F. iisque latine scriptis („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 103) a tergo eiusdem S. Cong^nis mandatum cancellariae ministris in generali congregatione 124^a die 15. Junii 1630 habita datum („Respondeatur latine") ascriptum legitur, et S. Cong^nis literae die 26. Junii 1630 ad eundem comitem missae („Lettere latine dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 11 b) revera latine scriptae sunt. — Literarum (praesertim maioris momenti) commentarios in S. Cong^nis de P. F. cancellaria perscriptos ab aliis interdum adornatos esse e his verbis 33^i decreti in generali congregatione 178^a die 13. Junii 1633 habita facti intelligi potest: „Referente Em^mo domino cardinali Antonio [Barberini] Franciscum Ingolum secretarium S. Cong^nis quinque epistolas compilasse, in quibus continentur gesta eiusdem S. Cong^nis ab eius initio usque ad 1631 inclusive, illasque fuisse a Rev^mo domino [Joanne] Agucchio archiepiscopo Amasiae emendatas et stilo elegantiore politas, Em^mi Patres ∝" („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 245).

[696]) Interna tomi 199^i literarum missarum inscriptio haec est: „Registro delle lettere e viglietti di Monsr segretario dell' anno 1761", in dorso autem eiusdem tomi inscriptio: „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1761. Num. 199" legitur. Tomus 217us a tergo verbis: „Lettere di Monsr segretario del 1770. Num. 217", intus verbis: „Viglietti di Monsr segretario dell' anno 1770", tomus 259us in dorso verbis: „Lettere di Monsr segretario del anno 1790. Num. 259", intus verbis: „Biglietti di segretario del 1790" tomus 265us a tergo verbis: „Lett. di Monsr segretario del anno 1793. Num. 265", intus autem verbis: „Lettere e biglietti di Monsr segretario dell' anno 1793" inscriptus est.

rata — literarum missarum exemplaribus tam transscriptis, quam originalibus, quae in aliis archivii S. Cong^nis de P. F. partibus reperiuntur (v. supra, pag. LXIV, CII, CXXXIII, CXXXIV, CCLXI), quadamtenus etiam e modo, quo, qui literas dabat, personam, ad quam dabantur, in mediis literis alloquebatur, percipere possumus.[697]) Hoc loco tamen praedicandum est allocutionem in ipsius S. Cong^nis de P. F. literis nec omni tempore eandem semper permansisse, nec eodem tempore ad personas eiusdem conditionis eandem fuisse, sed tam progrediente tempore mutatam, quam eodem tempore varie adhibitam esse.[698])

[697]) Literae a S. Cong^ne de P. F. die 26. Novembris 1652 ad Ernestum Adalbertum cardinalem ab Harrach datae („Germania, Bohemia 23. Num. 327" fol. 44; v. supra in annot. 362) allocutionem: „Eminmo e Revmo sre mio osservandissimo", eandem, quam et aliae literae ab eadem S. Cong^ne ad eundem cardinalem die 15. Decembris 1655 scriptae (ibid. fol. 185), gerunt; eadem allocutio in literarum a S. Cong^ne die 16. Julii 1631 ad Joannem Bapt. cardinalem Pallotto missarum commentario a Francisco Ingoli secretario confecto („II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 60) legitur, at literis ab ipso secretario, quem modo diximus, die 12. Februarii 1637 ad eundem cardinalem Pallotto datis („III. Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 135) allocutio: „Emmo e Revmo mio sr, padron colendissimo" ascripta est; in literis autem a Dionysio Massari, secundo S. Cong^nis de P. F. secretario, ad Ernestum Adalbertum cardinalem a Harrach die 9. Octobris 1651 missis (v. supra in annot. 362) allocutio eadem, quam S. Cong^o in suis literis adhibebat, dico: „Emmo e Revmo sr mio osservandissimo" reperitur. — In literarum ad apostolicae sedis nuntios scriptarum fronte, si cardinales non erant, ex. gr. in literis ad nuntium Viennensem Carolum Carafa die 2. Junii 1628 datis („Colleg. e visite 1629 e 1630. Num. 7" fol. 187), S. Cong^o de P. F. (et certocertius etiam cardinalis praefectus) allocutionem: „Molto Illre e Revmo sr come fratello" et in mediis literis allocutionem: „V. Sia" adhibebat, in secretarii vero mediis literis allocutio: „V. Sia Illma" legitur, unde coniectare fas est a secretario in fronte allocutionem: „Illmo e Revmo sr ꝛc" esse adhibitam; verbis: „come fratello" uti secretario non licebat; hoc modo in mediis S. Cong^nis de P. F. literis ad [Gasparum Mattei, archiepiscopum Athenarum] nuntium apud aulam imperialem die 22. Martii 1642 scriptis („Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 25) verba: „Mando a V. Sia due istruttioni ꝛc", in literarum vero a Francisco Ingoli secretario die 23. Augusti eiusdem anni 1642 ad eundem nuntium missarum commentario literis ab eodem nuntio ad secretarium die 2. Augusti 1642 datis („III. Lett. di Svizzera, Germania ꝛc 1642. Num. 85" fol. 113) a tergo ascripto verba: „.... raccordo riverentemente a V. Sia Illma ꝛc" leguntur. — S. Cong^nis de P. F. literae die 21. Septembris 1669 ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek a Bilenberg] archiepiscopum Pragensem missae („Scritture riferite nelle congregazioni generali de 2 Agosto e 5 Settembre 1672. Num. 435": „cong^ne 2 Agoste 1672 num^o 10") allocutionem in fronte: „Perillustris ac Rev^me domine uti frater" et in mediis literis: „Amplitudo Tua" habent, Franciscus autem Ingoli secretarius in fronte literarum ad Vincentium [Zucconi] episcopum Roxanensem datarum, quarum commentarius literis ab hocce episcopo ad secretarium, quem modo diximus, die 15. Decembris 1629 datis („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 201) a tergo est ascriptus, allocutione: „Molto Illre e Revmo sr mio osservandissimo" et in mediis literis allocutione: „V. Sia Revma" usus est.

[698]) Cum allocutione: „Perillustris ac Rev^me domine uti frater" in fronte literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek a Bilenberg] archiepiscopum Pragensem die 21. Septembris 1669 scriptarum posita (v. supra in annot. 697) confer allocutionem ab eadem S. Cong^ne in literis eiusdem tenoris eodem fere tempore (die 27. Septembris 1664) ad [Maximilianum Rudolphum liberum baronem a Schleinitz] episcopum

Ex hac autem mutatione nemini licet colligere allocutionem in literis ponendam a S. Cong^ne parvi pensam esse: contra constat S. Cong^nem, si ad personam eminentioris, ipsi autem non satis perspectae conditionis literas dare debebat, contendisse, ut eius titulum exquireret,[699])

Litomericensem missis („Germania, Boemia 23. Num. 327" fol. 336) adhibitam, quae est: „Illme et Rev^me domine uti frater." — Sedis apostolicae nuntiis a S. Cong^ne de P. F. perinde ac a cardinalibus nepotibus aliisque curiae Romanae magistratibus initio in literarum fronte allocutio: „Molto Illre e Revmo sre" (v. supra in annot. 388, 697 et infra, num. 7 pag. 45 et 46), quin et: „Molto Illre e Molto Revdo sr come fratello" v. infra, num. 26) ascribebatur, inde autem ab anno 1630 (v. supra, pag. CXLIV) S. Cong^o in literis ad apostolicos nuntios scriptis allocutione: „Illmo e Revmo sre", quae ex. gr. in literarum ab ea die 29. Januarii 1677 ad [Franciscum] Buonvisi nuntium Viennensem datarum exemplo („Scritt. originali riferite nelle congni generali de 20 Agosto ꝛc 1703. Num. 546": „cong^ne 13 Nov. num^o 17") legitur, utebatur; sed silentio praetereundum non est etiam ipso initio in literis a variis cardinalitiis congregationibus, e quibus S. Cong^o de P. F. una erat, ad apostolicae sedis nuntios datis allocutionem: „Illmo e Revmo sre" reperiri posse (v. supra, annot. 388 et infra, num. 8). Quae dispar ratio aliquando hoc modo explicari potest: non omnes apostolicae sedis nuntii eodem dignitatis loco fuere; primum gradum nuntii ad aulam imperialem tenebant, quibus proximi nuntii apud reges Galliae et Hispaniae erant, secundum locum nuntii ceteri (ex. gr. in Lusitaniae, Poloniae regno) obtinebant, quibus eadem quidem allocutio ac primis in literarum fronte (post 10. Junii 1630: „Illmo e Revmo sre") ascribebatur, alius autem literarum finis adhibebatur; gradum infimum internuntii tenebant, quos S. Cong^o de P. F. in suis literis verbis: „Molto Illre e Revdo sr" alloquebatur, quod e verbis, quae in volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne degl' anni 1656 e 1657. Num. 31" fol. 74 b—75 leguntur, apparet. Quae sunt: „Lettera circolare scritta alli nuntii apostolici per informatione delle missioni e loro stato li 21 Luglio 1657. || Alli nuntii di Germania e delle due corone con titolo d' Illmo e Revmo sre et fine: di V. Sia affettionatissimo per servirla. A gl' altri nuntii ancora Illmo e Revmo sre et in fine: „come fratello affettionatissimo". All' internuntio di Fiandra: „Molto Illre e Revdo sre." Qua cum norma vero nec allocutio in literis a S. Cong^ne die 15. Maii 1654 „a Monsr nuntio apostolico di Polonia", quo munere tunc Petrus Vidoni episcopus Landensis fungebatur, datis posita: „Molt' Illre e Revmo sr come fratello" („Lett. volgari della S. Cong^ne degl'anni 1654 a 1655. Num. 30" fol. 22), nec allocutio in literis ab eadem S. Cong^ne „a Monsr nuntio apostolico di Germania" (quod munus tunc temporis Scipio d' Elci archiepiscopus Pisanus gerebat) eodem die datis adhibita: „Molt' Illre et Revmo sre come fratello" (ibid. fol. 21 b) concordat, licet norma illa eodem fere tempore ac literae, quas hic attigimus, sit scripta.

[699]) A tergo partis literarum a [Joanne Bapt. Pallotto] apostolicae sedis ad aulam imperialem nuntio die 18. Novembris 1628 ad [Franciscum] cardinalem Barberini datarum („Lettere di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 54) haec praeter alia et quidem Francisci Ingoli manu sunt scripta: „Die 12. Januarii 1629. Cong^o 103. Num^o 14. || Referente Illmo domino [Gasparo] cardinali Borgia literas nuntii Germaniae, quibus significabat conversionem ad catholicam fidem baronis Ferdinandi Hermestan [recte: Herberstein] .... et baronis [Joannis Rudolphi] Terzka [recte: Trčka] opera et diligentia Illmi domini [Melchioris] cardinalis Cleselii, S. Cong^o mandavit scribi literas gratulatorias eidem Illmo domino cardinali Cleselio ꝛc. || Si scriva al cardinal Cleselio, ut supra, e si scrivino due lettere, una al primo barone e l' altra all' altro di congratulatione ꝛc. || Il titolo anderà in alto: si lasci per informarsi." In mediis literis a S. Cong^ne de P. F. postea — die 20. Januarii 1629 — „al baron Ferdinando Nermenstan [!]" datis, quarum exemplar transscriptum in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 12 reperitur, allocutio: „V. Sia Illma" adhibita est, reapse altior allocutione („Dom^tio Tua"), quam in mediis literis ab eadem S. Cong^ne eodem fere tempore (die 23. Augusti 1631) ad Georgium

perinde ac fiebat, ut ii, qui a S. Cong^ne literas ad alios dandas expetebant, harum personarum titulos S. Cong^ni de P. F. ultro communicarent.[700])

In S. Cong^nis, cardinalis praefecti secretariique literis allocutionem salutatio nunquam subsequitur (v. supra, pag. CXLVIII), sed literae rem, quam spectant, statim aggrediuntur; interdum primis literarum verbis S. Cong^o de P. F. testatur se literas a persona, ad quam scribit, illo aut illo et illo die datas, accepisse.[701]) S. Cong^o de P. F. in literis, quas nunc tractamus, vario modo significatur: in literis latine scriptis verbis „S. Cong^o" (1628 Oct. 21, 1749 Junii 7), „S. haec Cong^o" (1790 Sept. 11), „haec S. Cong^o de P. F." (1645 Julii 22), „eadem S. Cong^o" (1766 Junii 21), „Patres S. Cong^nis" (1628 Oct. 21), „Ill^mi Patres" (1629 Maii 15), „amplissimi ipsius Cong^nis cardinales" (1628 Oct. 21), „Em^mi Patres" (1751 Apr. 3, 1790 Sept. 11), „Em^mi cardinales collegae mei" (1751 Apr. 3), in literis italice scriptis verbis „Cong^ne" (1628 Apr. 14, 1774 Febr. 27), „questa S. Cong^ne" (1630 Nov. 16, 1749 Junii 7), „questa S. Cong^ne de P. F." (1629 Apr. 14),

ab Oppersdorf „comitem Superioris Glogoviae", qui dignitatis gradu Ferdinando baroni a Herberstein haud erat postponendus, datis (Lettere latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 33 b) legimus. — Ad idem studium a S. Cong^ne de P. F. impensum, ut titulum in allocutione (et literarum mittendarum inscriptione) ponendum perquireret, literae „dalla segreteria del s^r cardinal Albani li 28 Agosto 1718" (v. supra in annot. 398) datae spectant, quas in annotatione 455 attulimus.

[700]) Fr. Leonardus Leria, missionarius apostolicus, commissarius ac vicarius generalis Carmelitarum Bohemiae, Moraviae, Silesiae et Hungariae, in calce literarum Pragae die 27. Maii 1645 ad S. Cong^nem de P. F. datarum („IV. Lettere di Germania, Boemia ∞ 1645. Num. 90" fol. 135), quibus eandem S. Cong^nem rogabat, ut ad liberum baronem Husman commendatitias literas mitteret, hanc literarum scribendarum intitulationem ascripsit: „Illmo ac generosissimo Joanni Philippo Husman a Namedij, libero baroni sacri Romani imperii, equiti aurato, domino hereditario in Tachaw, Maiierhofen et Munchsfeld, divi Ferdinandi II. quondam cubiculario necnon cataphractorum equitum supremo praefecto"; in S. Cong^nis autem cancellaria his eiusdem Fr. Leonardi Leria literis a tergo praeter alia haec verba sunt apposita: „Scribatur et hortetur cum titulo, qui significatur." Literarum, quas S. Cong^o de P. F. die 22. Julii 1645 ad Joannem Philippum Husman re vera dedit, exemplo („Lettere latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 256 b — 257 b) verbis: „Domino Joanni Philippo Husman libero baroni sacri Romani imperii, equiti aurato, Pragam" inscripto allocutio, sicut in literarum missarum tomis consuetudo est, deest, in mediis autem literis S. Cong^o baronem, quem diximus, verbis: „Illma Dom^tio Vestra" alloquitur.

[701]) Literae ex. gr. a S. Cong^ne de P. F. die 14. Aprilis 1629 ad Ferdinandum II. imperatorem scriptae („Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 70) ita incipiunt: „Havendo il P. Valeriano Magno colla diligenza e sollecitudine che conveniva, spediti i negotii della M^tà Vostra impostigli ∞". — Aliae eiusdem S. Cong^nis literae ad [Nicolaum] Oster, apostolicum in regno Svetiae vicarium, missae, quibus dies 2. Octobris 1784 ascriptus est („Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1784. Num. 244" fol. 854), verbis: „Binas a Dom^ne Tua epistolas accepi, primam die 12., alteram die 19. Augusti datas ∞" incipiunt.

„la medesima S. Cong^ne" (1630 Nov. 16), „la stessa S. Cong^ne" (1751 Jul. 17), „Propaganda" (1720 Sept. 16), „s^ri cardinali" (1643 Aug. 22), „questi miei Ill^mi s^ri" (1630 Apr. 25), „Em^ze loro" (1719 Dec. 2, 1752 Maii 13), „questi Em^mi s^ri" (1652 Aug. 19), „questi miei Em^mi s^ri" (1752 Maii 13, 1766 Jul. 19), „questi miei Em^mi colleghi" (1749 Junii 7) et in secretarii literis aliquando solo verbo „patroni" (1638 Aug. 21).

Sequitur ergo, ut in literis S. Cong^nis de P. F. nomine scriptis de ipsa S. Cong^ne verbum et pronomen in tertia persona numeri singularis aut pluralis adhibeatur.[702]) Sunt tamen S. Cong^nis, quam diximus, literae, quae, ubi de ipsa S. Cong^ne agitur, prima persona numeri pluralis tam verbi, quam pronominis utuntur.[703]) Prima persona numeri singularis sive verbi sive pronominis in S. Cong^nis literis adhibita semper cardinalem praefectum aut eum, qui eius vices obibat,

[702]) Eius modi sunt literae a S. Cong^ne de P. F. die 15. Maii 1629 ad Gasparum [a Questenberg] abbatem [monasterii Montis Sion Pragae ordinis] Praemonstratensis datae („Lettere latine della S. Cong^ne dell' anno 1622 al 1629. Num. 1" fol. 208 b), quae ita scriptae sunt: „Relatis in hac S. Cong^ne de P. F. literis Rev^tiae Tuae de recuperatione quatuor insignium Tui ordinis monasteriorum e manibus haereticorum et de diligentiis abs Te adhibitis in praeficiendis ad eorum curam idoneis sacerdotibus, Ill^mi Patres non sine magna laetitia haec felicia excepere nuntia et, sicuti eadem monasteria in locis .... opportunis ad catholicam fidem propagandam constituta reperiuntur, ita non mediocrem concepe-runt spem ab eisdem sacerdotibus copiosam reportandam esse animarum messem, cui interea Rev^tiam Tuam sedulo navare operam rogatam esse volunt etc. Vale. Romae 15. Maii 1629." — Simili modo literae ab eadem S. Cong^ne ad P. Joannem Mahr Lusatam die 17. Aprilis 1790 datae („Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1790. Num. 258" fol. 146 b) scriptae sunt: „Ha provato piacere questa S. Cong^ne di sentire, ch' Ella continua tuttavia ad occuparsi nelle medesime funzioni dell' apostolico ministero, come negli anni scorsi. Il campo è vasto e pur troppo incolto ....; tanto più dunque si offre al Suo zelo un' ampia messe da raccogliere, quanto più Ella vorrà applicarsi con la predicazione della buona dottrina .... Mentre dunque questa S. Cong^ne si augura di sentire, ch' Ella Si distingua dagl' altri nelle fatiche dell' apostolato, non solo Le propone la mercede eterna che Le darà Iddio ...., ma anche Le offre ad ogni bisogno la sua grazia e il suo padrocinio. Con che etc."

[703]) S. Cong^nis de P. F. literae ad [Emericum Lósy] archiepiscopum Strigoniensem die 10. Aprilis 1638 missae („Lettere latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 99 b) ita scriptae sunt: „Mittimus Ampl^ni Tuae decretum a S^mo D. N. in S. Cong^ne de P. F. editum circa reformationis religionis s. Pauli primi eremitae prosecutionem, et quia in eo continentur, quae in proximo capitulo eiusdem religionis celebrando sunt ex S^tis Suae mandato proponenda, nihil aliud nobis restat ad Ampl^nem Tuam scribendum, nisi ut una cum nuntio caesareo, ad quem scribimus, omnia a praedicto capitulo generali unanimi consensu vocalium fieri diligenter curet; nam, ut ex ipsius decreti tenore perspicere poterit, nil aliud intendimus, nisi profectum ac utilitatem praefatae religionis, quae, si iuxta constitutiones circa educationem novitiorum ac eorum studia reformetur, brevi illa .... reflorescet, quod summopere cupimus et a Christo Domino enixe deprecamur, a quo cuncta prospera Ampl^ni Tuae exoptamus. Romae 10. Aprilis 1638." — Addi tamen oportet morem hunc potius in literis latine, quam italice scriptis inveniri posse.

indicat.[704]) In nonnullis literis S. Cong^nis^ nomine datis de ipsa S. Cong^ne^ tam tertia persona numeri singularis (pluralis), quam prima persona numeri pluralis sive verbi sive pronominis adhibetur, insuper etiam in iisdem verbum vel pronomen primae personae numeri singularis legi potest.[705]) Aliae denique eaeque non paucae S. Cong^nis^ literae (praesertim italice scriptae) etiam iis locis, quibus ipsam S. Cong^nem^ de P. F. attingunt, aut ex omni aut aliqua ex parte impersonaliter sunt exaratae.[706])

[704]) In volumine „Lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1723. Num. 114" fol. 24 b hae S. Cong^nis^ de P. F. nomine ad Terentium Lynch, qui S. Cong^nis^ de P. F. alumnus fuerat (v. supra in annot. 624), die 19. Januarii 1723 scriptae literae leguntur: „Epistolam Dom^nis^ Tuae de mense Octobris anni proxime elapsi pergrato animo excepi, utpote qui in adimplementum Tuae annualis obligationis de Tuo praesenti statu in ea rationem reddere non omisisti; verum non sine aliqua admiratione Te adhuc a missione Hibernica longe abesse intellexi, cum ab hac S. Cong^ne^ usque de anno 1720 Tibi ex speciali gratia fuerit impartitum subsidium 50 scutorum eo scilicet tantum fine, ut quanto citius Te in Hiberniam restitueres, ibi pro animarum salute apostolico munere perfuncturus. Ne igitur diutius protrahas Tuam in ista civitate [Praga intelligitur] moram, sed omni, quo poteris, meliori modo Te illuc conferre sollicite cures, sic faciendo, Te de ulteriori gratia et voluntate eiusdem S. Cong^nis^ certum volo ac interea veras de coelo prosperitates Dom^ni^ Tuae apprecor." Ubi prima verborum persona Josephus cardinalis Sacripanti S. Cong^nis^ praefectus significatur. Idem de literis, quae sequuntur, italice ad [Georgium Spinola] nuntium Viennensem die 22. [Aprilis 1719] scriptis („Lett. della S. Cong^ne^ e di Monsr segr^o^ dell' anno 1719. Num. 108" fol. 77) dictum esse puta: „Congiunto al foglio di V. S^ia^ ricevo il memoriale del P. abbate di Schrattembach [cui Ernesto nomen erat] per le facoltà di missionario apostolico a fine d' impiegarsi con maggior profitto dell' anime nel suo imminente viaggio a Costantinopoli. Non mancherò di farlo riferire nella prima prossima congregazione, quale, non dubito, sarà per condescendere benignamente all' istanza, attese le degne qualità del soggetto, così vantaggiosamente da Lei accennate, e la convenienza e debito col s^r^ cardinale suo fratello [cui Wolfgango Hannibali nomen erat] che è uno de s^ri^ cardinali che compongono l' istessa S. Cong^ne^ [v. supra in annot 640]. Ed io fra tanto mele offro."

[705]) In volumine „Lettere latine della S. Cong^ne^ dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 104–104 b S. Cong^nis^ literae verbis „domino decano canonicorum Olomucensium" inscriptae, quibus S. Cong^o^ ad literas ab Adamo Mauritio a Sternfels, canonico Olomucensi decanoque Wischoviensi missas (v. supra in extrema annot. 490 pag. CXCII) respondit, ita scriptae leguntur: „Placuit S. Cong^ni^ Dom^nis^ Tuae petitio pro restitutione missionis Fr. Francisci Poloni ad ista loca ideoque ad illum literas dedit, ut, nisi gravi ex causa a prosecutione missionis in Moravia impediatur, illam non recuset, et quia, ubi praedictus Pater modo reperiatur, nescimus, ad T. Dom^nem^ literas ad eum datas mittimus, ut illi aut consignet, si istic adhuc versatur, vel, si alibi est, ad eum eas transmittat. Et cum his Dom^ni^ Tuae cuncta bona a Christo Domino precor. Romae 27. Novembris 1638." — Aliud eiusdem generis exemplum sunt S. Cong^nis^ literae ad P. Edmundum [Dubau], Neocellensis monasterii in Lusatia abbatem, die 17. Augusti 1782 missae („Lettere della S. Cong^ne^ dell'anno 1782. Num. 240" fol. 606), quae ita scriptae sunt: „Accepimus a Pat^te^ Vestra notulam sacramentorum, quae monachi Neocellenses in Inferiori Lusatia et marchia Brandeburgica administrarunt .... Gratias agimus Deo, quod bonitas eius non derelinquit istic pusillum gregem fidelium suorum, sed fortitudinem concedit ministris suis, ne spiritualibus eorum necessitatibus desint. Periucundas interim huic S. Cong^ni^ fuisse literas Pat^tis^ Vestrae datas sub eadem die 1. Julii significare non praetermitto et Eidem, ut bona omnia largiatur Deus, ex corde precor."

[706]) S. Cong^nis^ literae ad [Fabritium Serbelloni] archiepiscopum Patracensem sedisque apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 24. Junii 1752 datae („Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1752. Num. 179" fol. 129 b—131) his verbis scriptae sunt: „Dal dispaccio di V. S^ia^ dei 3 del corrente si è inteso, quanto Ella Si è compiaciuta di significare in proposito delle due casse ecclesiastiche del sale e de' parochi di Boemia, e si attenderà di ricevere unitamente coi conti la relazione più precisa che da Lei vien fatta sperare dello stato presente delle medesime. Essendosi intanto osservato restar tuttavia ineseguite le assegnazioni fatte da questa S. Cong^ne^ fin dall' anno 1749 a motivo dell'impedimento fraposto dalla regia rappresentanza di Praga ...., si stima espediente di somministrare a V. S^ia^ i lumi opportuni per poter sciogliere una tale difficoltà, qualora di nuovo venisse opposta. Se le communicha pertanto l' ingiunta copia, segnata A, di un dispaccio di S. M^tà^ l' imperatrice regina diretto fin sotto li 17 Decembre 1750 al s^r^ cardinal Millini, in cui fra le altre cose viene rilevata questa eccezione, dall' altra copia però, parimente quì annessa, segnata B, delle riflessioni fatte sopra tutto il tenore dello stesso dispaccio e consegnate in Marzo dell' anno scorso 1751 al predetto s^r^ cardinale Ella vedrà sciolta ben concludentemente l' accennata eccezione .... Giova per altro sperare, che le menzionate riflessioni siano state valevoli a render persuaso del vero stato delle cose il regio ministero .... Farà V. S^ia^ cosa ben grata alla S. Cong^ne^, se con la solita Sua vigilanza e destrezza procurerà d' indagare, quale effetto abbiano veramente prodotto tali riflessioni ...., con partecipare in appresso il risultato delle Sue diligenze per ulterior lume e governo della S. Cong^ne^ medesima. E di cuore per fine mele offero."

Summus pontifex, ad quem S. Cong^o^ de P. F. (nisi libellos supplices) literas non dabat, in mediis S. Cong^nis^ omnium generum literis verbis: „S^mus^", „S^mus^ D. Noster", „S. S^tas^", „S^tas^ Sua", „S. Beat^do^", „S. S^tà^", „la S^tà^ di N. S^re^", „N. S^re^", „S. Beat^ne^" aut solo verbo: „papa" significatur. Cardinales in mediis literis latine scriptis S. Cong^o^ de P. F. initio verbis: „Illma Dom^tio^ Vestra", in italice scriptis verbis: „V. S^ia^ Illma", postquam autem cardinalibus altior titulus decretus est (v. supra, pag. CXLIV), in literis latinis verbis: „Em^tia^ Vestra", in italicis autem verbis: „V. Em^za^" aut „Em^za^ Vostra" et eorum loco pronomine „Ella" („di Lei", „Le") eos alloquebatur; ubi autem in mediis literis ad cardinalem aliquem aliamve personam datis alium cardinalem attingit, S. Cong^o^ verbis: „Em^mus^ dominus cardinalis N." aut „s^r^ cardinale N" utitur.[707]) Sedis apostolicae

[707]) S. Cong^nis^ de P. F. literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 16. Novembris 1630 datae („Lettere volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10" fol. 130 b) ita scriptae sunt: „Si mandò la lettera di V. Em^za^ al s^r^ cardinal Borromeo [cui Friderico nomen erat], e se gli scrisse ancora per parte di questa S. Cong^ne^ con ogni efficacia per haver soggetti ecclesiastici per servitio di V. Em^za^ e di cotesto regno. Haverebbe quel signor cardinale volontieri condesceso al desiderio ed istanze giustissime di Lei e della medesima S. Cong^ne^, come vederà dall' inchiusa sua lettera, ma la peste è stata così grave in Milano, che non ha lasciato al sudetto s^r^ cardinale soggetti, che bastino per il bisogno della sua chiesa. Perciò sarà necessario far maggior diligenza quì in Roma ed altrove per servir a V. Em^za^, quando Ella Si compiacerà d' avvisarne la medesima Cong^ne^, in nome della quale Le bacio humilmente le mani. Roma 16 Novembre 1630." — Contra autem in S. Cong^nis^ de P. F. literis ad Fr. Theobaldum Hausenka, ordinis Minorum de observantia Reformatorum missionarium in oppido Rudnik prope Albam Juliam, die 20. Septembris 1721 missis („Lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1721. Num. 110" fol. 546 b) haec verba leguntur: „.... Hoc autem Pat^ti^ Tuae rescribendum decrevit [S. Cong^o^ de P. F.], ut ad Em^mum^ dominum cardinalem [Emericum] Czacki recursum habeas ∞."

nuntios S. Cong° de P. F. in mediis literis solum verbis: „V. S^ia“ aut eorum loco pronomine tertiae personae numeri singularis („Ella“, „di Lei“, „Le“, „La“) alloquebatur, ut primum autem cardinales creati sunt, eos pari modo ac cardinales ceteros tractabat;[708]) si autem in S. Cong^nis de P. F. literis ad quemlibet scriptis mentio de quo sedis apostolicae nuntio incidit, nuntius is nunquam fere nominatur, sed in literis latine scriptis solo verbo „nuntius“ vel verbis „nuntius apostolicus“, in literis italice scriptis verbo „nunzio“ vel (et quidem saepius) verbis „Monsr nunzio“ cum vel sine verbo: „apostolico“ atque in utrisque literis cum vel sine regni urbisve, ubi degebat, aut principis, ad quem missus erat, indicatione, interdum cum pronomine ‚iste‘ vel ‚cotesto‘ significatur.[709]) Episcopos archi-

[708]) In volumine „Lett. volgari della S. Congne degli anni 1652 e 1653. Num. 29“ fol. 26—27 hae S. Congnis de P. F. literae ad [Camillum a Melzi] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 27. Maii 1652 scriptae leguntur: „Ha questa S. Congne de P. F. providamente risoluto, ch' in avvenire si sottoponghino all' essame quelli che fanno istanza d' essere missionarii in qualsivoglia parte del mondo . . . . . In questa conformità havendo hora fatta istanza alla medesima S. Congne de P. F. Frà Francesco Stattfelt dell' ordine di Minori Osservanti di s. Francesco per la missione d' Austria, dourà, prima d' esser dichiarato tale, comparir avanti di V. Sia per sottoporsi all' essame, e quando da Lei col mezzo di theologi e controversisti essaminatori verrà approvato per idoneo, gli si faranno quì spedir le patenti e facultà necessarie. Si vaglia dunque V. Sia di quest' avviso tanto per la presente occasione, quanto per ogn' altra volta, che da questa S. Congne Le sarà rimesso negotio simile con dar conto quà sempre di cio che segue. E non essendo questa per altro, a V. Sia mi offero e raccomando. Di Roma li 27 Maggio 1652.“ Et centum annis post (die 13. Maii 1752) ad [Fabritium Serbelloni] nuntium itidem Viennensem S. Congo de P. F. has dedit literas: „Continua tuttavia questa S. Congne a restar priva d' ogni riscontro intorno allo stato ed amministrazione di ambedue le casse ecclesiastiche del sale di Boemia . . . ., e perchè un tal silenzio non lascia di non comparire sospetto, ... quindi è che questi miei Emmi signori desiderano con ispecial premura di essere da V. Sia con la solita Sua diligenza distintamente informati del vero stato di quell' affare, non dubitando, ch' Ella Si darà tutta la cura di prenderne per imparziali e sinceri canali le notizie più sicure per collazionarle con quelle che Le veranno somministrate a di Lei richiesta dagl' amministratori e dal cassiere, come persone interessate nel soggetto, del qual si tratta. Gradiranno molto l' Emze Loro di ricevere, quanto più sollecitamente sarà possibile, le di Lei risposte per loro necessario lume e governo. Ed io in attenzione delle medesime resto con offerirmele di cuore“ („Lett. della S. Congne dell' anno 1752. Num. 179“ fol. 95—96).

[709]) Literae a S. Congne de P. F. ad [Petrum] cardinalem Pázmány die 31. Januarii 1632 datae („Lettere latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ fol. 49) ita incipiunt: „Pro religione s. Pauli primi eremitae reformanda propositi fuerunt huic S. Congni visitatores: episcopus scilicet Chelmensis a provinciali et diffinitoribus eiusdem religionis et P. Centurio a nuntio Germaniae, vir nobilis Januensis ex familia Carmelitanorum Discalceatorum ꝛc.“ — In literis ab eadem S. Congne ad Fr. Josephum Polonum Capucinum die 15. Martii 1636 missis (ibid. fol. 75 b) haec verba leguntur: „. . . . Proinde nuntio Germanico, ut hac de re cum imperatore . . . . agat, literas praesenti veredario dedimus ꝛc.“ — Literae a S. Congne ad Georgium [comitem ab Oppersdorf] Glogoviae Superioris principem die 29. Novembris 1631 datae (v. supra in annot. 688) nuntium eundem verbis: „per nuntium caesareum“ significant. — In S. Congnis de P. F. literis ad [Mauritium Gu-

episcoposque eadem S. Cong° in mediis literis latine scriptis verbis „Ampl^do Tua“, raro „Ampl^do Vestra“ aut „Ampl^do Tua (Vestra) Illma“, rarius „Dom^tio Tua“, „Dom^tio Vestra“ aut „Dom^tio Vestra Illma“ et eorum loco pronomine tam tertiae, quam secundae personae numeri singularis („Sui“, „Suus“, „Tui“, „Tibi“, „Tuus“ etc.), in literis autem italice exaratis verbis: „V. S^ia“ et eorum loco pronomine tertiae personae numeri singularis („Ella“, „di Lei“, „Le“, „La“, „Suo“ etc.) alloquitur, e qua pronominis personarum alternatione efficitur, ut etiam verbum nunc in secunda nunc in tertia numeri singularis persona adhibeatur;[710]) si autem in literis ad quemlibet missis S. Cong° quem

alio ad [Prosperum] Lambertini, S. Cong^nis Concilii secretarium, die 30. Januarii 1721 scripto („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1721. Num. 111“ fol. 34—35) verba: „. . . . lo stesso prosegretario [quo munere tunc Dominicus Passionei (v. supra in annot. 68) fungebatur] ne porge questo riverente cenno a V. S^ia Illma ꝛc“, in literis ab [Urbano Cerri] secretario ad [Carolum Thomam] Odescalchi, summi pontificis vestispicem (italice: guardarobba), die 24. Aprilis 1679 missis („Registro di lettere di Monsr segr^io dell' anno 1679. Num. 68, II“ fol. 18 b—19) verba: „che perciò lo mandi da V. S^ia Illma ꝛc“, in codicillo ad [Antonium] Banchieri, S. Officii assessorem, die 8. Junii 1708 dato („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1708. Num. 97“ fol. 417—417 b) verba: „Monsr segretario [Silvius de Cavalieri] riverisce devotamente Mons^re [asssessore] del S. Offizio e lo ringrazia ꝛc“, in alio ab eodem [Silvio de Cavalieri] secretario ad eundem S. Officii assessorem die 31. Maii 1708 scripto (ibid. fol. 411 b—412 b) verba: „Monsr segretario di Propaganda riverisce humilmente Monsr Illmo assessore ꝛc“, in alio a S. Cong^nis de P. F cancellaria die 19. [Januarii 1711] ad Carolum Collicola prosecretarium (v. supra in annot. 68) dato („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1711. Num. 100“ fol. 274) verba: „Si manda nuovamente a V. S^ia Illma la relatione ꝛc“ leguntur.

[724]) Codicillus a [Petro Aloisio Caraffa] secretario verbis: „In segretaria di stato 10 Settembre [1720]“ inscriptus („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1720. Num. 109“ fol. 813 b; v. supra in annot. 722) verbis: „Monsr segretario prega la segretaria di stato a fargli capitare ꝛc“, alius ab eodem secretario eodem missus (ibid. fol. 550 b—552), qui verbis: „In segretaria di stato 12 Gennaro [1720]“ inscriptus est, verbis: „Monsr segretario fa sapere in segretaria di stato, esser sentimento ꝛc“ incipit.

[725]) In codicillo a [Silvio de Cavalieri] secretario ad [Antonium] Banchieri S. Officii assessorem die 31. Maii 1708 misso (v. supra in annot. 723) verba: „. . . . biglietto della segretaria di stato ꝛc“, in literis ab eodem secretario ad Fr. Joannem Bohemum, ordinis Minorum s. Francisci Observantium reformatorum missionarium, die 23. Aprilis 1708 scriptis („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1708. Num. 97“ fol. 367—367 b) verba: „. . . . dourà ricorrere a Monsr segretario de brevi ꝛc“, in aliis a [Mario Alberici] secretario ad [Armandum] Ricci summi pontificis subdatarium die 27. Aprilis 1667 datis („Lett. circa la Germania ꝛc dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num 49“ epistola 56^a) verba: „Monsr mio Manfroni [v. supra in annot. 68] con suo biglietto ꝛc“, in aliis ab [Urbano Cerri] S. Cong^nis de P. F. prosecretario ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] episcopum [!] Pragensem die 7. Octobris 1673 scriptis („Registro di lettere di Monsr secret^o 1673. Num. 62“ fol 89 b) verba: „Iam iam commissi mihi a sancta Sede prosecretarii Cong^nis de P. F. muneris tempus explebitur, per proximum domini mei Ravizzae secretarii constituti in hanc Urbem adventum ꝛc“ leguntur. — S. Cong^o ipsa in mediis literis suis, ubi curiae apostolicae praelatos attingit, si latine scriptae sunt, titulum „Rev^mus

nuntios, quod supra in annot. 697 iam leviter tetigimus, S. Congnis de P. F. secretarius (prosecretarius) in mediis literis verbis „V. Sia Illma“ alloquitur; si eos in literis ad quemlibet datis solum attingit, secretarius — perinde ac S. Congo de P. F. ipsa — variis modis utitur; praeter verba, quae eadem S. Congo (v. supra, pag. CCXCVIII), secretarius etiam verba „dominus nuntius“ cum sedis indicatione in latinis et verba „Monsr mio nunzio di [v. gr.:] Germania“, „Monsr mio Illmo nuntio“, „Monsr N.“ et, si cuius nuntii in literis mentio iam facta est, etiam verba „Monsr nunzio“, „Monsr“, „S. „Sia Illma“ in literis italice scriptis adhibet.[726]) — Episcopos (archiepiscopos) S. Congnis de P. F. secretarius in mediis literis latine scriptis verbis „Illma Domtio Tua“, „Domtio Vestra Illma“ eorumque loco pronomine secundae personae numeri singularis („Tibi“, „Te“, „Tuus“ etc.) alloquitur, verbum autem aeque ac ipsa S. Congo (v. supra, pag.

P. D.“, quo etiam in „Actis S. Congnis“ utitur (v. supra in annot. 115, 157, 160), cum magistratus indicatione et cum vel sine praelati cognomine adhibet; in literis ex gr. ab ea ad comitem Georgium Meli die 26. Aprilis 1636 datis („Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ fol. 76—76 b) verba: „.... Emmi Patres .... agi iusserunt cum Revmo P. D. Maraldo, brevium apostolicorum secretario ∝“ leguntur. Contra Franciscus Ingoli, S. Congnis secretarius, in literis latine eodem fere tempore exaratis, quas ad Gasparum a Questenberg, monasterii Montis Sion abbatem, die 28. Martii 1637 misit (ibidem fol. 85—85 b), titulum illum praetermisit (v. infra in prima annot. 728), sed eius loco verbum „praelati“ posuit.

[726]) Literae a [Friderico Ubaldi Baldeschi] secretario ad [Marium Alberici] nuntium ad aulam imperialem die 26. [Septembris 1671] scriptae verbis: „Gia V. Sia Illma è informata ∝“ incipiunt. — Literae a [Petro Aloisio Caraffa] secretario ad [Joannem Adamum comitem Vratislav a Mitrovicz] episcopum Reginohradecensem die 12. Novembris 1718 datae („Lett. della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1718. Num. 107“ fol. 341 b) verbis: „Relatio, quam Illma Domtio Tua per dominum nuntium Viennensem .... misisse scribit ∝“ incipiunt. — In codicillo a [Silvio de Cavalieri] secretario ad [Fabritium] cardinalem Paolucci die 8. Octobris 1715 misso (v. supra in annot. 721) verba: „.... coll' occasione che si scrive a Monsr nunzio di Parigi ∝“ et paulo inferius: „.... Altra lettera per Monsr nunzio in Vienna ∝“, in literis a [Petro Aloisio Caraffa] secretario ad Michaelem V. Fridericum [ab Althan] episcopum Vaciensem die 17. [Septembris 1718] datis („Lett. della S. Congne e di Monsr segreto dell' anno 1718. Num. 107“ fol. 326 b—327) verba: „.... non sono ancor giunte l' informazioni di cotesto Monsr nunzio ∝“, in literis a [Friderico Ubaldi Baldeschi] secretario ad Fr. Emericum Commoriensem Capucinum die 21. Maii 1672 scriptis („Lett. di Monsr secreto anno 1672. Num. 60“ fol. 49 b) verba: „Da Monsr mio Illmo nuntio saranno rese ∝“, in aliis ab eodem secretario ad Revmum Gianuzzi, quem auditorem nuntiaturae Vindobonensis fuisse opinor, die 14. Novembris 1671 datis („Lett. di Monsr secreto del 1671. Num. 58“ fol. 172), quae verbis: „Con la relazione che Monsr mio nunzio di Germania mandò a questa S. Congne ∝“ incipiunt, verba: „.... parve, che Monsre con quest' atto havesse recato ∝“ et „.... Rispetto all' altro, mostrorno alcuni qualche travaglio, per[chè] S. Sia Illma non havesse dissapprovati ∝“ et paulo inferius: „.... se Monsr Alberici [nuntii, qui attingitur, cognomen], prelato di tanto zelo, v' havesse ∝“ et paulo infra: „.... bramo di veder ammirato sempre più il valore di Monsr nunzio ∝“ leguntur.

CCXCIX) nunc in tertia, nunc in secunda singularis numeri persona adhibet, in literis autem italice exaratis eos verbis „V. Sia Illma“ et pronomine tertiae personae numeri singularis alloquitur;[727]) si S. Congnis de P. F. secretarius in suis literis cuius episcopi (archiepiscopi) solum mentionem iniicit, iisdem modis utitur, quos S. Congo de P. F. ipsa adhibere (v. supra, pag. CCXCIX—CCCI) solet.[728]) — Praelatos

[727]) [Petri Aloisii Caraffa] secretarii literae die 12. Novembris 1718 ad [Joannem Adamum comitem Vratislav a Mitrovicz] episcopum Reginohradecensem missae (v. supra in annot. 726) ita scriptae sunt: „Relatio, quam Illma Domtio Tua per dominum nuntium Viennensem super statu ac indigentiis ecclesiarum parochialium istius dioecesis Romam misisse scribit, nondum .... pervenit, verum idem dominus nuntius eam a Te accepisse et una cum aliis .... transmissurum S. Congni significavit; quandam autem notam .... mihi reddidit P. abbas Grassi, qui Tua in hac Urbe negotia .... curat .... Pro certo itaque habeas me ipsas ad hanc S. Congnem .... relaturum esse et mea apud ipsam officia non defutura, ut rei pondus et peculiaris mea erga Te voluntas, observantia ac studium iam Tibi per Tuum germanum fratrem abunde compertum exigere a me videtur. Haec sunt, quae brevi Tibi super ea re significanda putavi ∝“. — Literae a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario ad Emanuelem Ernestum [comitem a Waldstein] episcopum Litomericensem die 17. Aprilis 1762 datae („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1762. Num. 201“ fol. 39) verbis: „Humanissimas ad me Domnis Vestrae Illmae literas retulit abbas Polonus, negotiorum Tuorum in Urbe curator, qui et multis verbis benignitatem animi erga me Tui simulque aerumnas ecclesiae, cui laudabiliter praees, bellorum causa istic omnia devastantium repraesentavit supplicem insuper Te obtulisse libellum favore fretum imperatricis reginae Smo D. Nostro, ut ex capsa salis ad reparandas eiusdem ecclesiae calamitates Tibi aliquod designare dignaretur ∝“ sunt exaratae. — In literis a [Philippo Maria Monti] secretario ad [Octavium] Ringhieri episcopum Assisiensem die 28. Februarii 1742 scriptis („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1742. Num. 158“ fol. 22—22 b; v. supra in annot. 722) verba: „Accluse alla presente vedrà V. Sia Illma le testimoniali originali dal noto sacerdote D[on] Filippo Seydle della diocesi di Wratislavia presentate a questa S. Congne ...., non devo però mancare di raccomandarle vivamente .... il sudetto sacerdote ∝“ leguntur.

[728]) In literis [Francisci Ingoli] secretarii nomine ad Gasparum a Questenberg, abbatem monasterii Montis Sion Pragae, die 28. Martii 1637 datis („Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 ∝. Num. 9“ fol. 85—85 b) verba: „.... duobus praelatis, episcopo scilicet Novariensi [Antonio Tornielli, qui utriusque signaturae referendarius, cardinalis vicarii vicesgerens atque S. Congnis de P. F. iudex erat] et Ceva principum secretario [v. supra, annot. 725] et quia ∝“, in codicillo a [Stephano Borgia] secretario ad [Paulum Franciscum] Antamoro S. Officii assessorem die 22. Aprilis 1778 scripto („Lett. di Monsr segrio anno 1778. Num. 233“ fol. 40 b—41) verba: „si rilevano le opposizioni che i vescovi[!] di Salisburg e di Praga anche con lettere pastorali fanno al Gasner ∝“, in alio a [Mario Marefoschi] secretario ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli, S. Congnis de P. F. praefectum, die 4. Decembris 1765 misso (v. supra in annot. 722) verba: „Il segretario di Propaganda umilia a V. Emza la lettera ordinata per Monsr arcivescovo di Praga [v. supra, pag. CCLXXXII] e nello stesso tempo ∝“, in alio ab eodem secretario ad [Ludovicum Mariam] cardinalem [Torregiani] secretarium status die 26. Septembris 1763 scripto („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1763. Num. 203“ fol. 161—162 b) verba: „Sin dal 1759 il fù Monsr Giovanni Ridolfo conte di Spork, vescovo d' Adrato in partibus, suffraganeo di Praga, lasciò un legato ∝“, in alio ab eodem S. Congnis de P. F. secretario ad [Benedictum Veterani] S. Officii assessorem die 23. Augusti 1766 misso („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1766. Num. 209“ fol. 97 b) verba: „.... l' annessa supplica di Monsr suffraganeo e vicario apostolico di Breslavia ∝“ leguntur.

(cathedralium collegiatarumve ecclesiarum praepositos, decanos etc.) secretarius in mediis literis verbis „V. (T.) Dom^tio Illma“ („Illma S^ia Vostra“) et eorum loco in literis latine scriptis pronomine nunc secundae nunc tertiae personae („Is“, „Ille“), canonicos in literis italice exaratis verbis „V. S^ia“ alloquitur, ubi autem eos solum attingit, titulos omnes praetermittit, solum — at non semper — verbum „dominus“ vel „s^re“ cum dignitatis indicatione et cum aut sine cognomine adhibens.[729]) — Religiosorum ordinum superiores supremos (v. gr. ministros generales, insignium monasteriorum abbates, quin et singulorum ordinum commissarios ac vicecommissarios generales), quos S. Cong^o ipsa verbis „Pat^tas Tua“, „Pat^tà Vostra“ alloqui solebat (v. supra in annot. 712), secretarius in mediis literis suis verbis „Pat^tas Tua Rev^ma“, „V. Pat^tà Rev^ma“, in mediis codicillis etiam verbis „P. Rev^mo generale di [ex. gr.: „della Compagnia di Giesù“]“, „S. Pat^tà Rev^ma“ alloquitur; ubi eorum solum mentionem iniicit, verbis „P. generale“ cum ordinis indicatione vel solo verbo „generale“ cum eiusdem ministri generalis nomine utitur.[730]) Ceterorum monasteriorum abbates minoresque religiosorum

[729]) Literae a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario „dominis praeposito, decano et seniori capituli Olomucensis Olomucium“ die 18. Maii 1765 scriptae („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1765. Num. 207“ fol. 54 b–55) verbis: „Literae, quibus Domnes Vestrae Illmae gratias agunt S. huic Congni pro capitali nuper canonicis istis regularibus assignato, iocundae Emmis Patribus extiterunt. Illarum enim testimonio certiores facti sunt huiusmodi pecuniam piissimo in opere .... esse collocatam .... Ceterum, quod ad me attinet, quamquam in eo beneficio procurando parum admodum laboraverim, officium tamen Vestrum cum debita gratitudine accepi, istud Vobis persuasum esse cupiens ∝“ sunt exaratae. — Literae a [Petro Aloisio Caraffa] S. Congnis de P. F. secretario ad Matthaeum Peterka canonicum Eltensem die 22. Julii 1724 datae („Lett. di Monsr segreto dell' anno 1724. Num. 118“ fol. 212–213 b) verbis: „Dalla mia antecedente in data dei 15 del corrente aurà V. Sia udite le insinuazioni fattele intorno alla disposizione, in cui Ella Si trova di rassegnare al sr canonico Widenbruch cotesto Suo pastorato ∝“ incipiunt. — In literis a [Nicolao Lercari] S. Congnis de P. F. secretario ad [Albericum] Archinto, archiepiscopum Nicaeae sedisque apostolicae in Poloniae regno nuntium, die 12. Julii 1749 missis („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1749. Num. 174“ fol. 64 b–66) verba: „.... posso arguire, che il decano di Budissina non avesse ancora .... ricevuto la notizia ∝“ leguntur.

[730]) In literis ab [Antonio Manfroni S. Congnis de P. F. prosecretario] ad [Joannem Paulum Oliva] generalem Soc. J. ministrum die 30. Maii 1665 scriptis („L' Italia, lettere circa coll[egi], coll[egio] Urb[ano] ∝. Num. 46“ fol. [6]–[6 b]) verba: „.... onde ne do questo cenno a V. Pattà Revma d' ordine di questi etc. [sic], acciò Si compiaccia anch' Ella di ordinare a i suddetti rettori di conformarsi con la mente dell Emze Loro, il che si attende dalla solita diligenza di V. Pattà Revma ∝“, in codicillo a [Silvio de Cavalieri] secretario ad [Michaelem Angelum Tamburini] eiusdem Soc. J. ministrum generalem die 15. Octobris 1708 dato („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97“ fol. 529 b–530) verba: „Monsr segretario de P. F. riverisce devotissimamente il P. Revmo generale della Compagnia di Giesù et a nome della S. Congne con ogni effi-

ordinum superiores (procuratores generales, missionum procuratores, ministros provinciales etc.) secretarius in mediis literis (codicillis) verbis „Dom^tio Tua“ locoque eorum pronomine secundae personae numeri singularis, „V. Pat^tà“, „V. Rev^za“ alloquitur; ubi eos solum attingit, titulum qualemcumque, si verbum „Pater“ excipies, prorsus omittit.[731])

cacia prega S. Pattà Revma a sentire ∝“ et paulo inferius: „.... lo raccomanda a V. Pattà Revma, acciò .... possa .... farle giustizia, ... assicurando V. Pattà Revma, che farà ∝“, in alio a [Nicolao Lercari] secretario ad [Raphaelem a Rossi] ordinis s. Francisci generalem commissarium die 17. Julii 1751 misso („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1751. Num. 178“ fol. 78 b–79) verba: „.... se ne rende avvisata V. Pattà Revma, acciò ∝“, in alio ad [Johannem a Petraffita] ordinis Minorum de observantia Reformatorum generalem vicecommissarium a [Petro Aloisio Caraffa] secretario die 6. Junii 1721 scripto („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1721. Num. 111“ fol. 174) verba: „.... Monsr segretario lo significa a V. Pattà Revma, perchè Si contenti ∝“, in alio a [Stephano] Borgia secretario ad [Franciscum] cardinalem Herzan [de Harasov] die 31. Julii 1781 dato („Lett. di Monsr segrio anno 1781. Num. 239“ fol. 77–77 b) verba: „.... Borgia segretario di Propaganda si è fatto un piacere di riportare dal P. generale dell' ordine de' Minori .... la bramata facoltà ∝“, in literis a [Petro Aloisio Caraffa] secretario ad [Augustinum Stefani] episcopum Spigacensem die 17. Januarii 1722 missis („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1722. Num. 113“ fol. 600 b–601 b) verba: Il P. generale de' Bernabiti è pienamente inteso dell' affare ∝“ et paulo infra: „Egli è presentemente in Roma, e stimo necessari[i]ssimo, ch' Ella Si apra seco il carteggio ...., mentre io non .... cessarò di premere presso di lui, perchè invigili ∝“, in literarum a Francisco Ingoli secretario ad Fr. Jacobum Ravennatem, ordinis Minorum s. Francisci Conventualium ministrum provincialem in Bohemia, datarum commentario literis ab eodem Fr. Jacobo ad Franciscum Ingoli die 3. Julii 1637 missis („IV. Lett. di Germania, Boemia ∝ 1637. Num. 79“ fol. 233) a tergo ascripto verba: „.... quelli che mandò il generale Cassia [quo nomine Felix Franceschini a Cassia, Minorum Conventualium s. Francisci minister generalis, significatur] con farli maestri ∝“, leguntur. Literae ad Gasparum a Questenberg, monasteri Montis Sion Pragae abbatem, „nomine [Francisci Ingoli] secretarii“ die 28. Martii 1637 scriptae (v. supra in annot. 728) verbis: „Mitto ad Pattem Tuam Revmam decretum ∝“, contra autem S. Congnis de P. F. ipsius literae ad eundem abbatem [Gasparum] a Questenberg die 23. Maii 1637 datae („Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ fol. 86) verbis: „Relatis in hac Sacra de P. F. Congne Pattis Tuae literis ∝“ incipiunt.

[731]) Literae a [Mario Alberici] S. Congnis de P. F. tertio secretario ad Matthaeum Ferdinandum [Zoubek a Bilenberg], monasterii s. Nicolai ordinis s. Benedicti in civitate Pragensi abbatem, die 8. Martii 1664 missae („Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino all' anno 1664 inclusive. Num. 37“ epistola 98 a) ita scriptae sunt: „Ex postremis ad me Domnis Tuae literis excepi libenter Reginogradecensis ecclesiae negotium absolvi iam facile posse, ex quo iis exequendis, quae circa illius erectionem Emmo ab Harrach .... significata sunt, Te promptum exhibes ∝“. — In literis a [Silvio de Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario ad P. [Petrum Franciscum Orta] Societatis Jesu generalem procuratorem die 14. Martii 1708 datis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97“ fol. 342 b–343 b) verba: „.... E perchè .... V. Revza promise di scrivere nuovamente al P. provinciale dell' istessa provincia [Bohemia intelligitur], acciochè ∝“, in aliis a [Caesare] Brancadoro secretario ad P. [Bonaventuram] Pofiensem, sacrarum missionum ordinis s. Francisci Minorum Reformatorum in Aegypto procuratorem, die 12. Septembris 1797 scriptis („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1797. Num. 274“ fol. [95]) verba: „.... Pertanto V. Pattà si compiacerà ∝“, in literarum a Fran-

In mediis literis ad personas seculares datis secretarius eas eodem modo ac S. Cong° de P. F. ipsa alloquitur et, si earum in literis suis vel codicillis solum mentionem iniicit, iisdem modis, quibus eadem S. Cong° utitur.[732])

cisco Ingoli secretario ad P. Jacobum Ravennatem, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci in Bohemia ministrum provincialem, datarum commentario anno 1637 scripto, quem in annot. 730 tetigimus, verba: „.... però V. Pattà, non portandosi bene, li può ∝", in literis a [Nicolao Lercari] secretario ad [Albericum] Archinto nuntium Poloniae die 12. Julii 1749 missis (v. supra in annot. 729) verba: „.... ha creduto espediente d' impetrare dalla Stà di N. Sre la facoltà al decano di Budissina per la Lusazia Superiore ed all' abbate di Neocella per la Inferiore ∝" leguntur.

[722]) In codicillo a [Nicolao Lercari] secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 26. Julii 1748 scripto („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1748. Num. 172" fol. 72 b—73 b) verba: „.... singolar riconoscenza verso la Mtà dell' imperatore e della imperatrice regina [conf. supra in annot. 714] ∝" et paulo inferius: „per effetto della loro insigne pietà si degnano di far godere ∝" et paulo infra: „non esser mente delle Mtà Loro [conf. ibidem] ∝", in alio a [Petro Aloisio Caraffa] secretario die 12. Januarii [1720] ad secretariam status misso (v. supra in annot. 724) verba: „.... a cui erasi la Mtà Sua obbligata ∝" et inferius: „sol chè S. Mtà [conf. supra, in annot. 714] si risolvesse ∝" et paulo infra: „scrive a questo fine un suo breve al medesimo rè [conf. ibidem] ed altri due simili ne dirige al principe elettorale di Sassonia ed alla principessa sua sposa [conf. supra, in annot. 716], affinchè ∝", et inferius: „insistere per parte di S. Stà presso S. Mtà Cesarea [conf. supra, in annot. 714], perchè ∝", et paulo infra: „le premure della Stà Sua presso il detto rè di Polonia [v. in eadem annot.] sul motivo ∝", in alio a [Silvio de Cavalieri] secretario ad [Antonium] Banchieri, S. Officii assessorem, die 8. Junii 1708 dato (v. supra in annot. 723) verba: „.... colla lettera del rè Augusto [conf. supra, in annot. 714] ∝", in alio a [Mario Marefoschi] secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 4. Maii 1767 scripto („Lett. di Monsr segro dell' anno 1767. Num. 211" fol. 63—63 b) verba: „.... le premure di S. Mtà l' imperatrice regina [conf. supra, in annot. 714] manifestate ∝", in literis a [Mario Alberici] secretario ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 6. Novembris 1660 scriptis („Lettere di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino all' anno 1664 inclusive. Num. 37" epistola 27a) verba: „.... l' istanza di cotesta Mtà per il nuovo vescovato .... a nominatione della Mtà Sua [conf. supra in annot. 714] non aquista ∝" et paulo inferius: „l' accrescimento dell' imperatore [conf. ibidem] avanzarebbe ∝", in codicillo a [Philippo Maria Monti] secretario ad secretariam status die 5. Januarii 1743 dato („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1743. Num. 160" fol. 2—2 b) verba: „.... nella Silesia ceduta dalla regina d' Ungaria al rè di Prussia [conf. annot. 714] i pregiudizi ∝", in literis a [Mario Marefoschi] secretario ad Emanuelem Ernestum [comitem a Waldstein] episcopum Litomericensem die 17. Aprilis 1762 scriptis (v. supra in annot. 727) verba: „.... favore fretum imperatricis reginae [conf. supra in annot. 714] ∝", in alio ab eodem secretario ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli die 4. Decembris 1765 dato (v. supra in annot. 722, 728) verba: „.... alla corte di Vienna [conf. supra in annot. 714] ∝", in alio ab eodem secretario ad P. [Clementem Guignoni Panormitanum] ordinis s. Francisci ministrum generalem die 1. Aprilis 1761 misso („Lett. di Monsre segrio dell' anno 1761. Num. 199" fol. 43—43 b) verba: „.... presso la Porta Ottomana ∝" leguntur. — In literis, quae verbis: „Al sr baron de Simolin, ministro plenipotenziario della corte imperiale di Russia alla dieta di Ratisbona" inscriptae sunt, die 15. Februarii 1772 a [Stephano Borgia] S. Congnis de P. F. secretario Petropolim missis („Lett. di Monsr segretario del 1772. Num. 221" fol. 41 b—42 b) internam allocutionem: „V. Eccza" („.... stimo mio debito di renderne consapevole V. Eccza ∝" — conf. supra in annot. 718) et eius loco pronomen tertiae personae numeri singularis („.... non ho bisogno di ripeter quello che già

Nunc ad literas solius cardinalis praefecti S. Congnis de P. F. nomine scriptas redeamus, quae licet paucae supersint, ostendunt cardinalem praefectum in literis suis exarandis non eundem semper morem, quod ad allocutionem internam pertinet, servasse. Cardinales quidem in mediis literis eodem modo, quem in S. Congnis de P. F. et eius secretarii literis iam animadvertimus (v. supra, pag. CCXCVII et CCCIX), alloqui solebat,[733]) nuntios autem sedis apostolicae alias verbis „V. Sia", quibus S. Cong° de P. F. utebatur, alias verbis „V. Sia Illma", quae eiusdem S. Congnis secretarius adhibebat (v. supra, pag. CCCXII), alloquebatur.[734]) Quod ad morem in

Le esposi nella memoria trasmessale su questo affare ∝") atque praeterea etiam verba: „.... se la corte imperiale non si risolve ∝" et paulo inferius: „.... ciò che rende un vero e maggior servizio alla Sua sovrana [v. supra in annot. 714] ∝" legimus. In codicillo a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario verbis: „Al sr commendator d' Almada, ministro plenipotenziario della real corte di Portogallo" inscripto, cui dies 9. Martii 1770 ascriptus est („Lett. di Monsr segrio del 1770. Num. 217" fol. 33—33 b) simili modo verba: „.... d' aver presenti le premure di V. Eccza [conf. supra in annot. 718] ∝" leguntur. — In alio codicillo ab eodem secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 19. Februarii 1770 misso (v. supra in annot. 722) verba: „.... la lettera del sr conte di Kaunitz [conf. supra in annot. 719] ∝", in alio a [Nicolao Lercari] secretario ad P. [Johannem a Petraffita] Minorum de observantia Reformatorum s. Francisci vicecommissarium generalem die 19. Junii 1736 scripto („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1736. Num. 144" fol. 127—127 b) verba: „.... desiderio del sr barone di Talman, residente cesareo alla Porta Ottomana [conf. supra in annot. 719] ∝", in literarum a Francisco Ingoli, primo S. Congnis de P. F. secretario, ad P. Florium Cremona Mediolanensem ordinis Barnabitarum mittendarum commentario, qui literis ab eodem P. Florio ad eundem secretarium die 9. Februarii 1633 datis („Lettere [orig. riferite] di Germania, Ungaria ∝ 1633. Num. 75" fol. 83—83 b) a tergo est ascriptus, verba: „Ho sentito gusto particolare che il sr duca Valstain [conf. supra in annot. 719] habbia presa la risolutione ∝" et paulo inferius verba: „.... questa providenza di S. Altza [conf. supra in annot. 715] che certo è amirabile ∝" et: „.... per servir a S. Altza ∝" leguntur.

[733]) Literae a [Vincentio Petra] S. Congnis de P. F. cardinali praefecto ad [Camillum] cardinalem Paolucci [Merlini] die 3. Octobris 1744 datae „(Lett. della Sagra Congne dell' anno 1744. Num. 162" fol. 330 b—331) verbis: „E' ben degna di tutta la lode la sollecita cura che V. Emza Si è data ∝" incipiunt. — In codicillo ab eodem cardinali praefecto ad [Joannem Antonium Guadagni] cardinalem vicarium die 4. Augusti 1744 misso („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1744. Num. 162" fol. 255 b—256) verba: „.... così si avanza a raccomandarlo riverentemente a V. Emza, acciò gli faccia godere gli effetti della Sua benignità ∝" leguntur.

[734]) In literis a [Josepho Sacripanti] S. Congnis de P. F. cardinali praefecto ad [Hieronymum Archinto] nuntium Coloniensem die 7. Julii 1714 missis (v. supra in annot. 681) verba: „.... Prego intanto V. Sia Illma di pensare ∝", in aliis a [Josepho Maria Castelli] cardinali praefecto ad [Vitalianum Borromei] nuntium ad aulam imperialem die 16. Februarii 1765 datis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 93—93 b) verba: „Ho ricevuta la notizia che V. Sia Illma Si è compiaciuta darmi ∝", in literis autem a [Palutio Altieri] cardinali praefecto ad [Antonium Pignatelli] nuntium Vindobonensem die 2. Augusti 1670 scriptis („Registro delle lettere dal 1670 della S. Congne. Num. 55" fol. 43 b—44 b) verba: „Per maggior chiarezza di ciò che Le fu scritto ...., giudico molto opportuno di ragguagliare V. Sia di tutta la serie del negotiato ∝" et paulo inferius: „.... Questo stesso potrà V. Sia costì rappresentare ∝" leguntur.

literis ad alius conditionis personas scriptis servatum attinet, quia literarum solius cardinalis praefecti nomine exaratarum numerus ad ceteras valde exiguus est, nil aliud concludi potest.[735]) Modus, quo cardinalis praefectus variarum personarum in mediis literis suis mentionem iniiciebat, idem fere est, quo S. Cong° de P. F. ipsa et eius secretarius uti solebant.[736])

Aeque ac allocutio (tam in primis, quam in mediis literis posita) ne salutatio quidem, quae et in S. Congnis de P. F. et in cardinalis praefecti et secretarii literis (non tamen codicillis) solum in extremis literis legitur, in S. Congnis cardinalisque praefecti literis eadem est ac ea, quam in secretarii literis cernimus, quae res non levis momenti est. Salutatio quidem in omnibus tribus literarum generibus, quae nunc tetigimus, maxime varia est, semper vero personae, ad quam literae dabantur, conditioni dignitatique aut auctoritati apta et congruens esse solebat.[737])

S. Cong° de P. F. atque cardinalis praefectus, cuius nomine ceteroquin in plurimis ipsius S. Congnis literis salutatio scripta intelligitur (v. supra, pag. CCXCV—CCXCVI), in extremis suis literis ad cardinales datis eorum manus humiliter (reverenter) aut humillime deosculantur et nonnunquam etiam modo paucis, modo pluribus verbis servitium suum offerunt aut observantiam suam profitentur.[738])

[735]) A tergo scripti ad S. Congnem de P. F. allati, quod in volumine „Memoriali 1636. Num. 396“ fol. 142 reperitur, literarum ab [Octavio] cardinali Bandini (v. supra in annot. 641) ad Fr. Jacobum Merell, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci missionarium, missarum exemplar transscriptum legitur, cui dies 8. Junii 1629 ascriptus est, verbis: „Molto Revdo Padre“ inscriptum, in quo interna allocutio „V. Revza“ (conf. supra in annot. 712 et 720) legitur.

[736]) In literis a [Josepho Maria Castelli] cardinali praefecto ad [Vitalianum Borromei] nuntium Vindobonensem die 16. Februarii 1765 datis (v. supra in annot. 734) verba: „.... Io poi mela sono intesa col sr cardinal segretario di stato...., onde dall' Emza Sua [conf. supra in annot. 707, 722] riceverà V. Sia Illma [v. supra in annot. 734] l' opportuna direzione ꝛc“ et in iisdem literis etiam verba: „.... pagamento che ha fatto il sr conte di Sporck [conf. supra, in annot. 719 et 732] dei 4 mila fiorini che si dovevano a questa Sag. Congne per legato di Monsr vescovo d' Adrato [conf. in annot. 711 et 728] ꝛc“, in aliis a [Palutio Altieri] cardinali praefecto ad [Antonium Pignatelli] nuntium Viennensem die 2. Augusti 1670 scriptis (v. supra in annot. 734) verba: „.... in nome di S. Mtà Cesarea [v. supra in annot. 714 et 732] ꝛc“ et paulo infra: „.... le provincie ereditarie dell' imperatore [v. ibidem] ꝛc“ et paulo inferius: „.... premure della Mtà dell' imperatore [v. ibidem] ꝛc“, in aliis a [Josepho Sacripanti] cardinali praefecto ad [Hieronymum Archinto] nuntium Coloniensem die 7. Julii 1714 missis (v. supra in annot. 681 et 734) verba: „.... la morte dell' ottimo sr duca [Brunsvigiae] Antonio Ulrico di gloriosa memoria [conf. supra in annot. 716 et 732] ꝛc“ legimus.

[737]) Conf. ea, quae supra in annot. 394 attulimus.

[738]) In S. Congnis de P. F. ad [Petrum] cardinalem Pázmány die 31. Januarii 1632 missis literis („Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ fol. 40—40 b; v. supra

Sedis apostolicae nuntiis, nisi cardinales erant, S. Cong° de P. F. eiusque cardinalis praefectus in literarum salutatione sese nunc paucis, nunc pluribus verbis offerunt et aliquando etiam commendant; raro exoptant, ut Deus nuntio, ad quem scribunt, prosperet.[739]) Hac eadem vel simillima salutatione, ut, dico, Deus eos prosperet, aut

in annot. 709) salutatio: „.... et cum his manus Emtiae Vestrae humillime deosculor“, in aliis ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 21. Februarii 1658 scriptis literis (v. supra in annot. 715) salutatio: „.... Et a V. Emza bacio riverentemente le mani“, in aliis ab ea ad eundem cardinalem die 2. Junii 1654 datis literis („Lett. volgari della S. Congne degli anni 1654 e 1655. Num. 30“ fol. 25 b—27) salutatio: „.... e Le bacio humilmente le mani“, in aliis ab eadem S. Congne ad eundem cardinalem die 18. Martii 1647 missis literis („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1647. Num. 25“ fol. 37 b) salutatio: „.... medesima S. Congne, in nome della quale [conf. supra, annot. 707] e mio Le bacio humilmente le mani“, in aliis ab ea ad [Camillum] cardinalem Paolucci [Merlini] die 4. Julii 1744 scriptis literis („Lett. della S. Congne dell' anno 1744. Num. 162“ fol. 179—179 b) salutatio: „.... ed io Le bacio frattanto umilissimamente le mani“, in aliis ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 21. Novembris 1645 datis literis (v. supra in annot. 714) salutatio: „.... e per fine a V. Emza confermo la mia devota osservanza e Le bacio humilmente le mani“, in aliis ab eadem S. Congne ad eundem cardinalem die 6. Aprilis 1630 missis literis („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10“ fol. 38 b) salutatio: „.... e con quest' occasione raccordandole la mia devota servitù verso la persona Sua, Le bacio humilmente le mani“, in aliis ab ea ad [Ignatium] cardinalem Crivelli die 5. Januarii 1760 scriptis („Lett. della S. Congne dell' anno 1760. Num. 196“ fol. 2) salutatio: „.... e con pieno ossequio Le bacio umilmente le mani“, in aliis ab ea ad [Joannem Philippum] cardinalem a Lamberg episcopum Pataviensem die 23. Maii 1707 datis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1707. Num. 96“ fol. 50 b—51) salutatio: „.... E rinovando in tal congiuntura all' Emza Vostra la professione della mia somma et invariabile devozione et osservazione, Le bacio humilissimamente le mani“ legitur.

[739]) S. Congo de P. F. in literis ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 4. Martii 1675 datis („Registro delle lettere della S. Congne 1675. Num. 64“ fol. 14) salutationem: „.... E mele offro“, in aliis ad [Joannem Antonium Davia] nuntium itidem ad aulam imperialem die 18. Decembris 1703 missis („Lett. della S. Congne e di Monsr segro dell' anno 1703. Num. 92“ fol. 59 b—60) salutationem: „.... mele offro“, in aliis ad eundem nuntium die 20. Januarii 1704 scriptis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1704. Num. 93“ fol. 2 b—3) salutationem: „.... Con che per fine mele offro“, in aliis ad [Fabritium Serbelloni] nuntium ad aulam imperialem die 24. Junii 1752 datis (v. supra in annot. 706) salutationem: „.... e di cuore per fine mele offero“, in aliis ad eundem nuntium die 13. Maii 1752 scriptis (v. supra in annot. 708) salutationem: „.... resto con offerirmele di cuore“, in aliis ad [Eugenium Visconti] nuntium Vindobonensem die 22. Junii 1768 missis (v. supra in annot. 719) salutationem: „.... Con che di vero cuore mele offero“, in aliis ad eundem nuntium die 14. Januarii 1769 datis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1769. Num. 214“ fol. 50—50 b) salutationem: „.... ed io in particolare di cuore mele offro“, in aliis ad [Camillum a Melzi] nuntium Vindobonensem die 17. Decembris 1644 missis (v. supra in annot. 714) salutationem: „.... E per fine mele offero e raccomando“, in aliis ad [Josephum Mariam Sanfelici] nuntium Coloniensem die 19. Augusti 1652 scriptis (v. supra in annot. 716) salutationem: „.... E con tal fine mel' offero e raccomando“, in aliis ad [Scipionem Delci] nuntium Vindobonensem die 1. Aprilis 1653 datis („Lett. volgari della S. Congne degl' anni 1652 e 1653. Num. 29“ fol. 111 b—112 b) salutationem: „.... e con tutto l'animo mele raccomando“, in aliis ad [Carolum Caraffa] nuntium Vindobonensem die 7. Augusti 1660 missis („Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34“ fol. 39) salutationem: „.... et il Signore La prosperi“ adhibuit.

iis felicitatem concedat, S. Cong° in literis ad apostolicae sedis internuntios et ad nuntiorum auditores scriptis utitur.[740]) Episcopos (archiepiscopos) S. Cong° de P. F. in literis italice exaratis utroque modo, quo ad nuntios apostolicos (nisi quod verbo: ‚prosperi' interdum verba: ‚e conservi' addit), quin et illo altero, quo ad internuntios nuntiorumque auditores utitur, salutat,[741]) in literis autem, quae latine sunt scriptae, magis varios salutationis modos adhibet,

[740]) S. Congnis de P. F. literae ad [Marcum Antonium] Santini internuntium Vindobonensem die 28. Martii 1707 datae („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1707. Num. 96" fol. 21 b–22) verbis: „ . . . . Con che prego il Signore, che La prosperi", aliae ad eundem die 5. Octobris 1706 missae („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1706. Num. 95" fol. 99 b–100) verbis: „ . . . . et io tra tanto prego il Signore, che La prosperi", aliae ad [Julianum] Piersanti, nuntiaturae Vindobonensis auditorem, die 14. Junii 1738 missae („Lett. della S. Congne dell' anno 1738. Num. 148" fol. 146) verbis: „ . . . . E Dio nostro Signore La prosperi", aliae ad eundem auditorem eodem die 14. Junii 1738 datae (ibid. fol. 147–148) verbis: „ . . . . E Le auguro per fine da Dio nostro Signore perfette felicità", aliae ad [Hieronymum] Salari, Vindobonensis nuntiaturae auditorem, die 29. Septembris 1764 datae („Lett. della S. Congne dell' anno 1764. Num. 204" fol. 523—524) verbis: „ . . . . prego il Sre Dio, che Le conceda ogni più vera felicità", aliae ad eundem auditorem die 21. Septembris 1765 missae („Lett. della Sagra Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 394—395) verbis: „ . . . . Le auguro dal cielo ogni più vera felicità", aliae ad Josephum Antonium Taruffi, eiusdem nuntiaturae auditorem, die 13. Maii 1775 scriptae verbis: „ . . . . Le prego dal Sre Dio ogni pienezza di felicità", aliae ad [Laurentium] comitem Caleppi, nuntii Vindobonensis auditorem, die 12. Junii 1779 datae (v. supra in annot. 711) verbis: „ . . . . e senza più prego il Sre Iddio, che Le conceda la pienezza delle felicità", aliae ad eundem auditorem die 8. Januarii 1780 missae („Lett. della Sagra Congne dell' anno 1780. Num. 236" fol. 4–4 b) verbis: „ . . . . prego il Sre Dio, che Le conceda ogni più compiuta felicità" finem sumunt.

[741]) In S. Congnis de P. F. literis ad [Joannem Fridericum comitem a Waldstein] archiepiscopum Pragensem die 25. Junii 1675 datis („Registro di lettere della S. Congne 1675. Num. 64" fol. 61 b) salutatio: „ . . . . E mele offro", in aliis ad [Ferdinandum comitem a Khünburg] archiepiscopum Pragensem die 9. Septembris 1720 missis („Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1720 e 1722. Num. 37" fol. 347—348 b) salutatio: „ . . . . E per fine mele offero e raccomando", in aliis ad [Clementem Augustum Bavariae principem] episcopum Monasteriensem ac Paderbornensem die 30. Novembris 1720 scriptis („Lett. della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1720. Num. 109" fol. 482 b–483 b) salutatio: „ . . . . che per fine mele offero e raccomando", in aliis ad Blasium Paoli archiepiscopum Carthaginensem die 8. Decembris 1753 datis (v. supra in extrema annot. 710) salutatio: „ . . . . E Dio nostro Signore La prosperi", in aliis ad eundem die 15. Aprilis 1752 scriptis („Lett. della S. Congne dell' anno 1752. Num. 179" fol. 63 b–64) salutatio: „ . . . . prego il Signore, che La conservi e La prosperi", in aliis ad [Philippum] Bavestrelli episcopum Chiensem die 10. Octobris 1744 missis (v. in extrema annot. 714) salutatio: „ . . . . prego Dio nostro Signore, che La conservi e La prosperi", in aliis ad Leopoldum Schorror, episcopum Helenopolitanum atque apostolicum missionum septentrionalium vicarium, die 21. Martii 1733 datis („Lett. della S. Congne dell' anno 1733. Num. 137" fol. 60 b—61 b) salutatio: „ . . . . prego di cuore S. Divina Mtà, che La conservi e La prosperi", in aliis ad [Philippum] Bavestrelli, quem modo tetigimus, die 2. Maii 1744 scriptis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1744. Num. 162" fol. 107—107 b) salutatio: „ . . . . E Dio nostro Signore La conservi e La prosperi", in aliis ad [Octavium] Ringhieri episcopum Assisiensem die 13. Junii 1744 missis (ibid. fol. 145–145 b) salutatio: „ . . . . E per fine Le prego da Dio nostro Signore vere e compiute felicità" legitur.

nunc iis a Deo cuncta prospera exoptans, nunc iis a Deo (prosperam, diuturnam, summam, perennem) incolumitatem precans, alias Deum orans, ut eos (diu, diutissime, sospites, incolumes) servet (ac tueatur) aut bonis cumulet; raro sese iis etiam offert aut curam suam defert, rarius antiquitus usitata salutatione: ‚valeat' utitur.[742])

[742]) In literis ad [Emericum Lósy] archiepiscopum Strigoniensem die 10. Aprilis 1638 scriptis (v. supra in annot. 703) S. Cong° de P. F. salutationem: „ . . . . a quo [Christo Domino] cuncta prospera Amplni Tuae exoptamus", in aliis ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] archiepiscopum Pragensem die 5. Septembris 1672 datis (v. supra in annot. 710, 714) salutationem: „ . . . . Dominum comprecor, ut Tibi prospera cuncta elargiatur", in aliis ad [Antonium Petrum comitem Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 11. Julii 1767 missis („Lett. della S. Congne dell' anno 1767. Num. 210" fol. 205 b—206) salutationem: „ . . . . Atque interim Deum precor, ut Amplni Tuae diuturnam ac prosperam vitae incolumitatem largiatur", in aliis ad [Ferdinandum comitem a Khünburg] archiepiscopum Pragensem die 27. Augusti 1714 scriptis („Lett. della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1714. Num. 103" fol. 225 b—226 b) salutationem: „ . . . . Eidemque [Amplni Tuae] summam a Deo incolumitatem enixe precor", in aliis ad [Henricum V. a Knoeringen] episcopum Augustanum die 31. Januarii 1632 datis (v. supra in media annot. 710) salutationem: „ . . . . Amplnem Tuam Illmam Deus O. M. diu servet", in aliis ad [Thobiam Joannem Becker] episcopum Reginohradecensem die 20. Januarii 1704 missis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1704. Num. 93" fol. 3—3 b) salutationem: „ . . . . Et Amplnem Tuam Deus incolumem diu servet", in aliis ad Philippum [II.] Gotthardum [a Schaffgotsch] episcopum Vratislaviensem die 10. Augusti 1765 scriptis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 334—334 b) salutationem: „ . . . . Deum precor, ut Illam [Amplnem Tuam] diu sospitet", in aliis ad [Antonium Petrum comitem Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 25. Mai 1765 factis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 334–334 b) salutationem: „ . . . . Deum precor, ut Illam [Amplnem Tuam] diu sospitet", in aliis ad [Antonium Petrum Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 25. Maii 1765 factis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 239—240) salutationem: „ . . . . Atque interim Deum precor, ut Amplnem Tuam diutissime servet", in aliis ad Joannem Guilielmum de Twickel, episcopum Arethusanum apostolicumque missionum septentrionalium vicarium, die 7. Junii 1749 datis („Lett. della S. Congne dell' anno 1749. Num. 173" fol. 109—110) salutationem: „ . . . . et Te Deus incolumem diutissime servet", in aliis ad Joannem Andream Kayser [a Kaysern, episcopum Themiscyrensem] suffraganeum Pragensem die 30. Maii 1761 missis („Lett. della S. Congne dell' anno 1761. Num. 198" fol. 160—160 b) salutationem: „ . . . . His tantum reliquum est, ut Deum deprecer, ut Amplnem Tuam incolumem quam diutissime servet", in aliis ad [Antonium Petrum comitem Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 21. Septembris 1765 factis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 393—394) salutationem: „ . . . . Atque interim Deum oro, ut Amplnem Tuam diutissime servet ac tueatur", in aliis ad Augustinum Chevers, episcopum Midensem in Hibernia, die 14. Maii 1774 scriptis („Lett. della S. Congne dell' anno 1774. Num. 224" fol. 253 b—254) salutationem: „ . . . . Deum precor, ut Eam [Amplnem Tuam] sospitem diutissime servet", in aliis ad [Antonium Petrum Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 23. Martii 1765 datis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 155 b–156 b) salutationem: „ . . . . atque hic Deum oro, ut Amplnem Tuam diutissime incolumem praestet ac tueatur", in aliis ad [Mauritium Gustavum comitem a Manderscheid] archiepiscopum Pragensem die 2. Maii 1758 missis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1758. Num. 192" fol. 157 b–158) salutationem: „ . . . . Interim Deum precor, qui Amplnem Tuam coelestibus cumulet benedictionibus ac donis diuque incolumem servet", in aliis ad [Antonium P. Příchovský] archiepiscopum Pragensem die 23. Septembris 1775 factis (v. supra in annot. 710) salutationem: „ . . . . cui [Amplni Vestrae] me plane addictum offerens, perennem a Deo precor incolumitatem", in aliis ad Franciscum Egonem a Fürstenberg, episcopum Hildesiensem ac Paderbornensem,

Modis simillimis S. Cong° de P. F. in extremis suis literis seculares praelatos ecclesiasticos, episcopali tamen dignitate non praeditos, salutare solet, quibus autem sese non offert.[743]) Canonicis S. Cong° de P. F. in extremis literis suis bona (prospera) laetaque omnia modo tamen alio ac episcopis vel praelatis optat (auspicatur) aut precatur.[744]) Sacerdotibus secularibus S. Cong° in extremis literis latine exaratis prospera (fausta) omnia precatur aut incolumitatem iis a Deo

die 20. Julii 1793 scriptis salutationem, quam supra in annot. 710 attulimus: „. . . . Ego vero omnem curam operamque meam Tibi polliceor ac defero", in aliis ad Sebastianum [Müller] episcopi Augustani suffraganeum die 29. Novembris 1631 datis (v. supra in annot. 710 et 711) salutationem: „Valeat etc." adhibuit.

[743]) In S. Congnis de P. F. literis, quae verbis: „domino decano canonicorum Olomucensium" inscriptae sunt (v. supra in annot. 705 et 712), salutatio: „. . . . Et cum his Domni Tuae cuncta bona a Christo Domino precor", in aliis ad Matthaeum Josephum Witzk, decanum Budissinensem atque per utramque Lusatiam administratorem ecclesiasticum, die 16. Maii 1708 missis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97" fol. 136 b—137 b) salutatio: „. . . . Ego autem Amplni Tuae summam incolumitatem a Deo enixe precor", in aliis ad Jacobum Joannem Josephum de Baerenstamm decanum Budissinensem die 12. Julii 1749 datis (v. supra in annot. 712) salutatio: „. . . . Interim Tibi a Deo diuturnam apprecor incolumitatem", in aliis ad episcopatus Vratislaviensis officialem die 28. Septembris 1723 scriptis (v. supra in annot. 716) salutatio: „. . . . Et Te Deus quam diutissime servet incolumem", in aliis ad apostolicos in Poloniae regno visitatores, quorum alter officialis Cracoviensis, alter abbas Peplinensis erat, die 26. Aprilis 1636 factis (v. supra in annot. 714) salutatio: „. . . . Valete", in aliis, quae verbis: „A Monsr Filippo Monti, Bologna" inscriptae sunt, et quibus dies 9. Novembris 1709 ascriptus est („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1709. Num. 98" fol. 155) salutatio: „. . . . Et intanto prego il Signore, che La prosperi" legitur.

[744]) In literis ad Joannem Andream Kayser canonicum Pragensem die 4. Aprilis 1761 missis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1761. Num. 198" fol. 103—103 b) salutationem: „. . . . reliquum est, ut Domni Tuae a Deo O. M. cuncta prospera auspicer", in aliis ad Matthaeum Josephum Peterka, canonicum curatum generalemque vicarium Eltenbergensem, die 31. Martii 1764 datis („Lett. della S. Congne dell' anno 1764. Num. 204" fol. 199 b—200) salutationem: „. . . . e frattanto nostro Signore Le conceda ogni contento", in aliis ad eundem die 22. Decembris 1759 scriptis („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1759. Num. 194" fol. 522—522 b) salutationem: „. . . . mentre non altro occorrendomi, Le prego dal cielo larga copia di prosperità", in aliis ad eundem die 13. Decembris 1749 factis („Lett. della S. Congne dell' anno 1749. Num. 173" fol. 253—253 b) salutationem: „. . . . Ed intanto prego il Sre Dio, che La feliciti", in aliis ad Christianum Fiebiger canonicum Budissinensem die 22. Januarii 1735 factis („Lett. della S. Congne dell' anno 1735. Num. 141" fol. 12) salutationem: „. . . . Le auguro compite felicità", in aliis ad Joannem Christianum Paldamus, canonicum itidem Budissinensem, die 1. Martii 1732 missis („Lett. della S. Congne dell'anno 1732. Num. 135" fol. 53) salutationem: „. . . . Le auguro dalla Divina Mtà Sua le più perfette e copiose prosperità", in aliis ad Joannem Georgium Peterka canonicum Essensem die 9. Februarii 1732 datis (ibid. fol. 38—38 b) salutationem: „. . . . e Le auguro da Dio nostro Signore le più vere prosperità", in aliis ad Matthaeum [Josephum] Peterka, canonicum curatum Eltensem, die 19. Aprilis 1732 scriptis (ibid. fol. 97 b—98) salutationem: „. . . . Le prego pertanto da Dio nostro Signore gl' effetti più propizj della sua divina assistenza e Le auguro compite e vere felicità", in aliis ad canonicum Joannem Christianum Paldamus die 25. Februarii 1709 factis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell'anno 1709. Num. 98" fol. 20—20 b) salutationem: „. . . . Con che io prego a V. Sia dal cielo ogni maggior contento" S. Cong° de P. F. posuit.

exoptat aut eos solo verbo ‚vale' salutat;[745]) in literis lingua vulgari scriptis perfectam (et veram) felicitatem aut laeta omnia (‚ogni maggior contento') apprecatur, sed nonnunquam (temporibus tamen posterioribus) sese iis — perinde ac apostolicae sedis nuntiis et episcopis — offert, raro etiam se eorum precationibus commendat.[746]) Hocce, in literis ad sacerdotes seculares rariore, salutationis modo S. Cong° aut solo aut variis additamentis, quibus fausta (felicia, prospera etc.) omnia vel incolumitatem iis, ad quos literas dat, precatur, aucto saepissime in literis ad regulares scriptis utitur, sive eminentioris (v. gr. ordinum religiosorum generales, monasteriorum abbates, ministri provinciales, missionum praefecti) sive inferioris conditionis sunt;[747]) at, quod iam toties animadvertimus, etiam hoc loco repe-

[745]) S. Congnis de P. F. literae ad P. Georgium Josephum Schimon [sacerdotem Lusatam] die 1. Septembris 1704 Pragam missae („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1704. Num. 93" fol. 40 b) verbis: „. . . . Interea ego Domni Tuae prospera omnia precor", aliae ad P. Venceslaum Otik die 15. Septembris 1668 datae („Lett. circa la Germania ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49" epistola 84a) salutatione: „. . . . fausta quaeque a Domino et prospera apprecor", aliae ad eundem sacerdotem die 22. Septembris 1668 scriptae (ibid., epistola 85a) verbis: „. . . . et Deus Te incolumem servet", aliae ad P. Joannem Steinson die 14. Maii 1667 factae (ibid., epistola 63a) salutatione: „. . . . Et vale" finem capiunt.

[771]) S. Congnis de P. F. literis collegium pontificium Olomucense spectantibus et ad P. [Joannem Paulum Oliva] Soc. Jesu ministrum generalem datis (v. supra in annot. 712) dies 30. Maii 1672 est ascriptus, quo negotium illud in generali congregatione pertractatum est („Acta S. Congnis de P. F. anno 1672“ fol. 134b—135b); in hacce congregatione S. Congo decrevit: „Secretarius [Fridericus Ubaldi Baldeschi] facto verbo cum Smo [Clemente X.] dissertis literis alloquatur P. generalem Soc. Jesu, ut mandet rectori collegii Olomucensis aliisque rectoribus ∞“, at secretarius, quem diximus, demum die 20. Julii 1672 audientiam cum Smo, in qua de negotio illo retulit, habuit („Audienze di N. Sre ∞. Num. 1“ fol. 140b), et P. Joannes Paulus Oliva, generalis Soc. Jesu minister, qui ad S. Congnis de P. F. literas eodem die, quo ei afferebantur, rescribere solebat, responsioni suae, quam non secretario, sed ipsi S. Congni de P. F. dedit („Scritture riferite nei congressi: conti del collegio Olmucense ∞. Num. 1“ fol. 395) diem verbis: „Dal Giesù 20 Giugno 1672“ ascripsit. Licet igitur appareat aut audientiae, quam diximus, aut hisce ministri generalis literis diem perperam esse ascriptum, tamen manifestum est dictis S. Congnis de P. F. literis diem 30. Maii 1672 (quo audientia cum Smo non est habita, sed aut die 20. Julii, quem „Audientiarum“ volumen primum indicat, aut die 20. Junii 1672, quo minister generalis respondit) ascribi non debuisse. — De precibus [Friderici Ignatii Reintsch] parochi Schluckenaviensis et de salis datio in regno Bohemiae S. Congo de P. F. in generali congregatione die 17. Decembris 1714 peracta verbis: „.... in reliquis ad Emmum [Hannibalem] Albanum, qui dignetur exarare minutam scribendam domino nuntio [Vindobonensi] iuxta eius votum in congregatione prolatum“ (v. in annot. 681) decrevit; quamquam [Silvius de Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretarius ad [Hannibalem] cardinalem Albani demum die 19. Decembris 1714 scripsit, ut literarum ad nuntium dandarum commentarium conscribi et ad S. Congnis de P. F. cancellariam mitti iuberet (v. supra in annot. 681), tamen literis ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem a S. Congne de P. F. de utroque negotio datis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1714. Num. 103“ fol. 343—343b) dies 17. Decembris 1714, quo congregatio illa habita est, ascriptus est.

[772]) In literarum a S. Congne de P. F. ad P. Castulum Kleinmond, ordinis s. Dominici missionarium, die 10. Martii 1787 factarum („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1787. Num. 250“ fol. 136b—137) calce verba: „Duplicata li 7 Luglio 1787“ leguntur. Literis vero ad P. Carolum Mariam Januensem, sacrarum missionum Bornensium in Tripolitana provincia praefectum, a S. Congne missis, quae in volumine „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1710. Num. 99“ (fol. 105—105b) reperiuntur, et verbis iisdem ac aliae die 17. Martii 1710 ab eadem S. Congne ad eundem praefectum datae (ibid. fol. 30—30b) scriptae sunt, solus dies 28. Julii 1710 est ascriptus. — In literarum (originalium) a [Julio] cardinali Spinola, qui status temporalis S. Congnis de P. F. praefectus erat, ad [Joannem Fridericum comitem a Waldstein] archiepiscopum Pragensem missarum, quibus dies verbis: „Roma li 6 Luglio 1689“ ascriptus est (orig. archivii archiepiscopatus Pragensis: „Cassa salis“ fascic. I.), fronte verbum (abbreviatum): „Dupp[licata] legitur, et in iisdem literis extremis post diem 6. Julii 1689 iis ascriptum et post verba: „Di V. Sia Illma“ pagella extrema his verbis scripta est: „Non essendosi vista la risposta (che forse potrebbe essere stata qui smarrita con occasione, ch' io mi ristrinsi nel conclave) e venendom' incaricato dal regnante pontefice Alessandro VIIIo le medesime diligenze, rinovo le mie preghiere à V. Sia Illma e nell' istesso tempo me Le ratifico questo dì 26 Novembre 1689 || servitore vero || il cardinale Spinola“,

Non omnes literas, quibus alicuius congregationis generalis celebratae dies ascriptus est, S. Cong° de P. F. in illa congregatione exarari iussit, sed nonnullae ex iis e congressu cardinalis praefecti cum secretario eodem die ante congregationem generalem, ut moris erat, peracto exierunt; id praecipue de iis dictum esse puta, quae ad negotium pertinent, quod aut acta generalis congregationis, cuius dies iis ascriptus est, non attingunt, aut quod in congressu eodem die, quo generalis congregatio, habito expeditum esse ea ostendunt, quae literis S. Cong^ni de P. F. allatis, idem negotium spectantibus, a tergo (aliove loco) in eiusdem S. Cong^nis cancellaria sunt scripto addita (v. supra pag. CCLXXV).[773]) Et quia in singulis cardinalis praefecti (antiquiorisve) cum secretario congressibus plura negotia expediri solebant, pluribus literis unus atque idem (congressus dico celebrati) dies ascribi poterat, nisi illis et illis dies, quo revera exaratae sunt, est ascriptus.[774]) Ipsa vero literarum in congressu scribi iussarum verba saepe lectorem in errorem inducere possunt, quia literis huiusmodi literarum a S. Cong^ne de P. F. in aliqua congregatione decretarum speciem interdum praebent.[775])

quae, dum modum, quo in S. Cong^ne de P. F. originales literae iteratae notabantur, et quo iis alter dies ascribebatur, demonstrat, simul causam, ob quam literae illae iteratae sunt, continet atque indicat.

[773]) In volumie ex. gr. „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1703. Num. 92" fol. 25b—26 S. Cong^nis de P. F. literae ad [Joannem Antonium Davia] nuntium Vindobonensem die 11. Junii 1703, quo generalis congregatio peracta est („Acta S. Cong^nis de P. F. de anno 1703" fol. 127 sqq.), leguntur ad negotium pertinentes, quod congregatio illa non tractavit. — In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1714. Num. 103" fol. 311 S. Cong^nis eiusdem literae ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem missae reperiuntur, quibus dies 12. Novembris 1714 ascriptus est, quo congregatio generalis quidem celebrata est („Acta S. Cong^nis de P. F. de anno 1714" fol. 643 sqq.), sed negotium, ad quod literae spectant, non attigit; praeterea libellus supplex Othmari, abbatis monasterii Břevnoviensis ordinis s. Benedicti, nomine S. Cong^ni de P. F. porrectus, quem hae S. Cong^nis de P. F. literae spectant, in volumine literarum, de quibus in congressu relatum est („Scritture riferite nei congressi: Germania ∝. Num. 4" fol. 230 — v. supra in extrema annot. 661), collocatus est.

[774]) In volumine literarum missarum verbis: „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1710. Num. 99" inscripto binae S. Cong^nis de P. F. literae die 19. Aprilis 1710, quo congregatio generalis peracta non est, ad [Christianum Augustum] cardinalem Saxoniae alterae (fol. 43), alterae ad [Franciscum Ferdinandum a Rummel] episcopum Vindobonensem (fol. 43—43 b) datae leguntur, ad unum atque idem negotium pertinentes; eas non in congregatione, sed in congressu scribi esse iussas literarum ad cardinalem, quem diximus, scriptarum verba: „Il gentilissimo foglio, con cui l' Em^za Vostra Si degna di raccommandare a questa S. Cong^ne l' affare delli s^ri canonici del Santo sepolcro in Praga, sarà da me in prima congiuntura riferito a questi miei Em^mi signori ∝" attestantur.

[775]) In literis v. gr. ad [Georgium Spinola] nuntium ad aulam imperialem die 12. Novembris 1714 missis (v. supra in annot. 773) verba: .... Sopra di che questi Em^mi miei signori [v. supra, pag. CCXCV], prima di prendere alcuna risoluzione, desiderano

Si binis literis idem negotium spectantibus duo varii (propiores) dies ascripti sunt, aut alteras in congregatione aliqua, alteras in propinquo congressu (praesertim ante illam congregationem habito) scribi esse iussas, aut solum unas ex iis revera illo die, quo congregatio est peracta, missas esse credere fas est; contra fieri poterat, ut unis (praesertim duplicibus) literis duo varii dies ascriberentur, si v. gr. pagellae extremae iis additae alius ac literis ipsis dies ascriptus est.[776])

Diem, quem nonnullis S. Cong^nis de P. F. literis ascriptum hodie cernimus, certo non illum esse, quo exaratae aut missae sunt, interdum facile confirmari potest, praesertim, si aliae (praecipue secretarii) literae tempus, quo illae literae perscribebantur aut mittebantur, indicant, aut si aliunde (ex. gr. e decreto in congregatione sive ge-

d' essere da V. Si^a pienamente informati sopra l' esposto ∝", in aliis ad [Joannem Antonium Davia] nuntium itidem Vindobonensem die 11. Junii 1703 datis (v. supra in annot. 773) verba: „.... In ordine a che questi Em^mi miei signori, prima di determinar cosa alcuna, desiderano d' essere da V. Si^a distintamente informati sopra l'esposto ∝", in literis, per quas S. Cong° ad literas status (v. supra, pag. CXXXIX et annot. 369) P. Gabrielis, abbatis monasterii s. Mariae Novocellensis, die 1. Aprilis 1764 scriptas, in volumine literarum in generali congregatione non relatarum („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 205) collocatas, quibus a tergo praeter intitulationem („Lusazia, Neocella, Sassonia") solum dies iis ascriptus („1. Aprile 1764") et verba: „R[isposto] 2 Giugno 1764" (v. supra, pag. CCLXXV) in S. Cong^nis cancellaria sunt addita, die 2. Junii 1764 rescribebat, verba: „Ex literis Pat^tis Tuae Em^mi Patres intellexerunt ∝" („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1764. Num. 204" fol. 318—318b) leguntur.

[776]) In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1710. Num. 99" duo a [Silvio de Cavalieri] S. Cong^nis de P. F. secretario ad P. [Antonium a Monte Bufo] ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum vicecommissarium generalem dati codicilli leguntur, quorum alteri (fol. 308—308b) dies 4. [Septembris 1710], alteri (fol. 314) dies 15. Septembris [1710] est ascriptus; hocce die 15. Septembris 1710 congregatio generalis peracta est, quae de negotio, quod uterque codicillus spectat, decrevit („Acta S. Cong^nis de P. F. anno 1710" fol. 399—399b); primus codicillus, si revera missus est, in congressu cardinalis praefecti cum secretario scribi iussus est. Verba: „Mons^re segretario riverisce devotamente V. Pat^tà Rev^ma e Le fa sapere esser mente di questa S. Cong^ne, ch' Ella richiami ∝", quae in hocce codicillo (fol. 308) leguntur, verbis: „Mons^re segretario riverisce divotamente V. Pat^tà Rev^ma e Li [!] fa sapere avere questa S. Cong^ne per giusti motivi ordinato ∝", quae in codicillo altero in generali congregatione decreto (fol. 314) reperiuntur, sunt simillima (conf. annot. 775). — Literis (iteratis) a [Julio] cardinali Spinola, super statu temporali S. Cong^nis de P. F. praefecto, ad [Joannem Fridericum comitem a Waldstein] archiepiscopum Pragensem die 6. Julii 1689 datis (orig. archivii archiepiscop. Pragen.: „cassa salis" fascic. I.), quibus dies verbis: „Roma li 6 Luglio 1689" est ascriptus, et quae verbis: „Di V. Si^a Illma" finem capiunt, sub his verbis pagella extrema est addita, quam supra in extrema annotatione 772 attulimus, et quae verbis: „e nell' istesso tempo mele ratifico questo di 26 Novembre 1689", finem sumit, unde factum est, ut unae literae duos varios dies gerant ascriptos. Diem „26 Novembre 1689" huicce pagellae extremae non statim ac scripta est, sed post aliquanto esse scripto adiectum scriptura ipsa manifeste ostendit (conf. infra, annot. 777).

nerali sive particulari vel ex audientia S^mi^) patet S. Cong^nis^ literas eodem die, quo v. gr. congregatio habita est, si iis ascriptus est, ne perscribi quidem potuisse; quod interdum etiam ipsa originalium literarum scriptura ostendit.[777]) Ceterum consuetudo, ut literis alius

[777]) In generali congregatione die 10. Novembris 1671 peracta S. Cong^o^ de P. F. de religionis catholicae in Lusatia conditione tractavit („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1671" fol. 357b—362), de quo negotio [Fridericus Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis^ de P. F. secretarius tam ad Rev^mum^ [Dominicum] Giannuzzi, quam ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 14. Novembris 1671, qui Saturni dies, quo cursores ordinarii Roma abibant, erat, literas („Lett. di Monsr secret^o^ del 1671. Num. 58" fol. 172, 173b) dedit, at, licet in primis literis verba: „.... La Cong^ne^ .... ordinò, che si scrivesse a Mons^re^ [nuntius Vindobonensis intelligitur] d' opporsi, di che sene scriverà nel futuro ordinario [id est die 21. Novembris 1671] ꝛc" et in alteris verba: „.... Pel futuro ordinario scriverà a V. S^ia^ Illma questa S. Cong^ne^ ꝛc" legantur, tamen in his S. Cong^nis^ de P. F. literis ad nuntium, quem diximus, missis („Lett. della S. Cong^ne^ 1671. Num. 57" fol. 125b) diem 10. Novembris 1671 ascriptum videmus. — De modo, quem Marius [Alberici] archiepiscopus Neocaesareae et nuntius Vindobonensis per literas die 12. Julii 1671 datas („Scritture riferite nelle cong^ni^ 13 Luglio, 3 Agosto, 31 Agosto anno 1671. Num. 429": „cong^ne^ 3 Agosto num^o^ 19") praedicantibus haereticis convertendis idoneum S. Cong^ni^ de P. F. commendabat, haec S. Cong^o^ in congregatione generali die 3. Augusti 1671 habita tractavit („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1671" fol. 252b—253b) decrevitque, ut „interim scribatur nuntio Germaniae, ut exprimendo casus particulares informet una cum eius voto", de quo decreto [Fridericus Ubaldi Baldeschi] eiusdem S. Cong^nis^ secretarius nuntium certiorem fecit verbis: „.... La risolutione fù, che si scrivesse a V. S^ia^ Illma, come si farà col venturo [ordinario] di dare all' occasioni nota de sacerdoti che douranno stipendiarsi ꝛc," quae in literis ab eo ad nuntium, quem diximus, die 8. Augusti 1671, qui Saturni dies erat, missis („Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58" fol. 123—124) leguntur; licet igitur nobis persuadere possimus S. Cong^nis^ literas ad eundem nuntium die 8. Augusti 1671 nondum scriptas et demum die 15. Augusti 1671 cursori ordinario traditas esse, tamen in literis his diem ascriptum 3. Augusti 1671, quo generalis congregatio peracta est, legimus („Lett. della S. Cong^ne^ 1671. Num. 57" fol. 84). — De catholicorum Wittgenaviensium libello S. Cong^ni^ de P. F. dato, ut iis confraternitatem s. rosarii constituere liceret, S. Cong^o^ in generali congregatione die 15. Junii 1671 peracta quidem tractavit („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1671" fol. 166b sqq.) sed, ut de negotio illo ad summum pontificem [Clementem X.] referretur, opus erat; licet autem audientia S^mi^, cuius decretum verbis: „S^mus^ annuit et pro expeditione secretarius cum ministro generali ordinis Praedicatorum" conscriptum in volumine „Audienze di N. S^re^ dall' anno 1666 al 1679. Num. 1" fol. 121) legitur, demum die 27. Julii 1671 habita sit, tamen S. Cong^nis^ literae negotium illud attingentes („Lett. della S. Cong^ne^ 1671. Num. 57" fol. 55) ad generalem ordinis s. Dominici scriptae diem 15. Junii 1671 ascriptum gerunt. De hocce negotio, quod ante diem 27. Julii 1671, quem diximus, absolvi non potuit, S. Cong^o^ de P. F. ad [Marium Alberici] nuntium et ad decanum et capitulum Budissinense literas dedit („Lett. della S. Cong^ne^ 1671. Num. 57" fol. 72 et 74), quibus dies 13. Julii 1671 est ascriptus, quo alia congregatio generalis peracta est („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1671" fol. 199 sqq.), quae autem negotium illud non attigit; quo non obstante, quia congregatio haecce audientiae S^mi^, quam die 27. Julii 1671 habitam esse paulo superius diximus, tempore proxima erat, diem, quo celebrata est, binis illis literis ascripserunt. — S. Cong^nis^ de P. F. literis originalibus ad P. Basilium Belgam Capucinum scriptis (archiv. archiepiscopale Pragense: „universitas Carolo Ferdinandea" fascic. IV.), quarum exemplar transscriptum in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10" fol. 64b legitur, dies: „Roma 22 Giugno 1630" eodem tempore, quo literae ipsae scribebantur, ascriptus manifeste cernitur, literis vero ab eadem S. Cong^ne^ ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missis (orig. archivii

dies quam ille, quo reapse conficiebantur aut mittebantur, ascriberetur, non soli S. Cong^ni^ de P. F. proprius, sed variis curiae Romanae aliarumque cardinalitiarum congregationum cancellariis communis erat.[778])

Fiebat etiam, ut ipsa S. Cong^o^ de P. F. decerneret, ut illis et illis literis alius ac ille, quo reapse aut exarabantur aut mittebantur, dies ascriberetur, sed non omne praeceptum huiusmodi revera a cancellariae ministris curatum est.[779])

Diem literis ascriptum aliquando pagella extrema subsequitur, quae aut iam ipsi literarum commentario addita est, aut ibi deest, si demum illo temporis momento, quo literis nomen subscribebatur, iis est apposita; si hocce evenit, pagella extrema alia manu ac literae ipsae scripta esse potest; si literarum commentarius eam iam continebat, plerumque eadem manu ac literae ipsae scripta cernitur. Ante pagellam extremam etiam in S. Cong^nis^ de P. F. literis (perinde ac in literis ei allatis — v. supra, pag. CLXVII — animad-

archiepisc. Pragensis: „univ. Car.-Ferd." fascic. II), quarum exemplar transscriptum in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ degli anni 1654 e 1655. Num. 30" fol. 25b sq. legitur, dies: „Di Roma li 2 Giugno 1654" ita ascriptus est, ut manifeste appareat verba: „Di Roma" una cum literis, verba autem „li 2 Giugno 1654" post aliquanto esse scripta. V. supra in extrema annot. 776.

[778]) Diem ex. gr. pontificiis literis communibus (bullis in forma gratiosa, bullis in forma commissaria, bullis in forma dignum, bullis in forma rationi congruit) in cancellaria apostolica ascriptum non illum esse, quo literae aut perscribebantur aut petentibus tradebantur aut ad eos mittebantur, J. F. Novák (Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia, tom. II. pag. IX—XV) ostendit. — Conf. etiam H. Breslau, Handbuch der Urkundenlehre für Deutschland und Italien, tom. I. Lipsiae 1889 pag. 866—872.

[779]) In congregatione particulari „super negotiis Bohemiae" die 23. Januarii 1641 habita („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1640 e 1641" fol. 256—257) S. Cong^o^ de P. F. „1° censuit informandum esse nuntium caesareum de iustitia causae huismodi cum instructione sufficienti ...., 2° censuit scribendum esse ad praefatum dominum cardinalem de Harrach ꝛc"; in proxima congregatione particulari „super negotiis seminarii archiepiscopalis Pragensis" demum die 10. Junii 1641 celebrata („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1640 e 1641" fol. 359—360) utrarumque literarum in illa antiquiore congregatione particulari ad [Gasparum Mattei] nuntium et ad cardinalem, quem diximus, scribi iussarum commentarii revera recitati sunt, quod „Acta" (l. c. fol. 360) verbis: „et referente Em^mo^ domino [Bernardino] cardinali Spada minutam literarum ad dominum cardinalem de Harrach et nuntium caesareum cum instructione pro praedicti seminarii defensione mittendarum, S. Cong^o^ primo illas emendavit" comprobant; verba: „easque sic emendatas cum praefata instructione expediri iussit sub anteriori data et ad praedictos dominum cardinalem de Harrach et nuntium transmitti ꝛc," quae in hocce decreto subsequuntur, S. Cong^nis^ de P. F. mentem, quam supra tetigimus (ut, dico, literis antiquior dies ascriberetur) manifeste quidem demonstrant, at ipsis illis S. Cong^nis^ de P. F. literis ad cardinalem et nuntium, quos diximus, missis non dies anterior, qui ad congregationem die 23. Januarii 1641 peractam pertineret, sed posterior, dies dico 20. Junii 1641, qui ad congregationem die 10. Junii celebratam pertinet, ascriptus est. — Quod ad consuetudinem, ut literis dies anterior ascribatur, attinet, conf. H. Breslau l. c. pag. 872—873.

vertimus) literae aut „P. S.“ aut „D. S. [= doposcritto]“ poni solebant.[780]) Locum, quo pagella extrema S. Cong^nis de P. F. vel eius secretarii literis apponebatur, modumque, quo cum iis coniungebatur, indicare editori difficile est, quia in literarum missarum voluminibus literae integrae non continentur.[781])

Diem, quem S. Cong^nis de P. F. literis primum abbreviatores,

[780]) S. Cong^nis de P. F. literis ad P. Victorem Giobbato die 27. Januarii 1721 datis (v. supra in annot. 746) pagella extrema: „P. S. Devo significarle, che per risolversi il preaccennato dubbio che riguarda il P. Gelasio Cappuccino [P. Gelasius Coliniensis intelligitur], è onninamente necessario, che si trasmettano quà per extensum le ragioni che egli stima d' havere per provare la nullità della sua professione“, aliis ad P. Matthaeum Petercka die 19. Aprilis 1732 missis (v. supra in annot. 744) pagella extrema: „D. S. Riceverà qui annessa la proroga della licenza per leggere i libri proibiti per un altro quinquennio, non essendosi potuta avere per maggior tempo, per non uscire dal solito stile del S. Offizio“ addita est. — Literis originalibus ab [Aloisio] cardinali Capponi ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 22. Februarii 1648 datis, quae in archivio archiepiscopali Pragensi („Cassa salis“) reperiuntur, post verba: „Di V. Em^za Rev^ma“, quae Cong^nis de P. F. cancellariae minister, perinde ac literas ipsas scripsit, Aloisius cardinalis Capponi, qui S. Cong^nis de P. F. tunc antiquior cardinalis erat, s u a manu pagellam extremam: „Sono stati approvati i conti, e lodato, come conviene, il ministerio nella congregazione innanzi alla St^à di N. S^re, e quanto prima si manderà il saldo. La supplico a comandarmi e tenermi per suo humilissimo, affettionatissimo servitore“ addidit nomenque: „il cardinal Capponi“ subscripsit.

[781]) Verbis, quae salutationem extremam cum nomine literis subscripto coniungebant (v. supra, pag. CLV—CLVIII, CLXV), addita esse videtur pagella extrema: „P. S. A c u i [conf. supra, annot. 440] aggiungo, che non havendo la medesima S. Cong^ne stimato bene di condescendere alle Sue istanze $\varkappa$“, quae S. Cong^nis literis ad P. Joannem Georgium Peterka die 31. Januarii 1718 scriptis („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segretario dell' anno 1718. Num. 107“ fol. 13—13b) est apposita. — Certo autem cum verbis: „Di V. S^ia $\varkappa$“, quae tamen in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1628. Num. 7“ fol. 167, ubi literarum exemplar transscriptum legitur, omissa sunt, coniuncta est pagella extrema literis a S. Cong^ne de P. F. ad [Franciscum] cardinalem a Dietrichstein die 2. Octobris 1628 datis apposita, quae verbis: „a l l a q u a l e aggiongo, che della dispensa $\varkappa$“ incipit. — Quod ad locum attinet, literis a Hieronymo Casanate, S. Cong^nis de P. F. secretario, ad [Armandum] Ricci subdatarium missis (v. supra in annot. 725) pagella extrema sic est apposita: „ . . . . e Le bacio riverentemente le mani. || Dal palazzo de Propaganda Fide 27 Aprile 1667. || Di. V. S^ia Illma e Rev^ma || Devo soggiungere a V. S^ia Illma, che havendo parlato i giorni a dietro all' Em^mo s^r cardinale Chigi mio signore sopra questo affare, si degnò S. Em^za di commandarmi, che dassi il memoriale à V. S^ia Illma, acciochè nele parlasse, come fo con questa || dev^mo et oblig^mo servitore || Girolamo Casanate“. — In originalibus literis ab [Aloisio] cardinali Capponi ad [Ernestum Adalb.] cardinalem ab Harrach die 22. Februarii 1648 datis, quae in archiepiscopali archivio Pragensi („Cassa salis“ fascic. II) asservantur, pagellam extremam: „Sono stati approvati i conti, e lodato, come conviene, il ministerio nella congregatione innanzi alla St^à di N. S^re, e quanto prima si manderà il saldo. La supplico a comandarmi e tenermi per Suo“ idem cardinalis Capponi sub verbis: „Di V. Em^za Rev^ma“ a scriptore scriptis et ante verba: „hum^mo et affettionatissimo servitore“ sua manu apposuit. — Literis, quas Franciscus Ingoli, S. Cong^nis de P. F. secretarius, ad eundem cardinalem ab Harrach Romae degentem „di casa li 5 Settembre 1637“ sua manu scripsit (orig. archivii archiepisc. Pragen.: „universitas Carolo Ferdinandea“ fascic. IV), post verba: „Di V. Em^za Rev^ma“ sua itidem manu pagellam extremam: „Le scritture l' ho date sigillate allo staffiere, perchè V. Em^za le mandi alli cardinali. Non me n' essendo restata alcuna, ho bisogno dell' originale“ addidit.

quos italice ‚minutanti‘ vocabant, tum scriptores, qui eas scripserant (v. supra, pag. XXV—XXVI, XXXI, XXXIII, XXXIV), ascribebant, quod non semper statim ac scriptae sunt, sed nonnunquam aliquanto post, fortasse demum eo tempore, quo iis nomina subscribebantur, fiebat, aut pagellam extremam, si literis apposita est, n o m i n a s u b s c r i p t a subsequuntur.

Gregorius XV., cum S. Cong^nem de P. F. institueret, praecepit, ut Antonius Maria Sauli, primus eiusdem S. Cong^nis praefectus, S. Cong^nis literis nomen subscriberet.[782]) Et S. Cong^o, quam diximus, ipsa in prima generali congregatione die 14. Januarii 1622 peracta decrevit: „6°. Fuit ordinatum, quod Ill^mus cardinalis Saulius literas Cong^nis subscriberet, et secretarius sigillum eiusdem cardinalis adhiberet“.[783]) Idem etiam verbis: „1° [Ludovicus] cardinalis Ludovisius retulit se per S^mum D. N. in locum cardinalis Sauli ad aperiendas et subscribendas signandasque literas, patentes ac decreta S. Cong^nis subrogatum fuisse, ut ex brevi expedito die 12. praesentis mensis [Novembris anni 1622] constat“, quae in actis 19^ae congregationis generalis die 21. Novembris 1622 celebratae leguntur,[784]) confirmatur. Sed iam ab initio mos invaluit, ut S. Cong^nis de P. F. literis praeter cardinalem praefectum etiam eiusdem S. Cong^nis secretarius nomen subscriberet, quem morem S. Cong^o de P. F. in generali congregatione die 27. Junii 1623, quod saltem ad patentes missionariorum literas attinet, verbis: „2° quod pro approbatis [a S. Cong^ne de P. F. missionariis] patentes iuxta formulam alias a Cong^ne approbatam c u m s u b s c r i p t i o n e c a r d i n a l i s p r a e f e c t i e t s e c r e t a r i i ac sigillo Cong^nis expediantur“, sanxit.[785])

Loco cardinalis praefecti quomodolibet impediti S. Cong^nis de

[782]) Id e literarum a Ludovico Ludovisi cardinali nepote ad apostolicae sedis nuntios die 15. Januarii 1622 missarum (v. infra, num. 1) verbis: „E benchè io habbia per hora preso a scriverne a V. S^ia, nondimeno nell' avvenire la Cong^ne istessa con lettere s o t t o s c r i t t e d a l s^r c a r d i n a l S a u l i, c a p o d i e s s a, userà a scriverne a V. S^ia et a gli altri, e S. St^à [Gregorius XV.] vuole, che si ubbidisca a gli ordini della medesima, come a i suoi propi“ (pag. 5) apparet. — V. infra, num. 12 pag. 51.

[783]) V. infra, num. 1 pag. 7.

[784]) V. infra, num. 1 pag. 8.

[785]) Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide seu decreta, instructiones, rescripta pro apostolicis missionibus vol. I. (Romae 1907) pag. 5 huic decreto diem 24. Junii 1623 ascribunt, generalis vero congregatio illa, quae Gregorii XV. tempore 33^a erat, non die 24., sed die 27. Junii 1623 peracta est („Acta S. Cong^nis de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 48b—50). — S. Cong^nis de P. F. literis, quae patentes non erant, praeter cardinalem praefectum etiam secretarium nomen subscribere solitum esse e literis v. gr. infra, num. 149 et 150 allatis, quae mense Augusto 1624 sunt scriptae, est manifestum.

P. F. literis aut antiquior cardinalis eidem S. Cong^ni^ ascriptus aut ille cardinalis, quem summus pontifex delegavit, nomen subscribebant.[786]) Secretarii eiusdem S. Cong^nis^ in literis subscribendis partes prosecretarii (v. supra in annot. 68) suscipiebant, si autem prosecretarius nullus erat, aliquis cancellariae eiusdem S. Cong^nis^ minister secretarii vice fungi potuit, si summi pontificis consensus accessit.[787])

Literis, quae cardinalis praefecti nomine scribebantur, cardinalis praefectus solus — sine secretario — nomen subscribebat, perinde ac secretarius solus in iis literis, quae ipsius nomine mittebantur, faciebat; excipiendae sunt autem secretarii literae, literae dico eorum generum, quas S. Cong^nis^ de P. F. secretarii scribere assueverunt, inde ab eo tempore, quo Stephanus Borgia secretarius cardinalis creatus est (30. Martii 1789), usque ad mensem Martium anni 1791 scriptae, quas, licet in voluminibus verbis „Lettere di Monsr segretario ∞" inscriptis hodie reperiantur, Leonardi cardinalis Antonelli, S. Cong^nis^ de P. F. praefecti, nomine exaratas et subscriptas esse constat;[788]) cuius rei causa erat, quod Stephani Borgia in S. Cong^nis^ de P. F. secretarii officio successor, Antonius Felix Zondadari, ar-

[786]) Qui cardinales cardinalis praefecti vices in S. Cong^nis^ de P. F. literis subscribendis expleverint, ex annot. 641 (v. supra) patet. Literis ex. gr., quae infra (num. 149 et 150) afferuntur, loco Ludovici cardinalis Ludovisi, S. Cong^nis^ de P. F. praefecti, Octavius cardinalis Bandini, qui tunc temporis antiquior eiusdem S. Cong^nis^ cardinalis erat, nomen subscripsit. — Aloisium cardinalem Capponi, quem in annot. 641 tetigimus, non solum Ludovici cardinalis Ludovisi, sed etiam Antonii cardinalis Barberini vices supplevisse originalia literarum S. Cong^nis^ de P. F. exempla, quae in archiepiscopali archivio Pragensi asservantur, demonstrant. Id ex. gr. annis 1645, 1646, quo Antonius Barberini cardinalis tit. s. Honuphrii mortuus est, et nonnullis subsequentibus fiebat. Annis 1652—1653 Antonii cardinalis Barberini praefecti vice Camillus cardinalis Astalli Pamphili fungebatur.

[787]) In volumine „Udienze di N. S^re^ dell' anno 1710 a tutto il 1740. Num. 4" haec leguntur: „Die Jovis 3. Februarii 1735 in audientia S^mi^ .... habita per me infrascriptum praefectum S. Cong^nis^ de P. F. S^tas^ Sua attenta mala valetudine, qua iam diu laborat Rev^mus^ P. D. Nicolaus Fortiguerra, eiusdem S. Cong^nis^ secretarius, indulsit, quod, donec ipse convalesceret, decreta, epistolae, mandata aliaeque expeditiones subscribantur a domino Carolo Uslengo, praedictae S. Cong^nis^ summista [v. supra, pag. XXVIII, XXIX, XXXII annot. 81]. Et ita etc. || V[incentius] cardinalis Petra praefectus m. pr." Proximae audientiae S^mi^, quae die 22. Julii 1734 celebrata est, acta (ibid. fol. 135) Nicolai Fortiguerra secretarii manu sunt scripta.

[788]) In codicillo, qui in volumine „Lett. di Monsr segr^io^ del anno 1789. Num. 256" (fol. 18b) reperitur, die 31. Martii 1789 ad Franciscum Joachymum cardinalem a Bernis scripto verba: „.... ecco lo stato dell' affare che il cardinale prefetto si dà l' onore di partecipare a V. Em^za^ ∞", in alio ad P. generalem ordinis Reformatorum s. Francisci die 1. Aprilis 1789 dato („Lett. di Monsr segr^io^ del anno 1789. Num. 256" fol. 22. verba „.... perlochè il cardinale Antonelli prefetto di Propaganda scrivente prega ∞", in alio die 11. Februarii 1791 scripto („Lett. di Monsr segr^io^ del anno 1791. Num. 261" fol. 3) verba: „.... nelle mani del cardinal Antonelli scrivente ∞" leguntur.

chiepiscopus Adanensis, demum mense Februario 1791 suo munere fungi coepit.[789]) Aliquid simile etiam anno 1770 evenit: Marius enim Marefoschi, qui, postquam die 10. Septembris anni, quem modo diximus, cardinalis creatus est, ipso facto S. Cong^nis^ de P. F. secretarius (v. supra in annot. 68) esse desiit, quamvis Joannes Rinuccini S. Cong^nis^ de P. F. prosecretarius iam die 16. Septembris 1770 ei subrogatus est, per aliquot dies post secretarii literas (codicillos) scribebat iisque nomen suum subscribebat.[790])

Nomen literis subscriptum cum iis eodem modo, quem in literis S. Cong^ni^ de P. F. allatis iam animadvertimus (v. supra, pag. CLV—CLVIII, CLXV), coniungebatur, etiamque hoc loco verba illa coniungentia — salutationis extremae genus quoddam — ad dignitatem tam eius, qui literas dabat, quam eius, ad quem mittebantur, accommodari solebant,[791]) at, quod praecipue praedicandum est, in literis S. Cong^nis^ de P. F. nomine scriptis, quibus tam cardinalis praefectus

[789]) V. supra in annot. 68. — Cur Julius a Carpineo prosecretarius constitutus secretarii literis nomen non subscripserit, editorem latet; alii enim prosecretarii — Joanne Rinuccini (v. inferius) excepto — id facere solebant. In volumine v. gr. „Lett. di Monsr segr^io^ dell' anno 1743. Num. 160" in codicillo die 8. Septembris 1743 scripto (fol. 121) verba: „.... Monsr segretario [Nicolaus Lercari] ne porge ∞", in alio (fol. 121) die 10. Septembris 1743 dato verba: „.... Monsr prosegretario in nome di questa S. Cong^ne^" in alio (fol. 121 b) die 11. Septembris 1743 misso verba: „.... Monsr Antonelli prosegretario nel rassegnare ∞" leguntur.

[790]) In codicillo, qui in volumine „Lett. di Monsr segr^io^ del 1770. Num. 217" fol. 132 reperitur, ad P. [Joannem Bapt. Guerrieri] collegii Germanico-Hungarici rectorem die 12. Septembris 1770 misso verba: „Il cardinal Marefoschi trasmette quì acchiusi a V. Rev^za^ ∞", in literis ad Hieronymum marchionem Cusani die 22. Septembris 1770 Mediolanum datis (ibidem fol. 133) verba: „Per la mia promozione al cardinalato publicata nel concistoro de 10 corrente non essendo più in grado di accudire alla pendenza che ha V. S^ia^ Illma ∞" leguntur. Etiam codicillus, cui dies 29. Septembris 1770 ascriptus est (ibid. fol. 136 b—137), Marii cardinalis Marefoschi nomine est exaratus. Quis secretarii literis die 9. Octobris (fol. 137), 12. Novembris (fol. 140) et 13. Novembris 1770 (fol. 140) nomen subscripserit, e volumine „Lett. di Monsr segr^io^ del 1770. Num. 217" non patet. Literis vero, quae fol. 140 b subsequuntur, ad Joannem Stefanopoli die 17. Novembris 1770 Adjacium missis a Stephano Borgia, novo S. Cong^nis^ de P. F. secretario, nomen esse subscriptum verba: „Per la promozione al cardinalato di Monsr Marefoschi mio antecessore debbo io rispondere alla lettera di V. S^ia^ ∞", quibus literae incipiunt, probant.

[791]) S. Cong^nis^ de P. F. literae ad [Petrum] cardinalem Pázmány die 31. Januarii 1632 scriptae, quarum exemplar transscriptum in volumine „Visite e colleg. 1632. Num. 10" fol. 31 legitur, verbis: „.... et cum his manus Em^tiae^ Vestrae deosculor. || Romae 31. Januarii 1632. || Em^tiae^ Vestrae || humillimus servus || Ludovicus cardinalis Ludovisius. || Franciscus Ingolus secretarius", literae autem a Francisco Ingoli secretario, quem modo diximus, ad eundem [Petrum] cardinalem Pázmány eodem fere tempore, die dico 29. Novembris 1631 datae, quarum exemplum transscriptum in eodem volumine „Visite e colleg. 1632. Num. 10" fol. 35 reperitur, verbis: „.... et eidem Em^tiae^ Vestrae manus humillime deosculor. || Romae die 29. Novembris 1631. || Em^tiae^ Vestrae Rev^mae^ || humillimus et addictissimus servus || Franciscus Ingolus" finem sumunt.

aut antiquior aut a summo pontifice in cardinalis praefecti locum subrogatus, quam secretarius nomen subscripserunt, sese solum ad cardinalem praefectum, antiquiorem aut subrogatum, nunquam autem simul ad secretarium referebant.[792]) Cuius rei causa est, quod verborum illorum coniungentium primam quidem partem (ex. gr.: „Di V. Em^za^ Rev^ma^“) ille cancellariae minister, qui literas scribebat, sed, partem alteram (v. gr.: „humilissimo et affettionatissimo servitore“), si literae ad personam eminentioris conditionis mittebantur, ille ipse, qui primus literis nomen subscribebat, igitur in S. Cong^nis^ de P. F. literis cardinalis praefectus (antiquior, subrogatus), sua manu apponere solebat.[793])

In originalibus literis a S. Cong^ne^ de P. F. aut ab eius cardinali praefecto aut secretario missis — at non in omnibus — et quidem in inferiore margine saepissime primae paginae, rarius illius paginae, in qua nomina subscripta sunt, personae, ad quam literae

[792]) S. Cong^nis^ de P. F. literae die 31. Maii 1642 ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missae (v. supra in annot. 362) verbis: „.... Di V. Em^za^ || humilissimo et affettionatissimo s e r v i t o r e || Il cardinale Antonio Barberini. || Francesco Ingoli secretario“, aliarum eiusdem S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad eundem cardinalem die 10. Maii 1642 datarum et „in latinum translatarum“ exemplar („IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 216“ fol. 36) verbis: „.... V. Em^tiae^ || humillimus et addictissimus s e r v i t o r || cardinalis Antonius Barberinus. || Franciscus Ingoli secretarius“, S. Cong^nis^ de P. F. aliae literae ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 2. Junii 1628 factae (v. supra in annot. 697) verbis: „.... Di V. S^ia^ || come f r a t e l l o a f f e t t i o n a t i s s i m o || il cardinal Ludovisi. || Francesco Ingoli secretario“, aliae ad [Maximilianum Rudolphum liberum baronem a Schleinitz] episcopum Litomericensem die 27. Septembris 1664 scriptae („Scritture riferite in S. Cong^ne^ ∝ 1669. Num. 420“ fol. 210; v. supra in annot. 698) verbis: „.... Ampl^nis^ Tuae || uti f r a t e r || A[ntonius] cardinalis Barberinus. || J. A. Manfronus prosecretarius“, aliae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 26. Novembris 1652 datae (v. supra in annot. 362, 697) verbis: .... Di V. Em^za^ Rev^ma^ || humilissimo et affettionatissimo s e r v i t o r e || C. cardinal [Astalli] Pamphilio. || Dion[igi] Massari segretario“ finem capiunt.

[793]) In S. Cong^nis^ de P. F. literis ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 26. Novembris 1652 datis (orig. archivii archiepisc. Pragensis: „cassa salis“ fascic. II), quibus „C[amillo] cardinale [Astalli] Pamphilio“ et „Dion[igi] Massari segretario“ nomen subscripserunt (v. supra in annot. 792), verba: „humilissimo et affettionatissimo servitor“ eiusdem Camilli cardinalis Astalli-Pamphili manu scripta sunt; in S. Cong^nis^ de P. F. literis ad eundem cardinalem ab Harrach die 18. Novembris 1645 Viennam (v. infra in annot. 794) missis (orig. ibid.: „cassa salis“), quibus „il cardinal Capponi“ et „Francesco Ingoli secretario“ nomen subscripserunt, verba: „humilissimo, affettionatissimo servitore“ idem Aloisius cardinalis Capponi sua manu scripsit; contra in S. Cong^nis^ de P. F. literis die 22. Junii 1630 ad P. Basilium Belgam factis (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. IV) verba „Al piacer di V. Rev^za^“, quae subscriptum [Ludovici] cardinalis Ludovisi et Francisci Ingoli secretarii nomen praecedunt, eiusdem ministri cancellariae S. Cong^nis^ de P. F., qui literas ipsas scripsit, manu sunt apposita, idemque de verbis: „Al piacer di V. Pattà“, quae in S. Cong^nis^ de P. F. literis die 27. Septembris 1649 ad D. Florium Cremona praepositum Zderaziensem missis (orig. ibid.: „cassa salis“ fascic. II), quibus „il cardinal Capponi“ et „Dion[igi] Massari segretario“ nomen subscripserunt, leguntur, dictum esse puta.

datae sunt, saepe etiam loci, quo mittebantur, nomen eadem manu, quae literas ipsas perscripsit, scriptum legitur,[794]) cui verba: „inclusa“, „incluse“, „con conti“ vel similia, quod iam in literis S. Cong^ni^ allatis (v. supra, pag. CLXXII, ann. 458) animadvertimus, addi solebant, si quae literae aliis literis includi, aut si ipsis alius generis scripta includi debebant.[795])

[794]) In inferiore primae paginae literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Basilium Belgam Capucinum die 22. Junii 1630 datarum margine (orig. archivii archiepiscop. Pragensis: „universitas Carolo-Ferdinandea“ fascic. IV) verba: „P. Basilio d' Aire Capuccino“, in inferiore itidem primae paginae literarum a Francisco Ingoli secretario ad eundem Patrem die 13. Decembris 1631 missarum eiusdemque secretarii manu perscriptarum margine (orig. eiusdem archivii: „universitas Carolo-Ferdinandea“ fascic. IV) verba ipsius secretarii manu scripta: „P. Basilio d' Aire Capuccino Vienna“, in inferiore margine secundae paginae literarum ab eodem S. Cong^nis^ de P. F. secretario ad eundem P. Basilium manu propria die 21. Junii 1636 datarum (orig. ibidem: „universitas Carolo-Ferdinandea“ fascic. II) verba ipsius secretarii manu scripta: „P. Basilio d' Ayre Capuccino Praga“, in inferiore margine primae paginae literarum ab eodem secretario ad eundem Patrem die 27. Septembris 1636 factarum (orig. ibid.: „universitas Car.-Ferd.“ fascic. IV) verba ab eodem cancellariae ministro, qui literas ipsas perscripsit, scripta: „P. Basilio d' Aire, Capuccino, Praga“, eodem loco literarum ab eodem secretario ad eundem P. Basilium die 17. Maii 1636 sua manu scriptarum (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. II) verba secretarii, quem diximus, manu scripta: „Il P. Basilio“, in inferiore margine secundae paginae literarum ab eodem secretario ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 11. Octobris 1636 missarum (orig. ibidem: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. IV) verba eiusdem secretarii, qui etiam literas scripsit, manu scripta: „S^r^ card. d' Harrach“, in inferiore margine primae paginae literarum ab eodem secretario ad eundem cardinalem die 20. Septembris 1636 datarum (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. IV) verba ipsius secretarii, qui et literas perscripsit, manu scripta: „S^r^ card. d' Harrach Praga“, in inferiore margine primae paginae literarum a Dionysio Massari secretario ad eundem cardinalem die 15. Martii 1652 factarum (exemplar transscriptum ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. IV) verba: „Al Em^mo^ d' Harrach“, in inferiore margine primae paginae literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad eundem cardinalem die 2. Junii 1654 missarum (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. II), quae in tertia pagina finem sumunt, et quibus „il cardinal Antonio prefetto“ et „Dion. Massari secretario“ nomen subscripserunt, eiusdem cancellariae S. Cong^nis^ ministri, qui literas ipsas perscripsit, manu scripta verba: „S^r^ cardinal d' Harrach Praga“, in inferiore margine primae paginae literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Florium Cremona olim Barnabitam die 27. Septembris 1649 datarum (v. supra in annot. 793), quibus „il cardinal Capponi“ et „Dion. Massari segretario“ nomen subscripserunt, eiusdem cancellariae S. Cong^nis^ de P. F. ministri, qui literas ipsas perscripsit, manu scripta verba: „P. D[on] Florio Cremona, preposito de canonici regolari (Praga)“ leguntur; S. Cong^nis^ de P. F. literis die 18. Novembris 1645 ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missis (orig. archivii archiepiscop. Pragensis: „cassa salis“), quibus „humilissimo, affettionatissimo servitore il cardinal Capponi“ et „Francesco Ingoli secretario“ nomen subscripserunt, idem S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae minister, qui literas ipsas perscripsit, in inferiore primae paginae margine verba: „S^r^ cardinal d' Harrach Praga“ ascripsit, sed secretarius, quem modo diximus, verbum „Praga“ delevit et verbum „Vienna“ apposuit; literis a Francisco Ingoli secretario ipsius manu die 19. Augusti 1637 ad [Ernestum Adalbertum cardinalem ab Harrach tunc Romae degentem] scriptis (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. II), perinde ac aliis ab eodem secretario ad P. Basilium Belgam Capucinum die 27. Julii 1636 datis (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd.“ fascic. II) in margine inferiore nihil est ascriptum.

[795]) In inferiore margine primae paginae literarum a Francisco Ingoli ad P. Basilium Belgam die 10. Novembris 1635 missarum (orig. archivii archiepisc. Pragen.: „univ. Car.-

Postquam literis nomina (nomen) subscripta sunt, literae primis temporibus ad cancellariae S. Cong^nis de P. F. ministrum, qui eas scripserat, abbreviatorem dico, revertebantur, posteriore tempore scriptori (primo) tradebantur,[796]) qui eas complicaret, cardinalis praefecti (aut secretarii) sigillum iis imprimeret iisque postea inscriptionem adderet.

Modus, quo S. Cong^nis de P. F. literae complicabantur, hic erat: chartae, in qua literae scriptae sunt, primum inferior pars dimidia sursum flectebatur, chartae ita plicatae inferior dimidia pars postea rursus sursum flectebatur, chartaque hoc modo plicata per transversum inflectebatur ita, ut dextra eius pars dimidia subter sinistra parte dimidia iaceret. In sinistra (superiore) literarum sic complicatarum parte verba scribebantur, quibus literae personae, ad quam dabantur, inscribebantur, sed antequam id fiebat, literae complicatae cultello aliquantum perforabantur, et per oblongulum foramen ita ortum angustior apparatae scidulae pars extrema a summo ad imum traiiciebatur, latior autem eiusdem scidulae pars extrema inferiori literarum parti massa signatoria sigilloque, quod etiam angustiorem scidulae partem extremam, modo, quem diximus, traiectam tenebat, apprimebatur. Tum demum cancellariae minister, quem diximus, idque etiam, si literas cardinalis praefectus (antiquior) aut secretarius

Ferd." fascic. II) ipsius secretarii manu scripta verba: „P. Basilio d' Aire Capucino Vienna, inclusa", eodem loco literarum ab eodem secretario ad eundem P. Basilium die 1. Martii 1631 datarum (orig. ibidem: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) verba eadem manu scripta: „Al P. Basilio d' Ayre, incluse", in inferiore margine secundae paginae literararum ab eodem secretario ad P. Valerianum a Magni Capucinum die 1. Martii 1631 factarum (orig. ibid.: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) verba ipsius secretarii manu scripta: „P. Valeriano inclusa", in inferiore margine primae paginae literarum a S. Cong^ne de P. F. die 5. Junii 1660 ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum (orig. ibid.: „cassa salis" fascic. II.), quibus „humilissimo et affettionatissimo servitor il cardinal Antonio prefetto" et „Mario Alberici segretario" nomen subscripserunt, S. Cong^nis cancellariae ministri, qui literas ipsas scripsit, manu addita verba: „S^r cardinal di Harrach (Praga, con conti)" leguntur.

[796]) Libellus supplex a S. Cong^nis de P. F. cancellariae administris (officialibus) anno 1784 S. Cong^ni porrectus et relatio Vitaliani cardinalis Borromeo in congregatione generali die 17. Maii 1784 recitata ad supplicem libellum, quem diximus, pertinens affirmant quidem S. Cong^nis de P. F. literas, postquam iis nomina subscripta sunt, non ab abbreviatoribus, sed a primo scriptore complicatas esse, qui iis deinde sigillum imprimere et inscriptionem addere debuit (v. supra, pag. XXXIII); quia vero originales S. Cong^nis de P. F. literae primo eiusdem S. Cong^nis tempore scriptae, quae ex. gr. in archivio archiepiscopatus Pragensis reperiuntur, eadem — procul dubio — manu scriptae sunt, quae et earum inscriptionem scripsit, manusque haec alia est ac illa, quam in „Actorum S. Cong^nis" voluminibus videmus, editori persuasum est rem initio eo modo se habuisse, quem supra exposuit. V. infra in annot. 797.

sua manu scripserat, in superiore literarum parte verba scribebat, quibus literae illi, ad quem dabantur, inscribebantur,[797]) unde interdum fiebat, ut inferiores illius et illius literae notae partes, quin et verba singula etiam in angustiore scidulae parte scriberentur, et, postquam literae apertae sunt, scidulaque, quae eas claudebat, discissa est, illi et illi literae notae inferiores partes extremae et inscriptioni nonnulla verba deessent.[798]) At non omnes literae modo, quem diximus, expediebantur: multae enim, praecipue uberiores vel eae, quibus aliae literae vel alius generis scripta inclusa sunt, modo, quem diximus, quidem complicatae, cultello non perforabantur, neque iis a tergo verba, quibus inscribebantur, ascribebantur, neque sigillum hoc loco imprimebatur, sed sic complicatae involucris involvebantur, et inscriptio in involucris huiusmodi describebatur, ubi etiam sigillum imprimebatur.[799])

[797]) S. Cong^nis de P. F. literis die 22. Junii 1630 ad P. Basilium Belgam Capucinum datis, quibus [Ludovicus] cardinalis Ludovisi et Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt (v. supra in annot. 793, 794), eiusdem cancellariae ministri, qui literas scripserat, manus etiam inscriptionem a tergo addidit; idem de literis solius eiusdem secretarii nomine ad P. Valerianum a Magni Capucinum die 15. Septembris 1630 scriptis (orig. archivii archiepisc. Pragensis: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) dictum esse puta. Literis, quas Franciscus Ingoli secretarius die 13. Decembris 1631 ad P. Basilium Belgam Capucinum manu sua scripsit (orig. archivii eiusdem: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV), insriptionem a tergo idem cancellariae S. Cong^nis de P. F. administer, qui utrisque literis superioribus eam apposuit, addidit, quod de omnibus aliis eiusdem secretarii literis eius manu scriptis, quibus inscriptio a tergo est adiecta, dici potest.

[798]) In literarum a Francisco Ingoli secretario ad P. Valerianum a Magni Capucinum die 15. Septembris 1630 missarum (v. supra in annot. 797) inscriptione literarum notis: „Al Molto R^e" inferiores partes desunt; eaedem literarum notarum partes inferiores et praeterea verba: „d' Ayre" atque literae „C", quae subsequitur, pars tam anterior quam inferior in literarum ab eodem secretario ad P. Basilium Belgam Capucinum die 19. Septembris 1637 datarum (orig. archivii archiepisc. Pragensis: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) inscriptione desunt, at in discissa scidulae parte leguntur; in literarum ab eodem Francisco Ingoli ad eundem P. Basilium die 28. Julii 1640 missarum (orig. eiusdem archivii: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) inscriptione verba: „d' Aire" et duae primae literarum notae „Ca" — in verbo Capucino — cum inferiore parte subsequentis literae „p" desunt, in discissa vero scidula leguntur.

[799]) S. Cong^nis de P. F. literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 2. Junii 1654 datae (v. supra in annot. 794), quibus scriptum aliud inclusum esse earum verba: „.... si come V. Em^za potrà raccorre dall' agiunta copia di protesta ∝" attestantur, nullo loco perforatae nec a tergo insriptione neque sigillo exornatae sunt, sigilli vero, involucro impressi, indubia vestigia variis locis ostendunt. — Simili modo literae a Francisco Ingoli secretario ad P. Basilium Belgam Capucinum die 9. Julii 1633 Viennam missae (orig. archiv. archiepiscop. Pragen.: „univ. Car.-Ferd." fascic. II), quibus varias literas alias et alius generis scripta adiuncta esse ipsarum verba: „.... Al P. Valeriano scrivo l' inclusa e l' altra al P. Florio. V. Pattà mi farà gratia di ricapitarle. Mando anche la professione della fede aggiustata dalla S. Cong^ne per li missionarii ...., la potrà dar al P. Ottaviano da Ravenna coll' incluso compendio della visita di sei isole dell' Arcipelago fatto da due PP. Giesuiti ∝" attestantur, neque perforatae, nec inscriptione neque sigillo a tergo exornatae sunt, imo ne vestigium quidem sigilli, quod involucro

Modum, quo S. Cong^nis de P. F., cardinalis praefecti vel secretarii literae personae, ad quam datae sunt, sive ab earum tergo sive in superiore involucri parte inscribebantur, e literarum missarum tomis, licet nonnullis — paucis vero — locis forsitan omnia inscriptionum huiusmodi verba comperiamus, deprehendere non possumus, quin et omnes ceterae archivii S. Cong^nis de P. F. partes rarissimam occasionem eum investigandi praebent, nisi forte quis literarum a S. Cong^ne de P. F. allatarum exemplar transscriptum addita earum inscriptione qualicunque de causa ad eandem S. Cong^nem remisit;[800]) hanc la-

certocertius impressum erat, ostendunt. — Literae ab eodem S. Congnis de P. F. secretario ad eundem P. Basilium Capucinum die 10. Novembris 1635 scriptae, in quarum inferiore paginae primae margine verba: „P. Basilio d' Aire Capucino Vienna, inclusa" leguntur (v. supra in annot. 795), et quae verbis: „Dalla lettera che scrivo al P. Valeriano, che mando aperta, V. Pattà vedrà ∝" incipiunt, quamquam sigilli involucro impressi vestigia gerunt, nec perforatae, nec inscriptione neque sigillo a tergo sunt exornatae. Quibus literis hae Francisci Ingoli literae ad P. Basilium datae et aliae ad P. Valerianum a Magni scriptae sint implicatae, editorem latet; sumere tamen possumus illas literas tam uberes fuisse, ut involucro opus esset; eodem autem modo etiam aliae ab eodem S. Congnis de P. F. primo secretario ad eundem P. Basilium die 21. Junii 1636 factae (v. supra in annot. 794) sunt expeditae, quibus unicum chartae folium est adiunctum, quod Franciscus Ingoli ipse verbis: „.... Io nella polizza del papa ho notato, quanto V. Pattà vedrà nel l' aggionto foglio ∝" testatur. Hocce vero adiunctum folium, quod Ingoli italice ‚polizza del papa' nominat, magni — quod ad congregationes generales coram summo pontifice celebratas (v. supra, pag. VI–IX) attinet — momenti est, quapropter hic ponitur: „Die 16. Junii [verbum ‚Junii' Francisci Ingoli manu loco verbi ‚Maii', quod scriptor perperam scripserat, scriptum est] 1636. Nota de più principali negotii da riferirsi nella congregatione de P. F. inanzi V. [NB!] Stà. || Il sr cardinal Caetano riferirà li conti del datio del sale di Boemia ceduto a V. [NB!] Stà a favor degli ecclesiastici di quel regno dall' imperatore conforme l' instrumento della transattione fatta tra V. [NB!] Beatne e sua Mtà Cesa. Per le ruine di quel regno il datio sudetto non ha fruttato molto, e per cio non si può per adesso venir alla erettione d'alcun vescovato, conforme è stato più volte risoluto. Onde il sr cardinal d' Harrach, il P. Basilio d' Ayre Capuccino, principal nostro missionario in quel regno, e l' abbate Questemberg, uno de principali prelati regolari di Boemia e zelantissimo della riforma, dicono unitamente, che adesso convien usar particolar diligenza nel mantener il seminario gia eretto, ove con gran profitto s' allevano molti giovani, a quali li Padri Reformati di san Francesco Hibernesi dottissimi e li Premostratensi [tria verba haec Ingoli manu sua inter versus ascripsit] leggono, e tra le molte raggioni che allegano, la principal è, che non havendo il cardinale soggetti da metter nelle parochie, li convien tolerare religiosi discoli e scandalosi, acciò li popoli non muoiono senza sacramento e non diano nel paganesmo, al qual bisogno non si può provedere coll' erettioni de vescovati, ma col seminario, che, se si stabilirà da V. [NB!] Stà con un breve e con privilegii, gl' abbati richi di quel regno vogliono mantener molti alunni e per il clero e per le loro religioni che sono prive affatto di religiosi dotti e di buoni costumi". Praeter hoc negotium alia plura in hac ‚nota' contenta esse manifestum est; sed ex hac ipsa eius parte, quam Franciscus Ingoli ad P. Basilium misit, quia sumere non possumus notam hanc aliquid praecipui inusitatique fuisse, perspicue intelligitur summum pontificem a S. Congne de P. F. ante quamcunque congregationem coram ipso celebrandam de negotiis in ea pertractandis instructum esse.

[800]) In literarum originalium S. Congni de P. F. allatarum, de quibus ad S. Congnem eandem relatum est, volumine verbis „Memoriali 1636. Num. 396" inscripto (fol. 142b)

cunam alia archivia, in quibus S. Cong^nis de P. F. literae missae inveniuntur, ex. gr. archivium archiepiscopatus Pragensis, quod ad inscriptiones literis a tergo ascriptas attinet, explent; literarum involucra, in quorum parte superiore inscriptiones modo eodem ac a tergo literarum scriptas esse existimare fas est, ubique abiecta et deperdita esse editor opinatur. Sed, quia fortasse longe plures S. Cong^nis de P. F. (cardinalis praefecti, secretarii) literae in involucris foras mittebantur, paucae pro numero inscriptionem a tergo ascriptam habent.[801])

Verba, quibus literae inscribebantur, in superiore parte prope marginem sinistrum incipiebant primumque versum explebant; si personae, ad quam literae mittebantur, nomen titulusque longiores erant ita, ut uno versu comprehendi nequirent, verba, quae, primo versu scripto, restabant, secundo, nonnunquam tertio, quarto versu scribebantur, hi autem versus plerumque non prope a margine sinistro, sed paulo dextrorsum scribi solebant; loci autem nomen, quo literae mittebantur, in margine inferiore, modo in media, modo in sinistra eius parte addebatur; in sinistra parte loci nomen tum praesertim scribi solebat, si in dextera marginis inferioris parte personae, ad quam literae mittebantur, habitatio definiebatur (v. supra in annot. 800). Praeterea — saltem initio — is, qui inscriptionem scribebat, sub personae nomine vel titulo aut secundum nomen titulumve lineam ornatam, vario modo incurvatam, interdum etiam aliam aut secundum loci nomen eamque ornate incurvatam, aut sub eo sive

v. gr. literarum ab Octavio cardinali Bandini, qui eiusdem S. Congnis antiquior cardinalis erat, die 8. Junii 1629 ad P. Jacobum Merell, ordinis Minorum s. Francisci Conventualium missionarium in Bohemia, datarum (v. supra in annot. 735) exemplar transscriptum atque cum originalibus literis a Gasparo Platzer, auctoritate apostolica et imperiali publico atque episcopatus Vindobonensis notario, Vindobonae die 29. Octobris 1635 collatum reperitur, in cuius fronte verba, quibus literae originales a tergo inscriptae sunt, leguntur: „Al Mto Revdo Padre, il P. Giacomo Merelli Minor Conventuale Praga, San Giacomo".

[801]) E novem literis a S. Congne de P. F. et ex undecim a primo eius secretario Francisco Ingoli ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datis, quarum exempla originalia in archiepiscopali archivio Pragensi editor vidit, ne unae quidem inscriptionem a tergo gerunt; idem de literis ab Aloisio cardinali Capponi ad eundem cardinalem ab Harrach die 22. Februarii 1648 missis dictum esse puta. Excipiuntur autem literae a Francisco Ingoli secretario ad P. Basilium Belgam Capucinum scriptae, quarum exempla originalia editor ibidem 23 vidit, e quorum numero 16 inscriptionem a tergo ascriptam gerunt, 7 (e quibus tria in inferiore margine verbum ‚inclusa' — v. supra in annot. 795 et 799 — habent) omni inscriptione eo loco carent. E binis a Francisco Ingoli ad P. Valerianum a Magni Capucinum datis literis, quarum exempla originalia editor ibidem vidit, alterae inscriptionem a tergo ascriptam gerunt, alterae, in quarum inferiore margine verbum: „inclusa" legitur, minime.

rectam sive curvam ducebat, quae nunc solum a summo ad imum decurrit, nunc etiam a dextra parte ad sinistram excurrit vel, si duae (ornatae) erant, decurrunt.[802])

[802]) Literae a S. Congne de P. F. die 22. Junii 1630 ad P. Basilium Belgam Capucinum datae (v. supra in annot. 793, 794, 797) ex. gr. a tergo hoc modo inscriptae sunt: „Al mto Rdo Pre., il Pre. Basilio d' Arie[!] || [ad dextram:] Capuccino || [in media parte marginis inferioris:] Vienna", et tam sub verbo: ‚Capuccino' quam secundum loci nomen (‚Vienna') eodem atramento, quo inscriptio scripta est, linea ornate incurvata, a summo ad imum decurrens, est ducta; literis a Francisco Ingoli, S. Congnis de P. F. secretario, ad eundem P. Basilium die 13. Decembris 1631 missis (v. supra in annot. 797) inscriptio a tergo ita est ascripta: „Al mto Ro Pre., il P. Basilio d' || [aliquid dextrorsum:] Ayre Capuccino || [in media inferioris marginis parte:] Vienna", et solum sub verbo: ‚Capuccino' linea ornate (alio autem modo ac in superioribus literis) incurvata, quas partim a summo ad imum (non autem usque ad marginem inferiorem), partim a dextra ad sinistram partem decurrit, est ducta. A literarum ab eodem S. Congnis de P. F. primo secretario ad eundem P. Basilium die 15. Martii 1636 factarum (orig. archivii archiepiscop. Pragen.: „univ. Car.-Ferd." fascic. II) tergo inscriptio sic est scripta: „Al molto Ro pre., il P. Basilio || [aliquid dextrorsum in media fere parte:] d' Ayre Capuccino || [in media parte inferiore:] Praga", atque sub verbo: ‚Capuccino' linea ornate incurvata a summo ad imum et a dextra ad sinistram est ducta. Eodem modo etiam literarum ab eodem secretario ad eundem P. Basilium die 17. Maii 1636 datarum (v. supra in annot. 794) inscriptio: „Al molto Revo Pre., il P. Basilio || d' Ayre Capucno || Praga" scripta est, praeterquam quod nomen: ‚Praga' in sinistra parte inferiore cernitur. In literarum ab eodem secretario ad eundem P. Basilium die 5. Julii 1636 missarum (orig. archivii archiepiscop. Pragen.: „univ. Car.-Ferd." fasc. IV) inscriptione, quae est: „Al Mto Ro Pre., il P. Basilio || [in dextra dimidia subsequentis versus parte:] d' Aire Capuco a || Praga", loci huiusce nomen in medio inferiore margine legitur, lineaque ornata solum a summo ad imum ducta est. Eiusdem secretarii literis die 27. Julii 1636 ad eundem Fr. Basilium factis (orig. archivii eiusdem: „univ. Car.-Ferd." fascic. II) insriptio hoc modo est ascripta: „Al mto Ro Pre., il P. Basilio || [in dextra dimidia versus subsequentis parte:] [d'] Ayre Capucno || Vienna", quod loci nomen in media inferioris marginis parte scriptum est; et a verbi: ‚Capuccino' syllaba: ‚no' ad imum usque ad marginem inferiorem una linea ornata, varie incurvata secundumque loci nomen alia brevior partim a summo ad imum, partim a dextra ad sinistram decurrens est ducta. In literarum ab eodem S. Congnis de P. F. primo secretario ad P. Basilium, quem diximus, die 27. Septembris 1636 datarum (v. supra in annot. 794) inscriptione, quae est: „Al molto Ro Pre., il P. Basilio || [d'] Ayre Capuccino || Praga", loci nomen in sinistra infima parte legitur, duaeque lineae ornatae (perinde ac in literis superioribus die 27. Julii 1636 scriptis) cernuntur. Contra in literarum a Francisco Ingoli, quem diximus, ad eundem P. Basilium die 1. Novembris 1636 datarum (orig. archivii archiepiscop. Pragen.: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) inscriptione: „Al mto Ro Pre. il P. Basilio || d' Ayre Capucno || Praga", loci nomen in media inferiore parte scriptum est, et linea ornata solum a verbi: ‚Capucno' syllaba: ‚puc' usque ad marginem inferiorem decurrit. In literarum a secretario, quem toties diximus, ad eundem P. Basilium die 4. Junii 1639 missarum (orig. archivii eiusdem: „univ. Car.-Ferd." fascic. IV) inscriptione: „Al mto Ro Pre., il P. Basilio || de Ayre Capucno || Praga" loci nomen in sinistra parte infima legitur lineaque recta, a sinistra ad dextram ducta, conspicuum redditum est, linea autem ornata, quae alio modo, ac in omnibus inscriptionibus superioribus incurvata est, sub verbo: ‚Capucno' a summo ad imum ducta conspicitur. Literarum a S. Congne de P. F. ad P. Florium Cremona, olim Barnabitam, tunc canonicorum regularium sanctissimi Sepulchri praepositum, die 27. Septembris 1649 datarum (v. supra in annot. 793, 794) inscriptio ita scripta est: „Al Molto Rdo Pre., il Pre. D. Florio Cremona || [in dextra dimidia subsequentis versus parte:] prepto de canci regri || [in dextra tertii versus dimidia parte:] del Smo Sepolcro || [in dextra parte inferiore:] Praga", quod loci nomen linea curva subtus ducta conspicuum redditum est, atque alia linea ornata, modo vario incurvata sub verbis: ‚Smo Sepolcro' a summo usque ad marginem inferiorem decurrit. — Verba, quibus S. Congnis de P. F. literae die 12. Februarii 1639 ad [Malatestam] Baglioni nuntium Vindobonensem missae, in quarum inferiore margine inscriptio: „Monsr nuntio di Germania" legebatur, inscriptae erant, earum exemplar transscriptum (archiv. archiepiscop. Pragen.: „univ. Car.-Ferd." fascic. II) hoc modo reddit: „Al mto Illre e Revmo sr come fratello, Monsr || il vescovo di Pesaro, nuntio di N[ostro] Sre in Germania || Vienna".

Ex aversa literarum complicatarum parte et quidem super scidula per literas traiecta, quae eas claudebat, sigillum imprimebatur. S. Congnis de P. F. literis aut cardinalis praefecti aut antiquioris aut subrogati cardinalis sigillum idque a S. Congnis secretario, quod supra diximus,[803]) literis, quae solius cardinalis praefecti aut alius (antiquioris, subrogati) cardinalis nomine scribebantur, eiusdem cardinalis sigillum, secretarii S. Congnis de P. F. literis ipsius secretarii sigillum apprimebatur. S. Congni de P. F. duo sigilla — alterum maius, alterum minus — fuisse supra iam diximus,[804]) ubi etiam sigillum maius descriptum est. Sigillo maiore S. Congnem de P. F. solum in literis, per quas missionarios constituebat, et quas literas patentes vocabant, usam esse editor opinatur, cum nec in literis nec in decretis, quibus, si authentica existimanda erant, cardinalis praefecti vel illius cardinalis, qui eius vices obibat, sigillum in calce — ad sinistram — sub eius nomine subscripto et supra secretarii nomen subscriptum imprimi solebat, illud unquam reppererit; sigillum minus in media parte cardinalis praefecti generis insigne sub petaso cardinalitio gerebat, cui verba (legenda) circumscripta erant, quae cardinalis praefecti nomen et cognomen ac praeterea etiam S. Congnis de P. F. praefecti dignitatem aliamque principalem, si qua fungebatur, indicabant.[805]) Cardinales, qui cardinalis

[803]) V. supra, pag. CCCXLI et annot. 783. — Conf. Dr. O. Mejer, Die Propaganda, ihre Provinzen und ihr Recht, tom. I. pag. 182 et annot. 2 ibidem.

[804]) V. supra, pag. LX et annot. 165.

[805]) Decreto authentico S. Congnis de P. F. in generali congregatione die 16. Martii 1638 peracta facto, cuius exemplar in archivio archiepiscopatus Pragensis („Cassa salis" fasc. II) reperitur, et cui Antonius cardinalis Barberini praefectus atque Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt, sigillum in calce appressum est, in cuius parte media generis insigne cum tribus muscis cernitur, circum quod verba: „† Antonius S. R. E. diac. card. Barberinus et S. Cong. de Prop. Fide praef." leguntur. — In sigillo S. Congnis de P. F. literis ad P. Basilium Belgam Capucinum die 22. Junii 1630 datis (v. supra in annot. 793, 794, 797, 802) appresso circum generis Ludovisiani insigne verba: „† Lud. card. Ludovisius S. R. E. vicec[ancellarius] et S. Cong. de Propag. Fide praef." sunt scripta. — In sigilli, quod „decreto [authentico] S. Congnis generalis de P. F. habitae sub die 5. Septembris 1672" (archiv. archiepisc. Pragen.: „cassa salis" fascic. II.) in calce ad partem folii sinistram sub cardinalis praefecti subscripto nomine: „P. cardinalis de Alteriis praefectus" appressum est, scuto interno, in quo sex stellae cernuntur, verba: „* P. card. Altierius S. R. E. cam[erarius] S. Cong. de Propagan. Fide praefectus" sunt circumdata; in inferiore

praefecti qualicunque de causa impediti vices ad tempus implentes S. Cong^nis de P. F. literis vel decretis nomen subscribebant, etiam hoc loco sigillum suum, quo semper uti solebant, apprimi iubebant.[806]) Cardinalis praefecti, ut primum constitutus est, sigilla S. Cong^o de P. F. ipsa, quae eius praedecessoris sigilla retinuit aut — quod facile credere licet — delevit, de suo conficienda curabat.[807]) Quo sigillo cardinalis, qui praefectus super statu temporali S. Cong^nis de P. F. erat (v. supra in annot. 25), uti solitus sit, et utrum etiam eius sigillum S. Cong^o ipsa apparari iusserit, necne, editorem latet, cum ne unis quidem ex omnibus [Julii] cardinalis Spinola, qui anno 1677 ineunte ab Innocentio XI. statui oeconomico S. Cong^nis de P. F. praefectus est[808]) et anno 1691 in conclavi Innocentii XII. naturae debitum solvit, literis in archiepiscopali archivio Pragensi asservatis sigillum a tergo appressum sit,[809]) nec ulllam in S. Cong^nis de P. F.

chartae margine dextro secretarii nomen subscriptum: „F. Ubaldus archiepiscopus Cesaraugustanus“ legitur.

[806]) In sigillo „decreto [authentico] S. Cong^nis de P. F. habitae die 10. Aprilis 1646“ (arch. archiepiscop. Pragen.: „cassa salis“ fascis. II), cui Aloisius cardinalis Capponi, qui perinde ac antea Ludovici cardinalis Ludovisi (v. supra in annot. 641), tunc Antonii cardinalis Barberini, S. Cong^nis de P. F. praefecti, vices obibat, et Franciscus Ingoli secretarius nomina subsripserunt, appresso verba: „† Aloysius S. R. E. tit. s. Laurentii in Lucina presb. card. Capponius“ leguntur. Idem sigillum cum iisdem verbis etiam a tergo literarum a S. Cong^ne de P. F. ad P. Florium Cremona die 27. Septembris 1649 missarum (v. supra in annot. 793, 794, 802) cernitur. Aliud (multo minus) eiusdem cardinalis Capponi sigillum, in quo verba: „Aloy. S. R. E. t. s. Lau. in Luc. presb. card. Capponius“ leguntur, arcae salis rationibus (archiv. archiepiscop. Pragen.: „cassa salis“ fasc. I), quae verbis: „Conti delli anni 1640, 1641 e 1642 del datio del sale del regno di Boemia mandati alla S. Cong^ne dall' Em^mo e Rev^mo s^r cardinale d' Harrach“ inscriptae sunt, in particulari congregatione de statu temporali die 3. Februarii 1646 peracta approbatis, est sub eiusdem cardinalis nomine subscripto appressum.

[807]) In codicillo a [Bartholomaeo Ruspoli] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra, cui die 4. Januarii 1727 eiusdem S. Cong^nis praefecti munus delatum est, die 7. Januarii 1727 dato („Lett. di Monsr segret^o dell' anno 1727. Num. 124“ fol. 3—3b) verba: „.... I soliti sigilli della prefettura vanno formati secondo il solito a spese della S. Cong^ne, e si darà l' ordine opportuno per quei di V. Em^za ꝛc“ leguntur, quae simul comprobant cardinali prefecto non unum, sed plura — saltem duo — sigilla fuisse.

[808]) Literae ab Urbano Cerri, S. Cong^nis de P. F. secretario, die 22. Januarii 1677 ad [Julium] cardinalem Spinola datae („Registro di lettere di Monsr segr^io del 1677. Num. 66, II. fol. 3) ita scriptae sunt: „In esecutione de riverentissimi commandamenti dell' Em^za Vostra Le mando li quì annessi decreti per la sopraintendenza data da N. S^re à V. Em^za sopra lo stato economico di questa S. Cong^ne e deputatione fatta da Lei della persona del s^re dottor Gio. Camillo Peresii per esigere alcuni crediti della medesima, acciò Si degni correggerli, come più Gli pare e poi sottoscrivere quello del sudetto s^re Peresii, perchè in quella forma saranno copiati in questi registri [v. supra, pag. CCLXXXI et CCLXXXII]. Mi condoni V. Em^za la tardanza proceduta da un certo equivoco che si era preso, come Le sarà partecipato da Mons^re mio [Joann. Bapt.] Spinola [v. supra, pag. CCCXI et annot. 725], nepote dell' Em^za Vostra, a cui faccio prof[ondissimo] ꝛc“.

[809]) In fasciculo archivii archiepiscopatus Pragensis verbis: „Cassa salis I“ inscripto nonnullae literae a [Julio] cardinali Spinola ad Joannem Fridericum comitem a Waldstein

archivio mentionem editor reppererit cardinalis super statu temporali eiusdem S. Cong^nis praefecti sigillum ab eadem S. Cong^ne confici esse iussum. Contra optimo iure sumere possumus, licet confirmatio desit, secretarii eiusdem S. Cong^nis sigillum ab ipsa S. Cong^ne apparatum esse, cum secretarii generis insigni, quod in medio sigillo sub petaso praelatitio cernitur, praeter secretarii nomen etiam verba: „S. Cong. de Propag. Fide secret.“ sint circumdata.[810])

Non omnes S. Cong^nis de P. F. literae sigillo occlusae foras mitti solebant, quod praesertim de iis dictum esse puta, quae non directa via ad personam, cui inscriptae sunt, sed ad aliam, quae eas illi traderet, mittebantur, quod tum praecipue fiebat, quando S. Cong^o volebat, ut persona haec (alia) literarum ad illam scriptarum summam cognosceret, et nolebat literarum suarum exemplar transcriptum addere, quod alias (et quidem non raro) facere consuevit. Originalibus literis eiusmodi S. Cong^nis de P. F. sigillum quidem apprimebatur, ita tamen, ut eas non clauderet; claudere autem eas persona, ad quam missae sunt, atque, postquam eas perlegit, personae, cui inscriptae sunt, occlusas reddere debebat.[811]) Saepissime autem S.

archiepiscopum Pragensem annis 1689 et 1690 scriptae reperiuntur, quae allocutionem in fronte: „Illmo e R^mo s^re“, in mediis literis: „V. S^ia Illma“ (v. supra, pag. CCCXVII—CCCXVIII) et salutationem in extremis literis: „.... Ricordo a V. S^ia Illma il mio vivo desiderio di servir a Suoi gran meriti e resto baciandole cordialmente le mani. || Di V. S^ia Illma || servitore vero e cordialissimo || Il cardinale Spinola“ („Roma 26 Luglio 1689“), vel: „.... insieme La prego ad essermi liberale di frequenti occasioni di servirla e resto baciandole cordialmente le mani. || Di V. S^ia Illma || [m. pr.:] servitore vero || Il cardinale Spinola“ („Roma 4 Febraio 1690“) vel: „.... et accertandola, che insieme sarà sempre vivo in me il desiderio di servirla, starò attendendo, che mene somministri le congiunture, et a V. S^ia Illma bacio cordialmente le mani. || Di V. S^ia Illma || [m. pr.:] servitore vero di cuore || Il cardinale Spinola“ („Roma 15 Luglio 1690“), vel: „.... E mentre assicuro V. S^ia Illma, che vivrò sempre sommamente ambizioso di ricevere frequenti occasioni di servirla, Le bacio cordialmente le mani. || Di V. S^ia Illma [manu propria:] la quale prego a credermi ambizioso di prestarmele in detta ratificazione con l' effetti || servitor vero e cordialissimo || Il cardinale Spinola“ („Roma primo Aprile 1690“) aliasque similes (conf. supra, pag. CCCXX et annot. 741) gerunt; S. Cong^nis de P. F. secretarius iis nomen non subscripsit.

[810]) Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis de P. F. secretarii, sigillum in medio scuto stellam sexangulam, comitum a Sternberg generis insigni simillimam, sub petaso praelatitio gerit, et scuto verba: „* Franc. Ingolus S. Cong. de Propag. Fide secret.“ sunt circumdata. Aliorum eiusdem S. Cong^nis secretariorum sigilla editor non vidit.

[811]) S. Cong^nis de P. F. literae ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 13. Julii 1671 datae („Lett. della S. Cong^ne 1671. Num. 57“ fol. 72) verbis: „Aperta si manda a V. S^ia la lettera e gl' altri ricapiti per il decano e capitolo della chiesa di Buduesia, a quali V. S^ia nell' inviare le sudette scritture, dourà non solo offerire la Sua assistenza ꝛc“ incipiunt; literis autem inclusis, quas S. Cong^o de P. F. ad decanum et capitulum Budissinense eodem die 13. Julii 1671 scripsit (ibidem fol. 74) scriptum aliud inclusum esse verba, quae in iis leguntur: „.... Facultas a praefato parocho [Witt-

Cong$^{n\,s}$ de P. F. literae, quae non recta via ad personam, cui inscriptae erant, sed literis aliis ad aliam personam ab eadem S. Cong^{ne} datis inclusae, quae persona eas illi aut traderet aut mitteret, mittebantur, sigillo occlusae erant. Quae persona, ad quam S. Cong^{nis} de P. F. literae alii personae tradendae mittebantur, non semper sedis apostolicae nuntius, quod superius diximus (v. pag. CCXII—CCXIV et annot. 529—531), erat; interdum enim S. Cong^{o} hac in re etiam aliorum (v. gr. episcoporum, quin et sacerdotum, missionariorum, ut ipsius S. Cong^{nis} procuratores in variis orbis terrarum locis constitutos taceam) ope utebatur.[812])

genaviensi] petita pro nova confraternitatis erectione his annexa literis ad Vos mittitur, ut securius ad ipsum perveniat ∝", attestantur. — A tergo libelli supplicis nomine P. Jacobi Merell, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci in Bohemiae regno missionarii, S. Congni de P. F. anno 1638 porrecti („Memoriali 1638. Num. 399" fol. 152) praeter varia alia decretum in generali congregatione die 27. Martii 1638 habita factum, quod rescripto: „. . . . S. Congo censuit, si Smo placuerit, oratoris petitioni esse annuendum, accedente tamen P. generalis eiusdem religionis consensu", finem capit, et mandatum S. Congnis cancellariae ministris datum: „Si mandi il decreto al P. Merelli, e la lettera si dia al P. generale aperta, acciò posa dare il suo consenso" legitur. — Literae a S. Congne de P. F. ad P. Stephanum Aberle parochum Polkwitzensem die 27. Aprilis 1743 missae („Lett. della S. Congne dell' anno 1743. Num. 159" fol. 65b—66; v. supra in annot. 746) verbis: „Dall' acclusa a cotesto Emmo sr cardinale di Sintzendorff che V. Sia dovrà avanzarsi il pensiero di far ricapitare all' Emza Sua, Ella potrà persuadersi della parte che prendono questi miei Emmi colleghi a di Lei favore ∝" probant literas a S. Congne de P. F. ad [Philippum] cardinalem a Sintzendorf die 27. Aprilis 1743 datas (ibid. fol. 65—65b) ad P. Stephanum Aberle apertas esse missas. — Ad eundem morem, quem supra tetigimus, et qui omnibus curiae Romanae magistratibus communis erat, codicillus a Nicolao Forteguerri, S. Congnis de P. F. secretario, ad [Antonium] cardinalem Banchieri secretarium status die 14. Februarii 1733 missus („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1733. Num. 138" fol. 25—26) verbis: „. . . . Viene pertanto supplicata l' Emza Vostra a compiacersi di fare spedire l' accennata lettera con mandarla però a sigillo alzato o pure con una copia di essa, nelle mani di Monsr segretario suddetto [Nicolaus Forteguerri ipse intelligitur!], il quale avrà cura di farla avere al sr cardinal S. Clemente [quo nomine Hannibal cardinalis Albani significatur] per farne uso determinato dalla S. Congne ∝", et alius ab eodem S. Congnis de P. F. secretario die 28. Februarii 1733 in secretariam status missus (ibid. fol. 32—33) verbis: „. . . . Si desidera bensì, che la detta lettera si spedisca a sigillo alzato ovvero con una copia, affinchè il suddetto sr cardinale S. Clemente possa farne l' uso proprio e ricuperarla nel caso, che la persona del mentovato P. Dussick [Soc. J.] non fosse grata all' odierno sr elettore di Sassonia" pertinet. — Huc etiam mandatum S. Congnis de P. F. cancellariae ministris datum: „Si mandi la lettera al nuntio a sigillo volante con ordine, ch' accompagni la lettera" spectat, quod sententiae literarum a P. Valeriano [a Magni Capucino] die 1. Januarii 1628 ad S. Congnem de P. F. missarum, quae sola — absque literis — in volumine „Memoriali 1628. Num. 388" fol. [176 bis] legitur, praeter varia alia mandata eiusmodi et congregationis generalis die 8. Maii 1628 peractae decretum verbis: „S. Congo decrevit literas ad principem [Joannem Udalricum] de Etemberg[!], quibus commendetur eius zelus ∝" incipiens in calce est ascriptum.

[812]) Huc ex. gr. literae a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 9. Aprilis 1633 datae („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1633. Num. 13" fol. 38b—39), quae verbis: „Il breve della confirmatione apostolica che la Mtà Cesa e V. Emza hanno richiesto per fine e compimento del negotio della conventione o transattione

Restat, ut hoc loco, ubi de modo, quo S. Cong^{nis} de P. F. literae mitti solebant, agitur, adiiciamus S. Cong^{nis} eiusdem cardinalem praefectum, cuius sigillo S. Cong^{nis} de P. F. literae occludebantur, pretii pro perferendis literis suis immunitate ubique fere — exceptis regionibus Hispaniae regi subiectis — instructum esse, quod et de S. Cong^{nis} de P. F. secretario sumere licet.[813])

Nunc ad codicillos (v. supra, pag. CCXCI) redeamus, consideraturi, quomodo a literis differant. Primo itaque id inter eos pernimium interest, quod codicilli nunquam totius S. Cong^{nis} de P. F. nomine, sed aut solius cardinalis praefecti (antiquioris, surrogati) aut alius cardinalis S. Cong^{ni} de P. F. ascripti aut solius eiusdem S. Cong^{nis} secretarii (vel prosecretarii) nomine scribebantur.[814]) Deinde is, cuius nomine codicillus scriptus est, nunquam prima verbi pro-

fatta sopra li beni ecclesiastici di Boemia tra la Stà di N. Sre e la medesima Mtà come rè di quel regno, s' è consegnato a Monsre Motmano auditor di ruota [qui eiusdem cardinalis negotiorum in curia procurator erat], il qual s' è preso il pensiere di mandarlo a V. Emza per qualch' opportuna occasione, acciò lo possa consegnare alla medesima Mtà o a chi quella ordinerà ∝" incipiunt, item aliae ab ea ad Alexandrum Albani Viennam, ubi varia sedis apostolicae negotia curabat, die 9. Novembris 1720 missae (Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1720. Num. 109" fol. 434): „Congiunte al gentilissimo foglio di V. Sia de' 26 dello scorso mese ho ricevuta la lettera del canonico Cristiano Paldamus di Lusazia per questa S. Congne. Resto ben distintamente tenuto alla di Lei cortesissima attenzione, colla quale Si è compiacciuta d' inviarmela, e La prego far indirizzare per via sicura al medesimo canonico l' annessa risposta ∝, item literae ab Antonio Ramiro ad Franciscum Ingoli die 26. Februarii 1627 datae (v. supra in annot. 529), aliae a Jacobo de Baerenstamm episcopo Pergamensi die 20. Aprilis 1777 ad S. Congnem de P. F. scriptae (v. supra in annot. 533), aliae ab eadem S. Congne ad decanum et capitulum Budissinense die 13. Julii 1671 missae (v. supra in annot. 811), item aliae literae ab ea ad P. Stephanum Aberle parochum die 27. Aprilis 1743 datae, quas in eadem annot. 811 attulimus, perinde ac verba decreti in generali congregatione die 27. Martii 1638 habita facti (v. ibidem) aliaque literis a Fr. Jacobo Carpiensi, electo episcopo Himeriensi, die 28. Martii 1641 ad Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, missis a tergo ascripta (v. supra in annot. 533) pertinent.

[813]) Quod codicillus a [Bartholomaeo Ruspoli] ad [Vincentium] cardinalem Petra die 7. Januarii 1727 scriptus (v. supra in annot. 807) verbis: „. . . . Si dà anche l' onore di parteciparle, che il sr cardinal prefetto gode l' esenzioni del pagamento delle licenze per tutte lettere; serva solo di quelle di Spagna, i di cui ministri si sono espressi di ritrarlo tanto da detto sr cardinale prefetto, quanto da Monsr segretario ∝" confirmat. — Conf. supra, pag. CLXXX.

[814]) In volumine „Lett. di Monsr segretario [!] dell' anno 1732. Num. 136" (fol. 100—101) ex. gr. codicillus a [Vincentio] cardinali Petra, S. Congnis de P. F. praefecto, ad [Hannibalem Albani] tituli s. Clementis cardinalem commendatarium die 26. Junii 1732 scriptus, in volumine „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1740. Num. 154" (fol. 128—128b) alius a [Philippo Maria Monti] S. Congnis de P. F. secretario ad eundem [Vincentium] cardinalem Petra praefectum die 12. Julii 1740 missus, in volumine „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1721. Num. 111" (fol. 34—35) alius a [Dominico Passionei] S. Congnis de P. F. prosecretario (v. supra in annot. 68) ad [Prosperum] Lambertini, S. Congnis Concilii secretarium, die 30. Januarii 1721 datus legitur.

nominisve persona singularis numeri, sed tertia eiusdem numeri persona utitur seseque aut cognomine cum dignitatis indicatione, aut sola sui muneris indicatione (secretarius etiam cum titulo „Monsr“) et, si iam uno aut altero modo usus est, verbis: „lo scrivente,“ „chi scrive,“ „il medesimo“ vel verbis: „il segretario suddetto,“ „lo stesso Monsr segretario,“ „il detto cardinal prefetto,“ „il detto cardinal N.“ vel solo suo cognomine significat;[815]) raro codicillus ex

[815]) Codicillus ex. gr. a [Vincentio] cardinali Petra praefecto ad [Hannibalem cardinalem Albani] die 26. Junii 1732 datus (v. supra in annot. 814) ita incipit: „Il cardinal Petra, prefetto della S. Cong^{ne} de P. F., intorno alla materia tenutasi questa mattina nella congregazione particolare significa all' Em^{mo} s^{r} cardinale di S. Clemente, come egli non stima necessario, che si mandi a Monsr nunzio di Vienna la copia della lettera scritta li 7 di Giugno al detto cardinal Petra da Monsr vescovo d' Elenopoli, vicario apostolico delle missioni settentrionali, nella quale si duole della dismembrazione ..... Il detto cardinal prefetto ha riconosciuta la minuta del breve appartenente alla dismembrazione e costituzione del nuovo vicariato $\varkappa$“. — Alius ad [Michaelem Fridericum] d' Althann die 11. Martii 1716 missus („Lett. della S. Cong^{ne} e di Monsr segr^{io} dell' anno 1716. Num. 105“ fol. 196) verbis: „De Cavalieri, segretario della S. Cong^{ne} di P. F., con tutto l' ossequio riverisce Monsr Illmo Altam e Le porta la notizia, che $\varkappa$“, alius a [Mario Marefoschi] secretario ad [Ludovicum Mariam Torregiani] cardinalem secretarium status die 25. Novembris 1763 scriptus („Lett. di Monsr segr^{io} dell' anno 1763. Num. 203“ fol. 185b—186) verbis: „Il segretario di Propaganda ha l' onore di trasmettere riverentemente all' Em^{za} Vostra l' annesso esemplare della formola seconda $\varkappa$“, alius ab eodem S. Cong^{nis} de P. F. secretario ad [Benedictum Veterani] S. Officii assessorem die 23. Augusti 1766 missus (v. supra in annot. 728) verbis: „Monsr segretario ha l' onore di trasmettere a V. S^{ia} Illma l' annessa supplica $\varkappa$“ incipit. — In codicillo die 22. Aprilis 1778 ad [Paulum Franciscum] Antamori, S. Officii assessorem, dato (v. supra in eadem annot. 728) verba: „Il s^{r} principe regnante d' Hohenlohe e Wandelburg ha rimesso a Borgia, segretario di Propaganda, una memoria sopra le cose del prete Gasner, e siccome queste furono altra volta esaminate in S. Officio, così lo scrivente ha creduto suo debito di rimetterla a V. S^{ia} Illma $\varkappa$“, in alio a [Nicolao Lercari] S. Cong^{nis} de P. F. secretario ad P. [Raphaëlem a Rossi] ordinis Minorum s. Francisci ministrum generalem die 11. Januarii 1746 scripto („Lett. di Monsr segr^{io} dell' anno 1746. Num. 167“ fol. 4b—5) verba: „.... Avendo [P. Alphonsus Novak Neostadiensis, exmissionarius S. Cong^{nis} de P. F.] perciò fatta esporre alla stessa S. Cong^{ne} questa sua efficace brama, Monsr segretario per parte della medesima prega V. Patt^{à} Rev^{ma}, che voglia compiacersi di spedire al mentovato P. Alfonso l' opportuna ubbidienza ..... Attenderà dunque chi scrive l' accennata ubbidienza $\varkappa$“, in alio a [Mario Marefoschi] secretario ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli praefectum die 4. Decembris 1765 dato (v. supra in annot. 722, 728, 732), qui verbis: „Il segretario di Propaganda umilia a V. Em^{za} la lettera ordinata $\varkappa$“ incipit, verba: „.... E il medesimo col più riverente ossequio $\varkappa$“, in alio a [Stephano Borgia] secretario ad [Petrum Franciscum Joachimum] cardinalem a Bernis, Galliae regis in curia Romana oratorem, die 8. Januarii 1771 misso („Lett. di Monsr segr^{io} del 1771. Num. 219“ fol. 4) verba: „Per commando speciale della St^{à} di N. S^{re} e in esecuzione degli ordini della S. Cong^{ne} di Propaganda, il segretario della medesima si dà l' onore ..... E il segretario suddetto con tutto il maggiore ossequio $\varkappa$“, in alio a [Petro Aloisio Caraffa] secretario ad P. [Franciscum Altamurensem] Minorum de observantia s. Francisci vicecomissarium generalem die 17. Martii 1722 scripto („Lett. di Monsr segr^{io} dell' anno 1722. Num. 113“ fol. 675b—676b) verba: „Monsr segretario riverisce [la] Patt^{à} Vostra Rev^{ma} e Le significa ...., inoltre lo stesso Monsr segretario Le acclude un memoriale $\varkappa$“, in alio ad [Franciscum] cardinalem Caraffa [a Traiecto]

omni parte impersonaliter, quod iam in S. Cong^{nis} de P. F. literis lingua vulgari scriptis animadvertimus (v. supra, pag. CCXCVI et annot. 706), est exaratus.[816]) Tum codicilli, sive cardinalis praefecti, sive alius cardinalis, sive S. Cong^{nis} de P. F. secretarii nomine ad qualiscunque honoris gradus personam scripti sunt, in fronte omni allocutione inscriptioneque carent; persona, ad quam mittebantur, nonnunquam in medio codicillo nominatur vel indicatur,[817]) saepissime vero solum in inferiore chartae, in qua codicillus scriptus est,

die 27. Februarii 1774 dato („Lett. di Monsr segr^{io} dell' anno 1774. Num. 225“ fol. 25b—27) verba: „Nel leggere le carte .... che l' Em^{za} Vostra d' ordine pontificio Si è degnata di rimettere a Borgia segretario di Propaganda, ha questi osservato $\varkappa$“ et in extremo codicillo verba: „.... Che è quanto dee Borgia riferire all' Em^{za} Vostra $\varkappa$“ leguntur. — In codicillo a [Stephano] Borgia ad [Paulum Aloisium] Silva, S. Officii assessorem die 15. Septembris 1785 scripto („Lett. di Mons^{re} segr^{io} dell' anno 1785. Num. 247“ fol. 127) consuetus ordo inversus est; in eo enim haec legimus: „.... e ciò per udienza avuta dallo scrivente segretario di Propaganda il dì 8 Luglio 1781. Tanto Borgia ha il contento di significare $\varkappa$“.

[816]) Codicillus a [Stephano Borgia, S. Cong^{nis} de P. F. secretario] ad secretariam S. Officii die 19. Augusti 1782 missus („Lett. di Monsr segr^{io} anno 1782. Num. 241“ fol. 88b) ita scriptus est: „Essendo stata fatta istanza per la facoltà della formola terza nei luoghi soggetti al dominio Austriaco ai vescovi di Breslavia, di Bruna in Moravia e di Scepuzio in Ungaria, nè sapendosi, se li medesimi le abbian gia ricevute da Monsr nunzio apostolico in Vienna, si è stimato conveniente di rimettere su le medesime li consueti decreti in cotesta cancelleria, da cui a debito tempo si starà attendendo il risultato, per renderne intesi li rispettivi agenti“.

[817]) Eiusmodi v. gr. codicillus est, quem [Silvius de Cavalieri] S. Cong^{nis} de P. F. secretarius die 8. Octobris 1715 ad [Fabritium] cardinalem Paolucci scripsit: „Il segretario di Propaganda con omni maggior rispetto profondamente s' inchina all' Em^{mo} Paolucci $\varkappa$“ (v. supra in annot. 721, 726). Huc etiam codicillus a [Vincentio] cardinali Petra praefecto ad [Hannibalem Albani] cardinalem tituli s. Clementis die 26. Junii 1732 datus verbis: „Il cardinal Petra prefetto .... significa al Em^{mo} s^{r} cardinale S. Clemente, come $\varkappa$“ (v. supra in annot. 814, 815), perinde ac codicillus a [Silvio] de Cavalieri secretario ad [Michaelem Fridericum] d' Althann die 11. Martii 1716 missus (v. supra in annot. 815) verbis: „.... riverisce Monsr Illmo Altam $\varkappa$“ et alius a [Stephano] Borgia secretario die 15. Septembris 1785 ad [Paulum Aloisium] Silva, S. Officii assessorem, scriptus (v. supra in extrema annot. 815) verbis: „.... Tanto Borgia ha il contento di significare a Monsr Illmo a Rev^{mo} Silva, assessore del S. Offizio, al quale $\varkappa$“ pertinet. — Generis eiusdem etiam codicilli sunt e S. Cong^{nis} de P. F. cancellaria ad varios Romanae curiae magistratus dati, e quorum numero v. gr. ii sunt, quos supra in annot. 724 attulimus. — Contra autem in multis codicillis mediis personae, ad quam scripti sunt, nomen atque propior indicatio omnino deest; eiusmodi ex. gr. est codicillus a [Mario Marefoschi] secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 19. Februarii 1770 missus (v. supra in annot. 722, 732), qui ita scriptus est: „Ritorna il segretario di Propaganda a V. Em^{za} la lettera del s^{r} conte di Kaunitz, della quale ne ha fatto l' uso opportuno, e dal s^{r} cardinal segretario di stato averà V. Em^{za} riscontro dell' operato. E quì frattanto con profondo ossequio se Le inchina“, et alius a [Stephano] Borgia secretario ad [Paulum Aloisium] Silva, S. Officii assessorem, die 19. Augusti 1783 missus („Lett. di Monsr segr^{io} anno 1783. Num. 243“ fol. 99b—100), qui verbis: „Borgia segretario di Propaganda si dà l' onore di rimettere a V. S^{ia} Illma copia della lettera $\varkappa$“ incipit verbisque: „.... mentre chi scrive pieno di rispetto si pregia“ finem capit.

margine eodem modo, quo eo loco in S. Congnis de P. F. literis fit (v. supra, pag. CLXVIII—CLXX, CLXXII), significatur aut nominatur, quo loco etiam indicatur, num quid codicillo additum sit.[818]) Locum autem, quo in S. Congnis de P. F. literis allocutionem videmus, in codicillis dies iis ascriptus obtinet isque saepissime cum loci indicatione; at, quia consuetudo ferebat, ut codicilli maxima ex parte ad personas in eadem urbe degentes mitterentur, in qua is, qui eas scribebat, domicilium habebat, et mos erat, ut etiam literis in eundem locum missis, in quo persona seu magistratus, a quibus scriptae erant, habitabant, civitatis nomen non ascriberetur, sed solum propior eius habitationis seu sedis indicatio,[819]) diei codicillis ascripto

[818]) Cum e literarum missarum tomis, in quibus codicilli eodem modo ac literae transscripti leguntur, codicillorum forma perspici non possit, codicillorum tam ab ipsius S. Congnis de P. F. secretario, quam in aliis curiae Romanae cancellariis scriptorum (nam ubique forma simili perscribebantur) exempla in aliis S. Congnis de P. F. archivii partibus quaerenda atque consideranda sunt. In volumine itaque verbis: „Scritture non riferite dall' anno 1728 a tutto il 1734: missioni settentrionali e Germania. Num. 7“ (v. supra pag. CCLXVI, CCLXIX) inscripto, cuius folia numeris non sunt signata, codicillus a [Raphaële Cosma Girolami] S. Officii assessore die 6. Maii 1732 ad [Nicolaum Forteguerri] S. Congnis de P. F. secretarium missus (v. supra in annot. 608) legitur, qui in inferiore primae paginae margine verbis: „Monsr segrio di Propaganda“ inscriptus est; alius codicillus a [Paulo Francisco] Antamori, itidem S. Officii assessore, ad [Stephanum] Borgia, S. Congnis de P. F. secretarium, die 7. Aprilis 1779 datus („Scritt. non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13“ fol. 20) in margine inferiore verbis: „Monsr Borgia segrio di Propaganda, con fogli“ inscriptus est; codicillus a secretarii status cancellaria die 16. Julii 1733 ad [Nicolaum] Forteguerri [S. Congnis de P. F. secretarium] missus („Congni particolari di Boemia ꝛc. Num. 40“ fol. 130) in inferiore margine verba: „Monsr Forteguerri, lettera“ gerit; alius codicillus a [Nicolao Lercari] S. Congnis de P. F. secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 23. Aprilis 1756 datus („Miscellanea: capsa salis Bohem.“, cuius voluminis folia numeris non sunt signata) eodem loco verbis: „Emmo sr cardinale Alessandro Albani, foglio“ est inscriptus.

[819]) Literis originalibus a P. Valeriano a Magni Capucino, missionario in Bohemiae regno, Romae die 2. Julii 1634 ad Antonium cardinalem Barberini scriptis (v. supra in extrema annotat. 406) dies verbis: „Data dalla cella [monasterii ordinis Capucinorum Romani] a dì 2 Luglio 1634“ est ascriptus; in earum vero exemplari eadem manu, qua literae ipsae scriptae sunt, transscripto (v. in annot. eadem), cui autem P. Valerianus nomen non subscripsit, quod fortasse Roma foras mitti debebat, sed in S. Congnis de P. F. cancellaria, cui prius quam originales literae est allatus, permansit, locus diei ascripto ita est additus: „In Roma data dalla cella 2 Luglio 1634“. — Literis a Revmo Petro Benessa ad [Franciscum Ingoli] secretarium missis („II. Lettere d' Italia 1635. Num. 12“ fol. 7) dies hoc modo ascriptus est: „Di casa oggi 30 Giugno 1635“. — Fr. Joannes Januensis Capucinus literis, quas die [19. Augusti 1635] ad Franciscum Ingoli secretarium, quem in S. Congnis de P. F. cancellaria non invenit, in ipsa S. Congnis cancellaria scripsit (v. supra in annot. 461) diem verbis: „Dalla cancelleria [v. supra in annot. 85] hoggi Domenica“ ascripsit. — Alia exempla eiusmodi supra in annot. 398 et 406 allata sunt. — Contra v. gr. literis a P. Joanne Paulo Oliva [Soc. J. generali ministro] Romae ad [Hieronymum] Casanate, S. Congnis de P. F. secretarium, scriptis („Scritture riferite nei congressi: collegi di S. Maria delle Fornaci dal 1720 al 1819, di s. Norberto dal 1631 al 1817 ꝛc. Num. 1“ fol. 125) dies ita est ascriptus: „Roma 15 Luglio 1667“.

neque urbis Romae neque — tempore, quibus S. Cong° de P. F. Patavii et Venetiis exulabat — harum civitatum nomen addebatur, sed in S. Congnis de P. F. secretarii codicillis Romam (Patavium, Venetias) missis verba: „Dalla Propaganda“ aut „Dalla segreteria di Propaganda,“ in cardinalis praefecti aut aliorum S. Congnis de P. F. cardinalium eiusmodi codicillis verba: „Di casa“ vel solum: „Casa“ ponebantur.[820]) Verba „Dalla Propaganda“ in die codicillis ascripto praeter S. Congnis de P. F. secretarium etiam alii, qui modo aliquo ad eandem S. Congnem pertinebant (ex. gr. collegii Urbani alumni), adhibere solebant.[821]) Alii interdum, quod autem raro eveniebat, diei codicillis ascripto locum prorsus non addebant, alii ne diem quidem iis ascribebant.[822]) Praeterea id etiam inter S. Congnis de P. F. literas et codicillos differt, quod salutatio, quae solum in extremis literis (v. supra, pag. CCCXVIII) legitur, in codicillis, ubi etiam aliis verbis utitur, nunc eundem locum obtinet, nunc solum in primis, nunc tam in primis, quam in extremis codicillis reperitur, rarissime,

[820]) Codicillus a [Nicolao Lercari] S. Congnis de P. F. secretario ad Alexandrum cardinalem Albani datus, quem supra in extrema annot. 818 tetigimus, verbis: „Dalla Propaganda 23 Aprile 1756“, alius a [Carolo Augustino Fabroni] S. Congnis de P. F. secretario ad [Palutium] cardinalem [Paluzzi] Altieri aliosque eiusdem S. Congnis cardinales missus („Congni partri e visite de collegii pontifizii: Germanico et altri oltramontani degli anni 1697 e 1698 ꝛc. Num. 36“ fol. 95—96b et 102b) verbis: „Dalla segreteria di Propaganda 31 Luglio 1697“ incipit, quocum codicilli in aliis curiae Romanae cancellariis scripti bene congruunt; codicillus ex. gr. a [Raphaële Cosma Girolami] S. Officii assessore ad [Nicolaum Forteguerri] S. Congnis de P. F. secretarium scriptus (v. supra in annot. 608, 818) verbis: „Dal S. Offizio 6 Maggio 1732“, alius a secretarii status cancellaria ad eundem S. Congnis de P. F. secretarium [Nicolaum] Forteguerri missus (v. supra in annot. 818) verbis: „Dalla segreteria di stato 16 Luglio 1733“ incipit. Quocum confer alia exempla, quae supra in annot. 395 et 398 attulimus. — Codicillus a [Carolo] cardinali Rezzonico S. Congni de P. F. ascripto ad [Philippum Mariam] Monti, S. Congnis eiusdem secretarium, missus (v. supra in annot. 362, 597) verbis: „Di casa 16 Aprile 1738“, alius a [Georgio Spinola] tituli s. Agnetis [extra muros] cardinali ad [Nicolaum Forteguerri] S. Congnis de P. F. secretarium missus („Congni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39“ fol., quod numero signatum non est) verbis: „Casa 5 Gennaro 1734“ incipit, quocum conferenda sunt exempla supra in annot 118, 398, 406, 597 allata.

[821]) Codicillus, quem Matthaeus Peterka et Christophorus Wesner, collegii Urbani alumni, ad Flaminium Piccioni, S. Congnis de P. F. ministrum, scripserunt („Scritture non riferite dall' anno 1720 a tutto il 1722: Germania e missioni settentrionali. Num. 5“ fol. 591) verbis: „Dalla Propaganda li 9 di Marzo [1722]“ incipit.

[822]) Codicillus ab advocato Fioravanti, [Mauritii Gustavi comitis a Manderscheid] archiepiscopi Pragensis negotiorum in curia Romana procuratore, ad [Nicolaum Lercari] S. Congnis de P. F. secretarium missus („Congni particri sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45“ fol. 93) verbis: „A 5 Gennaro del 1758“, alius a [Sebastiano Antonio] cardinali Tanara ad [Carolum Augustinum] Fabroni, S. Congnis de P. F. secretarium, anno 1698 opinor scriptus („Congni particolari dal 1686 a tutto il 1707: Africa ꝛc. Num. 31“ fol. 266) verbis: „Il cardinale Tanari havendo havuto qualche rincontro, che ꝛc“ incipit, nec ullum diem ascriptum habet.

si codicillos ad secretarii status cancellariam aliosque curiae Romanae magistratus eiusmodi excipies, omnino deest.[823]) Et quia aut in medio codicillo aut in eius exordio persona, cuius nomine codicillus scribitur, aut nominatur aut solum indicatur, nomen ei — nisi raris-

[823]) In extremo codicillo a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 17. Februarii 1770 dato („Lett. di Monsr segrio del 1770. Num. 217" fol. 22b) salutatio: „.... E frattanto all' Emza Vostra con tutto il maggior ossequio profondamente s' inchina" (conf. cum exemplis in annot. 752 allatis), in alio ab eodem secretario ad eundem cardinalem die 4. Maii 1767 misso (v. supra in annot. 732) ibidem salutatio: „.... con tutto il maggiore ossequio Le fa umilissima riverenza", in alio ab eodem secretario ad eundem cardinalem die 10. Junii 1769 facto („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1769. Num. 215" fol. 52—52b) salutatio: „.... e frattanto con la dovuta venerazione a V. Emza profondamente s' inchina", in alio a [Nicolao Lercari] secretario ad [Joannem] cardinalem Mesmer die 13. Augusti 1754 scripto („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1754. Num. 184" fol. 67b—68) eodem loco salutatio: „.... all' Emza Vostra profondamente s' inchina", in alio ab eodem S. Congnis de P. F. secretario ad [Marium] cardinalem Millini, qui etiam Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, in curia Romana orator erat, die 10. Januarii 1756 dato („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1756. Num. 189" fol. 2b - 3) ibidem salutatio: „.... e ambizioso lo scrivente d' altri Suoi veneratissimi comandamenti con profondissimo ossequio all' Emza Vostra s' inchina", in alio a [Mario Marefoschi] secretario ad [Petrum Franciscum Joachimum] cardinalem a Bernis, Galliae regis in curia Romana oratorem, die 15. Novembris 1769 misso („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1769. Num. 215" fol. 123—124) eodem loco salutatio: „.... E valendosi lo scrivente di questa propizia occasione per rinnovare a V. Emza gli attestati della sua umilissima servitù, con tutto il maggiore ossequio profondamente se Le inchina," in alio a [Mario Marefoschi] secretario ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli, S. Congnis de P. F. praefectum, die 9. Junii 1768 dato (v. supra in annot. 275) ibidem salutatio: „.... mentre col più profondo ossequio se Le inchina", in alio ab eodem secretario ad eundem cardinalem praefectum die 4. Decembris 1765 scripto (v. supra in annot. 722, 728, 732, 815) eodem loco salutatio: „.... E il medesimo col più riverente ossequio Le fa umilissima riverenza", in alio a [Petro Aloisio] Caraffa secretario ad [Caietanum] a Cavalieri, apostolicum nuntium Coloniam designatum, die 8. Maii 1722 facto („Lett. della S. Congne dell' anno 1722. Num. 113" fol. 730—731) ibidem salutatio: „.... con pieno ossequio si rassegna" (conf. supra cum annot. 753 et 754), quae autem more in literarum missarum voluminibus consueto est abbreviata, verbis ultimis (fortasse: „divotissimo et obbligatissimo servitore") carens, in alio extremo codicillo a [Stephano] Borgia secretario ad [Paulum Aloisium] Silva, S. Officii assessorem, die 19. Augusti 1783 misso (v. supra in annot. 817) expleta et perfecta salutatio: „.... mentre chi scrive pieno di rispetto si pregia di rassegnarsi a V. Sia Illma divotissimo et obbligatissimo servitore vero", in alio extremo codicillo ab eodem secretario ad [Paulum Franciscum] Antamori, S. Officii assessorem, die 2. Maii 1777 dato (v. supra in annot. 723) salutatio: „.... con che soddisfacendo Borgia segretario di Propaganda al gentilissimo comando di V. Sia Illma, passa ad augurarsene la continuazione ed a rassegnarsele col più distinto rispetto divotissimo et obbligatissimo servitore" (conf. supra in annot. 756), quae itidem integra est, in alio extremo codicillo ab eodem Borgia secretario ad [Benedictum] Stay, brevium ad principes secretarium, die 14. Septembris 1772 scripto („Lett. di Monsr segrio del 1772. Num. 221" fol. 212—212b) salutatio (abbreviata): „.... e con pienissima stima si rassegna" (conf. supra in annot. 756), in alio extremo codicillo a [Nicolao Antonelli] S. Congnis de P. F. prosecretario ad [Raphaëlem a Rossi] ordinis Minorum s. Francisci ministrum generalem die 15. Julii 1744 facto („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1744. Num. 163" fol. 69—70) abbreviata salutatio: „.... e con pienezza di osservanza e di stima chi scrive si conferma" (conf. supra in annot. 761), in alio a [Stephano] Borgia secretario ad

sime — subscribere non solet, ex quo efficitur, ut plurimi codicilli salutatione extrema finem capiant.[824])

Quomodo secretarii S. Congnis de P. F. codicilli personae, ad quam dabantur, inscripti sint, editor dicere non potest, cum ne unum

[Paschalem Frosconi] eiusdem ordinis ministrum generalem die 4. Januarii 1777 scripto („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1777. Num. 231" fol. 1b) abbreviata salutatio: „.... Frattanto il suddetto con ogni dovuta stima ed ossequio a V. Pattà Revma immutabilmente si rassegna", in alio extremo codicillo a [Nicolao Lercari] secretario ad [Raphaëlem a Rossi] eiusdem ordinis generalem ministrum die 11. Januarii 1746 dato (v. supra in annot. 815) salutatio manifeste abbreviata: „.... e con la solita distinta osservanza a V. Pattà Revma si conferma etc.", in alio extremo codicillo a [Philippo Maria Monti] secretario ad [Johannem a Petrafitta] Minorum de observantia Reformatorum s. Francisci vicecommissarium generalem die 19. Junii 1736 misso (v. supra in annot. 732, ubi secretarii nomen Nicolaus Lercari perperam positum est) abbreviata salutatio: „.... e con piena osservanza si conferma" (conf. supra in annot. 761), in alio ad P. vicarium ecclesiae s. Petri in Monte aureo Romae a [Carolo Augustino Fabroni] secretario die 11. Martii 1701 facto („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1701. Num. 90" fol. 133b) eodem loco salutatio: „.... e La riverisce" (conf. supra in annot. 759, 760), in alio extremo codicillo a [Mario Marefoschi] secretario ad [Franciscum] d' Almada [et Mendoza], Lusitaniae regis in curia Romana oratorem, die 9. Martii 1770 scripto (v. supra in annot. 732) abbreviata salutatio: „.... Trattanto il medesimo rinnovando a V. Eccza gli attestati della sua invariabile servitù, con tutto il maggior ossequio si rassegna x" (conf. supra in annot. 763) legitur. — Contra codicillus a [Silvio a Cavalieri] secretario ad [Fabritium] cardinalem Paolucci die 8. Octobris 1715 datus (v. supra in annot. 721, 726) salutationem: „Il segretario di Propaganda con ogni maggior rispetto profondamente s' inchina all' Emmo Paolucci, supplicandolo x", perinde ac codicillus ab eodem secretario ad [Hannibalem] cardinalem Albani die 27. Julii 1714 missus („Lett. della S. Congne a di Monsr segrio dell' anno 1714. Num. 103" fol. 437) salutationem: „Il segretario di Propaganda riverisce humilissimamente l' Emza Vostra x" in suo exordio habent. — Codicillus a [Philippo Maria Monti] secretario ad [Josephum] cardinalem Firrao, status pontificii secretarium, die 23. Januarii 1738 datus („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1738. Num. 149" fol. 14b - 15b) salutatione: „Monsr segretario che fa umilissima riverenza all' Emza Vostra x" incipit, alia salutatione (abbreviata): „.... e con sommessa venerazione all' Emza Vostra si rassegna" finem sumit; item codicillus a [Dominico Passionei] S. Congnis de P. F. prosecretario ad [Prosperum] Lambertini, S. Congnis Concilii secretarium, die 30. Januarii 1721 scriptus (v. supra in annot. 722 et 814) salutationem: „Monsignor prosegretario riverisce divotamente V. Sia Illma x" in exordio et aliam (abbreviatam): „.... e con tutto l' ossequio si rasegna" in extremo codicillo gerit; codicillus a [Silvio de Cavalieri] secretario ad P. [Michaelem Angelum Tamburini] Soc. Jesu ministrum generalem die 15. Octobris 1708 factus, qui salutatione supra in annot. 730 allata incipit, alia, abbreviata salutatione: „.... che nuovamente resta" finem capit. — Codicilli a S. Congnis de P. F. secretario ad secretarii status aut aliam cancellariam eiusmodi dati (v. ex. gr. supra in annot. 816) qualicunque salutatione carent. Idem de codicillo a [Carolo Augustino Fabroni] secretario ad [Palutium] cardinalem [Paluzzi] Altieri et nonnullos alios S. Congnis de P. F. cardinales die 31. Julii 1697 dato (v. supra in annot. 820) dictum esse puta.

[824]) Codicillorum salutatione finem sumentium plura exempla in annot. 823 attulimus. — Codicillus a [Silvio a Cavalieri] secretario ad [Hannibalem] cardinalem Albani die 27. Julii 1714 datus (v. ibidem), qui salutationem solum in exordio habet, verbis: „.... sopra di che sene scrive anche dalla stessa S. Congne a Monsr nunzio in Vienna per l' essecuzione", alius a [Carolo Augustino Fabroni] secretario „per manus" [Palutii] cardinalis [Paluzzi] Altieri, Caroli cardinalis Barberini, [Gaspari] cardinalis Carpegna, [Francisci] cardinalis Nerli, [Hieronymi] cardinalis Casanate, [Sebastiani] cardinalis Tanara et [Petri] cardinalis Ottoboni

quidem originalem viderit.[825]) Codicilli vero ab aliis ad S. Cong^nem de P. F. aut ad eius secretarium missi a tergo nullam inscriptionem habent, quae fortasse in involucris ponebatur, cum nonnullis codicillis allatis, qui in S. Cong^nis archivio asservantur, omnis inscriptio — etiam illa, quam in inferiore eorum margine scribi solitam esse superius diximus — desit.[826])

Inter literas et codicillos denique id etiam interest, quod codicilli, utpote qui ad personas in eadem urbe habitantes dabantur, nunquam cursoribus publicis (v. supra, pag. CCVI — CCXV), sed nuntiis domesticis ac privatis, interdum etiam personis extraneis tradebantur, qui eas perferrent.[827])

---

missus (v. supra in annot. 820, 823), qui verbis: „Monsr segretario trasmette riverentemente all' Em^ze Vostre l' annesso memoriale ∝" incipit, verbis: „ . . . . et visitatione secuta informet" finem sumit. — Contra codicillus, qui verbis: „Dalla Propaganda li 9 di Marzo [1722]. || Matteo Petercka e Christoforo Wessner riveriscono il s^r Piccioni loro padrone ∝" (v. supra in annot. 821) incipit, verbis: „ . . . . aurà bontà di notificarlo loro col latore della presente, che intanto restano di V. Si^a molto Ill^re || umilissimi servi || Matteo Petercka || Cristoforo de Wessner" — nominibus subscriptis — finem capit.

[825]) Hoc loco codicillus a [Carolo Augustino Fabroni] secretario ad [Palutium] cardinalem [Paluzzi] Altieri aliosque S. Cong^nis de P. F. cardinales missus, quem supra in annot. 820 et 824 iam tetigimus, excipiendus est, cui a tergo inscriptionis genus quoddam verbis: „Per manus Em^morum et Rev^morum dominorum cardinalium: || De Alteriis, || Caroli Barberini, || Carpinei, || Nerlii || Casanatae, || Tanarae et Otthoboni, qui dignetur remittere ad dominum secretarium. || 30 Agosto 1697" est ascriptum, et cum eo omnes codicilli „per manus" (v. supra, pag. XII, LXXVII cum annot. 224, pag. LXXXVIII cum annot. 262, pag. CII cum annot. 290, pag. CLXXXIII, annot. 600) missi. — Item excipitur codicillus a Matthaeo Petercka et Christophoro Wessner ad Flaminium Piccioni, S. Cong^nis de P. F. ministrum, die 9. Martii [1722] scriptus, licet verbis „Dalla Propaganda ∝" incipiat (v. supra in annot. 821), qui etiam alio modo a codicillis aliis discrepat (v. supra in annot. 824); hic codicillus a tergo verbis: „Alle mani riverendissime del s^r Flaminio Piccioni || vicino alla Madonna de' Monti" inscriptus est.

[826]) Codicillo ex. gr. a [Carolo] cardinali Rezzonico ad [Philippum Mariam] Monti, S. Cong^nis de P. F. secretarium, die 16. Aprilis 1738 „di casa" misso (v. supra in annot. 362, 597, 820), perinde ac alii a [Georgio Spinola] tituli S. Agnetis cardinali ad [Nicolaum Forteguerri] secretarium die 5. Januarii 1734 dato (v. supra, in annot. 820) atque alii a [Laurentio] cardinali Casoni ad [Petrum Aloisium Caraffa] secretarium die 6. Septembris 1718 scripto (v. supra in annot. 362, 597) vel illi, quem Alexander cardinalis Albani ad [Nicolaum Antonelli] secretarium „di casa 6 Agosto 1757" misit („Congni part^ri sopra le materie di Boemia degl' anni 1758 e 1759. Num. 45" fol. 89), aeque ac pluribus aliis inscriptio qualiscunque (tam in inferiore primae paginae margine, quam a tergo) prorsus deest. — Codicillus „dalla segreteria di stato" die 4. Septembris 1749 allatus („Congni part^ri sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44" fol. 196) inscriptionem: „Monsr Lercari", alius ab eadem secretarii status cancellaria die 6. Octobris 1708 scriptus, quem supra in annot. 617 attulimus, inscriptionem: „Monsr de Cavalieri", perinde ac alii, quos ex. gr. supra in annot. 818 attulimus, suam quisque inscriptionem solum in inferiore primae paginae margine, nullam autem a tergo gerunt.

[827]) In codicillo a Matthaeo Petercka et Christophoro Wessner ad Flaminium Piccioni die 9. Martii [1722] misso (v. supra in annot. 821, 824, 825) verba: „ . . . . aurà bontà di notificarlo loro col latore della presente ∝" leguntur. — Codicillum a [Silvio

Modo eodem ac codicilli etiam breviores literae ad personas in eadem urbe habitantes, in qua is, qui eas scripsit, sedem habebat, datae mittebantur, quas Itali lingua vulgari ‚polizze' vocabant; literae eiusmodi, quae fortasse etiam eodem modo, quo codicilli, personae, ad quam scriptae sunt, inscribebantur, ceteroquin S. Cong^nis de P. F. et eius secretarii literarum formam obtinent.[828])

Non omnes S. Cong^nis de P. F. literae ex iis, quae foras mittebantur, personis, quibus inscriptae sunt, utique tradi debebant: alias literas iam (at non recta via) missas S. Cong^o, novis rebus (personam vel negotium attingentibus) compertis, tradi vetuit,[829]) alias alicui inscriptas, non recta via ad eum, sed ad aliam personam mittebat, quae eas personae tertiae, cui insriptae non sunt, quam tamen ne-

---

de Cavalieri] S. Cong^nis de P. F. secretario die 15. Octobris 1708 ad P. [Michaelem Angelum Tamburini] Soc. J. ministrum generalem datum (v. supra in annot. 730, 823) P. D. Georgius Bogdani, eiusdem S. Cong^nis missionarius, generali tradidit, quod verba: „ . . . . prega [secretarius] S. Patt^à Rev^ma a sentire benignamente il renditore del presente [viglietto], il quale è il s^r D[on] Giorgio Bogdani, nipote carnale del fù arcivescovo di Scopia [cui Petro Bogdani nomen erat] ∝" probant.

[828]) Literis eiusmodi a Petro Benessa ciferatore pontificio ad [Franciscum Ingoli, S. Cong^nis de P. F. secretarium] die 30. Junii 1635 datis (v. supra in annot. 819), quae verbis: „Molto Ill^re e molto Rev^do signor mio osservandissimo. || Desidero di sapere da V. Si^a, se il s^r Giovanni Battista Gramai fù mai fatto vescovo Vepresense [!] in Suetia, alla qual. chiesa fù presentato dal rè di Polonia. Ella melo accenni quì sotto, mentre per fine Gli bacio le mani. || Di casa oggi 30 Giugno 1635. || Di V. Si^a || servitore obligatissimo || Pietro Benessa" scriptae sunt, a tergo in S. Cong^nis de P. F. cancellaria haec (praeter alia) ascripserunt: „Poliza di Monsr Benessa circa il Gramai che fu eseguita." — Eiusdem modi sunt ex. gr. literae a [Friderico Ubaldi Baldeschi] segretario ad [Hieronymum Casanate] S. Officii asssesorem die 23. Septembris 1670 missae, quas in annot. 723 codicillum vocavimus, et quae in literarum missarum volumine numero 56 signato (fol. 119) ita scriptae sunt: „Mostrando premura il s^r cardinal Altieri padrone, acciò sollecitamente si faccia la speditione delle facoltà per il P. Emerico Comoriense Capuccino, supplico la bontà di V. Si^a Illma a proporle nella congregatione [sanctae Romanae et universalis Inquisitionis] di giovedì prossimo et a farle stendere con celerità, degnandosi poi d' inviarmele per presentarle a S. Em^za. Et al solito La riversisco", et certocertius verbis: „Di V. Si^a || divotissimo et obligatissimo servitore || Federigo Ubaldi ∝" finem sumebant. — V. etiam supra, in extrema annot. 799.

[829]) S. Cong^nis de P. F. literae die 27. Augusti 1650 ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missae („Lett. volgari della S. Cong^ne degl' anni 1649, 1650. Num. 27" pag. 70) verbis: „Fù a relatione del s^r Varsotti spedita li giorni addietro la patente di missionario per il P. F. Antonio Specth [!] Minore Conventuale; mà, perchè si è poi saputo da persone degne di fede, che quel Padre tiene una vita scandalosa et indecente non meno a religiosi claustrali, che a ministri di questa S. Cong^ne de P. F., e si suppone, che il dispaccio inviato a V. Em^za possa essere ancora nelle di Lei mani: quindi è, che questi Em^mi miei signori hanno per bene di pregar V. Em^za a prender sopra di ciò piena informatione e conforme alle notitie che Le pervengono del medesimo P. Specth, consegnare o ritenere le speditioni mandatele secondo che più Le parerà ispediente per il buon servitio di quella missione, anche in caso, che fossero state gia consegnate ∝", probant, quae supra diximus.

gotium, ad quod spectabant, tangebat, committeret,[830]) alias etiam literas ad personam vel personas, quibus inscriptae non sunt, mittebat, quae decerneret vel decernerent, utrum literae personae, cui inscriptae sunt, tradendae essent, necne,[831]) quod S. Congº de P. F. interdum etiam cum apostolicis varii generis literis ad negotia tamen ab ea pertractata pertinentibus, quas ipsa saepe foras mittebat, faciebat.[832]) Contra, quod superius (pag. CCCLIV) iam attigimus, S.

[830]) In volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1758. Num. 192" fol. 286—288 S. Congnis de P. F. literae die 9. Septembris 1758 ad [Ignatium Crivelli] nuntium Vindobonensem scriptae verbis: „Dalla copia della lettera facoltativa qui unita, essendosi consegnato l' originale all' Emmo sr cardinal Alessandro Albani che si prenderà la cura di rimetterlo a cotesta corte, vedrà V. Sia la determinazione presa dalla Stà di N. Sre ꝛc" incipiunt; literae autem („lettera facoltativa"), quarum exemplar transscriptum ad nuntium, quem diximus, missum est, in eodem volumine (fol. 283 - 285b) leguntur verbis: „A Monsre nunzio apostolico in Vienna" inscriptae, quibus idem dies 9. Septembris 1758 ascriptus est, et in quibus (fol. 285) verba: „.... E per esecuzione ed adempimento della sua pontificia e suprema volontà ha dato a noi [v. supra, pag. CCXCV cum annot. 703] la potestà di costituire V. Sia [nuntius Vindobonensis intelligitur], nella di cui prudenza e integrità molto confida, plenipotenziario suo e della sede apostolica, come con la presente intendiamo di nominarla, costituirla e dichiararla ad effetto, che in nome della Stà Sua e della sede apostolica predetta possa stipulare uno o più pubblici istromenti di piena assoluzione, ... e a questo fine Le concediamo tutte le facoltà necessarie ed opportune, dichiarando ꝛc" probant literas ipsas a S. Congne de P. F. ad nuntium, quem diximus, quidem datas, sed ad aliam personam (Alexandrum cardinalem Albani) missas esse, qui eas non nuntio ipsi, cui inscriptae sunt, sed Mariae Theresiae, Bohemiae et Hungariae reginae, quam negotium spectabat, traderet.

[831]) In literis a [Silvio a Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario die 15. Maii 1710 ad [Fabritium] cardinalem Paolucci, status pontificii secretarium, scriptis („Lett della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1710. Num. 99" fol. 257—258) haec leguntur: „Il segretario di Propaganda stima, quando l' Emza Vostra l' approvi, che tutte le lettere ed instruzione, concernenti la cassa o datio del sale di Boemia, si mandino a Monsr nunzio [cui Julio Piazza nomen erat], il quale dourà tenere un congresso con Monsr Albani [cui Hannibali nomen erat] e sr abbate Santini [cui Marco Antonio nomen erat] per esaminare e ben dirigere la materia ..... Si dourà in primo luogo vedere l' instruzione per il sr abbate Santini, in secondo la ponenza letta nella S. Congne, dalla quale si riconoscon quelle distribuzioni di denaro, che sono state approvate dalla S. Congne; 3o le lettere che si mandano in risposta al sr cardinale di Sassonia [cui Christiano Augusto nomen erat], Monsr vescovo di Vienna [cui Francisco Ferdinando a Rummel nomen erat] ed, approvandosi nel congresso, si potranno consegnare, e nel medesimo modo si regolerà Monsr Piazza nella risposta che dourà dare all' offiziale di Monsr vescovo d' Vratislavia per il memoriale, che S. Sia accluse nella lettera scritta a V. Emza ꝛc." Huc quadamtenus etiam S. Congnis de P. F. literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 27. Augusti 1650 datae pertinent, quas supra in annot. 829 attulimus.

[832]) In codicillo, quem [Petrus Aloisius Caraffa] S. Congnis de P. F. secretarius ad [Joannem Christophorum] Battelli, brevium ad principes secretarium, die 11. Januarii 1720 dedit (v. supra in annot. 723), haec leguntur: „Monsre segretario riverisce divotamente V. Sia Illma e si dà l' onore di significarle, esser mente della Stà di N. Sre, che si scriva un breve al rè di Polonia [cui Augusto II. nomen erat], col quale si diano validi e vigorosi impulsi alla Mtà Sua, affinchè .... voglia finalmente permettere in tutta la Lusazia la l-

Congº de P. F. nonnullas literas suas aliis personis Romae degentibus (ex. gr. principum regnantium in curia Romana constitutis oratoribus, personarum, ad quas scribebat, procuratoribus) committebat, qui eas ad eos, quibus inscriptae sunt, mitterent.[833])

Quod si S. Congº de P. F. eo fine faciebat, ut literae tuto pervenirent, spes eam non raro fefellit,[834]) neque S. Congnis de P. F.

bertà di coscienza ..... Vuole inoltre la Stà Sua, che si scrivano anche due brevi sulla medesima materia al principe elettore di Sassonia [cui Friderico Augusto nomen erat] ed alla principessa sua sposa [Maria Josephina, Josephi I. imperatoris filia, intelligitur] .... Tutti i predetti brevi colle solite copie favorirà V. Sia Illma di trasmetterli in questa segretaria, perchè per mezzo di quella di stato possano inviarsi a Monsr nunzio in Polonia [cui Hieronymo Grimaldi nomen erat], che dourà presentarli a mentovati prencipi ꝛc". — Libello supplici ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach ad [Urbanum VIII.] summum pontificem anno [1632] dato (v. supra in annot. 485 pag. CLXXXVII) in calce decretum in generali congregatione die 24. Julii 1632 coram eodem summo pontifice peracta factum ascriptum est, quod verba: „Eodem die Smus D. N., sententia S. Congnis probata, mandavit expediri confirmationem apostolicam per secretariam brevium et de ea fieri tria exemplaria authentica, quorum unum transmittendum erit ad Emmum dominum cardinalem de Harrach cum cautela, ut prius curet per imperatorem adimpleri promissa in dicta transactione circa datium salis et extra transactionem circa parochiales tenues et iura patronatus, nisi Eius Mtas vel ministri conquerantur de praedicta confirmatione non expedita, nam eo casu exemplar praedictum statim imperatori dictus dominus cardinalis reddere debebit et deinde curare, ut supra ꝛc" subsequuntur. — Huc etiam verba, quae literis a Fr. Jacobo Carpiensi, electo episcopo Himeriensi, die 28. Martii 1641 ad [Franciscum Ingoli] secretarium missis (v. supra in annot. 533 et 812) in S. Congnis de P. F. cancellaria a tergo ascripta sunt et ad bullas, quas S. Congº eadem ad eundem electum episcopum misit, spectant, perinde ac literae a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 9. Aprilis 1633 datae (v. supra in annot. 812) huc pertinent.

[833]) In literis ex. gr. a [Petro Aloisio Caraffa] S. Congnis de P. F. secretario ad [Hannibalem] cardinalem Albani die 5. Augusti [1719] datis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1719. Num. 108" fol. 460b) verba: „.... Annessa troverà parimente l' Emza Vostra la lettera della S. Congne diretta al P. Salerno .... che disse di voler Ella al detto religioso incaminarla", et in codicillo a [Vincentio cardinali Petra, S. Congnis de P. F. praefecto] ad [Nicolaum Forteguerri] secretarium scripto („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 12 e 26 Gennaro e 10 Marzo 1733. Num. 674": „congne 26 Gennaio numº 17"), cui dies non est ascriptus, verba: „La lettera, colla quale si darà ordine a Monsr nunzio di Colonia [cui Jacobo Oddi nomen erat] o a Monsr vicario apostolico [cui Leopoldo Schorror nomen erat] di communicare le facoltà consapute al confessore del rè di Polonia [P. Dusik Soc. J. Augusti II. Poloniae regis confessarius intelligitur], si prega Monsr Illmo segretario a volerla rimettere al cardinal S. Clemente [v. supra in annot. 362 (pag. CXXXVI)], acciochè possa farne quell' uso più proprio che vederà opportuno secondo la mente della S. Congne" leguntur.

[834]) Fr. Jacobus Carpiensis, electus episcopus Himeriensis, literas die 28. Martii 1641 ad [Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium] missas (v. supra in annot. 533, 812, 832) ita incipit: „Eccomi di nuovo ritardato nella mia consecratione! Doppo havere per tanto tempo aspettato, doppo esser state spedite le bolle [quas a S. Congne de P. F. nuntii Malatestae Baglioni secretario, cui Tinto cognomen erat, traditas esse ex annot. 583 iam scimus] et essersi smarrite, ultimamente ricevo il sunto di quelle mandatomi dal sr Verusio [Joannes Dominicus Verusio, S. Congnis de P. F. typographiae superintentor

literae, quae cursoribus publicis traditae sunt, semper meliorem sortem ac aliae habuerunt.[835]) Cuius rei causa nonnunquam errores erant, quos in aliis archivii S. Cong^nis^ de P. F. partibus (v. ex. gr. supra, pag. CXCI, CCLVI et CCLVIII cum annot. 620) iam deprehendimus.[836]) Praeterea aliae S. Cong^nis^ de P. F. literae animo parum

(conf. supra in annot. 654), intelligitur] con la legalità et istromento, come si ricerca, avvisandomi egli, che altre volte sia occorso l' istesso di perdersi le bolle, e si sia caminato in tal modo ∝".

[835]) In literis ex. gr. a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Gasparum Valentinum Werdecker, qui pontificii seminarii Olomucensis alumnus fuerat, die 27. Augusti 1667 datis („L' Italia. Lettere circa collegi ∝. Num. 46" fol. [47]b) verba: „.... Monitum interim Te volo, ne turbetur conscientia Tua, si aliquando responso S. Cong^nis^ carueris; accidit enim saepe, ut transmissae Romam literae propter difficultates viarum vel obruantur vel post longos errores postque alias recentiores perveniant ∝" leguntur, at literae hae ipsae P. Gasparo Valentino Werdecker non sunt perlatae, quod ex aliis literis ab eo ad [Clementem IX.] summum pontificem anno [1668] missis („Collegii 24, 25, 26: de Maroniti ∝. Num. 375" fol. 255) constat. — P. Alanus Bagatti, monasterii s. Crucis Hierosolymitanae Romae abbas et Cisterciensis ordinis procurator generalis, anno [1796] ad [Caesarem Brancadoro] S. Cong^nis^ de P. F. secretarium („Scritt. riferite nel congresso dell' Em^mo^ prefetto ∝: Germania ∝. Num. 14" fol. 357) scribit „d' aver ricevuto lettera del P. Edmondo, abbate del monastero di Nova Cella nella Lusazia Inferiore ...., nella quale asserisce essere sempre stato solito ogni anno scrivere alla S. Cong^ne^ di P. F. una nota specifica delle missioni che esercitano quei suoi religiosi, ma che nell' anno 1794 e nello scaduto 1795 non ha ricevuto alcun riscontro nemmeno di una lettera da lui scritta al s^r^ cardinale prefetto, quale per maggior sicurezza fu ricapitata a Monsr nunzio di Vienna [v. supra in annot. 529]. Bramarebbe egli pertanto sapere per sua quiete, se quelle tali sue lettere siano arrivate ∝", unde apparet abbatem P. Edmundum timuisse, ne literae suae perderentur. Id quidem non accidit; eius literae ad S. Cong^nem^ de P. F. sunt iuste perlatae, casus autem, quem P. abbas metuebat, ad ipsius S. Cong^nis^ de P. F. responsiones recidit, nam reapse S. Cong^o^ de P. F. ad P. Edmundum abbatem tam anno 1794 (die 13. Septembris — „Lett. della Sagra Cong^ne^ dell' anno 1794. Num. 266" fol. 529), quam anno 1795 et quidem die 29. Augusti („Lett. della Sagra Cong^ne^ dell' anno 1795. Num. 268" fol. 296) suas dedit literas, quae ad eum non sunt perlatae. — Huc etiam ea pertinent, quae de S. Cong^nis^ de P. F. literis ad varios missionarios factis, non autem recta via ad eos, sed ad nuntium sedis apostolicae missis, Marius Alberici nuntius Vindobonensis ad Franciscum Ravizza, eiusdem S. Cong^nis^ secretarium, die 18. Februarii 1674 scripsit (v. supra in annot. 531).

[836]) Literis a Gasparo Valentino Werdecker ad S. Cong^nis^ de P. F. cardinales die 11. Decembris 1665 datis (v. supra in annot. 507 et 596), quibus P. Werdecker nomen verbis: „Gasparus Valentinus Werdecker, sacellanus in Jaschkittel" subscripsit, in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria a tergo — praeter alia (v. supra in annot. 507) — haec ascripta sunt: „Jaschickel 11 Gennaro [!] 1665. || D. Gasparo Valentino Wadecker"; literas autem suas, quibus ad eas die 27. Augusti 1666 rescripsit, et quarum partem supra in annot. 835 attulimus, S. Cong^o^ de P. F. verbis: „Gasparo Valentino Herdeker Japsbillam [!] prope Vratislaviam" inscripsit; quis igitur miretur literas has ad P. Werdecker non esse perlatas? In literis sane ad [Clementem IX.] summum pontificem anno [1668] scriptis (v. supra in annot. 835) P. „Casparus Valentinus Werdecker, sacellanus Rev^mi^ Weinzerle foris in parochia Jäschkittel nominata" his verbis conqueritur: „.... Quandoquidem sub poena excommunicationis obstrictus sim, ut annis singulis, non tantum semel, sed toties, quoties non accipio responsum, S^mum^ aut S. Cong^nem^ de P. F. de statu, conditione, permansione et loco certiorem, idcirco partim gravitate iuramenti, partim etiam conscientia propria ductus, me sat diligentem hactenus in scribendo gessi et aliquoties per annum

attento sive ipsius S. Cong^nis^ officialium sive rei vehiculariae curatorum plus minusve — ut alias calamitates taceam — nonnunquam retardatae sunt.[837]) Huic utrique malo, ne (dico) literae perderentur neve retardarentur, S. Cong^o^ de P. F. obviare satagens, eas — praesertim quae magni momenti erant vel ad oras remotiores mittebantur — iterabat ita, ut modo binas (quin et ternas) literas iisdem verbis ad eandem personam scriptas uno quidem die, sed per diversas vias, modo literas iisdem verbis ad eandem personam factas eadem quidem via, sed non eodem tempore mitteret, quod tum

tam S^mo^, quam etiam S. Cong^ni^ de P. F. scripsi, quia vero nullum unquam responsum obtinui, cogor iterare scriptionem ∝". Et a tergo harum literarum a summo pontifice ad S. Cong^nem^ de P. F. delegatarum in eiusdem S. Cong^nis^ cancellaria — praeter alia — haec ascripserunt: „Jäpsbittel [!] prope Vratislaviam. || Gasparo Valentino Heideter [!]". — Ad P. Joachymum Wohlhaben, cuius nomen a tergo literarum ab eo ex. gr. die 11. Octobris 1642 ad Franciscum Ingoli secretarium missarum („II. Lettere d' Italia 1642. Num. 35" fol. 135) forma: „Gioacchino Volabene" (v. supra in annot. 490), in 23° decreto congregationis generalis 291^ae^ die 12. Septembris 1642 habitae („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1642 e 1643" fol. 169) forma: „de alumno Joachyno Wuollabeno", a tergo libelli supplicis in generali congregatione die 30. Aprilis 1642 relati („Memoriali 1642. Num. 403" fol. 166) forma: „Joachimi Wolhabeni", a tergo scripti eidem libello supplici additi („IV. Boemia ab anno 1635 ad 1648. Num. 214" fol. 39) forma: „Joachimi Welhabani" et in literis ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 10. Maii 1642 missis („Lett. volg. della S. Cong^ne^ dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 30) forma: „Gioachino Volabeni" S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria reddit, eadem S. Cong^o^ die 8. Octobris 1642 dedit literas verbis: „Al s^re^ Gioachino Wolabene" inscriptas („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 77). — Aliud — e multis — exemplum Ferdinandum baronem a Herberstein spectans v. supra in annot. 699. — Contra S. Cong^nis^ de P. F. literae aliquando, etiamsi a literarum allatarum tergo personae, ad quam responsio danda erat, nomen perperam ascriptum legitur, recte et iuste inscribuntur; literis ex. gr. a P. Joanne Mahr ex Austriae loco, cui Haag nomen est, die 27. Februarii 1794 ad S. Cong^nem^ de P. F. missis („Scritture riferite nel congresso dell' Em^mo^ prefetto dell' anno 1786 a tutto il 1797: Germania, missioni settentrionali ∝. Num. 14" fol. 461) in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria haec scripto adiecerunt: „Germania. Vienna. Sternberg [= via a P. Joanne Mahr in literis ipsis indicata, per quam responsum mittendum erat.] || Haag 27 Gennaro [!] 1794". || D. Giovanni Haag [!] alunno. || Lettera di stato. || Risposto Aprile 1794", at S. Cong^nis^ de P. F. literae, per quas ad literas has respondit, die 5. Aprilis 1794 datae („Lett. della Sag. Cong^ne^ dell' anno 1794. Num. 266" fol. 411b) verbis: „Al s^r^ D[on] Giovanni Mahr" sunt inscriptae.

[837]) In literis ex. gr. a Cyriaco [Rossi] nuntio Vindobonensi ad [Gasparum] cardinalem Borgia die 5. Junii 1632 factis („Lett. di Germania, Colonia ∝ 1632. Num. 74" fol. 5) haec leguntur: „Da Mons^re^ nunzio in Polonia [quo munere tunc Honoratus Visconti archiepiscopus Larissenus fungebatur] mi viene trasmessa questa settimana solamenta la lettera di V. Em^za^ de 3 d' Aprile [!] passato, nella quale mi comandava ...., ch' io persuadessi al s^r^ cardinale d' Arrach, che per le necessità presenti della chiesa di Boemia fosse bene di lasciare in Germania il P. Valeriano Magno che hora sarà costì [Romae] con S. Em^za^. Mi rincresce di non havere ricevuto l' avviso in tempo per esequire, quanto mi veniva imposto ∝", unde patet S. Cong^nis^ de P. F. literas die 3. Aprilis 1632 ad nuntium Vindobonensem datas aut in ipsius S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria aut a rei vehiculariae curatoribus in literarum ad Poloniae nuntium missarum fasciculum perperam conditas esse. — V. etiam supra in annot. 521.

etiam facere consuevit, cum certior facta est literas aliquas ad personam, cui eas inscripserat, perlatas non esse.[838])

Non omnes S. Congnis de P. F. literae communiter usitatis literarum notis perscribebantur: nonnullas enim — praecipue quae

[838]) Quod ad consuetudinem literarum iterandarum pertinet, v. supra, pag. XXVI et XXXIII — XXXIV. — S. Congnem de P. F. solitam esse suas literas, quas ex. gr. Constantinopolim dabat, non una semper eademque via, sed modo per Vindobonam, modo per Venetias mittere iam ex iis, quae supra attulimus (v. Antonii Ramiro literas die 26. Februarii 1627 ad Franciscum Ingoli factas et „notam", quam Vitalianus Borromei nuntius Vindobonensis literis ad Josephum Mariam cardinalem Castelli die 15. Januarii 1766 scriptis adiunxit, in annot. 529), apparet. Huc etiam verba: „.... Mi onoro inoltre di riferire all' Emze Vostre, che colla posta del decorso sabbato [12. Octobris 1743] mi giunsero i due pieghi a me raccomandati di cotesta S. Congne, l' uno de' quali inoltrai immediatamente a Presburgo...., e l' altro per Costantinopoli resta tuttavia presso di me, per essermi giunto due giorni dopo la spedizione di un corriero fatta colà da questa corte. Onde non essendovi di quì a Costantinopoli il comodo della posta, mi conviene aspettare altra spedizione o sicura occasione per inviarlo, come farò alla prima che mi capiterà ꝛc", quae in literis a Camillo cardinali Paolucci [Merlini] die 19. Octobris 1743 ad S. Congnem de P. F. datis (v. supra in annot. 426, 458, 519, 532) leguntur, pertinent, quae eidem S. Congni, si id nondum fecit, calcaria addere potuerunt, ut maioris saltem momenti literas in fasciculo Vindobonam misso comprehensas iteraret aliaque via, per quam citius pervenirent, mitteret. — Eodem die per duas diversas vias binas literas idem negotium spectantes missas esse haec literarum a S. Congne de P. F. ad [Hieronymum Grimaldi] archiepiscopum Edessenum et apostolicum ad aulam imperialem nuntium die 9. Martii 1726 scriptarum („Lett. della S. Congne dell' anno 1726. Num. 121" fol. 81b—82b) verba: „Fin sotto il primo di Settembre dell' anno scorso furono a V. Sia spedite due lettere di questa S. Congne [quarum exempla transscripta in volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1725. Num. 119" fol. 315 et 315b leguntur] una per la posta ordinaria e l' altra per mezzo di un canonico della cattedrale di Praga [Joannes Fritsch archiepiscopi Pragensis cancellarius erat] concernenti amendue alcuni progetti di quel Monsr arcivescovo ꝛc" testantur. — Eodem fere tempore iteratae sunt literae a S. Congne de P. F. ad [Dominicum Passionei] archiepiscopum Ephesinum atque sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium scriptae, quae in volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1731. Num. 132" fol. 221 - 221b leguntur; earum enim exemplar unum die 8. Septembris 1731, alterum die 10. Septembris 1731 missum est. — Alias ab eadem S. Congne de P. F. literas ad eundem nuntium scriptas longiore interiecto tempore iteratas esse verba, quae in volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1734. Num. 139" fol. 5b literarum ad archiepiscopum Ephesinum, apostolicum nuntium Vindobonensem, die 9. Januarii 1734 datarum exemplar subsequuntur: „Quì manca altra lettera al medesimo Monsr nunzio per l' assegnamento fatto ai canonici lateranensi d' Olmitz, et è registrata in appresso [folio 78b] sotto il dì 29 Aprile, in cui fu spedita di nuovo per duplicato". — Conf. etiam ea, quae in annot. 772 sunt allata. — Literas suas S. Congnem de P. F. iterare solitam esse, cum certior facta esset eas non esse perlatas, haec exempla probant: a tergo v. gr. literarum a Carolo [Carafa] nuntio Vindobonensi die 26. Januarii 1628 missarum (v. supra in annot. 521), quae ita incipiunt: „Mi sono giunte in questa settimana due di V. Sia Illma de 22 e 24 Decembre, tutte due aperte, che mi doveano capitare nella passata, nella quale fù svaligiata la posta. Una tratta della missione .... in Cassovia, sopra di che ne doverò trattar col provincial [Capucinorum] di Boemia...., e l' altra mi anuntia due relationi d' Hamburgo, Lubeck et altri luoghi convicini, quali relationi per il sopradetto svaligiamento si sono perse ꝛc", praeter varia alia etiam haec eaque Francisci Ingoli manu sunt ascripta: „Die 22. Februarii 1628. Congo 88a. || Che si mandano li dupplicati delle relationi d' Hamburgo che avvisa essersi perduti per il caso successo al corriere che li portava ꝛc." Simili

magni momenti erant — S. Congo notis secretioribus scribi iubebat, quibus etiam ii, qui ad eam simili modo per notas scribere volebant, utebantur.[839])

Ad S. Congnis de P. F. literas codicillosque sive a cardinali praefecto sive ab aliis euisdem S. Congnis cardinalibus sive a secretariis scriptos institutiones, quas vulgo instructiones vocant, eaeque aut secretae aut communicandae, et epistolae verbis ‚memoria' aut ‚pro memoria' inscriptae accedunt,[840]) quae eodem modo ac literae in eiusdem S. Congnis de P. F. cancellaria et literis con-

modo a tergo codicilli a P. Alano Bagatti abbate ad [Caesarem Brancadoro] secretarium anno [1796] scripti (v. supra in annot. 835), e quo hic S. Congnis de P. F. secretarius cognovit S. Congnis binas literas ad P. Edmundum abbatem Neocellensem missas (unas die 13. Septembris 1794, alteras 29. Augusti 1795) non esse perlatas, verba: Si è spedito duplicato" scripto sunt apposita.

[839]) Literas ex. gr., quas S. Congo de P. F. in particulari congregatione „super negotiis Boemiae" die 12. Septembris 1637 peracta (v. supra in annut. 686) decrevit, notis secretioribus scribi iussit, quod verba: „Mandavit minutam literarum praedictarum, postquam fuerit ab omnibus approbata, in cifram redigi et una cum dicta scriptura ad praefatum nuntium mitti", quae in eiusdem congregationis decreto (fol. 366) leguntur, comprobant. Et in literarum a S. Congne de P. F. ad nuntium Vindobonensem [Malatestam Baglioni] mittendarum commentarii (v. supra in annot. 685) margine — et quidem eo loco, quo ipse S. Congnis secretarius Franciscus Ingoli eum manu sua scribere coepit — eiusdem secretarii manus verbum: „Cifra" apposuit. — Literas a P. Joanne Christiano Paldamus, qui collegii Urbani alumnus fuerat, anno [1701] ad S. Congnem de P. F. datas (v. supra in annot. 292) notis secretioribus esse scriptas iam diximus; notae autem, quibus P. Paldamus usus est, sunt huiusmodi: „99 [= La] | 82, 18, 90, 93, 24 [letera] | 10 [del] | 286 [papa] | 60 [al] | 300 [rè] | 14 [di] | 295 [Polonia] | 20, 66, 93, 20, 24 [circa] | 99 [la] | 79, 13, 26, 93, 36, 87, 47 [conversione] | 10 [del] | 23, 13, 87 [suo] | 63, 66, 22, 62, 66, 87 [figlio] | 28, 24 [ha] | 28, 24, 13, 13, 18, 87 [havuto] | 131 [tuttavia] | 23, 87, 62, 87 [solo] | 128 [questo] | 26, 63, 63, 26, 18, 18, 87 [effetto] | 72 [che] | 36 [si] | 13, 26, 19, 26 [vede] | 32 [per] | 82 [le] | 33, 24, 87, 97, 66 [mani] | ꝛc". — Conf. etiam supra, in annot. 350.

[840]) In volumine „Scritture non riferitte dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 336 „instructio secreta da mandarsi 15 giorni prima dell' altra che potrà communicarsi, e questa tener secreta" et fol. 335 haec altera „instructio", quae communicari poterat, aeque ac illa ad apostolicum vicariatum Vratislaviensem missa legitur. In volumine „I. Visite e collegii 1641. Num. 19" fol. 191—193 „istruttione" a Monsr nuntio di Germania intorno al seminario arcivescovile di Praga et al seminario Strahoviense di san Norberto in quello incorporato", quae die [20. Junii 1641] ad [Gasparum Mattei] nuntium Vindobonensem est missa, in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 91—92 „instructio ad consistorium episcopale Reginohradecense" die [24. Aprilis 1779] missa, in tomo verbis „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1750 al 1760. Num. 10" (cuius folia numeris non sunt signata) „memoria data dal segretario di Propaganda al sr cardinal Millini", cui a tergo verba: „Boemia. 1754" sunt ascripta, in volumine „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1750. Num. 176" fol. 58b—60 „memoria" ad Alexandrum cardinalem Albani die 9. Junii 1750 missa, in volumine „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio per l' Indie Orientali dall' anno 1743 a tutto il 1746. Num. 161" fol. 331 sqq. „memorie ed ordini della S. Congne de P. F. per il P. Arcangelo Miralta, procuratore della medesima nella Cina" die 9. Martii 1746 scriptae leguntur. — V. etiam supra in annot. 179, 268, 374, 651.

signabantur et, postquam modo simili ac literae emendatae et approbatae sunt, describebantur[841]) et una cum literis (codicillis) eas comitantibus nunc cum die iis ascripto, nunc sine die, nunc cum nomine vel nominibus subscriptis, nunc cum sigillo appresso, alias sine ullo nomine subscripto sineque sigillo (foras aut per Urbem) ad eos, quos spectabant, et quidem institutiones, quas diximus, saepissime ad sedis apostolicae nuntios, visitatores, epistolae vero verbis, quae diximus, inscriptae, saepissime ad principum regnantium in curia Romana constitutos oratores vel ad curiae ipsius varios magistratus mittebantur.[842]) Non omnes institutiones verbo ‚instructio' (‚l' istruzione'), sed nonnullae etiam aliis verbis inscriptae sunt; aliae etiam institutiones a literarum forma plane abhorrent, aliae — praecipue in parte extrema — ad earum similitudinem accedunt; pari modo non omnes ‚memoriae' verbo ‚memoria' inscriptae reperiuntur.[843])

[841]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1723 a tutto il 1727 e senza tempo di Germania e missioni settentrionali. Num. 6" fol. 771 hic codicillus legitur: „S' e fatta una lunga instruttione per la cassa del sale che si deve mandare domani sera a Monsr nuntio di Vienna, ove se li dà la notitia non solo delle resolutioni, mà della mente della S. Congne con ingiungere alcune diligenze al medesimo nuntio. Se li deve fare una lettera d' accompagnarla, e che succesivamente se li mandaranno li decreti che sono stati approvati dalla Stà di N. Sre con quel di più che contiene l' istruttione parimente approvata da S. Beatne. L' istruttione la vedrà domani mattina, chè si stà ora copiando". — Decretum in congregatione particulari die 10. Junii 1641 peracta factum (v. supra in annot. 779) ita habet: „.... Expedito praefato negotio Augustinianorum Indiae Orientalis actum fuit de seminario archiepiscopali Pragensi, et referente Emmo domino cardinali Spada minutam literarum ad dominum cardinalem de Harrach et nuntium caesareum cum instructione pro praedicti seminarii defensione mittendarum, S. Congo primo illas emendavit easque sic emendatas cum praefata instructione expediri iussit sub anteriori data ∝", quae instructio illa est, quam ad [Gasparum Mattei] nuntium die 20. Junii 1641 missam esse in annot. 840 (v. supra) diximus. — V. etiam supra in annot. 684.

[842]) In volumine „I. Visite e collegii 1641. Num. 19" fol. 211 S. Congnis de P. F. literarum ad [Gasparum Mattei] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium [die 20. Junii 1641] datarum commentarius legitur, qui verbis: „Dall' inchiusa istruttione [institutio, quam supra in annot. 840 et 841 tetigimus, intelligitur, cui „il cardinale Antonio Barberini prefetto" et Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt sigillumque impressum, nullus autem dies est ascriptus, quod ex exemplo in archivio archiepiscopatus Pragensis collocato („Univ. Carolo-Ferdin. fascic. II") patet] et altre scritture che si mandano con questa, V. Sia vederà il bisogno ∝" incipiunt. — In S. Congnis de P. F. literis ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem die 1. Octobris 1715 scriptis („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1715. Num. 104" fol. 209b—210) haec leguntur: „.... Unitamente se le acclude un' istruzzione ∝", quae instructio verbis: „Istruzzione per Monsr Spinola nunzio in Vienna per la cassa ecclesiastica del sale di Boemia" inscripta in volumine „Congni particolari ∝ di Boemia ∝. Num. 35" fol. 149—156b reperitur, eique in margine folii 149 alia manu verba: „Trasmessa a Monsr nuntio sotto il primo Ottobre 1715" et a tergo (fol. 156b) verba: „Istruttione mandata a Monsr nuntio in Vienna primo Ottobre 1715", sunt apposita, nullum vero nomen subscriptum nec dies ascriptus est. — Institutioni „ad consistorium episcopale Reginohradecense" missae (v. supra in annot. 840) „Joseph Maria cardinalis Castelli, praefectus Congnis de P. F." nomen subscripsit, diem autem non ascripsit. — Institutioni verbis: „No 2. Instruttione per li nuntii che devono visitare li collegii soggetti alle loro nuntiature conforme all' ordine di S. Stà e della S. Congne de P. F." inscriptae (v. supra in annot. 651) dies verbis: „Roma li 25 Febbraio 1645" est ascriptus, et „il cardinal Sant' Onofrio" atque „Francesco Ingoli secretario" nomina subscripserunt. — Transscripto institutionis ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach et ad [Joannem Pallotto] nuntium a S. Congne de P. F. datae exemplo, quod in archivio archiepiscopatus Pragensis („Miscellanea") reperitur, verbis „Instruttione alli sri cardinale d' Harrach et arcivescovo Tessalonicense et nunzio di N. Sre in Germania" inscriptum, „il cardinale Borgia vescovo" et „Francesco Ingoli" nomen subscripserunt, dies autem non est ascriptus. — S. Congnis de P. F. secretarii [Nicolai Lercari] codicillus ad [Hannibalem Albani] tituli s. Clementis cardinalem die 5. Maii 1745 scriptus („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1745. Num. 165" fol. 44) verbis: „In esecuzione degl' ordini della S. Congne tenuta ieri mattina Monsr segretario umilia all' Emza Vostra l' annessa memoria riguardante i collegj pontificj di Germania ∝" incipit, eumque „Memoria" (fol. 44—45) subsequitur, cui secretarius, quem diximus, certocertius nec diem ascripsit nec nomen subscripsit, nec sigillum appressit. — Idem de epistola verbis: „Memoria per l' Emmo sr cardinale Alessandro Albani" inscripta („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1765. Num. 207" fol. 120b—122) dictum esse puta, quam [Marius Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretarius una cum codicillo die 29. Novembris 1765 dato (ibid. fol. 120), in quo verba: „In adempimento degl' ordini della S. Congne il segretario di Propaganda supplica V. Emza di voler scrivere all' imperial corte di Vienna coerentemente alla qui annessa memoria ∝" leguntur, ad cardinalem, quem diximus, et qui Mariae Theresiae reginae negotia perinde ac Marius cardinalis Millini (v. supra in annot. 840) in Romana curia curabat, misit. — Codicillus a [Silvio de Cavalieri] secretario ad [Fabritium] cardinalem Paolucci, qui secretarii status munere fungebatur, die 30. Augusti 1709 scriptus („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1709. Num. 98" fol. 305) verbis: „Il segretario acclude all' Emza Vostra l' accluso foglio per una memoria di parlare col sr baron Schenck [qui, Bernhardus baro Schenck, Friderici Augusti II. Saxoniae electoris Poloniaeque regis in curia Romana orator erat] e stimando ∝" incipit.

[907]) Folio 314 eiusdem tomi ex. gr. hoc mandatum legitur: „Sr Luigi Francescangeli pagherà al P. Cristiano da Boemia, exprefetto della missione di Egitto e missionario di 30 anni, venuto in Padova per dar conto della missione, lire cento trentacinque piccole monete che gli si somministrano per il suo viaggio, e con ricevuta etc. porrà a conto. || Lire cento trenta cinque. || Padova 5 Luglio 1799. || [alia manu:] Io Frà Christiano da Boemia facio certa fede d'aver ricevuto da S. Em^za cardinal Borgia lire 135 venete".

[908]) „Breve relazione ∝", quam supra tetigimus, ita incipit: „Fin dal dì 25 Maggio 1798 la santa memoria di Pio VI° incaricò il cardinale Borgia che trovavasi in Padova, della cura delle missioni di Propaganda e specialmente della Turchia Europea con pienissima facoltà senza limitatione di sorte alcuna. Dal solo Egitto e dalle missioni delle coste dell' Affrica, sebbene fin dal primo vi si spedissero le circolari, anche dupplicate, e poi si ripetessero per la terza volta, non si ebbe mai alcuna lettera o risposta. Si tentò pure la via di Cipro e l' altra di Gerusalemme, mà inutilmente. Per le missioni poi di Gerusalemme diede sempre buona mano il P. Pellegrino da Verona, commissario di Terra Santa in Venezia ∝". — In scripto verbis: „Registro delle grazie e decreti accordati col mezzo della S. Cong^ne di P. F. dalla S^tà di N. S^re Pio papa VII° Maggio 30 [1799]" fol. 437b ex. gr. haec leguntur: „.... Olmutz, Moravia. — Proroga delle facoltà della formola terza

Quid praeter S. Cong^nis de P. F. literas tomus numero 278 signatus contineat, vel ex eius inscriptione „Lettere, decreti al card. Borgia in Venezia nel 1798, 1799 al 1800" apparet.[909])

Si quis ex iis, quae hucusque dicta sunt, opinatur in huiusce archivii S. Cong^nis de P. F. partis voluminibus solum literas ab eadem S. Cong^ne revera missas contineri, errat; in iis enim etiam literarum non missarum, sive quod literae emendatae sunt, sive alia de causa (ex. gr. ob personae, cui inscriptae sunt, mortem) non sunt rei vehicularíae curatoribus traditae, exempla leguntur,[910]) ipsique literarum a S. Cong^ne missarum tomi annotationibus aut in margine aut in ipsarum literarum inscriptionibus appositis (quod ex exemplis in annot. 910 allatis est manifestum) nonnullis locis indicant has et illas literas reapse non esse datas; at, utrum omnes ceterae literae, quibus annotatio huiusmodi deest, vere missae sint, nec ne, dicere est difficile.

---

all' arcivescovo di Olmutz [Antonius Theodorus comes Colloredo erat]. || Facoltà al suffraganeo dell' arcivescovo di dare la benedizione papale in caso d' infermità di questo a norma della concessione fatta al suddetto ∝". — Inter literas allatas, quae in hoc tomo reperiuntur, illae, quae fol. 462 leguntur, verbis: „Al cittadino cardinale Stefano Borgia, Padova" sunt inscriptae".

[909]) Contra tam hanc, quae a tomi dorso legitur, quam internam (fol. ante 1) voluminis inscriptionem („Lettere relative alla Propaganda scritte al cardinal Borgia, mentre si trovava a Padova ed a Venezia") vel primae huius tomi literae pugnant, quae a Caesare Brancadoro, S. Cong^nis de P. F. secretario, ad [Philippum Casoni] sedis apostolicae in Hispania nuntium, Roma die 27. Martii 1798 missae sunt.

[910]) In exempli literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 27. Junii 1665 scriptarum („Lettere circa la Germania, Belgio ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49" epistola 4^a) margine verba: „Non seguì" sunt apposita, et earum exemplar ipsum ducta linea deletum est. In eodem tomo alii literarum ab eiusdem S. Cong^nis [prosecretario Antonio Manfroni] ad eundem cardinalem ab Harrach die 22. Augusti 1665 scriptarum exemplari (et quidem epistolae 7^ae) in margine verba: „Questa lettera non fù mandata" sunt adiecta; eodem loco literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Joannem Baptistam] cardinalem Pallotto die 27. Februarii 1630 scriptarum („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10" fol. 15) exemplo verba: „Non fù mandata" sunt addita; literarum ab eadem S. Cong^ne die 23. Decembris 1628 ad P. Josephum Polonum scriptarum („Lett. latine della S. Cong^ne dall' anno 1622 al 1623 [iuste: 1629] Num. 1" fol. 195) exemplum verbis: „Fr. Josepho Polono Capucino. Haec non fuit missa, sed verte paginam" est inscriptum; literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Melchiorem] cardinalem Khlesl mense Maio 1628 scriptarum exemplo, quod in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1628. Num. 7" fol. 68—69 legitur, in margine verba: „Non fù poi mandata questa, ma quella a cart. 69" apposita sunt, et revera aliud (emendatum) literarum a S. Cong^ne ad eundem cardinalem scriptarum exemplar loco indicato reperitur. Literarum ab eadem S. Cong^ne ad eundem cardinalem Khlesl die 12. Octobris 1630 scriptarum exemplum in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10" (fol. 121) ita inscriptum est: „Al s^r cardinal Cleselio. Non andò, perchè s' intese la sua morte". — V. etiam supra in annot. 693, ubi commentariorum literarum non missarum („Lettere non andate fuori") facta est mentio.

Modus, quo S. Congnis de P. F. literae in literarum missarum tomos referebantur, maxime varius est, quod mirum esse nemini potest, si iustam tanti temporis spatii, quod haec nostra spectat commentatio, rationem habet.

Hoc loco imprimis id maximi momenti est, quod non ipsae literae, antequam perfectae et absolutae e S. Congnis de P. F. cancellaria exierunt, sed soli earum commentarii (quos vulgo conceptus vocant) in literarum missarum volumina referri solebant, qui mos etiam aliis, praecipue curiae Romanae cancellariis communis erat.[911]) Deinde ne id quidem parvi momenti est, quod commentarii, quos diximus, aeque ac in aliis cancellariis fiebat,[912]) non toti integri in literarum missarum tomos transcribi, sed potius exscribi solebant ita, ut eorum nonnullae eaeque non semper inanes partes praetermitterentur. Partes, quae omitti solebant, sunt: nomen (nomina) literis subscriptum (subscripta), quae scilicet nomina commentariis ipsis deerant, semper; similiter semper fere verba, quae nomen subscriptum cum literis coniungunt (v. supra, pag. CCCXLIII), perinde ac allocutio, quae in primis literis poni solebat (v. supra, pag. CCXCI);[913]) salutatio in extremis literis poni solita (v. supra, pag.

[911]) Conf. ex. gr. Sickel, Römische Berichte III. (Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, tom. 141 pag. 59).

[912]) Conf. ibidem, pag. 69, 70.

[913]) S. Congnis de P. F. literae ad [Melchiorem] cardinalem Khiesl die 12. Octobris 1630 datae (v. supra in annot. 910) in literarum missarum tomo verbis: „Roma 12 Ottobre 1630“ finem capiunt, verbis: „Di V. Emza ∝“ nominibusque, quae iis subscripta sunt, praetermissis; literis iisdem quaevis allocutio deest; post verba enim in annot. 910 allata verbis: „Le Gesuitesse non solo non hanno ottenuta alcuna confermatione dell' istituto loro ∝“ incipiunt. Quod, mutatis mutandis, de plurimis literarum in literarum missarum voluminibus contentarum exemplis dici potest. Contra autem S. Congnis de P. F. literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 2. Junii 1654 datae („Lett. volgari della S. Congne degli an. 1654 e 1655. Num. 30“ fol. 25b—27), quae etiam in hoc volumine (post inscriptionem) verbis: „Emmo e Revmo signore mio osservandissimo“ incipiunt et verbis: „humilissimo et affettionatissimo servitore“ finem capiunt, aliaeque ab eadem S. Congne ad [Petrum Vidoni] Poloniae nuntium die 10. Julii 1657 scriptae, quae in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1656 e 1657. Num. 31“ (fol. 70b numo 2o) verbis: „Molt' Illre e Revmo Monsre come fratello“ incipiunt atque verbis: „Di V. Sia come fratello affettionatissimo“ finem sumunt, tam allocutionem in primis literis poni solitam, quam verba, quae literas cum nomine subscripto coniungunt, habent. Nonnullae aliae S. Congnis de P. F. literae eodem tempore datae, quo utraeque, quas modo tetigimus, scriptae sunt, etiam in literarum missarum tomis saltem allocutionem in fronte gerunt, cuiusmodi sunt ex. gr. literae a S. Congne ad [Scipionem d' Elci Pannocchieschi] nuntium Vindobonensem die 14. Aprilis 1654 datae, quae in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Congne degli an. 1654 e 1655. Num. 30“ (fol. 17) leguntur, allocutione „Molto Illre e Revmo signore come fratello“, quae sane contra ea, [quae in literarum die 21. Julii 1657 ad apostolicae sedis nuntios factarum inscriptione (v. supra in annot. 698) dicta sunt, pugnat, incipientes et, ut alias similes silentio praetereamus, literae ab eadem S. Congne ad P. D. Franciscum

CCCVIII—CCCXXXI), saepissime; pagella extrema, si literis ipsis, priusquam iis nomen est subscriptum, non autem earum commentario, addita est (v. supra, pag. CCCXXXIX);[914]) verba, quibus literae aut a tergo aut in involucro inscribebantur (v. supra, pag. CCCXLVI—CCCL), eaque aut nonnulla aut (si in quo literarum missarum tomo

Hieronymum Oprandi, sacrarum ordinis Barnabitarum in Silesia missionum praefectum, die 9. Decembris [1654] scriptae, quae in eodem literarum missarum tomo (fol. 63b) allocutione: „Molto Revdo Padre“ incipiunt. Conf. etiam exempla e literarum missarum tomis in annot. 698 allata.

[914]) S. Congnis de P. F. literae ex. gr. ad [Joannem Baptistam] cardinalem Pallotto die 26. Junii 1630 scriptae, quae in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10“ (fol. 66—66b) verbis: „.... Aspetta anco la medesima S. Congne la risposta ch' haverà data il sr duca di Michelburg circa le conditioni, che si desiderano nella restitutione de beni ecclesiastici, ch' egli ha proposto nella medesima S. Congne per potervi fare sopra le considerationi che bisogneranno ∝. Roma 26 Giugno 1630“ finem capiunt, aeque ac literae ab eadem S. Congne ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem die 2. Maii 1719 datae, quae in volumine „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1719. Num. 108“ (fol. 78b) verbis: „.... Questo è, quanto m' occorre significare a V. Sia in questo particolare, e per fine ∝“ finem sumunt, et aliae ab ea ad [Mauritium Gustavum comitem a Manderscheid] archiepiscopum Pragensem die 20. Septembris 1755 factae, quae in literarum missarum tomo „Lett. della S. Congne dell' anno 1755. Num. 185“ (fol. 167b—168b) verbis: „.... Haec Tibi significanda sunt nomine huius S. Congnis et respondenda literis, quas die 15. mensis Augusti dedisti. Postremo ∝“ finem capiunt, atque plurimae aliae S. Congnis de P. F. eiusque secretarii literae in literarum missarum voluminibus contentae omni salutatione in extremis literis poni solita carent aut saltem ei multa adimunt, cuiusmodi ex. gr. sunt literae ab eadem S. Congne ad [Joannem Tserklas] comitem a Tilly die 11. [iuste: 12.] Octobris 1629 datae, quae in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1629. Num. 8“ (fol. 162b—163) verbis: „.... Il che sarà non meno carissimo a questi miei Illmi signori, che di molto merito a V. Eccelza presso sua divina Mtà, dal quale ∝. Roma 11 [sic] Ottobre 1629“ finem sumunt. — Quod ad pagellam extremam pertinet, in literarum missarum volumine verbis „Lett. circa la Germania ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49“ inscripto literarum a Hieronymo Casanate, S. Congnis de P. F. secretario, ad [Armandum] Ricci subdatarium pontificium die 27. Aprilis 1667 scriptarum exemplar („lettera 56a“) legitur, quod verbis „Monsr mio Manfroni [v. supra in annot. 725] ∝“ incipiens verbis: „.... e Le bacio riverentemente le mani“ finem capit; earundem vero literarum exemplar, quod in literarum allatarum tomo verbis „Germania 50, 51, 52, 53, 54, 55. Num. 332“ (fol. 190) reperitur, post salutationem („e Le bacio ∝“), quam modo attulimus, etiam verba: „Dal palazzo de Propaganda Fide 27 Aprile 1667. || Di V. Sia Illma e Revma || Devo soggiungere a V. Sia Illma, che ∝“, quae supra in annot. 781 attulimus, habet; unde apparet pagellam extremam, quae in hocce exemplo legitur, in literarum missarum volumine deesse. — Idem de literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretario ad [Hieronymum] Casanate [tunc S. Officii assessorem] die 24. Decembris [1670] datarum exemplo, quod in volumine „Lett. scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56“ (fol. 180b) reperitur, ubi verbis: „.... E Le bacio riverentemente le mani“ finem sumit, dictum esse puta, nam in earundem literarum exemplo, quod in literarum allatarum tomo „Scritture riferitte nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1650 al 1680. Num. 1“ (fol. 232) legitur, post salutationem modo allatam etiam verba: „Dalla Propaganda 24 Decembre 1670. || Di V. Sia Illma e Revma || Supplico V. Sia Illma rimandare a me le facoltà, quando saranno spedite, e resto Suo [= pagella extrema] || obligatissimo e devotissimo servitore || F. arcivescovo di Cesarea“ et in margine inferiore verba: „Monsr Casanate con decreto“ leguntur.

literae ad eandem personam scriptae proxime antecedunt) omnia, in qua re solum verbis: ‚Eidem', ‚Al medesimo', ‚Al sudetto' (aliquando cum nonnullis ipsius inscriptionis verbis ex. gr.: ‚al sudetto Monsr nunzio apostolico, Vienna') compensantur;[915]) denique — et quidem non raro — ipse dies (mensis, annus) literis ascriptus, qui tamen (aeque ac pagella extrema) e praecipuis literarum partibus est, nunc omnino praetermittitur, nunc solis verbis: ‚die dicta', ‚die ut supra', ‚4 detto' ‚a dì detto' similibusque compensatur;[916]) praeterea

[915]) S. Congnis de P. F. literarum ad P. Basilium Belgam Capucinum die 22. Junii 1630 scriptarum exemplum, quod in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10" fol. 64b legitur, ubi autem ei dies 26. Junii 1630 ascriptus est, in fronte verbis: „Al P. Basilio d' Aire Capucino" inscriptum est, originales vero literae [v. supra in annot. 802] a tergo verbis: „Al Mto Revdo P. Basilio d' Arie [!] Capuccino, Vienna" inscriptae sunt. — Literarum a S. Congne de P. F. die 23. Septembris 1649 datarum, quarum exemplar in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Congne degl' anni 1649, 1650. Num. 27" (pag. 7) verbis: „Al P. D. Florido [!] Cremona, Praga" inscriptum est, exemplar originale a tergo verbis: „Al Mto Revdo P., il P. D. Florio Cremona, preposito de canonici regolari del Smo Sepolcro, Praga" (v. supra in annot. 802) inscribitur. — Verba, quibus S. Congnis de P. F. literae personis, ad quas mittebantur, inscribebantur, non eodem semper modo ad literarum missarum volumina referri solebant, quod e his exemplis patet: S. Congnis eiusdem literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach factae in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Congne degli anni 1654 e 1655. Num. 30" ita v. gr. sunt inscriptae: „Praga. Al s^r cardinal d' Harrach, arcivescovo di Praga, 15 Decembre 1655" (fol. 123b), „Praga. Al m e d e s i m o s^r cardinal d' Harrach, 15 Decembre 1655" (fol. 124), „Praga. Al s^r cardinal d' Harrach, 2 Giugno 1654" (fol. 25b), simili modo in eodem volumine hae literae leguntur: „Vienna. A Monsr nuntio apostolico di Germania, 3 Agosto 1654" (fol. 37b) et „Vienna. A Monsr nuntio apostolico, 16 Agosto 1655" (fol. 93b). — In literarum missarum tomo „Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 103b S. Congnis eiusdem literae die 30. Septembris 1638 „P. Abbati de Stroph [iuste: Strahov]" datae leguntur, quas eodem folio aliae die 27. Novembris 1638 factae subsequuntur, quae verbo: „Eidem" sunt inscriptae. Contra autem in eodem volumine fol. 33 literae a S. Congne „domino Georgio, comiti Superioris Glagoviae [!]" die 16. Augusti 1631 scriptae leguntur, quas fol. 33b aliae iisdem verbis inscriptae sequuntur, quae die 23. Augusti 1631 datae sunt. In literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10" fol. 91b S. Congnis literae leguntur verbis: „Al s^r cardinal d' Harrach", fol. 92 aliae verbis: „Al medesimo" inscriptae, quibus utrisque dies 17. Augusti 1630 est ascriptus. — In alio literarum missarum volumine („L' Italia, lettere circa coll[egi], coll[egio] Urban[o], S. Congne e suoi ministri ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 46") fol. [166] S. Congnis literae die 15. Januarii 1667 factae leguntur, quae verbis: „A Monsr nuntio di Germania" inscriptae sunt; eas eodem folio aliae subsequuntur verbis: „Al sudetto" inscriptae, quae die 22. [Januarii 1667] datae sunt. — In volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1725. Num. 119" fol. 315—315b literae verbis: „A Monsr arcivescovo di Edessa, nunzio apostolico in Vienna, primo Settembre 1725" inscriptae, folio 315b—317b aliae verbis: „Al medesimo Monsr nunzio, primo Settembre 1725" inscriptae leguntur.

[916]) In literarum missarum tomo „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37", cuius non folia, sed singulae literae numeris sunt signatae, literas („Lett. 21"), quibus dies „12 Giugno 1660" ascriptus est, binae literae subsequuntur, quae in volumen, quod modo diximus, hoc modo sunt relatae: „Vienna. A Monsr nuntio di Germania. || Lett. 22a. || Si sono ricevuti i bilanci trasmessi da V. Sia

dies literis ascriptus in literarum missarum voluminibus, quae loci nomen, diei ascripto addi solitum, saepe omittunt, non semper illum locum, quem in literis ipsis habebat, obtinet, sed saepe (imo saepissime) ex extremis literis, ubi poni solebat, ad verba, quibus literae in tomis illis inscribuntur, transit,[917]) interdum autem (praecipue

etc. V[ide] Collegii c. B. || Colonia. A Monsr nuntio. || Lett. 23a. || Di ordine della S. Congne è stato pienamente rappresentato etc. V[ide] Collegii c. B a to"; literis, quae sequuntur, numero 24o signatis dies „17 Luglio 1660" ascriptus est. Si quis opinetur utrasque literas numeris 22o et 23o signatas medio tempore (inter diem 12. Junii et 17. Julii 1660) esse scriptas, erret; literarum enim illarum a S. Congne ad [Carolum Caraffa] nuntium Vindobonensem datarum exemplo, quod in volumine superius indicato „Lett. de' collegii dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" (fol. 31—31b) reperitur, dies 22. Martii 1660 est ascriptus. — Modo simili literarum a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum exemplari, quod in tomo „Lett. volgari della S. Congne degli anni 1652 e 1653. Num. 29" fol. 16b—17, aliarumque ab eadem S. Congne ad [Maximilianum Rudolphum liberum baronem a Schleinitz] episcopum Litomericensem scriptarum exemplo, quod in volumine „Lett. di notizie dei soggetti ∝ dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33" fol. 58b—59, perinde ac aliarum ab eadem S. Congne ad P. Venceslaum Otík [a Dobřan] factarum exemplari, quod in tomo „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ [vide in hacce prima annotatione]. Num. 37" („Lett. 6a") legitur, nullus dies est ascriptus. — In literarum missarum volumine „Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" fol. 82 literae leguntur verbis „Rectoribus collegiorum Germanici, Anglorum ∝ 20. Augusti [1661]" inscriptae, quas fol. 82b, 83, 84b, 85 literae verbis: „A Monsr nuntio di Germania a di detto", „A Monsr nuntio di Germania a di detto", „Al s^r cardinal d' Harrach a di detto", „P. rectori collegii ∝ die dicta" subsequuntur. In alio literarum missarum tomo („L' Italia, lettere circa coll[egii] ∝. Num. 46") fol. 30b literae verbis: „A D. Francesco Christofaro [!] King Friburgo il di detto", et fol. 31b aliae verbis: „D. Joanni Tugelio Naufurti die ut supra" inscriptae leguntur, quae utraeque die 18. Decembris 1666 datae sunt; aliaeque in eodem volumine (fol. 40b) verbis: „Al s^r cardinal Spinola il di sudetto", quibus verbis dies 12. Martii 1667 significatur, sunt inscriptae. In alio tomo literarum missarum („Lettere circa il settentrione, cioè Anglia, Dania ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 50") fol. 95 literae die [22. Decembris 1668] ad apostolicum in Poloniae regno nuntium (quo munere tunc Galeazzo Marescotti fungebatur) missae leguntur, quae verbis: „Al medesimo die dicta" sunt inscriptae. — In volumine „Lett. di Monsr segretario dell' anno 1723. Num. 115" (fol. 215) literae a [Petro Aloisio Caraffa] S. Congnis de P. F. secretario ad [Caietanum Cavalieri archiepiscopum Tarsensem] nuntium Coloniensem die 27. [Junii 1723] datae verbis: „A Monsre nunzio in Colonia 27 detto" inscriptae sunt.

[917]) In literarum a S. Congne de P. F. ad [Melchiorem] cardinalem Khlesl datarum exemplo, quod in literarum missarum tomo legitur (v. supra in annot. 910, 913), secundum diem iis ascriptum etiam loci nomen scriptum est: „Roma 12 Ottobre 1630", quod etiam de literis ab eadem S. Congne ad [Joannem Baptistam] cardinalem Pallotto die 26. Junii 1630 missis (v. supra in annot. 914) et multis aliis (v. ex. gr. supra in annot. 764—766) dictum esse puta. — Contra in die literarum ab eadem S. Congne ad [Cyriacum Rocci] nuntium Vindobonensem missarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1631 e Geno 1632. Num. 11" fol. 51) ascripto: „17 Maggio 1631", aeque ac in die literarum ab ea ad [Georgium ab Oppersdorf] Glogoviae principem datarum exemplari („Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 24—24b) verbis: „Datum 4. Aprilis 1631" ascripto loci nomen deest. Quae omnia literarum missarum exempla diem eodem loco, quo literae ipsae eum habuerunt, ascriptum habent; at in longe pluribus literarum missarum exemplaribus dies illo loco deest et ad eorundem exemplarium inscriptionem transiit, ubi ei saepissime loci nomen deest, quod ex his exemplis apparet: in volumine

Dionysii Massari et Marii Alberici, S. Cong^nis de P. F. secretariorum, tempore) vel loco utroque, quem modo diximus, legitur, vel in duas partes dividitur ita, ut dies mensis annus in literarum inscriptione, loci vero nomen diei ascripto additum in extremis literis reperiatur.[918]) At, quod peius est, in literarum missarum voluminibus etiam hae et illae S. Cong^nis de P. F. literae leguntur, quae non sunt integrae, sed truncae, aliqua (eaque praecipua) parte carentes.[919])

Contra literarum missarum tomi exscriptis literarum exemplis interdum aliquid, quod literis ipsis deerat, addunt: nunc literarum vel brevem vel verbosiorem sententiam,[920]) nunc solam intitulationem

„Lett. volgari della S. Cong^ne degli anni 1654 e 1655. Num. 30“ (fol. 52b–53) S. Cong^nis de P. F. literae verbis: „Vienna [= loci, in quem literae mittendae erant, nomen]. Al P. D. Francesco Girolamo Oprandi Barnabita, prefetto delle missioni di Silesia. — 28 Settembre 1654“ inscriptae leguntur, et eiusdem generis inscriptiones hae sunt: „Praga [= loci, in quem literae missae erant, nomen]. — Al s^r cardinal d' Harrach. 6 Novembre 1660“ in volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝. Num. 37“ („lett. 26a“), „A Monsr nunzio in Polonia. 15 Novembre 1698“ (v. supra in annot. 893), „P. Jacobo Wener Soc. Jesu provinciali Austriae Viennam, 20. Julii 1720“ in tomo „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1720. Num. 109“ (fol. 535–536b), „A Monsr nunzio apostolico [Albericus Archinto erat] in Polonia, Varsavia. 5 Ottobre 1748“ in volumine „Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1748. Num. 171“ (fol. 235b–236), „A Monsr arcivescovo Garampi, nunzio apostolico in Vienna. 17 Novembre 1781“ in tomo „Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1781. Num. 238“ (fol. 861b–862).

[918]) S. Cong^nis de P. F. literis ad [Scipionem d' Elci] missis, quas supra in annot. 698 iam tetigimus, in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne degl' anni 1654 e 1655. Num. 30“ (fol. 21b) dies duobus locis ascriptus est: primo in earum inscriptione, quae est: „Ratisbona [= loci, in quem mittendae erant, nomen]. — A Monsr nuntio apostolico di Germania. 15 Maggio 1654“, tum in extremis literis, quae in volumine illo verbis: „. . . . e mele raccomando. Di Roma li 15 Maggio 1654“ finem capiunt. — Aliae S. Cong^nis de P. F. literae ad eundem [Scipionem d' Elci Pannocchieschi] missae (v. supra in annot. 913), quae in eodem volumine fol. 17–17b leguntur, inscriptione „Germania. A Monsr nuntio apostolico. 14 Aprile 1654“ incipientes et verbis: „. . . . con che mele raccomando. Di Roma“ finem sumentes, diem ascriptum dividunt. Modo simili divisum diem ascriptum literae a S. Cong^ne eadem ad P. D. Franciscum Hieronymum Oprandi datae (v. supra in annot. 917) habent, quae inscriptione: „Vienna. — Al P. D. Francesco Girolamo Oprandi Barnabita, prefetto delle missioni di Silesia. — 28 Settembre 1654“ incipiunt verbisque: „. . . . me le raccomando. Di Roma etc.“ finem capiunt.

[919]) In literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne degl' an[ni] 1656 e 1657. Num. 31“ (fol. 74b–75b) ex. gr. S. Cong^nis de P. F. literae circum nuntios apostolicos „per informatione delle missioni e loro stato li 21 Luglio 1657“ passim dimissae (v. supra in annot. 698) leguntur, quae verbis: „. . . . Et acciochè questa diligenza sortisca il fine“ finem sumentes, sese truncas esse manifeste produnt. — Huc etiam omnia illarum literarum exempla pertinent, quibus in literarum missarum voluminibus pagella extrema (v. supra in annot. 914), perinde ac illa, quibus in iisdem tomis dies, si literis ipsis re vera ascriptus erat (v. supra, pag. CCCXXXI et annot. 764), deest (v. supra in annot. 916).

[920]) S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 15. Decembris 1655 datarum (v. supra in annot. 915) exemplari, quod in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne degli anni 1654 e 1655. Num. 30“ (fol. 123b–124) legitur, in margine sententia earum ita ascripta est: „Circa la rinvestitura del denaro della cassa del

(quam in omnibus aliis S. Cong^nis de P. F. archivii partibus deprehendimus, et quae in hisce voluminibus eadem esse solet ac illa, quae tam literis allatis ad negotium, quod literae missae spectant, pertinentibus in literarum allatarum utriusque generis tomis, quam decretis in „Actorum S. Cong^nis“ vel „Audientiarum S^mi“ vel „Congregationum particularium“ voluminibus a tergo aliove loco ascripta est) alias cum literarum summam, tum intitulationem;[921]) aliquando

sale et sicurezza delli 36.000 scudi che S. M^tà deve a detta cassa coll' assegnamento di qualche fondo“. Aliarum S. Cong^nis literarum ad [Scipionem d' Elci Pannocchieschi] nuntium Vindobonensem die 15. Maii 1654 missarum exemplo in eodem literarum missarum tomo (v. supra in annot. 698, 913, 918) summa earum hoc modo est in margine apposita: „Gli si raccomandano 4 Barnabiti destinati missionarii in Silesia ad istanza del s^r principe di Polonia, amministratore d' Vratislavia [cui Carolo nomen erat]“. In margine literarum a [Mario Alberici] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 20. Augusti 1659 datarum („Lett. della S. Cong^ne: ministri, stampa ∝ dall' an. 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 35“ fol. 44–44b) haec earum sententia legitur: „Persiste la S. Cong^ne in non voler interesse dell' imprestito all' imperatore. Come debba regolarsi in avvenire“. S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Cyriacum Rocci] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 3. Aprilis 1632 factarum („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1632. Num. 12“ fol. 39) summa ita in margine scripta est: „Ch' il P. Valeriano non venghi a Roma“. — Modo alio literarum summa literis a S. Cong^ne de P. F. ad P. Florium Cremona Barnabitam die 8. Februarii 1629 missis („Lett. volgari della S. Cong^ne dall' anno 1629. Num. 8“ fol. 23) in margine apposita scripta est: „Raccomandatione al s^r cardinal d' Harrach“. Literarum ab eadem S. Cong^ne ad P. Valerianum a Magni Capucinum die 14. Maii 1628 datarum („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1628. Num. 7“ fol. 61b–62) summa ita scripta est: „Progressi della riforma“ et paulo inferius: „Negotio della Carolina“. Simili modo literarum ab eadem S. Cong^ne ad [Joannem Bapt.] cardinalem Pallotto die 26. Junii 1630 factarum („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10“ fol. 66–66b) sententia est in margine divisa: „Confermatione imperiale per i beni ecclesiastici di Boemia. || Prevosto e decano d' Olmitz. || Della Carolina. || Risposta del duca di Michelburg [v. supra in annot. 914]“. — Utrumque sententiae literis ascribendae modum in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8“ fol. 12b–13 in S. Cong^nis de P. F. literarum ad Rudolphum baronem Trčka nuper ad fidem catholicam conversum die 20. Januarii 1629 datarum margine reperimus, quarum summa ita scripta est: „Congratulatoria. || Che faccia convertire li sudditi suoi“.

[921]) In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io 1702. Num. 91“ (fol. 3–4b) literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Franciscum Pignattelli] apostolicae sedis in Poloniae regno nuntium die 9. Januarii 1702 datarum exemplo in margine intitulatio: „Ruteni“ est apposita. — Literarum a [Carolo Barberini] cardinali praefecto S. Cong^nis de P. F. die 24. Septembris [1703] ad [Septimium Paluzii] internuntium in Poloniae regno missarum exemplo, quod in volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1703. Num. 92: Lett. per il s^r cardinal prefetto 1703“ (fol. 52b–53) legitur, in margine intitulatio: „Polonia“, eadem, quam a tergo literarum a Julio Gruner die 22. Julii 1703 Varsavia ad S. Cong^nem de P. F. datarum („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 28 Agosto ∝ 1703. Num. 546“: „cong^o 3. Sept. 1703 num^o 4“), quae literis ad internuntium Poloniae a S. Cong^ne scribendis ansam praebuerunt, reperimus, est ascripta. — Decreto 17° in congregatione generali die 22. Septembris 1704 peracta facto („Acta S. Cong^nis de P. F. de anno 1704“ fol. 243b–248b) intitulationes: „Boemia“ (fol. 243b) et inferius (fol. 247b): „Indie Orientali“ sunt in margine scripto additae; literarum a S. Cong^ne de P. F. ex hoc decreto ad [Joannem Antonium Davia] nuntium Vindobonensem die 22. Septembris 1704 missarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1704. Num. 93:

etiam aliquae literarum praecipua pars, quae in earum quidem commentario erat, in literis autem consulto praetermissa est, in exemplo, quod in literarum missarum tomo reperitur, legitur.[922])

Sequitur ergo, ut literarum (codicillorum) exempla, quae literarum a S. Congne de P. F. missarum tomi continent, non sint apta, ut literae tales, quales e S. Congnis cancellaria exierunt, redintegrari possint, etiamsi tam mendorum, quae scriptorum incuria in ea irrepserunt aut irrepere potuerunt, quam omissorum non omittendorum et adiectorum non adiiciendorum nulla ratio habetur. At quis est, qui nihil unquam ab ullo scriptore literarum commentariis, quos excribebat, esse additum affirmare nihilque ex iis, quae in commentariis illis legebantur, quin et ex iis, quae literarum exemplis in literarum missarum volu-

lett. della S. Congne") fol. 54b intitulationem: „Boemia", fol. 55 intitulationem: „Indie Orientali" in margine adiectam habet. — Libello supplici a Francisco Josepho Lednitzky S. Congni de P. F. porrecto („Scritture originali riferite nelle congregationi generali delli 16 Gennaro ∝ 1713. Num. 585": „congo 16. Jan. 1713 numo 23o") intitulatio: „Collegii" est a tergo addita; et eadem intitulatio tam in margine 23i decreti in generali congregatione die 16. Januarii 1713 habita facti, quam in literarum a S. Congne de P. F. ad eundem Franciscum Josephum Lednitz [!] eodem die 16. Januarii 1713 missarum exemplaris („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1713. Num. 102" fol. 15) margine legitur. — Contra literarum a S. Congne de P. F. ad P. Casimirum Silesiacum ordinis Minorum s. Francisci de observantia Reformatorum die 14. Maii 1714 scriptarum exemplo in volumine „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1714. Num. 103" (fol. 130) intitulatio: „Etiopia e Terra Santa" est in margine ascripta, libello autem supplici a P. Casimiro, quem diximus, S. Congni de P. F. porrecto, cui a tergo decreti 18i in congregatione generali die 14. Maii 1714 peracta facti commentarius est appositus, a tergo, perinde ac ipsi decreto 18o, quod diximus („Acta S. Congnis de P. F. de anno 1714" fol. 271) in margine sola intitulatio: „Etiopia" adiecta est. — S. Congnis de P. F. literarum ad [Carolum Caraffa] nuntium Vindobonensem die 22. Martii 1660 scriptarum exemplo, quod in literarum missarum tomo „Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" (fol. 31–31b) legitur, in margine sinistro earum sententia: „Si ringratia della trasmissione de bilanci delle spese fatte per quei collegii pontificii", et in margine dextro intitulatio verbis: „Collegii. Germania. Bohemia" est scripto apposita. Modo simili literarum a S. Congne de P. F. [ad Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 20. Augusti 1659 datarum exemplar, cui in margine sinistro earum summa (v. supra in annot. 920) est ascripta, in margine dextro intitulationem: „Stato temporale" gerit.

[922]) In volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1636. Num. 16" fol. 111b–112 ex. gr. hae a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 22. Novembris 1636 missae literae leguntur: „Mando a V. Emza l' inchiuso decreto circa li conti del datio del sale da Lei amministrato sin al tempo notato nelli sudetti conti, il qual decreto Le servirà per quittanza sin al detto tempo e per ricordo, com' habbia da governarsi nell' avvenire nello spendere li denari del sudetto datio. Mando ancora il decreto circa cotesto seminario, e, se Le occorrerà qualche cosa intorno ad esso, melo significhi ∝", in quibus verba: ‚e per ricordo ∝ [usque ad:] sudetto datio' linea subtus ducta notata sunt; et in margine fol. 112 (iuxta illa verba) huic literarum exemplo haec verba sunt apposita: „Nota, che si mandò la presente lettera senza però le parole segnate colla linea". Hoc igitur literarum S. Congnis de P. F. exemplar plura, quam literae ipsae foras missae, continet.

minum margine addi solebant, sed literis ipsis deerant, nil unquam omissum esse confirmare audeat? Scriptores autem, dum literarum commentarios in literarum missarum volumina referebant, non semel deliquisse, cum emendationes, quas passim in tomis illis reperimus, tum manifesta menda, quae non sunt emendata, luculenter probant.[923]) Si cui ex iis, quae modo dicta sunt, mirum esse videtur, S. Congnis literas, dico, redintegrari non posse, si quid etiam ex iis, quae literis ipsis deerant solumque in literarum missarum tomis his et illis literarum exemplis in margine adiiciebantur, scriptor omiserit, benevolo lectori exemplum, quod in annotatione 922 attulimus, in memoriam redigimus, ubi, si scriptor verba: „Nota, che si mandò la presente lettera senza però le parole segnate colla linea" in margine apponere oblitus esset, literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum exemplar, quod in tomo literarum missarum legitur, plus contineret, quam literae ipsae, quae e S.

[923]) In literarum ex. gr. ad [Melchiorem] cardinalem Khlesl die 17. Martii 1629 a S. Congne de P. F. missarum exemplo, quod in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell anno 1629. Num. 8" fol. 52—52b (v. supra in annot. 709) reperitur, verba: „Per provedere la provincia dell' [!] Slesia d' operarii ∝" leguntur, nomen autem Silesiae emendatum est; primo enim loco ‚Slesia' verbum: ‚Ilesia', quocum pronomen ‚dell'' bene congruit, scriptum erat; qui mendum ‚Ilesia' emendavit, pronomen ‚dell'', quod etiam emendandum erat, non mutavit. — In literarum missarum tomo „Lett. della S. Congne dell' anno 1721. Nnm. 110" fol. 749 sqq. nonnullae literae leguntur, quibus dies 8. Martii 1721 est ascriptus, quae autem post Clementis XI. summi pontificis, qui die 19. Martii eiusdem anni mortuus est, obitum (v. supra in annot. 892) emendatae sunt. — Sine ulla emendatione remansit literum a S. Congne de P. F. ad Joannem Philippum liberum baronem a Namiedi die 22. Julii 1645 scriptarum exemplar in volumine „Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 256b—257b (v. supra in annot. 700 et 717), quod ita scriptum est: „Ex literis P. Leonardi Lerie, Carmelitarum istius regni commissarii ac generalis vicarii, relatum fuit Sac. huius [!] Cong. de P. F. et [!] Illmam Dom. V. eximiae in eum atque in universum Carmelitarum ordinem pietatis testimonia exhibuisse agrosque inprimis ac bona omnia Sachoviensem [sic — iuste: Tachoviensem] conventum iure spectantia Eius favore restituta fuisse non modo, sed et domos proprio here [!] coemptas pro ecclesiis ac conventibus reaedificandis singulari liberalitatis exemplo donasse. Haec Sacrae huic Congni relata Emmorum Patrum animos in Eius amorem impulerunt, qui ideo eximiam Eius pietatem praesentibus lois [sic — iuste: literis] laudantes, parem erga Eam voluntatem propensionem [!] testantur. Hortantur insuper Illmam Domnem Vestram, ut, quae tam laudabiliter coepit, constanter et ad Dei gloriam perficiat, a quo retributionem Ei plurimam precor ac officia mea paratissima offero. Bene valeat. Romae 22. Julii 1645". — Modo simili in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1633. Num. 13" (fol. 82—82b) menda, quae in literarum a S. Congne de P. F. ad P. Florium Cremona [Mediolanensem] Barnabitam die 28. Julii 1633 missarum exemplo deprehenduntur, emendata non sunt; quae literae ita scriptae sunt: „Al P. Florio da [! — v. supra in annot. 490] Cremona. — La lettera di V. Revza de 14 di Giugno scritta al secretario [Franciscus Ingoli erat] essendosi riferita in questa S. Congne tenuta inanzi N. Sre [Urbanus VIII. erat], S. Beatne e questi miei Emmi sicome rimasi [!] molto consolati dei religiosi pensieri del sr duca di Fridlant e delle commissioni datele da S. Eccza, così avvertiscono V. Revza ∝".

Cong^nis de P. F. cancellaria re vera exiere. Huc accedit etiam, quod aliquando consuetudo in cancellaria, quam modo diximus, erat ea, quae saepe repetebantur, abbreviare, ubi tamen praecisum verborum praetermissorum ordinem restituere non est semper facile.[924]) Praeterea diversa formula ratioque scribendi, qua non modo diversae personae, quod praecipue de tempore, quo tam literarum commentarios, quam literas ipsas abbreviatores perscribere, scriptores vero eos in literarum missarum tomos referre solebant (v. supra, pag. XXVI), dictum esse puta, vero etiam eaedem personae eodem tempore utebantur, varias literarum ipsarum et earum exemplarium, quae in literarum missarum tomis leguntur, discrepantias creare potuit creavitque.

Quae omnia ut clarius elucescant, nonnulla literarum exemplaria in literarum missarum tomis comprehensa cum originalibus earum exemplis nobis contendere liceat.

Et primo literas a S. Cong^ne de P. F. ad P. Basilium Belgam Capucinum mense Junio 1630 scriptas (v. supra in annot. 777, 793, 794, 797, 802 et 915), quarum exemplar originale in archiepiscopatus Pragensis archivio asservatur, transscriptum autem exemplum

[924]) In volumine „Lett. di notizie dei soggetti ꝛc dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33“ (fol. 147b—148) ex. gr. hae a S. Congne de P. F. ad sacrarum missionum in Silesia praefectum [P. Ambrosius Fornator Vindobonensis ordinis Minorum s. Francisci Conventualium intelligitur] die 2. Maii 1661 missae leguntur: „Si hanno alcuni riscontri da questi etc., che Frà Giacomo da Muro che è stato missionario in coteste parti soggette alla prefettura di V. Rev^za, non solo non ha fatto l'officio di buon' operario, secondo l' obligo che egli haveva, mà che per lo più è stato esercitando diversi ministerii, come di guardianie, letture et altri ne' luoghi fuori della provincia di cotesta prefettura con licenza della Rev^za Vostra, e come che questo è contro le facoltà che Lei tiene, m' hanno Em^ze Loro comandato, che io Le scriva e Le ingionga la giustificatione di un tal fatto. Onde Si contenti di sincerar la verità appresso questi etc., mentre io per fine alle Sue orationi mi raccomando“. Ubi abbreviatio ‚questi etc.‘ non solum „questi Em^mi signori“, sed etiam „questi miei Em^mi signori“, „questi Em^mi miei signori“, „questi Em^mi miei colleghi“ (v. supra, pag. CCXCV) significare potest. — Modo simili in literis ab eadem S. Congne ad [Scipionem d' Elci Pannocchieschi] nuntium Vindobonensem die 12. Januarii 1658 datis („Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34“ fol. 11b—12) haec legimus: „Dai conti che V. Sia trasmette del collegio di Olmutz degli anni 1655 e [16]56 non possono questi Em^mi etc. ricavare ꝛc“ et paulo inferius: „.... in fraude dell' espettatione della Stà di N. Sre [Alexander VII. erat] e di questi Em^mi etc. ꝛc“. Contra in S. Congnis de P. F. literis eodem fere tempore (10. Julii 1657) ad [Petrum Vidoni] sedis apostolicae in Poloniae regno nuntium missis (v. supra in annot. 913) verba: „.... acconsentirebbero anch' adesso questi Em^mi miei signori alla sua nuova istanza ꝛc“, in aliis autem ab eadem S. Congne ad eundem [Petrum Vidoni episcopum Laudensem] nuntium in Polonia die 15. Maii 1654 factis (v. supra in annot. 698) verba: „.... è piacciuto a questi miei Em^mi signori di far elettione ꝛc“ leguntur, quae in eadem re eodem fere tempore diversum usum fuisse probant. V. etiam infra ea, quae ad annotationem 929 pertinent.

in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10“ fol. 64b reperitur, contemplaturi, utrumque exemplum una ponimus omnisque generis diversitates typis indicamus:

Exemplar in tomo literarum missarum:

„Al P. Basilio d' Aire Capuccino.

A questa S. Cong^ne è paruto molto fondato il parere dell' imperatore circa il non promovere ad uno de' vescovadi di Boemia Monsr Bonaccina, et in particolare, perch' egli non possiede la lingua necessaria per il buon governo di quei popoli, al qual deffetto ottimamente suppliranno il decano e prevosto d' Ollmitz che con essa hanno gl' altri requisiti necessarii, chè perciò la medesima S. Cong^ne stima molto accertata la loro nominatione. Quanto all' altra facoltà per il P. Valeriano si giudica, che bastaranno quelle che al presente tiene, con quelle che le communicherà il s^r cardinale di Harrach com' ordinario, massimamente, che la di lui prudenza e la pratica ch' egli ha del sudetto regno, supplirà ad ogni altro mancamento ꝛc. Roma 26 Giugno 1630“.

Cui exemplo in margine haec sunt adiecta: „Di Monsr Bonaccina. || Facoltà per il P. Valeriano“.

Literae originales:

„Molto Rev^do Padre.

A questa S. Cong^ne è paruto molto fondato il parer dell' imperatore circa il non promover' ad uno de' vescovadi di Boemia Monsr Bonacina, et in particolare, perch' egli non possiede la lingua necessaria per il buon governo di que' popoli, al qual diffetto ottimamente suppliranno il decano e 'l prevosto d' Olmitz che con essa hanno gl' altri requisiti necessarii, chè perciò la medesima S. Cong^ne stima molto accertata la loro nominatione. Quanto all' altre facoltà per il P. Valeriano si giudica, che basteranno quelle ch' al presente tiene, con quelle che le communicherà il s^r cardinal d' Harrach come ordinario, massimamente, che la di lui prudenza e la prattica ch' egli ha del sudetto regno, supplirà ad ogn' altro mancamento. Et a V. Rev^za per fine prego ogni bene. Roma 22 Giugno 1630. || Al piacer di V. Rev^za || il cardinal Ludovisi. || Francesco Ingoli secretario.“ Quibus literis in inferiore primae paginae margine verba: „P. Basilio d' Aire Capucino“ sunt ascripta, quae cum superiore exemplaris transscripti inscriptione confer; a tergo autem literae hae verbis: „Al molto Rev^do Padre, il P. Basilio d' Arie [!] Capuccino Vienna“ inscriptae sunt.

Modo simili nunc literas originales a S. Cong^ne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 12. Octobris 1629

datas, quae in archivio archiepiscopatus Pragensis („Romana N° 13") asservantur, cum earum exemplo, quod in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 153—153b legitur, componimus.

Exemplar in literarum missarum tomo:

Al s^r cardinal d' Harrach.

Havend' inteso questa S. Cong^ne il buon pensiero che V. S^ia Illma tiene, di fondar in Vratislavia un' alunnato colle rendite della prelatura di S. Mattia dell' ordine de Crociferi della stella rossa, volontieri intenderebbe lo stato della detta prelatura, la quantità delle rendite di essa e le ragioni, per le quali S' è risoluta di smembrar le sudette rendite dal sudetto ordine per applicarle al detto alunnato, perchè, havute queste notitie, la medesima S. Cong^ne vedrà d' agiutare V. S^ia Illma ad esseguire il sudetto Suo buon pensiero ∝. Roma 12 Ottobre 1629."

Cui exemplari in margine haec apposita sunt: „Seminario in Vratislavia. || Prelatura di S. Mattia de Crociferi della stella rossa."

Literae originales:

Illmo e Rev^mo signor.

Havendo inteso questa S. Cong^ne il buon pensiero che V. S^ia Illma tiene, di fondar in Vratislavia un alunnato colle rendite della prelatura di S. Mattia dell' ordine de' Crociferi della stella rossa, volontieri intenderebbe lo stato della detta prelatura, la quantità delle rendite di essa e le ragioni, per le quali S' è risoluta di smembrare le sudette rendite dal detto ordine per applicarle all' alunnato, perchè, havute queste notitie la medesima S. Cong^ne vederà d' agiutar V. S^ia Illma ad esseguir il sudetto Suo buon pensiero. Et con questo fine Le bacio humilmente le mani. Roma 12 Ottobre 1629. || Di V. S^ia Illma e Rev^ma || humilissimo servitore || il cardinal Borgia e V[elas]co. || Francesco Ingoli secretario."

Quibus literis in inferiore primae paginae margine verba: „S^r cardinal d' Harrach" ascripta sunt, quae cum exemplaris transscripti inscriptione sunt conferenda.

Exemplo aliarum literarum a S. Cong^ne de P. F. ad eundem [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 2. Junii 1654 missarum, quod in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne degli an. 1654 a 1655. Num. 30" fol. 25b—27 legitur, cum originali earum exemplari, quod in archivio archiepiscopatus Pragensis („Univ. Car.-Ferd. fasc. II") conservatur, comparato, hae diversitates conspiciuntur:

Exemplum in literarum missarum tomo:

Praga. Al s^r cardinal d' Harrach. 2 Giugno 1654.

Em^mo e Rev^mo signore mio osservandissimo [v. supra in annot. 913]. Essendo state riferite .... sentito con gran maraviglia .... e mettere in esecutione .... non acconsentire in alcun modo .... potrà raccorre dalla aggiunta copia di protesta che per tal effetto se Li trasmette d' ordine espresso .... di mandare un transunto .... per poter consecutivamente .... per il buon servitio .... tali i sensi della singolar pietà .... per sì gran tempo discusso .... pregano anche l' Em^za Vostra a mandare .... come era ben di dovere .... perchè se bene di lontano .... stupiscono, che si sia pratticato .... Si contentarà d' interporvi .... per qualsivoglia atto seguito si sia acquistato .... a favore di chi si sia .... forma d' aggiustar poi bene .... la convenienza e giustizia .... senza l' autorità e confirmatione pontificia .... Di Roma etc. Humilissimo et affettionatissimo servitore."

Cui exemplo in margine literarum summa: „Gli si manda copia d' una protesta fatta con le risolutioni prese ∝" scripto apposita est.

Literae originales:

[In inferiore primae paginae margine:] „S^r cardinal d' Harrach, Praga.

Em^mo Rev^mo signor mio osservandissimo. || Essendo state riferite .... sentito con gran' maraviglia .... e mettere in essecutione .... non acconsentire in alcun' modo .... potrà raccorre dall' aggiunta copia di protesta che per tal' effetto Le se trasmette di ordine espresso .... di mandare un' transunto .... per potere consecutivamente .... per il buon' servitio .... tali i senzi [!] della singolar' pietà .... per sì gran' tempo discusso .... pregano anche V. Em^za a mandare .... come era ben' di dovere .... perchè se ben' di lontano .... stupiscono, che se sia pratticato .... Si contentarà di interporvi .... per qualsivoglia atto seguito se sia acquistato .... a favore di chi se sia .... forma d' aggiustar' poi bene .... la convenienza e la giustitia .... senza l' auttorità e confirmatione ponteficia .... Di Roma [alia[925]) manu:] li 2 Giugno 1654. || Di V. Em^za || humilissimo et affettionatissimo servitore || il cardinale Antonio prefetto. || Dion. Massari secretario."

Ubi verba: ‚humilissimo — prefetto' Antonius cardinalis Barberini manu sua scripsit et perinde ac secretarius sua manu nomen subscripsit.

Nunc literarum a S. Cong^ne de P. F. ad P. Jacobum Merell die 8. Junii 1629 missarum (v. supra in annot. 735, 800) exemplar transscriptum, cui Gasparus Platzer, „iuris utriusque licentiatus, auctoritate apostolica et imperiali publicus et pro tempore episcopatus Viennensis notarius", fidem verbis: „Hanc copiam cum originali

[925]) V. supra in extrema annotat. 777.

collationatam per omnia et in omnibus correspondere [quod sane tantum cum grano salis, ut aiunt, sumere possumus] attestor ego infra scriptus sigilli impressione et manus subscriptione. Viennae Viennae [!] Austriae die 29. Octobris 1635" („Memoriali 1636. Num. 396" fol. 142) facit, cum exemplo, quod in literarum missarum tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" (fol. 93) legitur, componimus:

Exemplum in literarum missarum tomo:

„Al P. Giacomo Merello Minore Conventuale.

Essendo stati riferiti in questa S. Cong^ne i progressi che V. Rev^za ha sin quì fatti in salute dell' anime del regno di Boemia, questi miei Ill^mi signori gl' hanno tanto più graditi, quantochè hanno inteso esser sempre stati accompagnati con essempio e bontà della vita della Sua persona; perciò sì come gl' hanno grandemente commendati, così desiderano, ch' Ella non solo seguiti in così notabili acquisti per la nostra santa religione, mà che mandi distinta relatione di quelli che sin quì ha fatti nelle sudette parti x. Roma 9 Giugno 1629."

In cuius exempli margine literarum summa: „Progressi fatti in Boemia" ascripta est.

Exemplar ex originali transscriptum:

Molto Rev^do Padre.

Essendo stati riferiti in questa S. Cong^ne de P. F. i progressi che V. Rev^za ha sin quì fatti in salute dell' anime del regno di Boemia, questi miei Ill^mi signori gl' hanno tanto più graditi, quantochè hanno inteso essere sempre stati accompagnati con essempio della bontà della vita della Sua persona. E perciò sì come da essi sono stati grandemente commendati, così desidero [!] ch' Ella non solo seguiti in così notabili acquisiti [!] per la nostra santa religione, mà che mandi distinta relatione di quelli che sin quì ha fatti nelle sudette parti. Et con questo fine a V. Rev^za prego il compimento d' ogni vero bene. Roma 8 Giugno 1629. || Al piacer de V. Rev^za || il cardinal Bandini." [926])

In margine inferiore: „P. Giacomo Merelli Minore Conventuale", quae verba cum alterius exempli inscriptione confer.

Literarum, quas lingua vulgari ‚polizza' [927]) vocant, a Friderico [Ubaldi Baldeschi] archiepiscopo Caesariensi et S. Cong^nis de P. F. secretario, ad Hieronymum Casanate [S. Officii assessorem] die 24.

[926]) Hoc loco Francisci Ingoli secretarii nomen subscriptum deest.
[927]) V. supra, pag. CCCLXIII cum annot. 828 et annot. 799.

Decembris 1670 datarum (v. supra in annot. 626 et 914) exemplar originale („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1650 al 1680. Num. 1" fol. 232), quod ignota de causa in S. Cong^nis de P. F. cancellariam revertit, cum exemplo, quod in literarum missarum tomo „Lett. scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56" (fol. 180b—181) reperitur, comparatum has discrepantias commonstrat:

Exemplum in literarum missarum tomo:

„A Monsr Casanate || 24 Decembre.

Al P. Emerico Commoriense Capuccino fu fatto per ordine di N. S^re e della S. Cong^ne 'l decreto aggiunto. Brama hora le facoltà uniformi al tenore di quello, il quale V. S^ia Illma gia vede essere conditionato. Se in quella guisa puol' Ella fargliele spedire, mi farà gratia farle a me rimettere et honorarmi, quando v' habbia nessuna durezza, di darmene un cenno. E Le bacio riverentemente le mani."

Exemplar originale:

„Illmo e Rev^mo signor mio padron osservandissimo. || Al P. Emerico Comoriense Capuccino fu fatto per ordine di N. S^re 'l decreto aggiunto. Brama hora le facoltà uniformi al tenore di quello, il quale V. S^ia Illma gia vede essere conditionato. Se in quella guisa può Ella fargliele spedire, mi farà gratia farle a me rimettere et honorarmi, quando v' habbia nessuna durezza, di darmene un cenno. E Le bacio riverentemente le mani. Dalla Propaganda 24 Decembre **1670**. || Di V. S^ia Illma e Rev^ma || Supplico V. S^ia Illma rimandare a me le facoltà, quando saranno spedite, e resto Suo || obligatissimo e devotissimo servitore || F[ederico] arcivescovo di Ces[area]."

In huiusce exempli margine inferiore inscriptio legitur: „Monsr Casanate, con decreto", quam cum alterius exemplaris inscriptione confer.

Nunc codicilli a [Philippo Maria Monti] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra, eiusdem S. Cong^nis praefectum, die 24. Septembris 1737 scripti exemplar originale, quod cum cardinalis praefecti, quem diximus, responso in calce apposito in S. Cong^nis de P. F. cancellariam rediit et in volumine „Cong^ni particolari sopra le materie di Boemia dell' anni 1729 e 1730. Num. 39" folio nullo numero signato legitur, cum exemplo, quod

in literarum missarum volumine „Lett. di Monsr seg^rio dell' anno 1737. Num. 147“ (fol. 276—276b) reperitur, componimus:

Exemplum in literarum missarum tomo:

„Al s^r cardinal Petra prefetto || 24 Settembre 1737. || Avendo Monsr segretario communicato al minutante gl' ordini dell' Em^za Vostra per la congregazione particolare della cassa del sale di Boemia da tenersi martedì prossimo, gli ha esso mandato questa mattina confidentemente l' annesso foglio.[928]) Stimandosi pertanto in debito lo stesso Monsr segretario di sottoporlo ai saggi riflessi di V. Em^za, si dà l' onore di trasmetterglielo con aggiungere solamente, che essendosi scritto li 24 del prossimo scorso Agosto a Monsr nunzio in Vienna, che sollecitasse le informazioni richiestegli sopra le istanze che pendono di diversi per la participazione della sudetta cassa, non se n' è per anche ricevuta risposta. E con attendere gl' ulteriori comandamenti dell' Em^za Vostra per eseguirli, come deve, Le fà profondissima riverenza.“

Exemplar originale:

„Dalla Propaganda 24 Settembre 1737. || Avendo Monsr segretario communicato al minutante gl' ordini dell' Em^za Vostra per la congregazione particolare della cassa del sale di Boemia da tenersi martedì prossimo, gli ha esso mandato confidentemente questa mattina l' annesso foglio. Stimandosi pertanto in debito lo stesso Monsr segretario di sottoporlo ai saggi riflessi di V. Em^za, si dà l' onore di trasmetterglielo con aggiungere solamente, che essendosi scritto li 24 del prossimo scorso Agosto a Monsr nunzio di Vienna, che sollecitasse le informazioni richiestegli sopra le istanze che pendono di diversi per la participazione della suddetta cassa, non se n' è per anche ricevuta risposta. E con attendere gl' ulteriori comandamenti dell' Em^za Vostra per eseguirli, come deve, Le fa profondissima riverenza.“

Cui exemplo in margine inferiore verba: „S^r cardinal Petra prefetto“ ascripta sunt, quae cum alterius exemplaris inscriptione confer.

Idem, quod literarum originalium cum exemplaribus transscriptis, quae in literarum missarum voluminibus leguntur, contentione efficitur, videmus etiam, si earundem literarum duo exempla, quae in diversis literarum missarum tomis reperiuntur, comparamus. Eiusmodi sunt ex. gr. S. Cong^nis de P. F. literae ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 4. Junii 1658 datae, quarum exemplar alterum in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1658. Num. 32“

[928]) Scriptum intelligitur, quod supra in annot. 271 attulimus, verbis: „Avendo considerata tutta la posizione“ incipiens, cui dies non est ascriptus, et quod nos mense Septembri exeunte anni 1737 datum esse diximus.

(fol. 33b), alterum in volumine „Lettere della S. Cong^ne: ministri, fabbrica, stato temporale ∞ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 35“ (fol. 34—34b) legimus.

Exemplar in tomo num^o 32 signato:

„Praga. Al s^r cardinal d' Arach || 4 Giugno 1658. || Havendo il s^r principe Hemeste [!] langravio d' Hassia fatto istanza alla S. Cong^ne di dieci mila fiorini di cotesta cassa del sale di Boemia per risarcirne alcuni luoghi de suoi stati e mantenervi la religione cattolica con offerirne gl' interessi di sei per cento, sono questi etc. con ogni prontezza condescesi a compiacernelo; mà perchè quel denaro è destinato nella sua fondatione, come V. Em^za sà, a rinvestirsi in benefitio delle chiese di Boemia, per non controvenire a questo, stimano necessario, che gli si dia a censo, e che il fondo di esso si assegni dentro la Boemia, dispiacendo sommamente all' Em^ze Loro non poter con maggior libertà disporre e far conoscere a quel principe la somma stima che si ha della sua pietà e persona. Si contenti V. Em^za di far così eseguire e riverentemente Le bacio le mani. Roma etc.“

Exemplum in tomo num^o 35 signato:

„Praga. Al s^r cardinal di Harrach 4 Giugno 1658. || Havendo il principe langravio di Hassia fatto istanza alla S. Cong^ne di diecimila fiorini di cotesta cassa del sale di Boemia per risarcirne alcuni luoghi del suo stato e mantenervi la religione cattolica con offerirvi gl' interessi di sei per cento, sono questi etc. con ogni prontezza condescesi a compiacernelo; mà perchè quel denaro è destinato alla sua fondatione, come V. Em^za sà, a rinvestirsi in beneficio delle chiese di Boemia, per non contravenire a questo, stimano necessario, che gli si dia a censo, e che il fondo di esso si assegni dentro la Boemia, dispiacendo sommamente all' Em^ze Loro non poterne con maggior libertà disporre e far conoscere a quel principe la somma stima che si ha della sua pietà e persona. Si contenti V. Em^za di far così eseguire e Le bacio riverentemente le mani.“

Aliarum ab eadem S. Cong^ne de P. F. ad eundem [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 13. Julii 1658 missarum literarum exemplar, quod in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1658. Num. 32“ fol. 42—42b legitur, nunc cum earum exemplo, quod in volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∞ dall' anno 1657 all' anno 1664 inclus[ive]. Num. 34“ („lettera 9^a“) reperitur, contendamus:

Exemplum in tomo num^o 32 signato:

„Praga. Al s^r cardinal d' Harrach. || Si trasmette a V. Em^za il bilancio

Exemplar in volumine num^o 34 signato:

„Praga. Al s^r cardinal d' Harrach. || **13 Luglio 1658.** || Si trasmette a

de conti mandati da Lei della cassa del sale di Boemia per gli anni 1654 et 1655, e si è differito sin hora per il dubio accennato con altra a V. Em^za circa gl' interusurii della partita dell' imperatore che è stato necessario di esaminare in più congregationi. Si è fatta anco riflessione in detto bilancio, che i Premostratensi nelle paghe anticipate che ricevono, s' obligano per l' indennità della sudetta cassa per ogni danno che per tale antecipatione ne potesse a quella succedere, e si è havuto per bene da questi ∝ [929]), che colla medesima cautela si debba procedere in avvenire con ogn' altro che partecipa dell' istesso denaro. M' hanno però imposto d' insinuarlo a V. Em^za, perchè dia ordine, che così si eseguisca, come La prego, e riverentemente Le bacio le mani."

V. Em^za il bilancio dei conti mandati da Lei della cassa del sale di Boemia per gli anni 1654 et 55, e si è differito sin hora per il dubio accennato con altra a V. Em^za circa l' interusuire della partita dell' imperatore ch' è stato necessario di esaminare in più congregationi. Si è fatta anche riflessione in detto bilancio, che i Premostratensi nelle paghe anticipate che ricevono, si obligano per l' indennità della sudetta cassa per ogni danno che per tale anticipatione ne dovesse a quella succedere, e si è havuto per bene da questi Em^mi [929]), che colla medesima cautela si debba procedere in avvenire con ogni altro che partecipa dell' istesso denaro. Mi hanno però imposto d' insinuarlo a V. Em^za, perchè dia ordine, che così si eseguisca, come La prego, e Le bacio riverentemente le mani."

Ex iis itaque, quae attulimus, licet paucis pro numero, exemplis patet exemplaria in tomis literarum missarum contenta non solum formula et ratione scribendi a literis, quae e S. Cong^nis de P. F. cancellaria exierunt, saepe differri, sed ea interdum etiam totis aliis verbis uti, verborum ordinem nonnunquam immutare, nonnulla originalium literarum verba atque levioris momenti partes, quin et nonnullas praecipuas partes, quod praesertim de nominibus propriis, die literis ascripto et pagella extrema dictum esse puta, aut praetermittere aut (quod peius est, praecipue si res diem literis ascriptum [930]) spectat) commutare. Quae omnia probant literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum exempla, quae in literarum missarum tomis leguntur, non esse talia, e quibus literae ipsae redintegrari possint.

[929]) V. supra, pag. CCCCXXXVIII et annot. 924.

[930]) Id etiam in codicillo a [Stephano Borgia] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Fabritium] cardinalem Serbelloni mense Martio ineunte anni 1771 dato, quem supra in annot. 270 et 271 tetigimus, accidit: exemplar enim, quod in literarum missarum volumine „Lett. di Monsr segr^io del 1771. Num. 219" (fol. 39—39 b) reperitur, verbis: „Al s^r cardinal Serbelloni 9 Marzo 1771 inscriptum et verbis: „Attese le indisposizioni che soffre ∝" incipiens, codicillo huic diem 9. Martii 1771 ascribit, originale vero eiusdem codicilli exemplum, quod in volumine „Cong^ni particolari sù la cassa del sale di Boemia: 1767, 1769 e 1771. Num. 47" (fol. 210) legitur, verbis: „Dalla Propaganda 11 Marzo 1771. Attese le indisposizione che soffre ∝" incipiens, alium diem ascriptum habet.

Hoc loco demum quaestio exsistit, num S. Cong^nis de P. F. literae sive ad personas missae, ad quas S. Cong^o lingua latina scribere consuevit, sive tales, quas mandata a tergo allatarum literarum S. Cong^nis cancellariae ministris data (v. supra, pag. CLXXXIII, CCLIX cum annot. 622, CCLXXX, CCLXXXIX, CCXC et annot. 695) latine exarari iubebant, revera latine perscriptae e cancellaria, quam modo diximus, exierint, tametsi earum exempla, quae in literarum missarum voluminibus leguntur, lingua vulgari (italica) scripta sunt.[931])

[931]) A tergo ex. gr. plurium literarum a P. Josepho Polono Capucino, missionario in Bohemiae regno, ad S. Cong^nem de P. F. missarum mandatum cancellariae S. Cong^nis de P. F. ministris datum, ut latine rescriberent, legitur; huiusmodi v. gr. sunt literae ab eo ad Franciscum Ingoli die 7. Martii 1628 datae („Lett. di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 222) et in generali congregatione die 8. Maii 1628 habita recitatae, quibus a tergo (praeter alia) verbum: „Latine", et aliae ab eodem ad eundem Franciscum Ingoli, primum S. Cong^nis de P. F. secretarium, die 5. [3.?] Martii 1629 missae („Lett. di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 208) et in generali congregatione die 8. Maii 1629 peracta recitatae, quibus a tergo — praeter alia — verba: „Al P. Gioseffo. Se le scriva latino ∝", et aliae ab eo ad eundem secretarium die 24. Augusti 1630 factae („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 203), quibus a tergo (praeter alia) verba: „Latine scribatur, ut in decreto", perinde ac — ut plures alias silentio praetermittamus — illae, quas idem P. Josephus ad Antonium cardinalem Barberini die 6. Maii 1638 dedit („Lett. di Germania, Ungaria ∝ 1638. Num. 80" fol. 148) et quibus a tergo (praeter alia) verba: „Lodarlo ecc. latine" ascripta sunt; et re vera in literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum voluminibus multarum literarum ab ea ad P. Josephum Polonum datarum exemplaria latine scripta leguntur, attamen in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10" (fol. 43) literarum a S. Cong^ne de P. F. ad eundem P. Josephum die 25. Aprilis 1630 factarum et in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1639. Num. 19" (fol. 42) aliarum ab ea ad eum 26. Martii 1639 missarum et in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1642 e 1643 Num. 21" (fol. 18b — v. supra in annot. 747) aliarum ad ipsum die 22. Martii 1642 datarum exempla reperiuntur, quae vulgari lingua (italice) exarata sunt. Utrum harum trium literarum etiam originalia exempla lingua vulgari perscripta sint, editor, quia ea non vidit, dicere non potest, concedit autem, quod ad literas, quibus dies 25. Aprilis 1630 est ascriptus, pertinet, id fieri potuisse, cum a tergo literarum a P. Josepho ad S. Cong^nem de P. F. Romae, ubi tunc degebat, ante diem 19. Martii 1630 factarum („II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 176 et 179), ad quas S. Cong^o die 25. Aprilis 1630 rescripsit, mandatum cancellariae ministris datum, ut latine responderent, non legatur, et literas ipsas P. Josepho, qui interea Roma abiit, P. Basilius Belga Capucinus, qui eas, si italice perscriptae erant, in latinum convertere potuit, tradere debuerit; in tomo enim „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1630. Num. 10" (fol. 43—43b) hae S. Cong^nis de P. F. literae ad P. Basilium Belgam, quem diximus, eodem die 25. Aprilis 1630 datae leguntur: „Dovendo passar per cotesta volta il P. Gioseffo Polacco Capucino, questa S. Cong^ne ha voluto raccomandar a V. Rev^za l' inchiuso piego a lui diretto, acciò che Si compiaccia di custodirlo sino al suo arrivo e di ricapitarglielo poi nelle proprie mani. Che ∝". — Simili modo neque literis a P. Josepho Polono die 28. Augusti 1638 („Lett. di Germania, Svizzera ∝ 1639. Num. 81" fol. 124) aliisque die 26. Januarii 1639 (ibid. fol. 123) ad Antonium cardinalem Barberini factis, quibus utrisque S. Cong^o de P. F. die 26. Martii 1639 rescripsit, neque literis ab eo ad eundem cardinalem die 2. Decembris 1641 missis („Lett. di Germania, Svizzera ∝ 1642. Num. 85" fol. 279), ad quas S. Cong^o die 22. Martii 1642, quem paulo supra diximus, respondit, a tergo mandatum cancellariae ministris datum, ut latine rescriberent, est ascriptum.

Fieri quidem potuit, ut in literarum missarum tomos commentarii lingua vulgari scripti referrentur, ipsae autem literae in linguam latinam conversae foras mitterentur, quod exemplum supra in annot. 695 allatum literasque a S. Cong^ne^ ad episcopum Corcagensem datas spectans probat, at quaestio haec solum originalis literarum exemplaris cum earum exemplo, quod in literarum missarum tomis legitur, contentione plane dissolvi potest.

Rationem, qua S. Cong^nis^ de P. F. literae in literarum missarum volumina referebantur, per tempus, quod haec nostra disceptatio spectat, varie mutatam esse supra (pag. CCCCXXX) iam diximus et nunc paucis persequemur.

Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii, tempore in primis literae latine scriptae ab iis, quae lingua vulgari exaratae erant, separabantur, tamque hae quam illae in tomos proprios („Lettere volgari della S. Cong^ne^ x“ — „Lettere latine della S. Cong^ne^ x“) modo aequali referebantur. Qui modus hic erat: singulae literae inscriptione in casu dativo dicta, quae personae, ad quam literae dabantur, nomen, interdum etiam dignitatis gradum aut solam personae indicationem, raro autem eius titulum et loci, ad quem mittendae erant, nomen, si autem eadem epistola ad duas vel plures personas, mutatis mutandis, missa erat, utriusque personae vel illarum plurium personarum nomina continebat, incipiebant,[932]) ubi, si in

[932]) S. Cong^nis^ de P. F. literae ex. gr. die 14. Januarii 1623 datae inscriptione: Al s^r^ cardinal Diatristain“ (v. infra, num. 46 pag. 226), aliae die 17. Junii 1623 missae verbis: „Al [!] arciduca Leopoldo“ (v. infra, num. 76 pag. 340), aliae die 17. Junii 1623 scriptae inscriptione: „Al prencipe Loictistein“ (v. infra, num. 75 pag. 339), aliae binae die 1. Julii 1623 factae verbis: „Fratri Bonaventurae a Colonia Capucino“ (v. infra, num. 81 pag. 344), atque: „A Frà Girolamo da Bologna Conventuale“ (v. infra, num. 82 pag. 345), aliae die 25. Junii 1623 datae verbis: „Al P. Frà Girolamo da Bologna, visitator generale in Praga“ (v. infra, num. 77 pag. 341), aliae die 16. Julii 1622 missae inscriptione: „Ill^mis^ dominis comitibus Gulielmo Slavatae et Jaroslao Borzitae a Martinicz“ (v. infra, num. 12 pag. 51), aliae die 25. Martii 1623 scriptae verbis: „Illmo et Rev^mo^ domino cardinali Diatristain“ (v. infra, num. 66 pag. 301), aliae die 12. Novembris 1622 datae verbis: „Al s^r^ nuntio del [!] imperatore“ (v. infra, num. 30 pag. 182), aliae die 26. Novembris 1622 factae inscriptione: „A Monsr nuntio dell' imperatore“ (v. infra, num. 31 pag. 185), aliae die 27. Maii 1623 scriptae verbis: „Al nuntio dell' imperatore“ (v. infra, num. 71 pag. 331), aliae die 26. Martii 1639 factae inscriptione: „Al P. Gioseffo Polacco Capucino“ (v. supra in annot. 931), aliae die 22. Martii 1642 datae verbis: „Al P. Gioseffo Polacco Capucino Seden [! — iuste: Ledecz] in Boemia“ (v. supra in annot. 747, 931), aliae die 16. Julii 1631 scriptae verbis: „Al s^r^ cardinal Pallotto, legato di Ferrara“ („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1631 e Gennaro 1632. Num. 11“ fol. 74 — v. supra in annot. 697), aliae die 18. Decembris 1645 missae inscriptione: „Al s^r^ cardinal d' Harrach“ („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1645. Num. 23“ fol. 218), aliae die 10. Aprilis 1646 factae verbis: „Al s^r^ cardinal

quo literarum missarum volumine literae ad eandem personam factae, ad quam literae ipsae datae sunt, proxime antecedunt, ipsarum inscriptio simili modo, ac ille est, quem supra (pag. CCCCXXXII et annot. 915) tetigimus, interdum compensatur;[933]) excipiuntur literae circum varias personas passim dimissae, quae modo aliquantum diverso inscribi solebant; earum enim inscriptio ipsa verbum: ‚lettera‘ vel verba: ‚minuta della lettera‘, ‚lettera generale‘, temporibus posterioribus etiam verba: ‚epistola circularis‘, ‚lettera circolare‘ et aliquando praeter illarum personarum, ad quas mittebantur, indicationem etiam aliquid aliud continebat;[934]) literarum allocutio (v. supra,

d' Harrach, Vienna“ („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1646. Num. 24“ fol. 56b) incipiunt. Ultimarum literarum exemplar transscriptum (archiv. archiepiscop. Pragensis: „cassa salis“) in inferiore primae paginae margine verba: „S^r^ cardinal d' Harrach“, penultimarum literarum exemplar transscriptum (ibidem: „cassa salis“) eodem loco verba: „S^r^ cardinal d' Harrach, Vienna“ ascripta habet; sequitur ergo iam in ipsis S. Cong^nis^ de P. F. primordiis consuetudinem in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria viguisse, ut in literarum missarum voluminibus literarum exemplaria iis verbis inscriberentur, quae originalibus literis (et certocertius iam earum commentariis) in margine inferiore ascribi solebant. — In volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10“ (fol. 115b) literae leguntur, quae verbis: „Al s^r^ cardinal Pallotto et al P. Valeriano Magno“ inscriptae sunt. — S. Cong^nis^ literarum die 16. Junii 1629 datarum exemplar in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1629. Num. 8“ fol. 99b—100 ita est inscriptum: „Al s^r^ cardinal d' Harrach e nuntio di Germania paucis mutatis“; simili modo in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1633. Num. 13“ fol. 43b literarum die 23. Aprilis 1633 factarum exemplar verbis: „Al s^re^ cardinal d' Harrac e vescovo di Vienna mutatis“ inscriptum est. — In volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1632. Num. 12“ fol. 75 S. Cong^nis^ de P. F. literarum die 30. Julii 1632 factarum exemplar verbis: „Alli nuntii di Germania e di Polonia“ inscriptum legitur, cui in calce verba: „Al nuntio di Polonia fu nominato il collegio di Brusberga e fu lasciato il s^r^ cardinal Diatricstain“ sunt apposita.

[933]) V. exempla, quae e literarum missarum voluminibus verbis „Lett. latine della S. Cong^ne^ dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ et „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10“ supra in annot. 915 attulimus. V. etiam literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 3. Septembris 1623 datarum inscriptionem („Al medesimo“), quae infra, num. 15 pag. 65, legitur; contra vero S. Cong^nis^ de P. F. literae ad eundem nuntium die 11. Martii 1623 datae et infra, num. 62 pag. 271, allatae, quae in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1622, 1623. Num. 2“ fol. 68—68b alias ab eadem S. Cong^ne^ ad eundem nuntium eodem die scriptas (v. infra, num. 63 pag. 271) subsequuntur, iisdem verbis („Al nuntio dell' imperatore“) ac hae sunt inscriptae.

[934]) Eiusmodi est v. gr. literarum a Ludovico cardinali Ludovisi die 15. Januarii 1622 ad omnes apostolicae sedis nuntios aliosque eiusdem sedis magistratus passim dimissarum in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1622, 1623. Num. 2“ inscriptio: „Lettera a tutti li nuntii scritta d' ordine di papa Gregorio XV. e della S. Cong^ne^ de P. F. il giorno dopo erettione di detta Cong^ne^ che fu alli 14 Genaro 1622. || Minuta di lettera da scriversi a tutti li nuntii et oltr' a cio al collettore di Portogallo, al vicelegato d' Avignone, all' inquisitore di Malta et ad altri“ (v. infra, num. 1 pag. 1). — Aliae similes literae die 9. Septembris 1623 factae in eodem volumine ita inscriptae sunt: „Lettera generale scritta a tutti li nuntii“ (v. infra, num. 84 pag. 349). — In tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1645. Num. 23“ fol. 31—32 literarum a S. Cong^ne^ de P. F. die 10. Februarii 1645 datarum exemplar verbis: „Minuta della lettera per la visita delli collegii pontificii extra

pag. CCXCI et CCCCXXX cum annot. 913) semper fere omittebatur, rarissime tamen suo loco — post literarum inscriptionem — mansit;[935]) inter allocutionem, si quae literae in tomis huiusmodi ea incipiebant, aut inter literarum prima verba et earum inscriptionem parvum intervallum sinebatur, non autem inter allocutionem et prima literarum, quae eam gerebant, verba; salutatio in extremis literis poni solita, eodem primi secretarii tempore, nunc integra, nunc aliqua ex parte in literarum missarum tomos referebatur, alias omnino praetermittebatur, atque die literis ascripto nunc cum loci (Urbis) nomine, nunc (raro tamen) sine eo literarum exemplar in tomis iisdem finem sumebat.[936]) Exemplis in volumina relatis (non tamen

Urbem alli nuntii di Germania, Polonia e Colonia et all' internuntio di Fiandra" inscriptum legitur. — Ad tempora posteriora hae literarum inscriptiones spectant: „Epistola circularis ad rectores collegiorum pontificiorum tam in Urbe, quam extra. Die 7a Augusti 1660" („Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" fol. 38b), „Lettera circolare ai nuntii apostolici, vicelegato d' Avignone et internuntio di Fiandra. 15 Settembre 1657" (ibid. fol. 195 et in volumine „Lett. volgari della S. Congne degli an. 1656 e 1657. Num. 31" fol. 90), „1o. Lettera circolare ai nuntii apostolici 7 Marzo 1656 et all' internuntio di Fiandra" („Lett. volgari ∝. Num. 31" fol. 13). — Contra autem similium literarum passim dimissarum in volumine „Lett. de' collegii ∝. Num. 34" fol. 82 inscriptio haec est: „Rectoribus collegiorum Germanici, Anglorum, Scotorum, Graecorum, Maronitarum et de Propaganda Fide, omnes de Urbe, necnon Ravennatensis, Illirici ∝. Die 20. Augusti [1661]", in qua verbum ‚epistola' deest.

[935]) S. Congnis de P. F. literae ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 22. Octobris 1622 missae in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1622, 1623. Num. 2" hoc modo incipiunt: „A Monsr nuntio dell' imperatore. || Molto Illre e Molto Revdo signor come fratello [= allocutio]. Sono state ∝" (v. infra, num. 26 pag. 160).

[936]) S. Congnis de P. F. literae ad P. Basilium Belgam Capucinum die 4. Octobris 1631 datae in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1631 e Gennaro 1632. Num. 11" (fol. 113—113b), quae verbis: „Al P. Basilio d' Ayre Capuccino. || Haverei più che volontieri condesceso all' istanza che V. Revza m' ha fatto ∝" incipiunt, verbis: „. . . . E quì per fine a V. Revza [v. supra in annot. 712] prego dal Signore Iddio ogni bene. Roma 4 Ottobre 1631" finem capiunt. — Aliae eiusdem S. Congnis literae in volumine „Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" (fol. 66—66b), quae verbis: „P. Josepho Polono. || Notulam 16 conversorum ad fidem catholicam accepimus ∝" incipiunt, verbis: „. . . . Vale. Romae 31. Martii 1635 [v. supra in annot. 917]" finem sumunt. — Aliae in eodem volumine (fol. 7b) verbis: „P. Bonaventurae Manhardo, provinciali Minorum Conventualium Boëmiae. || Relatis Revtiae Tuae literis ∝" incipiunt verbisque: „. . . . quod significare voluimus Revtiae Tuae, cui fausta etc. Romae die 25. Aprilis 1630 [v. supra in annot. 917]" finem sumunt. — Aliae in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1647. Num. 25" (fol. 17—17b) verbis: „A Monsre nuntio di Vienna [quo munere tunc Camillus a Melzi archiepiscopus Capuanus fungebatur]. || Viene riferito a questa S. Congne de P. F. ∝" incipiunt et verbis: „. . . . Con che per fine. Roma 22 Gennaro 1647" finem capiunt. — Aliae in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1632. Num. 12" fol. 39 (v. supra in annot 920), quae verbis: „Al nuntio di Germania [Cyriacus Rocci erat]. || Ha presentito questa S. Congne ∝" incipiunt, verbis: „. . . . Che etc. Roma 3 Aprile 1632" finem sumunt. — Aliae ad [Georgium ab Oppersdorf] missae (v. supra in annot. 717) in volumine „Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" (fol. 42) verbis: „Comiti Glogoviae. || Cum nec in terris infidelium ∝" incipientes, verbis: „. . . . nec

omnibus) in margine eorum summa apponebatur, quae, si literae duo, tria vel plura negotia spectabant, interdum duobus, tribus, pluribus locis in margine scribebatur et tam brevis esse solebat, ut haud raro intitulationis similitudinem speciemque gereret.[937]) Nonnunquam etiam aliquid aliud literarum exemplis in tomis huiusmodi comprehensis addebatur: si, dico, quae epistola non S. Congnis de P. F. ipsius, sed eius secretarii nomine scripta in volumina haecce relata est, id variis verbis (ex. gr.: ‚nomine secretarii', ‚in nome del secretario', ‚il secretario Ingoli' similibusque) eius inscriptioni adiectis indicabatur;[938]) simili modo aliae adiectiones huiusmodi indicant, quid

passim omnibus concedi consuevit etc. Romae 22 Februarii 1632" finem capiunt. — Aliae in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1637. Num. 17" (fol. 122—122b) verbis: „Al nuntio di Germania [Malatesta Baglioni erat]. || Intorno al negotio della Carolina si sono tenute ∝" incipiunt et verbis: „. . . . Che etc. 28 Novembre 1637" finem sumunt. — Aliae in eodem volumine (fol. 80b—81), quae verbis: „Al P. Pacifico [Saxo erat] Capuccino. || La controversia [! — iuste: ‚conversione'] delle due città ∝" incipiunt, verbis: „. . . . per accrescere maggiormente il merito presso sua Divina Mtà, dal quale etc. 25 Luglio 1637" finem capiunt.

[937]) S. Congnis de P. F. literarum die 14. Julii 1628 datarum exemplo verbis: „A monsr Pallotto, nuntio straordinario all' imperatore" inscripto in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1628. Num. 7" (fol. 101) in margine earum sententia verbis: „Del breve del sr cardinal Dietrichstain" est ascripta. — Alii literarum eiusdem S. Congnis de P. F. ad [Cyriacum Rocci] nuntium Vindobonensem die 31. Januarii 1632 datarum exemplo in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1632. Num. 12" (fol. 5b) earum summa in margine verbis: „Visita de Frati di san Paolo" adiecta est. — Aliarum literarum ab eadem S. Congne ad [Franciscum] cardinalem a Dietrichstein die 20. Januarii 1629 missarum exemplari in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1629. Num. 8" (fol. 1) earum summa in margine ita est scripto apposita: „Facoltà super irregularitate parochorum Moraviae" et paulo inferius: „Facoltà super defectu unius anni ad sacerdotium." — Alii literarum ab ea ad P. [Valerianum a] Magni Capucinum die 10. Novembris 1629 factarum exemplo in volumine eodem earum sententia in margine folii 166 verbis: „Aggiustamento de beni ecclesiastici" et in margine folii 166b verbis: „Rescritto dell' imperatore" est adiecta. — Literarum ab ea ad P. Hieronymum Lappi ordinis Minorum Conventualium die 30. Junii 1629 missarum exemplari in eodem tomo earum summa in margine folii 108b verbis: „Forza di ridur gl' heretici" et in margine folii 109 verbis: „Conversione de sudditti del baron Terska" apposita est. — Contra autem literarum ab eadem S. Congne ad [Melchiorem] cardinalem Khlesl die 14. Julii 1628 datarum exemplo in tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1628. Num. 7" (fol. 94) earum summa ita ascripta est: „Della Giesuitesse et università Carolina". — Intitulationi proximae sunt summae, quae ex. gr. literarum a S. Congne de P. F. ad [Petrum] cardinalem Valerio die 17. Martii 1629 scriptarum exemplo in eodem tomo (fol. 47b) verbis: „Libri di Cirillo" et aliarum ab ea ad [Joannem Pallotto] nuntium Vindobonensem die 31. Martii 1629 factarum exemplari in volumine eodem (fol. 61) verbis: „Comenda d' Egra" et aliarum ab ea ad eundem nuntium die 20. Januarii 1629 missarum exemplo ibidem fol. 10b verbis: „Città di Glau" et aliarum ab ea „alli nuntii di Germania, Fiandra e Polonia" die 12. Maii 1629 datarum exemplari in eodem tomo (fol. 74b) verbis: „Collegii pontificii" sunt appositae.

[938]) In volumine „Lett. latine della S. Congne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" (fol. 85—85b) literae die 28. Martii 1637 datae (v. supra in annot. 725, 728, 731), quae verbis: „Domino Gaspari a Questemberg abbati Strahoviensi nomine secretarii" inscriptae

a cardinali praefecto aut antiquiore aut illo cardinali, qui praefecti S. Cong^nis de P. F. vices obibat, sit additum.[939])

Modum Francisci Ingoli tempore institutum eius successor Dionysius Massari primo immutatum fere retinuit, praeterquam quod interdum loci, in quem literae mittebantur, nomen non in exempli transscripti inscriptione, sed in margine ponebatur, et, si eodem die ad eandem personam plures epistolae scriptae sunt, earum exemplaribus in literarum missarum tomis itidem in margine verbum: „N^o" et arabici numeri notae apponebantur, dies literis ascriptus saepius, quam antea, abbreviabatur, summae vero literarum (quin et intitulationes) saepissime praetermittebantur.[940]) Tempore posteriore (inde ab

sunt, in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1634. Num. 14" (fol. 75b—76b) aliae, quibus dies 19. Augusti 1634 ascriptus est, verbis: „A mons^r nuntio di Germania [Malatesta Baglioni erat] in nome del secretario Ingoli" inscriptae, in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' an[no] 1636. Num. 16" (fol. 86) aliae, quibus dies 30. Augusti est ascriptus, verbis: „Al. P. Angelico Taparelli in nome del secretario" inscriptae, in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1633. Num. 13" (fol. 75b) aliae, quibus dies 16. Julii 1633 ascriptus est, verbis: „Al s^r cardinale d' Harrach il secretario" inscriptae, in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne del' anno 1637. Num. 17" (fol. 128) aliae die 19. Decembris 1637 datae, quae verbis: „Al s^r cardinal d' Harrach il secretario Ingoli" sunt insriptae, leguntur.

[939]) In volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1648. Num. 26" (fol. 130b) literae a S. Cong^ne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 26. Decembris 1648 missae leguntur, quibus in calce verba: „Parole soggionte dal s^r cardinale: „Il s^r ambasciatore di Francia ha dato conto a N. S^re, che si può ricuperare tutto il denaro destinato per la Sua liberatione; però Si prega V. Em^za a far le diligenze et instanze opportune" sunt adiecta.

[940]) In tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1651. Num. 28" (fol. 58b—59) v. gr. S. Cong^nis de P. F. literae leguntur, quae verbis: „Al s^r cardinale d' Harrach. || Havendo questa S. Cong^ne de P. F. con special decreto risoluto ꝛc" incipiunt verbisque: „.... Che è quanto m'occorre di dire, baciandole per fine humilissimamente le mani. Di Roma li 18 Dicembre 1651" finem capiunt; iis in margine nihil est ascriptum. — In volumine eodem (fol. 7) aliae leguntur, quae verbis: „A Monsr nuntio di Vienna [Camillus Melzi erat]. || La S. Cong^ne de P. F. ha di gia rivocata la missione ꝛc" incipientes, verbis: „.... mentre per fine etc. Roma li 6 detto [= 6. Februarii 1651]" finem sumunt. — Aliae literae in eodem tomo (fol. 2b—3) verbis: „All' Em^mo s^r cardinal d' Harrach" inscriptae et verbis: „.... Le bacio humilmente le mani. Roma X Gennaro [16]51" finem capientes in margine folii 2b iuxta primum literarum ipsarum versum loci, in quem missae sunt, nomen: „Praga" ascriptum gerunt. — S. Cong^nis de P. F. aliae literae ad eundem cardinalem factae in volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne degl' anni 1652 e 1653. Num. 29" (fol. 49b—50) verbis „All' istesso [v. supra, pag. CCCCXXXII]. || Havendo fatta istanza ꝛc" incipientes verbisque: „.... Con che a V. Em^za bacio riverentemente le mani. Di Roma li 19 Agosto 1652" finem sumentes in margine folii 49b loci nomen „Praga" et inferius verba: N° 2°" adiecta gerunt. — Aliis literis in eodem tomo (fol. 1-1b), quae verbis: „Al P. Valeriano Magno Capuccino. || Le continue fattiche ꝛc" incipientes verbis: „.... et offerendomele con tutto l' animo, La saluto di cuore. Roma li 2 Gennaro 1652" finem capiunt, in margine folii 1 loci, in quem sunt missae, nomen: „Magonza" et inferius verba: „N° 1°" ascripta sunt. — Aliis ibidem (fol. 105b), quae verbis: „Al P. Nicolò Spernazzati Agostiniano, missionario in Austria" inscriptae verbis: „.... E qui Le prego l' assistenza della divina gratia. Di

anno 1653 exeunte) dies literis ascriptus cum vel sine Urbis nomine exemplorum in literarum missarum tomis contentorum inscriptioni addi solebat, et exempla ipsa plerumque verbis: „Di Roma etc." finem sumebant;[941]) paulo posterius loci, in quem literae missae sunt, nomen, nonnunquam etiam verbum „N^o" cum numero ex ordine, non in margine scribebatur, sed ante primum literarum inscriptionis verbum ponebantur, et eodem fere tempore in margine literarum verbosior sententia adiici coepit, verba: „Di Roma etc." in extremis literis mox omittebantur, contra vero in primis literis allocutio, quae in literis ipsis erat, saepius poni coepit, salutatio in extremis literis poni solita saepius integra exscribebatur, quin et — raro tamen — verba, quae nomen subscriptum cum literis coniungebant, hoc et illi literarum exemplo adiiciebantur.[942])

Roma li 19 Marzo 1653" finem sumunt, in margine loci nomen, in quem missae sunt, perperam verbo: „Austria" expressum et inferius verba: „N° 2°" adiecta sunt.

[941]) In volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne degl' anni 1652 e 1653. Num. 29" (fol. 151b) ex. gr. literae leguntur verbis: „A Frà Francesco Antonio de Benedictis e Frà Giovanni Giacomo da Muro Minori Conventuali. Roma 18 Decembre 1653" inscriptae, quae verbis: „.... mentre io intanto alle Rev^ze Vostre mi raccomando. Di Roma etc." finem capiunt; quibus in margine iuxta primos literarum ipsarum versus loci nomen: „Vienna" et verba: „N° 3" sunt addita.

[942]) S. Cong^nis de P. F. literis, quae verbis: „A Frà Basilio d' Ayre Capuccino, 15 Giugno 1655. || Gia chè è piaciuto ꝛc" in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne degli anni 1654 e 1655. Num. 30" (fol. 78—78b) incipiunt verbisque: „.... E mele raccomando. Di Roma etc." finem sumunt, in margine haec sunt adiecta: „N° 1". || Che gli si dà licenza di tornare in Germania e di continuare nella missione di Boemia." — Aliis, quae in eodem volumine (fol. 93b—94) leguntur, verbis: „N° 2°. Vienna. A Monsr nuntio apostolico [Scipio D' Elci Pannocchieschi erat]. 16 Agosto 1655. || Havendo rappresentato ꝛc" incipientes et verbis: „.... mele offero e raccomando. Di Roma etc." finem capientes, in margine earum sententia ita est apposita: „Che s' informi, se sia vero il tentativo che si fa d' alcuni, d' alienare dalla provincia d' Hibernia i collegii de Riformati dell' istessa provincia". — Aliis, quae in eodem volumine (fol. 92-92b) verbis: „Vienna. Al s^r cardinal d' Harrach, arcivescovo di Praga. 16 Agosto [1655]. || Concorre questa S. Cong^ne ꝛc" incipiunt et verbis: „.... Che è quanto m' occorre, et all' Em^za Vostra bacio riverentemente le mani. Di Roma etc." finem sumunt, in margine haec sunt addita: N° 1°. || Circa la investitura del denaro della cassa del sale." — Aliis, quae in eodem tomo (fol. 63b) leguntur verbis: „Vienna. Al Rev^do P. D. Francesco Girolamo Oprandi, prefetto delle missioni de' PP. Barnabiti in Silesia. 9 Decembre [1654]. || Molto Rev^do Padre [v. supra in annot. 913]. Si scrive a Monsr nuntio apostolico di Polonia [Petrus Vidoni erat] ꝛc" incipientes verbisque: „.... e mele raccomando. Di Roma &" finem sumentes, in margine haec sunt ascripta: „N° 2. || Che si replica a Monsr nuntio di Polonia, perchè ricavi da quel principe l' intentione ch' ha circa la missione di Silesia". — Aliae S. Cong^nis de P. F. literae in volumine eodem (fol. 22-22b) verbis: „Varsovia. A Monsr nuntio apostolico di Polonia [Petrus Vidoni episcopus Laudensis erat]. 15 Maggio 1654. || Molt' Ill^re e Rev^mo signore come fratello [v. supra in annot. 698]. Essendo stata fatta istanza ꝛc" incipiunt, verbis: „.... E qui per fine a V. S^ia m' offro e raccomando. Di Roma etc." finem capiunt et in margine verba: „N° 1. || Si raccomandano alla sua protettione 4 missionarii Barnabiti, destinati per la Silesia a requisitione del s^r principe di Polonia" ascripta gerunt. — Aliis,

Primo tertii S. Congnis de P. F. secretarii, Marii Alberici tempore consuetudo, quae posterioribus Dionysii Massari invaluit, perduravit, ut, dico, tam allocutio, quam verba nomen subscriptum cum literis coniungentia, saltem nonnullis exemplis in literarum missarum tomis adiicerentur,[943]) et in eorum inscriptionibus imprimis (at non semper) loci, in quem literae mittebantur, nomen poneretur, et inscriptioni ipsi dies literis ascriptus sine Urbis nomine (quod etiam rarissime a die literis ascripto separatum in extremis exemplaribus huiusmodi cernitur) saepe — praesertim si literae eodem die datae praecedunt — abbreviatus apponeretur, et salutatio in extremis literis poni solita saepissime integra exscriberetur;[944]) posteriore vero eius-

quae ibidem (fol. 25b—27) verbis: „Praga. Al sr cardinale d' Harrach. 2 Giugno 1654 [v. supra pag. CCCCXLI]. || Emmo e Revmo signore mio osservandissimo [v. supra in annot. 913]. Essendo state riferite ∝" incipiunt et verbis: „.... E Le bacio humilmente le mani. Di Roma etc. Humilissimo et affettionatissimo servitore" finem sumunt, in margine verba: „No 2. || Gli si manda copia d' una protesta fatta con le risolutioni prese senza partecipatione della S. Congne intorno agl' interessi dell' università Carolina. E si ricerca d'un transunto in forma autentica di tutti gli atti e risolutioni prese come sopra e d' una nota di tutti i beni appartenenti a detta università" sunt scripto addita. V. etiam literas a S. Congne de P. F. ad [Scipionem d' Elci Pannocchieschi] nuntium Vindobonensem die 15. Maii 1654 datas, quas supra in annot. 698, 913, 918, 920 tetigimus. — In volumine „Lett. volgari della S. Congne degl' anni 1652 e 1653. Num. 29" (fol. 35—35b) S. Congnis de P. F. literarum latine scriptarum exemplar legitur, quod verbis: „Capitulo e[t] canonicis ecclesiae Olmuticensis[!]. || Quae ad maiorem Dei gioriam ∝" incipiens verbis: „.... Interim Domnibus Vestris ex corde me offero Eisdemque Dei gratiam et assistentiam exopto. Romae etc.[!]" finem capit et in margine verba: „Olmutz. || No 1" (v. supra in annot. 940) addita gerit; huic igitur exemplo dies literis ascriptus deest.

943) V. exempla Marii Alberici tempus spectantia, quae supra in annot. 913 attulimus; literae v. gr. a S. Congne de P. F. ad [Petrum Vidoni] nuntium in Poloniae regno datae (v. in annot. 913, 924) verbis: „Varsavia [loci, in quem literae missae sunt, nomen]. A Monsr nuntio apostolico di Polonia [literarum inscriptio]. X Luglio 1657 [dies literis ascriptus]. || Molt' Illre e Revmo Monsr come fratello [allocutio]. Condescese alcuni mesi sono ∝" incipientes verbis: „.... mentre io mele offero [salutatio]. || Di V. Sia || come fratello affettionatissimo [verba nomen subscriptum cum literis coniungentia]" finem sumunt.

944) In volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino all' anno 1664 incl[usive]. Num. 37" S. Congnis de P. F. literae verbis: „19a lettera" signatae verbis: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 5 Giugno 1660". || Invio a V. Emza quì acchiusi i saldi ∝" incipientes, verbis: „.... Et a V. Emza intanto bacio riverentemente le mani" finem capiunt; in eodem volumine aliae verbis: „Lettera 24" signatae, quae verbis: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 17 Luglio 1660. || Havendo la Stà di N. Sre dato ∝" incipiunt, verbis: „.... Et humilmente [salutatione abbreviata]" finem sumunt; item ibidem aliae verbis: „Lettera 26" signatae verbis: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 6 Novembre 1660 [v. supra in annot. 917]. || Essendosi rinovata la replica ∝" incipiunt atque verbis: „.... si possa prender ordine per la speditione etc.", igitur sine omni salutatione finem sumunt; S. Congnis de P. F. aliae literae in volumine eodem (fol. [8]—[8]b) verbis: „Roma [loci, in quem mittebantur, nomen]. Al sr cardinal Rospigliosi. 26 Settembre 1658. || Ho riferito questa mattina ∝" incipientes, verbis: „.... Et a V. Emza faccio humilissimo inchino" finem sumunt; contra aliae ibidem verbis: „Lettera 45" signatae verbis: „Domino Vinceslao Otych Silesiam. 29. Novembris 1661. || Cum facultates ∝" incipiunt verbisque

dem secretarii tempore (et in nonnullis literarum missarum voluminibus etiam ipso initio) literarum exempla sola inscriptione, nonnunquam sine die literis ascripto, qui ne in extremis quidem eiusmodi exemplis ponebatur, incipiebant et aut salutatione sive integra sive abbreviata, aut salutatione prorsus omissa finem sumebant ita, ut praeterquam loco, quo dies literis ascriptus ponebatur, parum a literarum exemplaribus Francisci Ingoli tempore in volumina literarum missarum relatis differrent,[945]) at, quod ex exemplis in annotationibus

„.... Tuisque orationibus me commendatum habe" finem capiunt; item aliae in eodem volumine verbis: „Lettera 47" signatae verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. 16 Decembre 1661 [sine loci, in quem mittebantur, nomine]. || Resta questa S. Congne sommamente edificata ∝" incipientes, verbis: „.... Et a V. Emza bacio humilissimamente le mani. Roma" finem sumunt; item aliae ibidem verbis: „Lettera 3" signatae verbis: „Al P. D[on] Girolamo Francesco Oprandi Bernabita. 15 Decembre 1657. || I motivi che hanno havuto ∝" incipiunt verbisque: „.... Che è, quanto posso dirle in risposta della Sua, con offerirmi a Suoi comandi" finem capiunt. — In tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32" (fol. 33b) literae leguntur verbis: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 4 Giugno 1658. || Havendo il sr principe ∝" incipientes verbisque: „.... E riverentemente Le bacio le mani. Roma etc." finem capientes. — In volumine „Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" (fol. 82b—83) literae, quae alias S. Congnis de P. F. literas, quibus dies 20. Augusti 1661 ascriptus est, sequuntur, verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Carolus Carafa episcopus Aversanus erat]. A dì detto [20. Augusti 1661]. || Per sodisfare a molte dimande ∝" incipiunt et verbis: „.... E mele offero e raccomando" finem sumunt; aliae, quae eas in eodem tomo sequuntur (fol. 83—83b), non S. Congnis de P. F. ipsius, sed Marii Alberici secretarii nomine scriptae et verbis: „A Monsr nuntio di Germania. A dì detto [20. Augusti 1661]. || Si contentò la Stà di N. Sre ∝" incipientes, verbis: „.... Et a V. Sia Illma bacio riverentemente le mani" finem capiunt; aliae ibidem subsequentes (fol. 84b—85) verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. A dì detto. || Il rettore di cotesto collegio pontificio ∝" incipiunt atque verbis: „.... Le bacio humilmente le mani" finem sumunt; item aliae, quae eas sequuntur (fol. 85), verbis: „P. rectori collegii pontificii Pragensis. Die dicta. || Ex adiuncta epistola percipiet Revtia Tua ∝" incipientes, verbis: „.... Interim orationibus Tuis me commendo" finem capiunt.

945) In volumine „Lettere di notizie dei soggetti, istanze per missioni e ricapiti dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33" (fol. 58b—59) S. Congnis de P. F. literarum ad [Maximilianum Rudolphum liberum baronem a Schleinitz] episcopum [Litomericensem mense Aprili anni 1658 (v. supra in annot. 916)] datarum exemplar verbis: „A Monsr vescovo. || Le buone relationi ∝" incipit et integra salutatione: „E mele offero e raccomando" finem capit. Aliud a S. Congne [mense Aprili 1658] missarum literarum in eodem volumine (fol. 47) exemplum verbis: „Dulma [loci, in quem literae missae sunt, nomen]. A Monsr vescovo [Michael Jahum erat]. || Nel tempo, che la chiesa ∝" incipiens, salutatione abbreviata: „E nostro Signore etc." finem sumit. Aliarum literarum in tomo eodem (fol. 88b—89) exemplar verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Carolus Carafa erat]. 14 Gennaro 1659. || Havendo il P. F. Cornelio Oilvveiler [iuste: Oitweiler] Minore Conventuale ∝" incipit verbisque: „.... per poter meglio accertare in ogni risolutione" (igitur sine salutatione) finem capit. — Aliarum a S. Congne de P. F. ad [Carolum Carafa] missarum literarum exemplar in volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 ∝. Num. 37" („Lettera 59a") verbis: „A Monsr nuntio di Germania. 27 Giugno 1662." || Sin dal 1642 ∝" incipit atque sine ulla salutatione verbis: „.... senza espressa ritrattatione del contratto passato" finem capit. In volumine „Lett. volgari della S. Congne dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37" S. Congnis de P. F. literarum die [28. Februarii 1662] datarum exemplar

944 et 945 allatis patet, etiam tum omnia variabilia erant, nec unam eandemque normam cancellariae S. Congnis de P. F. ministri semper sunt secuti. — Exemplis in literarum missarum voluminibus contentis (at non omnibus) etiam hoc tempore varia in margine ascribebantur: nunc literarum sententia, quae interdum aeque ac Francisci Ingoli tempore divisa apponebatur, aut sola, aut intitulatione aucta (quod si eveniebat, literarum summa plerumque in sinistro, intitulatio in dextro tomi margine scribi solebat), nunc intitulatio aut sola, aut plures[946]), modo, si literae solius secretarii nomine datae sunt, verba:

verbis: „Lett. 53“ signatum legitur verbis: „Matthaeo Ferdinando a Bilemberg, abbati s. Nicolai. Die dicta. || Periucunda Domnis Tuae mihi extitit epistola ∝“ incipiens verbisque: „.... Quod dum spero Domnis Tuae manus exosculor et salutem plurimam Tibi a Deo apprecor. Romae etc.“ finem sumens; subsequens literarum a S. Congne de P. F. ad [Carolum Carafa] missarum exemplar („Lettera 54“) verbis „A Monsr nuntio di Germania. A di detto. || Benchè questi Emmi etc. commendino ∝“ incipit et verbis: „.... Et a V. Sia mele[!] offero e raccomando“ finem capit, loci vero, in quem literae mittebantur, nomen („Vienna“) in margine est appositum. — In volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝. Num. 37“, quod saepius tetigimus, S. Congnis de P. F. literarum exemplar verbis: „Lettera 101“ signatum legitur, quod verbis: „Domino episcopo Leitmeritensi. 29a Martii 1664. || Tametsi Amplni Tuae ∝“ incipit et verbis: „.... Interim summam Tibi a Deo apprecor incolumitatem“ finem sumit, sequens vero S. Congnis eiusdem literarum exemplum („Lettera 102“) verbis: Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 29 Marzo 1664. || Perchè V. Emza resti ∝“ incipit verbisque: „.... E Le bacio humilissimamente le mani“ finem capit, probans eodem tempore non unam solam eandemque normam in S. Congnis de P. F. cancellaria viguisse.

[946]) In literarum a S. Congne de P. F. ad Matthaeum Ferdinandum [Zoubek] a Bilenberg die [28. Februarii 1662] datarum (v. supra in annot. 945) margine earum sententia: „Che stima difficilissima l' erettione del vescovato di Chinitgratz [!] prima dell' erettione de' canonicati“, in aliarum ab ea ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 29. Martii 1664 missarum (v. supra in annot. 945) margine earum summa: „Delle difficoltà incontrate circa la conferma d' un istrumento fatto da S. Emza con quei senatori“ legitur. — Literis a S. Congne de P. F. ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 22. Martii 1660 factis, perinde ac aliis ad cardinalem ab Harrach die 20. Augusti 1659 scriptis, in margine sinistro earum summa, in margine dextro intitulatio (intitulationes) sunt appositae (v. supra in extrema annotat. 921). — In literarum ab eadem S. Congne ad eundem cardinalem die 13. Julii 1658 datarum (v. supra, pag. CCCCXLV) exemplaris, quod in volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝. Num. 37“ in margine verbis: „Lett. 9“ signatum est, margine praeter intitulationem („Germania“) earum summa eaque divisa („Si manda il bilancio de' conti della cassa del sale“ et paulo inferius: „Che faccia obligare qualunque che piglierà denaro anticipato, per l' indennità di detta cassa“) legitur; alii earundem literarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32“ (fol. 42–42b) in margine sola intitulatio („Germania“) est adiecta. In literarum a S. Congne de P. F. ad [Maximilianum Rudolphum a Schleinitz] episcopum Litomericensem die 29. Martii 1664 datarum (v. supra in annot. 945) exempli margine sola intitulatio („Boemia“) scripto est apposita. Literarum ab eadem S. Congne ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die 14. Januarii 1659 missarum exemplo, quod in volumine „Lett. di notizie dei soggetti, istanze per missioni e ricapiti dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33“ fol. 88b—89 (v. supra in annot. 945) reperitur, intitulatio: „Soggetti“, aliarum ab ea ad cardinalem ab Harrach die 17. Junii 1658 factarum exemplari, quod in volumine „Lett. della S. Congne, ministri, stampa, fabbrica, stato temporale, elemosine, sussidii, viatici

„Per Monsre“ (quae, praecipue si literis tam earum sententia, quam intitulatio addita est, in margine sinistro ante literarum summam ponebantur), modo, si voluminis folia numeris non sunt signata, verbum „Lettera“ cum numero ex ordine, alias (sed rarissime) verbum „Numo“ cum numero ex ordine (si literae ad quam personam datae alias ad eandem personam factas sequebantur) aut loci, in quem literae missae sunt, nomen.[947])

e varie dall' anno 1657 sino al 1664 inclus[ive]. Num. 35“ fol. [34]b–[35] legitur, praeter earum sententiam („Delle conditioni da apporsi nell' istrumento del censo del signor principe langravio di Assia et in altri che si stipulassero con i denari della cassa del sale“), quae in margine sinistro apposita est, intitulatio: „Stato temporale, Boemia“, quae etiam alii earundem literarum exemplo in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32“ (fol. 52b–53b) sine literarum sententia est adiecta, in margine est addita. Aliarum S. Congnis de P. F. literarum ad [Maximilianum Rudolphum a Schleinitz] episcopum [Litomericensem] mense Aprili anni 1658 datarum (v. supra in annot. 916 et 945) exemplar, quod in volumine „Lett. di notizie dei soggetti, istanze per missioni e ricapiti dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33“ (fol. 58b—59) reperitur, in margine dextro intitulationem: „Notitie de missionarii“, in margine sinistro loci, in quem literae missae sunt, nomen („Leitmeriz“) gerit. Literarum a [Mario Alberici, S. Congnis de P. F. secretario] ad [Julium] cardinalem Rospigliosi die 26. Septembris 1658 scriptarum exemplo („Lett. di Germania con li Paesi Bassi, Rezia ed Elvezia dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37“ fol. [8]—[8]b; v. supra in annot. 944), quod in margine sinistro literarum sententiam („Si partecipano i sensi di N. Sre havuti doppo la congregazione particolare circa l' istanza del principe Giovanni Federigo di Lussemburg“) ascriptam habet, in margine dextro intitulatio: „Germania, varie“ est adiecta. — S. Congnis de P. F. literarum circum pontificiorum collegiorum rectores passim dimissarum, quibus dies 7. Augusti 1660 ascriptus est (v. supra in annot. 934), exemplo („Lett. de' collegii dell' anno 1657 ∝. Num. 34“ fol. 38b—39) in margine dextro tam intitulatio („Collegii“), quam literarum sententia („Si trasmette ai rettori de collegii pontificii un breve sopra il giuramento degli alunni“) apposita est. — Literarum a S. Congne de P. F. ad P. Venceslaum Otík [a Dobřan] die 29. Novembris 1661 factarum exemplo („Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝. Num. 37“ praeter verba „Lettera 45“ in margine nihil est ascriptum, quod etiam de pluribus aliis dictum esse puta.

[947]) Exemplo literarum [Marii Alberici] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad Revmum [Volumnium] Bandinelli die 14. Januarii 1659 datarum in volumine „Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34“ (fol. 24) in margine dextro intitulatio: „Collegii“, in margine sinistro ante literarum summam („che S. Stà ha ordinato, che si paghino al collegio di Olmutz 6 mesate solamente, e tra tanto si procurino le notitie desiderate“) verba: „Per Monsre“ sunt ascripta. — In volumine „Lett. della S. Congne: ministri, stampa, fabbrica, stato temporale, elemosine ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclus[ive]. Num. 35“ (fol. 44) literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 20. Augusti 1659 missarum exemplari in margine dextro intitulatio: „Stato temporale“ (v. supra in annot. 921) et in margine sinistro ante literarum sententiam, quam supra in annot. 920 attulimus, verba: „Per Monsre“ scripto sunt apposita. — Aliarum nomine [Marii Alberici] secretarii ad P. Clementem Galano [clericum regularem ordinis Theatinorum] die 10. Novembris 1663 factarum literarum exemplo („Lett. di Armenia, Caldea, Persia ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 44“ (fol. [145]–[146]) in margine dextro intitulatio („Armeni“), in sinistro verba: „Per Monsre“ sunt adiecta. — Exemplar literarum a S. Congne de P. F. ad [Carolum Carafa] apostolicae sedis ad aulam imperialem nuntium die [28. Februarii 1662] datarum in margine praeter loci, in quem literae missae sunt, nomen (v. supra in annot. 945) verba „Lettera 54“ ascripta gerit. Plura alia

Tempore prosecretarii Antonii Manfroni literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam prosecretarii nomine scriptarum exempla in literarum missarum volumina relata inscriptione solita cum die literis ascripto incipiunt, cui inscriptioni loci, in quem literae missae sunt, nomen raro et quidem post personae nomen addebatur, dies autem, nisi omnino praetermissus est, eodem, quem supra animadvertimus, modo interdum abbreviabatur; finem vero exempla huiusmodi salutatione sive integra sive abbreviata sumunt; salutationem, etiam si integra exscripta est, saepe verba ‚etc.' sequuntur.[948]) In

exempla eiusmodi supra in annot. 944, 945, 946 inveniri possunt, quae omnia ad tomum „Lett. di Germania ∞. Num. 37" pertinent, cuius folia numeris non sunt signata; in nonnullis aliis autem literarum missarum voluminibus, quorum folia numeris signata non sunt, v. gr. in tomo „Lett. della S. Congne: ministri ∞. Num. 35" vel in tomo „Lett. di Armenia ∞ Num. 44", in margine verbum „Lettera" cum numero ex ordine non reperitur. — Literarum a S. Congne de P. F. ad [Petrum Vidoni] nuntium Poloniae die 10. Julii 1657 missarum (v. supra in annot. 913, 924, 943) exemplo in margine praeter intitulationem („Istanza di missione. Collegio Urbano") verba: „Numo 2o" ascripta sunt. — Loci, in quem literae missae sunt, nomen in literarum a S. Congne ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem die [28. Februarii 1662] factarum exempli (v. supra in annot. 945: „Vienna") margine legitur. Idem etiam de S. Congnis literarum ad [Maximilianum Rudolphum a Schleinitz] episcopum [Litomericensem] mense [Aprili anni 1658] datarum (v. supra in annot. 916, 945) exemplari dictum esse puta (v. supra in annot. 946).

[948]) In volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∞ dall' anno 1657 sino al 1664 nclusive. Num. 37" S. Congnis de P. F. literarum exemplar verbis: „Lettera 106" signatum verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. || 26 Settembre 1664. || In una lunga lettera ∞" incipit verbisque: „ . . . . E Le bacio humilissimamente le mani" finem sumit. — Aliarum eiusdem S. Congnis literarum exemplum, quod in tomo „Lett. circa la Germania, Belgio, Helvetia e Rhetia dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49" verbis: „Lettera 4" signatum (v. supra in annot. 910) legitur, verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. Praga [loci, in quem literae missae sunt, nomen]. || 27 Giugno 1665. || Approva la S. Congne ∞" incipit et verbis: „ . . . . Et io resto baciandole humilissimamente le mani etc." finem capit. — In volumine „L' Italia, lettere circa coll[egii], coll[egio] Urban[o], S. Congreg. e suoi ministri ∞ e varie dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 46" fol. [31]b S. Congnis literarum exemplar, ante quod literae die 18. Decembris 1666 datae leguntur, verbis: „D[omino] Joanni Tugelio. Naufurti. || Die ut supra. || Filialis oboedientiae ∞" incipit atque verbis: „ . . . . Eorum [Emmorum Patrum] Tibi, ubi Dei gloria id exigit, operam exhibent et ab eodem summam felicitatem apprecantur" finem sumit. — In tomo „Lettere circa la Germania ∞. Num. 49" S. Congnis de P. F. literarum exemplar verbis: „Lettera 33" signatum verbis: „P. Danieli Krupsky, provinciali Soc. J. in Bohemia. Pragam. || Die 19. Junii 1666" est inscriptum, sequens vero literarum exemplar („Lettera 34") verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. || 26 detto [= 26. Junii 1666]. || Riferitasi in S. Congne l' istanza ∞" incipit. — Aliarum S. Congnis de P. F. literarum exemplum ibidem („Lettera 36") verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. || 24 Luglio 1666" est inscriptum, quod exemplar („Lettera 37") verbis: „A Monsr nunzio di Germania [Julius Spinola erat]. || Il dì sudetto. || Si rimette a V. Sia ∞" incipiens verbisque: „ . . . . et al solito mele offero e raccomando" finem sumens, subsequitur. — In tomo „L' Italia, lettere circa coll[egii] ∞. Num. 46" fol. [30]b—[31] S. Congnis de P. F. literarum die [18. Decembris 1666] missarum exemplar verbis: „A D[on] Francesco Christofaro Kinch. Friburgo. || Il dì detto. || Sono stati ricevuti ∞" incipit atque verbis: „ . . . Et il Signore La prosperi" finem capit. — Contra vero in tomo „Lett. circa il settentrione, cioè Anglia, Damia [sic], Ibernia ∞ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 50" (fol. 106)

margine autem exemplis huiusmodi saepissime sola intitulatio et, si tomi folia ex ordine numeris non sunt signata, verbum: „Lettera" cum numero ex ordine, atque, si literae non S. Cong^nis de P. F., sed solius prosecretarii nomine scriptae erant, verba: „Per Mons^re" adiici solebant.[949]) Etiam hic perinde ac aliis locis additamenta, quae in margine praecipue, sed ad cetera parcissime adiiciebantur, silentio praetereuntur, cum hic solum communem, ne dicam quotidianam rationem, qua hoc et illo tempore literae, etiam illae, quae reapse foras non erant missae, in S. Cong^nis de P. F. cancellaria in sua volumina referri solebant,[950]) respicimus.

Mos, qui Antonio Manfroni prosecretarii munere fungente vigebat, etiam Hieronymi Casanate, quarti S. Cong^nis de P. F. secretarii, tempore atque initio officii eius successoris Friderici

S. Congnis de P. F. literarum, quae die 18. Martii 1665 datae esse videntur, exemplar verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Julius Spinola erat]. || Li monaci Basiliani Rutheni ∞", igitur sine die literis ascripto incipit et salutatione integra („E mele offero e raccomando") finem sumit. — Aliarum S. Congnis de P. F. literarum exemplum in volumine „Lett. circa la Germania ∞. Num. 49" („Lettera 19") verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Julius Spinola]. || 10 Ottobre 1665. || Viene rappresentato ∞" incipiens, salutatione abbreviata („E mele offero etc.") finem sumit. — Aliarum [Antonii Manfroni] prosecretarii nomine scriptarum literarum exemplar ibidem („Lettera 10") verbis: „A Monsre assessore del S. Offitio [cui cognomen Varese erat]. || 31 Agosto 1665. || Monsr vescovo di Kinisgratz ha supplicato ∞" incipiens salutatione abbreviata („E Le bacio etc.") finem capit.

[949]) Exemplo literarum a S. Congne de P. F. ad cardinalem ab Harrach die 26. Junii 1666 datarum (v. supra in annot. 948) intitulatio („Germania") et verba: „Lettera 34", alii literarum ad [Julium Spinola] nuntium Vindobonensem die [24. Julii 1666] scriptarum (v. in eadem annot.) exemplo intitulatio („Germania") et verba: „Lettera 37", alii literarum ab eadem S. Congne ad eundem nuntium die 1. Maii 1666 factarum exemplari („L' Italia, lett. circa coll[egii] ∞. Num. 46" fol. [27]) sola intitulatio („Collegii"), alii S. Congnis eiusdem literarum exemplo verbis „Domino episcopo Vratislaviensi [Sebastianus Rostock erat]. || 10. Octobris 1665" inscripto („Lett. circa la Germania ∞. Num. 49") in margine solum verba „Lettera 17" et exemplo subsequenti, quod verbis: „Episcopo Wratislaviensi. || 10. Octobris 1665" inscriptum est, itidem solum verba: „Lettera 18" in margine sunt ascripta. — Literarum [Antonii Manfroni] prosecretarii nomine missarum exemplo verbis: „A Monsre assesore del S. Offitio [cui cognomen Varese erat]. || 9 Ottobre 1665" inscripto („Lett. circa la Germania ∞. Num. 49") verba: „Lettera 16. || Per Monsre", alii eiusdem nomine factarum literarum exemplari, quod in eodem volumine verbis: „A Monsr Ugolini, segretario de brevi. || 22 Novembre 1666" inscriptum est, verba: „Lettera 43. || Germania. || Per Monsre", alii ad [Julium Spinola] nuntium die 23. Januarii 1666 datarum literarum exemplo („L' Italia, lett. circa coll[egii] ∞. Num. 46" fol. [24]—[24]b) ad dextram intitulatio: „Collegii", ad sinistram verba: „Per Monsre" in margine sunt adiecta. — Aliis iisque non paucis S. Congnis de P. F. literarum exemplaribus in margine nihil est scripto appositum.

[950]) Eiusmodi additamentum sunt ex. gr. verba: „Questa lettera non fù mandata", quae literarum ad cardinalem ab Harrach die 22. Augusti 1665 datarum exemplo („Lett. circa la Germania ∞. Num. 49") praeter verba „Lettera 7" in margine sunt adiecta (v. supra in annot. 910), et verba: „Non seguì", quae in margine exemplaris aliarum literarum ad eundem cardinalem die 27. Junii 1665 scriptarum (v. supra in annot. 910 et 948) leguntur.

Ubaldi Baldeschi, quinti eiusdem S. Cong^nis^ secretarii, vel saltem in nonnullis literarum missarum tomis, antequam hic secretarius provinciam accepit, inchoatis, perduravit, praeterquam quod Hieronymi Casanate tempore annus in die literis ascripto interdum aut praetermitti aut abbreviari solebat.[951]) Posteriore tempore, quin et ipso initio officii Friderici Ubaldi Baldeschi, quinti S. Cong^nis^ de P. F. secretarii, in illis dico voluminibus, quorum folia numeris signata sunt, verbum: „Lettera" cum numero ex ordine literarum exemplis non amplius in margine addebatur, quo loco sola intitulatio et, si literae solius secretarii nomine scriptae erant, verba: „Per Mons^re^" remanserunt;[952]) at, simul ac mos invaluit, ut literae solius secretarii nomine missae a S. Cong^nis^ de P. F. literis separarentur, quod inde ab anno 1670 ineunte evenit ita, ut secretarii literae singulis annis scriptae aut tomos proprios aut unam partem illorum voluminum obtinerent, quorum partem alteram S. Cong^nis^ literae eodem anno datae explebant,[953]) verba: „Per Mons^re^", quae ceteroquin ne antea quidem omnibus secretarii (prosecretarii) nomine scriptarum literarum exemplis in literarum missarum voluminibus apposita erant, eo rarius in margine tomorum literarum missarum adiiciebantur, quo pauciores literae secretarii (prosecretarii) nomine exaratae inter literas S. Cong^nis^ de P. F. nomine datas ponebantur, quod etiam ipso anno 1670, quem diximus, quin et annis posterioribus igiturque post utriusque generis literarum separationem tamen nonnunquam fiebat.[954])

[951]) In volumine „Lett. circa la Germania ∝. Num. 49" literarum secretarii nomine ad [Julium Spinola] nuntium Vindobonensem datarum exemplar verbis: „A Monsr nuntio di Germania. || 15 Gennaro 1667" inscriptum verbisque: „.... E resto con baciarle riverentemente le mani" finem capiens, cui in margine verba: „Lettera 45. || Germania. || Per Mons^re^" ascripta sunt, S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplum sequitur, quod verbis: „Domino episcopo Wratislaviae [Sebastianus Rostock erat]. || Die supradicta [15. Januarii 1667]. || Petitionibus Gotthardi Alberti de Zedliz ∝" incipit, verbis: „.... Et Ampl^ni^ Tuae summam pro Deo deprecor incolumitatem" finem sumit et in margine verba: „Lettera 46" ascripta gerit. — Aliarum S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplar, ante quod in tomo „L' Italia, lett. circa coll[egii] ∝. Num. 46" literae die 12. Martii 1667 datae leguntur, folio [40]b verbis: „Al s^r^ cardinal Spinola. || Il dì sudetto" inscriptum, verbis: „.... E Le bacio humilissimamente le mani" finem capit, eique in margine intitulatio: „Collegii" est adiecta. — Alii literarum secretarii nomine ad eundem [Julium Spinola] nuntium Vindobonensem, nondum cardinalem, missarum exemplo (ibid. fol. [166]) verbis: „A Monsr nuntio di Germania. || 15 Gennaro 1667. || Fù proposta ∝" incipienti verbisque: „.... E ricordandole con tal occasione la mia osservanza bacio a V. S^ia^ Illma riverentemente le mani" finem sumenti in margine ad dextram intitulatio („Istanza per missione"), ad sinistram verba: „Per Mons^re^" scripto sunt apposita. — Alii literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad eundem [Julium] cardinalem Spinola nuntium Vindobonensem anno 1667 factarum exemplari (ibid. fol. [42]b—43) dies verbis: „2 Aprile" ascriptus est, alii „P. Danieli Krupsky, provinciali Soc. Jesu in Bohemia, Pragam" a S. Cong^ne^ de P. F. missarum literarum exemplo („Lett. circa la Germania, Belgio, Helvetia e Rhetia dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49") dies verbis: „Die 30. Aprilis 67" est ascriptus, et in margine verba: „Lettera 60" atque intitulatio („Germania") sunt ei adiecta; aliud S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplar ad annum 1668 pertinens („L' Italia, lett. circa coll[egii] ∝. Num. 46" fol. [57]b) verbis: „D[omino] Guilielmo de Tharoul Wratislaviam. || Die 11. Februarii dicta" est inscriptum. Quae omnia exempla Hieronymi Casanate secretarii tempus spectant; iis similia sunt literarum exemplaria primo tempore Friderici Ubaldi Baldeschi in tomos relata, v. gr. literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine ad [Antonium Pignattelli, nuntium apostolicum ad aulam imperialem] die 21. [Julii 1668] scriptarum exemplum („Lett. circa la Germania, Belgio ∝. Num. 49"), cui verbis: „Al detto. || 21 detto. || Rappresenta Monsr vescovo di Leitmeriz ∝" incipienti verbisque: „.... E mele offero e raccomando" finem sumenti, in margine verba: „Lettera 78" et intitulatio: „Germania" sunt addita, perinde ac exemplar, quod in eodem volumine subsequitur verbis: „Domino episcopo Litomericensi [Maximilianus Rudolphus a Schleinitz erat]. || 21. Julii 1668. || Quod Ampl^do^ Tua" incipiens verbisque: „.... Et Ampl^ni^ Tuae summam felicitatem libens adprecor" finem sumens, in margine verba: „Lettera 79" atque intitulationem: „Germania" (v. supra in annot. 560) ascripta gerit; item S. Cong^nis^ de P. F. literarum die 22. [Decembris 1668] datarum exemplar, quod in eodem volumine verbis: „D[omino] Danieli Krupski, provinciali Soc. Jesu in Bohemia. || 22 detto" inscriptum, verbis: „.... Et interim Tuis orationibus apud Deum me commendo" finem capit, in margine verba: „Lettera 96" et intitulationem („Germania") adiecta gerit.

[952]) In volumine „Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53" fol. 18b literarum solius secretarii nomine ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die 19. Januarii 1669 datarum exemplari in margine dextro intitulatio („Collegii"), in sinistro verba: „Per Mons^re^", aliarum literarum a S. Cong^ne^ ad eundem nuntium die 13. Aprilis 1669 missarum exemplo (ibid. fol. 96b—97) in margine sola intitulatio („Boemia"), item aliarum ab eadem S. Cong^ne^ ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 28. Februarii 1673 scriptarum literarum exemplari („Registro di lettere della S. Cong^ne^ 1673. Num. 61" fol. 17) in margine intitulatio („Germania") est ascripta. Modo eodem literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad [Galeatium Marescotti nuntium Poloniae] die 22. Septembris [1668] factarum exemplar, quod in volumine „Lett. circa il settentrione, cioè Anglia, Damia [!], Ibernia, Moscovia, Polonia, Rutheni, Scotia ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 50", cuius folia numeris sunt signata, et quidem folio 95 legitur, in margine intitulationem solam („Rutheni") adiectam gerit. — Literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine die 19. Januarii 1669 ad [Joannem Paulum Oliva] generalem Societatis Jesu ministrum datarum exemplo („Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53" fol. 19—19b) in margine sinistro verba: „Per Mons^re^", in margine dextro intitulatio („Collegii") sunt apposita.

[953]) Ad annum 1670 duo literarum missarum tomi pertinent, alter verbis: „Registro delle lettere dal 1670 della S. Cong^ne^. Num. 55", alter verbis: „Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56" inscriptus. Simili modo anni 1671 („Lettere della S. Cong^ne^ 1671. Num. 57", „Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58"), 1672 („Lett. della S. Cong^ne^ anno 1672. Num. 59", „Lett. di Monsr secret^o^ anno 1672. Num. 60"), 1673 („Registro di lettere della S. Cong^ne^ 1673. Num. 61", „Registro di lettere di Monsr secret^o^ 1673. Num. 62") binos literarum missarum tomos habent, contra in voluminis „Registro di lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1674. Num. 63" parte prima literae S. Cong^nis^ de P. F. nomine, in eius parte altera literae S. Cong^nis^ de P. F. secretarii [Franciscus Ravizza erat] nomine scriptae leguntur; in volumine autem „Lett. della S. Cong^ne^ e di Monsr segret^o^ 1680. Num. 69" partem primam literae [Eduardi Cybo] secretarii, partem alteram literae S. Cong^nis^ nomine factae explent.

[954]) In volumine „Registro delle lettere dal 1670 della S. Cong^ne^. Num. 55" fol. 55b—56 literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] eiusdem S. Cong^nis^ secretario ad [Joannem Paulum Oliva] generalem Soc. Jesu ministrum die 4. Augusti 1670 datarum exemplo in margine dextro intitulatio („Germania"), in sinistro autem margine verba: „Per Mons^re^" ascripta sunt. Simili modo literarum ab eodem secretario ad eundem generalem Soc. J. ministrum die 7. Aprilis 1671 missarum exemplo, quod in volumine „Lett. della S. Cong^ne^

Literarum Friderici Ubaldi Baldeschi secretarii tempore in literarum missarum tomos relatis exemplis, praecipue si lingua vulgari literae exaratae erant, dies vario modo ascribebatur: saepissime ante diem exemplis ascriptum verba: „a dì“ ponebantur, sed mos hic iam anno 1671 exeunte cessavit,[955]) saepe annus, quo literae sive latine sive italice scriptae erant, omnino praetermittebatur, non raro tam annus, quam mensis nomen, quin et (raro quidem) ipse diei numerus omittebantur verboque: „detto“, quod aliquando etiam anno mensisque nomine apposito, superflue ponebatur, compensabantur.[956])

1671. Num. 57“ (fol. 23—23b) legitur, praeter intitulationem („Germania“), quae in margine dextro posita est, in margine sinistro verba: „Per Monsre“ sunt adiecta. — Contra in tomo „Lett. della S. Congne anno 1672. Num. 59“ fol. 12—12b literarum ad [Gasparum] Carpegna cardinalem vicarium die 14. [Martii 1672] factarum exemplo in margine, ubi sola intitulatio („Germania“) scripta est, verba: „Per Monsre“ desunt, licet literas ipsas [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine scriptas esse salutatio (v. supra, pag. CCCXVIII cum annot. 738 et pag. CCCXXVI—CCCXXVII cum anot. 752), qua in tomo, quem diximus, earum exemplar finem capit („. . . . Et umilmente mel' inchino“), luculenter probet. Quod etiam de literis, quae in eodem volumine fol. 12b subsequuntur, verbis: „Al sr cardinal d' Hassia 14 Marzo 1672“ inscriptis et salutatione: „. . . . Et all' Emza Vostra fo profondissimo inchino“) finem sumentibus dictum esse puta. — Ceterum etiam in nonnullis aliis literarum missarum tomis ad tempora successorum Friderici Ubaldi Baldeschi secretarii spectantibus ex. gr. in voluminis „Registro di lettere della S. Congne dell' anno 1674. Num. 63“ parte prima verbis: „Registro delle lettere della S. Congne dell' anno 1674“ inscripta, in tomi „Registro delle lettere della S. Congne 1675. Num. 64“ parte prima verbis: „Registro delle lettere per la S. Congne dell' anno 1675“ inscripta, in voluminis „Registro di lettere della S. Congne del 1676. Num. 65“ parte prima verbis: „Registro di lettere per la S. Congne 1676“ inscripta, in tomi „Lett. della S. Congne e di Monsr segreto 1680. Num. 69“ parte secunda (v. supra in annot. 953) verbis: „Registro di lettere della S. Congne dell' anno 1680“ inscripta literarum exempla leguntur, quibus in margine verba „Per Monsre“ sunt ascripta.

[955]) S. Congnis de P. F. literarum ad [Antonium Pignatelli] sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium datarum exemplo („Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53“ fol. 96b—97) dies verbis: „A dì 13 Aprile 1669“, aliarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] archiespicopum Pragensem missarum literarum exemplo (ibid. fol. 173b) dies verbis: „A dì 15 Giugno 1669“, alii literarum eiusdem secretarii nomine ad [Joannem Paulum Oliva] Soc. J. generalem ministrum factarum exemplari (v. supra in annot. 954) dies verbis: „A dì 4 Agosto 1670“, alii literarum ab eodem secretario ad eundem ministrum generalem scriptarum exemplo (v. supra in annot. 954) dies verbis: „A dì 7 Aprile 1671“, alii S. Congnis de P. F. nomine ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem datarum literarum exemplo („Lett. della S. Congne 1671. Num. 57“ fol. 83) dies verbis: „A dì 3 Agosto 1671“ est ascriptus.

[956]) Literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem anno [1669] missarum exemplo („Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53“ fol. 44b) dies verbis: „2 Marzo“, alii literarum ab eodem secretario ad [Marium Alberici] nuntium itidem Vindobonensem anno [1671] factarum exemplari („Lett. di Monsr secreto del 1671. Num. 58“ fol. 140—140b) dies verbis: „19 Settembre“, aliarum literarum eiusdem secretarii nomine ad eundem nuntium Vindobonensem anno [1672] scriptarum exemplo („Lett. di Monsr secreto anno 1672. Num. 60“ fol. 87b) dies verbis: „3 Decembre“ est ascriptus. — Literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die [13. Aprilis 1669) datarum exemplari („Registro delle lettere

Ceterum literarum exemplorum hoc tempore in volumina relatorum inscriptiones praeter personae, ad quam literae missae sunt, nomen aut indicationem, nonnunquam (si literae ad eandem personam datae in tomo praecedebant) abbreviatum vel abbreviatam, interdum vero verbo ex. gr. ‚medemo‘ auctum vel auctam raro aliquid aliud (ex. gr. loci, in quem literae mittebantur, nomen) continebant, allocutio literarum semper omittebatur, salutatio autem in extremis literis posita, qua omnia fere literarum exempla hoc tempore in tomos relata finem sumunt, saepissime integra exscribebatur, rarius abbreviabatur.[957])

dell' anno 1669. Num. 53“ fol. 97—97b) dies verbis: „die [!] detta“, aliarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] secretario ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] archiepiscopum Pragensem die 22. [Junii 1669] missarum literarum exemplo (ibid. fol. 175b) dies verbis: „A di 22 detto“, aliarum S. Congnis de P. F. nomine ad eundem archiepiscopum Pragensem die 10. [Novembris 1670] factarum literarum exemplari („Registro delle lettere dal 1670 della S. Congne. Num. 55“ fol. 77—77b) dies verbis: „10 detto“, aliarum binarum literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 19. [Septembris 1671] scriptarum exemplis („Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58“ fol. 141—141b et 142—142b) dies verbis: „19 detto“, literarum eiusdem secretarii nomine ad eundem nuntium die 5. [Martii 1672] datarum exemplo („Lett. di Monsr secreto anno 1672. Num. 60“ fol. 18—18b) dies verbis: „5 detto“, subsequenti vero literarum eiusdem secretarii nomine ad eundem nuntium eodem die missarum exemplo (ibid. fol. 18b—19b) dies verbis: „5 Marzo 1672“ est ascriptus. Modo eodem („5 Marzo 1672“), qui ceteroquin etiam Friderici Ubaldi Baldeschi tempore saepissime lectoris oculis in literarum missarum tomis occurrit, etiam sequenti literarum eiusdem secretarii nomine ad eundem nuntium factarum exemplari (ibid. fol. 19b) dies est ascriptus, in subsequentium autem literarum ab eodem secretario ad eundem nuntium scriptarum exempli (ibid. fol. 20—21) inscriptione iterum verba: „5 detto“ leguntur. — S. Congnis de P. F. literarum ad metropolitam Ruthenorum latine scriptarum exemplari („Lett. circa il settentrione, cioè Anglia ∞ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 50“ fol. 92b—93) dies lingua vulgari verbis: „22 detto Settembre 1668“ ascriptus est.

[957]) S. Congnis de P. F. literarum ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die 13. Aprilis 1669 datarum exemplar (v. supra in annot. 952, 955) verbis: „A Monsr nuntio di Germania a dì 13 Aprile 1669“ inscriptum verbis: „Col supposto, che nella diocese di Praga ∞“ incipit et salutatione integra: „. . . . E mele offro“ finem sumit, sequens vero literarum eiusdem S. Congnis nomine ad eundem nuntium missarum exemplar (v. supra in annot. 956), quod itidem salutatione integra („. . . . E mele offro“) finem capit, verbis: „Al medemo die [!] detta. || E' stato supposto a questa S. Congne ∞“ incipit. — Literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] secretarii nomine ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem anno [1671] factarum exemplum („Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58“ fol. 175b) verbis: „Al Monsr nunzio di Germania 14 Novembre. || V. Sia Illma ha scritto molto ∞“ incipiens salutatione abbreviata: „. . . . E bacio a V. Sia Illma etc.“ finem sumit, exemplar, quod in eodem tomo (fol. 175b—176) subsequitur, inscriptione aucta: „Al medemo nunzio di Germania 14 Novembre“ incipiens, salutatione integra: „. . . . E devotamente La riverisco“ finem capit. — In volumine „Lett. di Monsr secreto anno 1672. Num. 60“ (fol. 17b—18) literarum secretarii nomine ad eundem Germaniae nuntium factarum exemplar legitur verbis: „A Monsr nunzio di Germania 5 Marzo 1672. || Sopra due punti ∞“ incipiens atque salutatione integra: „. . . . E Le bacio riverentemente le mani“ finem sumens; exemplum subsequens (fol. 18) inscriptione aucta: „Al medemo Monsr nunzio di Germania 5 Marzo 1672“ incipit et salutatione abbreviata: „. . . . E bacio a Lei etc.“ finem capit, sequens autem exemplar inscriptione abbreviata: „Al medemo 5 detto“ (v. supra

Francisci Ravizza, sexti S. Cong^nis de P. F. secretarii, tempore literae eodem fere modo, quo praedecessor eius utebatur, in suos tomos referebantur, praeterquam quod dies literis ascriptus, nisi abbreviabatur, sine ulla adiectione earum exemplis addebatur.[958])

Urbano Cerri S. Cong^nis de P. F. secretarii munere fungente, literarum in volumina relatarum exempla exemplaribus Friderici Ubaldi Baldeschi tempore in literarum missarum tomos relatis similia sunt, praeterquam quod in eorum, quae lingua vulgari sunt scripta, inscriptionibus ante diem iis ascriptum verbum: „li" poni solebat, et quod salutatio in extremis literis posita, saepius quam quinto, quem diximus, S. Cong^nis de P. F. secretario munus sustinente abbreviabatur, quin et prorsus praetermittebatur, ita ut exempla huiusmodi saepissime (interdum etiam ubi salutatio integra exscripta esse videtur) verbis: „etc." finem sumerent.[959])

in annot. 956) incipit atque salutatione itidem abbreviata: „.... E Le bacio etc." finem sumit; sequitur (fol. 18b–19b) literarum exemplar verbis: „Al medemo Monsr nunzio di Germania 5 Marzo 1672 [v. supra in annot. 956]" inscriptum integraque salutatione: „.... E bacio a V. S^ia Illma riverentemente le mani" finem capiens, folio 19b aliud exemplum verbis: „Al medemo nuntio di Germania 5 Marzo 1672 [v. supra in annot. 956]. || Con lettera ∝" incipiens integraque salutatione: „.... E Le bacio riverentemente le mani" finem sumens, folioque 20–21 exemplar aliud verbis: „Al medemo 5 detto [v. supra in annot. 956]. || Cinque lettere di V. S^ia Illma ∝" incipiens atque salutatione integra: „.... E Le bacio riverentemente le mani" finem sumens. — In volumine „Lett. della S. Cong^ne 1671. Num. 57" fol. 20b S. Cong^nis de P. F. literarum exemplar legitur verbis: „A D. Vincislao Otich, Freistat [loci, in quem literae missae erant, nomen]. || A dì 7 Aprile 1671" inscriptum et integra salutatione: „.... E Dio La conservi" finem capiens. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] archiepiscopum Pragensem datarum exemplar („Registro delle lettere dal 1670 della S. Cong^ne. Num. 55" fol 49b—50), quod verbis: „Domino archiepiscopo Pragensi die 4. Augusti 1670" est inscriptum, hoc modo finem sumit: „.... Et Ampl^ni Tuae salutem plurimam a Domino exopto [= salutatio]. Romae die 4. Augusti 1670 [dies literis ascriptus]".

[958]) S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Marium Alberici] missarum exemplar („Registro di lettere della S. Cong^ne dell' anno 1674. Num. 63" fol. 20–20b) verbis: „A Monsr nuntio in Vienna 26 Febraro 1674. || Degno del zelo ∝" incipit integraque salutatione: „E mele offro" finem capit, eique in margine dextro intitulatio: „Germania, Boemia" est apposita. — Aliud S. Cong^nis de P. F. ad eundem [Marium Alberici] factarum literarum exemplum („Registro di lettere della S. Cong^ne 1675. Num. 64" fol. 21—21b) verbis: „A Monsr nuntio apostolico Vienna || primo Aprile 1675" inscriptum et salutatione integra: „.... E mele offro" finem sumens, in margine intitulationem: „Boemia" ascriptam gerit. — Aliarum eiusdem S. Cong^nis nomine ad eundem nuntium factarum literarum exemplar („Registro di lettere della S. Cong^ne dell' anno 1674. Num. 63" fol. 106) verbis: „A Monsr nuntio apostolico in Vienna || 12 detto [Novembris indicatur] 1674" inscriptum est.

[959]) S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Franciscum Buonvisi] datarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne 1679. Num. 68" fol. 13) verbis: „A Mons^re nuntio di Germania li 6 Marzo 1679. || Perchè V. S^ia possa ∝" incipiens salutatione integra: „.... E mele offro" finem capit et in margine dextro intitulationem („Germania") ascriptam gerit. — Aliarum eiusdem S. Cong^nis literarum ad eundem nuntium die 4. [Maii] 1676 missarum exemplo („Registro di lettere della S. Cong^ne del 1676. Num. 65" fol. 31b) verbis: „A Monsr nuntio di Germania || li 4 detto 1676" inscripto verbisque: „.... et intanto mele offero" finem sumenti in margine dextro intitulatio („Collegi") est adiecta. — Literarum ab [Urbano Cerri] secretario ad [Julium] cardinalem Spinola factarum exemplo („Registro di lettere 1677. Num. 66: [II.] Registro di lettere di Monsr seg^rio del 1677" fol. 50—50b) verbis: „Al s^r cardinale Spinola || li 30 Agosto 1677" inscripto et verbis: „.... non mancarò di parteciparlo subito all' Em^ze Vostre [!], a cui faccio etc." finem capienti in margine intitulatio: „Stato temporale" et paulo inferius altera intitulatio: „Boemia" est apposita. — Aliud S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Joannem Franciscum Christophorum liberum baronem a Talmberg] episcopum Reginohradecensem die 29. [Januarii] 1677 scriptarum exemplar („Registro di lettere 1677. Num. 66" fol. 8b) verbis: „A Monsr vescovo di Kinisgratz || li 29 detto 1677" inscriptum, cui in margine dextro intitulatio: „Germania, Boemia" adiecta est, salutatione abbreviata: „.... Et etc." finem sumit. — Aliarum S. Cong^nis de P. F. ad [Franciscum Buonvisi] datarum literarum exemplum (ibid. fol. 70) verbis: „A Mons^re nuntio di Germania || li 6 Settembre 1677" inscriptum et in margine dextro intitulationem: „Boemia" gerens, salutatione, quae integra exscripta esse videtur: „.... E mele offero etc." finem capit. — Aliud literarum ab eadem S. Cong^ne ad episcopum Reginohradecensem, quem diximus, missarum exemplar (ibid. fol. 70–70b) inscriptione: „A Mons^re vescovo di Kinisgratz || li 6 Settembre 1677" incipiens sine salutatione verbis: „.... Dia dunque avviso d' havere obedito etc." finem sumit. — Aliud literarum a S. Cong^ne de P. F. die 5. [Octobris] 1676 scriptarum exemplar („Registro di lettere della S. Cong^ne del 1676. Num. 65" fol. 49—49b) verbis: „Lettera circolare per li rettori de collegii pontificii || li 5 detto 1676" inscriptum sine ulla salutatione verbis: „.... acciò l' Em^ze loro habbian da conseguire l' intento senza venire a detta determinatione" finem capit.

[960]) S. Cong^nis de P. F. literarum ad P. Eusebium Truchses datarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1683. Num. 72: [I.] 1683. Registro di lettere della S. Cong^ne" fol. 55–55b) verbis: „P. Eusebio Truchses, provinciali Soc. Jesu in Germania Superiori, Ingolstadium || die 28^a Septembris 1683" inscriptum est; in similium autem exemplarium inscriptionibus, v. gr.: „Al P. Federico Unholte, provinciale della Compagnia di Giesù, || li 20 Maggio [1680]" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio 1680. Num. 69" fol. 131b), „P. Ladislao Vid, Soc. Jesu provinciali Austriae || die dicta [30. Junii 1681] („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret. 1681. Num. 70" fol. 57b—58), perinde ac in pluribus aliis, ex. gr.: „Domino Georgio Josepho Schimon || 28. Aprilis 1691" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1691. Num. 80" fol. 59b–60), „P. Felici de Moravia ordinis Minorum Conventualium || die 12. Januarii 1692" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1692. Num. 91" fol. 64b—65) loci nomen deest.

[961]) S. Cong^nis de P. F. literarum exemplar in volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell" anno 1684. Num. 73" (fol. 50–50b) verbis: „P. Ladislao Vik [!] Soc. Jesu provinciali Austriae || die 27. Novembris 1684", aliud in tomo „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1686. Num. 75" (fol. 23b–24) verbis: „Domino episcopo Olmucensi [Carolus II. a Liechtenstein erat] || die 6^a Maii 1686" est inscriptum; contra vero in volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segret^o dell' anno 1692. Num. 81" (fol. 164 usque ad 164b) inscriptio: „P. Massimiliano Wratislaw || 12. Julii 1692" legitur. — Literarum ab [Eduardo Cybo] secretario ad [nuntium Vindobonensem] scriptarum exemplar in

In exemplorum Eduardi Cybo, octavi S. Cong^nis de P. F. secretarii, tempore in literarum missarum tomos relatorum inscriptionibus loci, in quem literae missae sunt, nomen rarissime legitur,[960]) ante diem exemplaribus ascriptum, si latine scripta sunt, saepe verbum: „die", si literae lingua vulgari exaratae erant, saepissime pronomen: „li" ponebatur, et ipse dies rarius, quam antea abbreviabatur;[961]) modo simili salutatio in extremis literis poni solita longe

saepius, quam Urbani Cerri tempore fiebat, integra in haec volumina exscribebatur, intitulatio autem mutationem non habuit.[962])

Carolus Augustinus Fabroni, nonus S. Cong^nis de P. F. secretarius, a more praedecessoris tempore usitato non multum declinavit: exemplorum inscriptionibus loci, in quem literae missae erant, nomen, ubi opus erat, adiiciebat,[963]) ante diem literis lingua

tomo „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1682. Num. 71" (fol. 98b–99) verbis: „Al s^r cardinale Bonvisio || li 14 Febraro 1682", aliud ibidem (fol. 173–173b) verbis: „Al s^r cardinale Casanate || li 18 Agosto 1682", S. Cong^nis de P. F. literarum exemplar in volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1694. Num. 83" (fol. 55–55b) verbis: „A Monsr nuntio in Vienna [Sebastianus Antonius Tanara erat] || li 5 Ottobre 1694" et exemplum subsequens (fol. 55b–56) verbis: „A Monsr arcivescovo di Praga [Joannes Josephus comes Breuner erat] || li 5 Ottobre 1694" inscriptum est. Alia exempla etiam ea, quae abbreviatum diem ascriptum habent, v. supra in annot. 960.

[962]) E quinquaginta literarum exemplis Eduardo Cybo secretarii munus sustinente in volumina relatis, quae editori adsunt, solum 5 exemplaria salutationem abbreviant, quae sunt: literarum ab ipso secretario ad [Josephum Archinto] missarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1692. Num. 81" fol. 63–64) verbis: „A Monsr nuntio in Venetia || li 12 Gennaro 1692" inscriptum, cui in margine dextro intitulatio: „Armeni" est adiecta, et quod salutatione: „ . . . . E qui etc." finem capit; aliarum ab eodem secretario ad P. Felicem Moravum die 12. Januarii 1692 datarum exemplar (v. supra in annot. 960) intitulationem: „Moravia [!], Romania" gerens, quod salutatione: „ . . . . Et hic omnia fausta Ei deprecando remaneo etc. " finem sumit; item aliarum ab eodem secretario scriptarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1692. Num. 81" fol. 92) verbis: „Al P. D[on] Giuseppe Gandolfi [ordinis Theatinorum] || il primo Marzo 1692" inscriptum et intitulationem: „Armeni" gerens, quod salutatione: „ . . . . Et alla Pattà Vostra etc." finem capit; item aliud ab eodem factarum literarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^eto dell' anno 1693. Num. 82" fol. 242b) verbis: „A Monsr assessore del Sant' Offitio [cui Bernini cognomen erat] || li 10 Novembre 1693" inscriptum, quod salutatione: „ . . . . E a V. Sia Illma etc." finem sumit; itemque literarum ab eodem secretario ad [Sebastianum Antonium Tanara] missarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1694. Num. 83" fol. 211) verbis: „A Mons^re nuntio in Vienna || li 28 Agosto 1694" inscriptum, quod abbreviata salutatione: „ . . . . Le bacio etc." finem capit.

[963]) In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1697. Num. 86" (fol. 278–279) literarum [Caroli Augustini Fabroni] secretarii ad [Andream Santacroce] missarum exemplar inscriptione: „A Monsr nunzio in Vienna [quod verbum loci, in quem literae missae erant, nomen non est ducendum] || 21 Settembre 1697" incipit; contra autem loci eiusmodi nomen in his exemplorum inscriptionibus legitur: „Al s^r D[on] Giovanni Rendtorff (Breslavia) || 13 Ottobre 1696" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1696. Num. 85" fol. 119), „A D[on] Elia di s. Giovanni (Madrid) || 26 Agosto 1696" (ibid. fol. 97), „A Monsr arcivescovo d' Ancira [Petrus Paulus ordinis Carmelitarum Discalceatorum erat] (Haia) || 9 Novembre 1697" („Lett. della S. Cong^ne ∝ 1697. Num. 86" fol. 298), „A P. Giacomo da Albano, Palermo, || 15 Giugno 1697" (ibid. fol. 186b), „Al P. Antonio di Frosolone, Minore Osservante, missionario apostolico, Cantone, || 30 Ottobre 1700", „Al s^r Giovanni Mullener missionario apostolico, Canton, || 30 Agosto [sic — recte: Ottobre] 1700", „Al P. Stefano d' Illiceto, Minore Osservante, missionario apostolico, Ci quan, || 30 Ottobre 1700", „Al s^r Ludovico Antonio Appiani missionario apostolico, Canton, || 30 Ottobre 1700" („Lett. della S. Cong^ne [e] di Mons^re segr^io dell' anno 1700. Num. 89" fol. 299b, 301, 305b, 307), „Al P. Giacomo da Albano, Minore Osservante riformato, missionario in Akmim, || primo Settembre 1704" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1704

vulgari exaratis ascriptum pronomen: „li" interdum ponebat, diem ascriptum (aeque ac inscriptionem ipsam) nonnunquam abbreviabat, salutationem in extremis literis positam, quae rarissime deest, semper fere integram exscribebat, nec immutavit intitulationem.[964])

Quantum codicillorum, qui tunc primum (Caroli Augustini Fabroni tempore) in S. Cong^nis de P. F. cancellariam additum obtinuerunt,[965]) exempla in literarum missarum tomos relata ab exemplaribus originalibus discrepent, editor plene et perfecte indicare non potest, cum ne unum quidem S. Cong^nis de P. F. codicillum in alio archivio reppererit, quem cum eius exemplo transscripto in literarum missarum tomis componere queat (v. supra, pag.

Num. 93" fol. 42b), „Al s^r Giovanni Christiano Paldamus, Lipsia, || 24 Maggio 1704" (ibid. fol. 18b), quibuscum confer inscriptiones: „Al D. Elia di s. Giovanni, canonico di Babilonia, || li 26 Agosto 1696" („Lett. della S. Cong^ne ∝ 1696. Num. 85" fol. 93b), „Al s^r Giovanni Rentorffio || 16 Settembre 1698" („Lett. della Sag. Cong^ne e di Monsr segret. dell' anno 1698. Num. 87" fol. 194), „A Monsr arcivescovo d' Ancira || 6 Luglio 1699" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1699. Num. 88" fol. 174).

[964]) In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1696. Num. 85" fol. 20b–21 S. Cong^nis de P. F. literae leguntur verbis: „Al P. provinciale de Minori Osservanti riformati della provincia di Roma || li 3 Luglio 1696" inscriptae integraque salutatione: „ . . . . Et alle orationi di V. Rev^za mi raccomando" finem sumentes, quibus in margine intitulatio („Missioni") est ascripta. — Literarum [Caroli Augustini Fabroni] secretarii nomine ad [Joannem Josephum comitem Breuner] datarum exemplo („Lett. della S. Cong^ne ∝ 1697. Num. 86" fol. 94b–95) verbis: „A Monsr arcivescovo di Praga || li 11. Gennaro 1697" inscripto et integra salutatione: „ . . . . Ed io tra tanto con rassegnarle la mia partialissima osservanza a V. Sia Illma bacio riverentemente le mani" finem capienti intitulatio: „Boemia e Lusasia [!]" est in margine apposita. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Andream Santacroce] missarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1696. Num 85" fol. 26b–27), quod intitulationem: „Boemia" in margine gerit, verbis: „A Monsr nuntio in Vienna || 22 Settembre 1696" inscriptum, salutatione integra: „ . . . . E mele offro" finem sumit. Alia exempla huiusmodi supra in annot. 963 allata sunt. — In volumine „Lett. della S. Cong^ne ∝ 1697. Num. 86" fol. 155b–156 literarum a [Carolo Augustino Fabroni] secretario ad S. Officii assessorem [cui Bernini cognomen erat] factarum exemplar legitur verbis: „Al medesimo || 6 Maggio 1697" inscriptum et integra salutatione: „ . . . . e resto con baciarle riverentemente le mani" finem capiens. — Aliud literarum ab eodem S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Andream Santacroce] nuntium Vindobonensem die 12. Januarii 1699 missarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1699. Num. 88" fol. 103b), quod integra salutatione: „ . . . . E rinovandole in tal congiuntura le suppliche de Suoi pregiatissimi comandamenti bacio a V. Sia Illma riverentemente le mani" finem sumit, solis verbis: „Al medesimo" est inscriptum. — Aliarum eiusdem secretarii nomine datarum literarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1706. Num. 95" fol. 139b–140) verbis: „Al s^r D[on] Giorgio Bogdani || 30 Gennaro 1706" inscriptum salutatione abbreviata: „ . . . . a cui etc.", aliud ab eodem secretario ad [Michaelem Angelum Tamburini] missarum literarum, quae ad codicilli similitudinem iam accedunt, exemplar (ibid. fol. 148–149) verbis: „Al P. generale della Compagnia di Giesù || 6 Marzo 1706" inscriptum sine ulla salutatione verbis: „ . . . . confidando molto la S. Cong^ne circa tutte le cose predette nella singolare pietà e zelo di S. Pattà Rev^ma" finem capit.

[965]) V. supra, pag. CCCLV–CCCLXII et annot. 820.

CCCLXI—CCCLXII) et in aliis ipsius S. Cong^nis de P. F. archivii partibus paucissimos pro rata codicillos, qui originales aut sunt aut esse videntur, invenerit. Pro certo tamen affirmari potest ne codicillos quidem tam Caroli Augustini Fabroni, quam eius successorum tempore (ut codicillos hoc loco absolvamus) integros (ita, ut e S. Cong^nis de P. F. cancellaria exierunt) in literarum missarum tomos transscribi esse solitos: eorum enim inscriptio („Dalla Propaganda") cui dies iis ascriptus adiici solebat (v. supra, pag. CCCLIX), semper in literarum missarum voluminibus omittebatur, et in eius locum personae vel magistratus, ad quem codicillus missus est, nomen vel indicatio (quae codicillis originalibus in inferiore margine ascribi solebant — v. supra, pag. CCCLVII—CCCLVIII) ponebantur, ita tamen, ut verba, quae codicillorum originalium inscriptioni in inferiore margine interdum addebantur (ex. gr.: ‚con fogli', ‚ristretto') hoc loco intermitterentur; nomini vel indicationi, quibus codicillorum exempla in literarum missarum voluminibus inscribebantur, dies codicillis ascriptus adiiciebatur, qui (aeque ac in transscriptis literarum exemplis fiebat) interdum abbreviabatur; ipsa codicillorum verba semper fere omnia exscribebantur, at non attentius, quam in S. Cong^nis de P. F. (cardinalis praefecti, secretarii) literis animadvertimus; tandem codicillorum exemplaribus in literarum missarum tomos relatis, aeque ac transscriptis literarum exemplis intitulatio in margine apponebatur.[966])

(„Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1699. Num. 88" fol. 103b) verbis: „Al medesimo [v. supra in annot. 964]. || Renderà a V. Sia Illma la presente Mattia Daniele Cippinger Boemo che, bramando di applicarsi alla vita ecclesiastica ꝛc." incipienti in margine (v. supra in annot. 999) verba: „Simile per Giovanni Lorenzo Eichler sotto il primo d' Aprile 1699" sunt addita. — Codicilli a [Bartholomaeo Ruspoli] S. Congnis de P. F. secretario dati exemplo („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1728. Num. 127" fol. 103), quod verbis: „Al sr cardinale Olivieri. || 17. Giugno 1728" inscriptum anuli cardinalitii pretium a [Sigismundo] cardinali Kollonitsch solutum spectat, in calce haec verba sunt adiecta: „Al medesimo 19 detto. || Simile per il sr cardinale di Sintzendorff."

[1004]) S. Congnis de P. F. literarum exemplo („Lett. della S. Congne dell' anno 1731. Num. 132" fol. 221–222b) verbis: „A Monsr arcivescovo di Efeso [Dominicus Passionei erat], nunzio apostolico in Vienna. || 8 Settembre 1731" inscripto libellumque supplicem capituli ecclesiae Reginohradecensis nomine S. Congni porrectum spectanti (v. supra in annot. 838) in calce haec sunt scripto apposita: „Simile || a Monsr nunzio sudetto. || 10 Settembre 1731."

[1005]) Huc literae pertinent, quas supra in annot. 876 attulimus, quarum exemplari verbis: „Al PP. Gottardo di s. Maria et Ildefonso della Natività Carmelitani Scalzi. || 9 Ottobre 1724" inscripto in calce verba: „Simile ai PP. Simpliciano da Canegrato e Tiburzio da Milano Minori Osservanti in s. Bartolomeo all' isola. || Simile in singolare al P. Rocco Vonsicler [iuste: Vonsider] Boemo Minore Osservante riformato in S. Pietro Montorio" sunt adiecta. — In margine sinistro primo exemplari harum literarum notae „M. S." (v. supra, pag. CCCCLXXIV et CCCCLXXVI atque annot. 976, 980) scripto sunt appositae.

[1006]) Literarum a [Carolo Augustino Fabroni] S. Congnis de P. F. secretario ad S. Officii assessorem, cui Bernini cognomen erat, die [10. Septembris 1696] datarum exemplo solis verbis: „Al medesimo" inscripto („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1696. Num. 85" fol. 102b–103) in margine dextro folii 102b intitulationes: „Simile, Elvetia" sunt adiectae, ubi verbo ‚simile' Germania est intelligenda, quae intitulatio (‚Germania') literarum ab eodem secretario ad eundem assessorem eodem die missarum exemplari, quod ante nostrum exemplum in tomo eodem legitur, est addita.

[1007]) S. Congnis de P. F. literarum ad nuntium in Lusitaniae regno die 3. Augusti 1671 datarum exemplo (v. supra in annot. 996), cui in calce verba: „Altra simile a Monsr

Ad modum, quo literae ‚similes' in literarum missarum volumina referebantur, proxime accedit mos, qui seculo XVIIIo ineunte in S. Congnis de P. F. cancellariam aditum invenit et primo illa literarum codicillorumque genera spectabat, quae crebro scribebantur, postea vero etiam ad literas, quae rarius ex eadem cancellaria exibant, transiit; qui mos erat, ut talium literarum solum inscriptio cum die iis ascripto et aut earum generis indicatio (saepe cum verbo ‚solita') aut literarum summa in tomos referretur.[1008]) Talium literarum exempla in volumen relata saepissime quidem, quod ex exemplis in annot. 1008 allatis patet, inscriptione incipiunt, nonnulla vero exempla eam demum post literarum generis indicationem, quam diximus, ponunt, aut, inscriptione praemissa, generis indicationem omittunt solumque personarum, quas literae spectabant, nomina eaque, quorum maxime interest, continent.[1009]) Raro literae eiusmodi

nuntio di Turino ꝛc." sunt scripto apposita, solum in margine primi exemplaris intitulatio: „Varie" est adiecta. — In margine exempli literarum a S. Congne de P. F. ad P. provincialem Soc. J. provinciae Litvaniae die 4. Augusti 1736 missarum (v. supra in annot. 997), cui in calce verba: „Similes sequentibus Patribus ꝛc." sunt addita, hae intitulationes leguntur: „Litvania, Belgio, Boemia, Germania". — S. Congnis de P. F. literarum exemplo verbis: „P. provinciali Soc. J. in regno Poloniae, Cracoviam. || 4. Martii 1741" inscripto („Lett. della S. Congne dell' anno 1741. Num. 155" fol. 21) in margine intitulatio: „Polonia" est addita, in calce autem eiusdem exempli haec verba leguntur: „Similes. || P. provinciali Soc. J. in Lithuania, Pinscum [in margine:] Lituania. || P. provinciali S. J. in regno Bohemiae, Pragam [in margine:] Boemia. || P. provinciali Soc. J. in Flandro-Belgio, Antverpiam [in margine:] Germania [!]. || P. provinciali Soc. J. ad Germaniam superiorem, Dilingam [in margine:] Germania. || P. provinciali S. J. in Austria, Viennam [in margine]: Germania. || P. provinciali Soc. J. ad Rhenum superiorem, Hageonam [in margine:] Germania. || P. provinciali Soc. J. ad Rhenum inferiorem, Coloniam [in margine:] Germania." — In margine codicilli [Bartholomaei Ruspoli] S. Congnis de P. F. secretarii nomine scripti et inscriptione: „Al sr cardinal S. Clemente. || 17 Agosto 1730" incipientis (v. supra in annot. 887 et 997) intitulatio: „Boemia" legitur; in calce vero eiusdem exempli verba, quae in annot. 997 attulimus, leguntur, quibus omnibus in margine sola intitulatio: „Boemia" est adiecta.

[1008]) In volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1729. Num. 128" (pag. 127) ex. gr. hoc literarum exemplar legitur: „Al sr D[on] Giorgio Peterka, Elten. || 5 Marzo 1729. || Lettera di gradimento per il ragguaglio del suo stato ed applicazione a benefizio dell'anime." — Aliae S. Congnis de P. F. literae in tomum „Lett. della S. Congne dell' anno 1762. Num. 200" (fol. 17b) hoc modo sunt relatae: „Al sr D[on] Matteo Giuseppe Peterka, Eltemberg. || 9 Gennaro 1762. || Solita lettera dello stato", quocum exemplo literarum ab eadem S. Congne ad P. Franciscum Xaverium Heissler die 6. Julii 1748 missarum exemplar, quod in extrema annot. 880 attulimus, confer. — In volumen „Lett. di Monsr segrio anno 1779. Num. 235" (fol. 53) literae [Stephani Borgia] S. Congnis de P. F. secretarii nomine datae ita relatae sunt: „Domino officiali curiae ecclesiasticae [!] archiepiscopalis Pragensis, Pragam. || 19. Junii 1779. || Commissum fuit examen PP. Elisaei a Budvicio et Venusti a Praga ordinis Cappuccinorum pro missionibus Moscoviae."

[1009]) In tomo „Lett. della S. Congne dell' anno 1757. Num. 190" fol. 129 v. gr. hoc exemplar legitur: „Lettera di gradimento per il ragguaglio dato dai seguenti del loro presente stato ed esercizio. || 28 Maggio 1757. || Al P. abbate Neocellense dell' ordine Cisterciense, Neocella. || Al P. Timoteo Raisky della Compagnia di Gesù, provinciale di Boe-

alio modo abbreviantur et quidem ita, ut post inscriptionem diemque literis ascriptum aliquot prima literarum verba ponantur, e quibus literarum genus appareat.[1010]) Literarum et codicillorum genera, quae huc pertinent, sunt praecipue haec: S. Cong^nis de P. F. ad literas status (v. supra, pag. CXXXII, CCLXIII, CCCLXXX, CCCLXXXXIV—CCCLXXXXVI, annot. 283, 369, 636, 661) ipsi allatas responsa, mandata sedis apostolicae nuntiis, archiepiscopis episcopisve a S. Cong^ne data, ut religiosos aut alios missionarii munus appetentes experirentur (v. supra, pag. CCCLXXXVII et CCCLXXXVIII), literae, per quas S. Cong^o missionarios, collegii Urbani alumnos vel alios archiepiscopis, episcopis aliisque commendabat[1011]) (v. supra, pag.

mia". — Aliarum S. Cong^nis de P. F. literarum exemplari in volumen „Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1767. Num. 210" fol. 14 hoc modo relato: „A Monsr vescovo d' Olmiz [Maximilianus comes a Hamilton erat]. || 24 Gennaro 1767. || Per i PP. Pancrazio da Hradistio, Altmanno da Budvicio, Appolinare da Cosmonossio Cappuccini proposti per missionarj in Moscovia" literarum generis indicatio (‚lettera dell' esame') deest.

[1010]) Huc v. gr. hoc exemplar („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1791. Num. 260" fol. 201) pertinet: „Al s^r D[on] Giuseppe Masarek, paroco di Sumbi. || 20 Aprile 1791. || Col solito gradimento ho inteso dall' ultima Sua etc. etc.", quod procul dubio S. Cong^nis de P. F. responsio ad literas status est.

[1011]) Ad responsionum a S. Cong^ne de P. F. ad literas status datarum exempla, quae supra in annot. 1008, 1009, 1010 attulimus et infra in annot. 1016, 1017 afferemus, hoc loco duo alia ponere nobis liceat, quae sunt: „Ad P. Franciscum Wissinger, Soc. J. in Bohemia provincialem, Pragam. || 23 Agosto [!] 1760. || Lettera di gradimento" („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1760. Num. 196" fol. 292b) et „Al s^r canonico D. Matteo Giuseppe Peterka, Eltemberg. || 21 Novembre 1767. || Solita lettera dello stato etc." („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1767. Num. 210" fol. 346—346b). — Ad mandatorum, quae supra diximus, exempla supra in annot. 872, 1008, 1009 allata haec addimus: „A Monsr vescovo di Kinisgratz [Joannes Adam comes Vratislav a Mitrovicz erat]. || 5 Luglio 1717. || Solita lettera per l' esame del P. Wenceslao Giuseppe Hologen Teatino proposto per missionario nell' Indie Orientali" („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1717. Num. 106" fol. 78), „A Monsr vescovo d' Olmiz [Ferdinandus Julius comes Troyer erat]. || S. C. [v. supra, pag. CCCCLXXVI, CCCCLXXVIII]. || 17 Settembre 1746. || Solita lettera dell' esame per li PP. Boleslao Novodomense e Higino Olomucense Cappuccini proposti per missionarj in Moscovia" („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1746. Num. 166" fol. 186), „A Monsr nunzio in Vienna [Fabritius Serbelloni erat]. || 22 Marzo 1749. || Lettera dell' esame per li PP. Eutichio di Luttomisckio [!] e Chiliano Metricense [!], Cappuccini della provincia di Boemia, proposti da suoi superiori regolari per missionarii in Moscovia" („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1749. Num. 173" fol. 51b—52), „A Monsr vescovo d' Olmitz [Maximilianus comes a Hamilton erat]. || 5 Febbraro 1763. || Solita lettera per l' esame dei PP. Agrippino Zadlovizense [!] e Amato Reichsteidiense [!] Cappuccini destinati missionarii in Moscovia" („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1763. Num. 202" fol. 74), „Domino episcopo Olmucensi [idem Maximilianus comes a Hamilton erat]. || 20. Aprilis 1776. || Solita examinis epistola pro PP. Agathone a Melnich [!] et Victoriano a Crembsio Cappuccinis una cum decreto deputationis eorundem in missionarios in provincia Moscoviae ipsis a supradicto episcopo tradendo, quotiescumque ab ipso ad missiones exercendas idonei fuerint reperti" („Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1776. Num. 228" fol. 186b—187). V. etiam infra in annot. 1016. — In volumen „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1719. Num. 108" fol. 201 S. Cong^nis de P. F. literae commendaticiae anno [1719] scriptae hoc

CCCLXXIX et CCCLXXXIX), codicilli secretarii S. Cong^nis de P. F. nomine ex. gr. ad cardinalem vicecancellarium dati, ut collegii Urbani alumnis veniam aetatis impertiret (v. supra, pag. CCCLXXVIII et CCCLXXIX), alii ad cardinalem secretarium brevium scripti, qui anuli cardinalitii pretium a cardinalibus creatis pagatum spectabant (v. supra, pag. CCCLXXVII et CCCLXXVIII), item alii ad cardinalem, qui S. Cong^nis de P. F. typographiae praeerat, missi, ut alumnis collegii Urbani libros in eadem typographia impressos, quibus indigebant, condonaret (v. supra, pag. CCCLXXIX), ut aliorum generum codicillos taceam.[1012])

Si quae literae ad literarum genera, quae raro modo, quem nunc diximus, abbreviabantur, pertinebant, fiebat, ut non plane eodem modo, quo ceterae, in volumina referrentur; exemplum eiusmodi v. gr. die literis ascripto incipiebat, quem earum summa, personae, ad quam datae erant, nomen continens, sequebatur.[1013])

Etiam exemplis hoc, quem nunc tractamus, abbreviato modo in literarum missarum tomos relatis in margine intitulatio, nisi forte omissa est, adiiciebatur.[1014])

modo sunt relatae: „A Monsr arcivescovo di Praga [Ferdinandus comes a Khünburg erat]. || 21 Agosto. || Lettera commendatizia delle solite a favore del sacerdote Giovanni Giorgio Peterka per qualche impiego in quelle parti." V. infra in annot. 1016.

[1012]) In tomo „Lett. di Monsr segr^io dell' anno 1732. Num. 136" fol. 70b codicilli a [Nicolao Forteguerri] S. Cong^nis de P. F. secretario missi exemplar hoc modo relatum legitur: „Al s^r cardinale Olivieri. || 8 Maggio 1732. || Viglietto per la dispensa d' età di 9 mesi per il diacono Stefano Aberlè, alunno del collegio Urbano, per ascendere al sacerdozio. — Codicilli ad solutum anuli cardinalitii pretium pertinentis exemplum supra in annot. 852 attulimus. — In volumine „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1719. Num. 108" fol. 444b hoc codicilli a [Petro Aloisio Caraffa] S. Cong^nis de P. F. secretario dati exemplar legitur: „Al s^r cardinal Barberini. || 10 Luglio 1719. || Solita lettera per libri per Matteo Peterka da Budissina".

[1013]) In volumen „Registro di altre lettere del 1798. Num. 276" fol. [100]b v. gr. S. Cong^nis de P. F. literae ita relatae sunt: „A dì 26 Ottobre 1798. || Rispota al P. Celerino di Colonia Cappuccino sulla valida forma ‚do tibi lumen' o ‚lumen accepit' vece di ‚ego te baptismo' etc."

[1014]) In margine exempli literarum a S. Cong^ne de P. F. ad P. [Joannem] Georgium Peterka die 5. Martii 1729 missarum (v. supra in annot. 1008) intitulatio: „Germania", in margine exemplaris literarum ab eadem S. Cong^ne ad officialem archiepiscopalis curiae Pragensis [Thomas Joannes Hrdlička erat] die 19. Junii 1779 datarum (v. supra in annot. 1008) intitulatio: „Moscovia", in margine exempli literarum ab eadem S. Cong^ne ad [Joannem Ad. comitem Vratislav a Mitrovicz] episcopum Reginohradecensem die 5. Julii 1717 datarum (v. supra in annot. 1011) intitulatio: „Indie Orientali", in margine exempli codicilli a [Nicolao Forteguerri] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Fabium] cardinalem Olivieri die 8. Maii 1732 scripti intitulatio: „Collegio Urbano", in margine exemplaris codicilli a [Stephano Borgia] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Innocentium] cardinalem [Conti] brevium pontificiorum secretarium die 3. Augusti 1779 missi (v. supra in annot. 852) intitulatio: „Stato temporale", in margine exempli codicilli a [Petro Aloisio Caraffa] S. Cong^nis

Si iam literae verbo ‚simile' aliisque modis, quos paulo superius (pag. CCCCLXXXIV—CDXCII) tetigimus, in literarum missarum tomos relatae parum aptae sunt, e quibus literae ipsae sic, ut e S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria exiere, redintegrari possint, id, quod ceteroquin de omnibus literarum exemplis in volumina relatis suo loco (v. supra, pag. CCCCXXXVI, CCCCXLVI) diximus, exempla modo, quem nunc tractavimus, abbreviata (v. supra, pag. CDXCIII—CDXCV) eo minus ad eandem rem idonea sunt, quo magis variis verbis S. Cong^o^ de P. F. sua v. gr. responsa ad literas status ipsi allatas, suas literas commendaticias, sua mandata nuntiis aliisque praelatis data, eiusque secretarii suos codicillos scribere consueverunt.[1015]) Etiam peius est, quod exemplaribus hoc modo abbreviatis in calce verbo: „Simile" aliarum literarum solae inscriptiones adiiciebantur, ubi scire semper non possumus, utrum illae binae, ternae pluresve literae ipsae, quarum exempla sic coniuncta in literarum missarum tomos relata sunt, revera eodem exemplo exaratae sint, nec ne.[1016])

---

de P. F. secretario ad [Franciscum iuniorem] cardinalem Barberini die 10. Julii 1719 dati (v. supra in annot. 1012) intitulatio: „Stampa", in margine exempli literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Celerinum Coloniensem ordinis Capucinorum die 26. Octobris 1798 scriptarum (v. supra in annot. 1013) intitulatio: „Giorgia" legitur.

[1015]) Quam vario exemplo v. gr. S. Cong^nis^ de P. F. responsiones ad literas status scriptae sint, exempla, quae supra in annot. 857, 858, 879, 880 attulimus, probant.

[1016]) In volumine „Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1748. Num. 171" fol. 42b v. gr. haec legimus: „Al s^r^ D[on] Giacomo Luigi Paravicino paroco di Como, per Buglio. || 16 Marzo 1748. || Solita lettera di gradimento per il ragguaglio dato dal sudetto del suo stato ed impiego. || Simile. || „Al s^r^ canonico D[on] Matteo Giuseppe Petercka, Eltemberg", in tomo „Lett. della Sag. Cong^ne^ dell' anno 1753. Num. 181" fol. 3b haec: „Al s^r^ D[on] Francesco Crispi nella diocesi de Girgenti, palazzo Adriano. || 20 Gennaro 1753. || Lettera di gradimento per il ragguaglio dato dal medesimo del suo presente stato ed esercizio. || Simile. || Al s^r^ D. Matteo Giuseppe Peterka, canonico curato e vicario generale di Eltenbergh" et in volumine „Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1764. Num. 204" fol. 14—14b haec: „Al s^r^ D[on] Minas Daniel, Elisabettopoli. || 7 Gennaro 1764. || Solita lettera dello stato etc. || Simile. || Al s^r^ D. Santi Prade, Caspano. || Al s^r^ D. Matteo Giuseppe Petercha [!] Eltemberg". — Literarum commendaticiarum exemplo verbis: „A Monsr arcivescovo di Praga. || 21 Agosto [1719]" inscripto, quod supra in annot. 1011 attulimus, in calce haec verba sunt adiecta: „Simile mutatis mutandis a Monsr vescovo di Litmiritz [Hugo Franciscus comes a Königseck erat]". — In volumine „Lett. della Sag. Cong^ne^ dell' anno 1776. Num. 228" fol. 407 mandati a S. Cong^ne^ de P. F. dati exemplar hoc modo scriptum est: „A Monsr vescovo di Piacenza [Alexander Pisani erat]. || 24 Agosto 1776. || Solita lettera di esame per il P. Vincenzo Ruvo dell' ordine de' Predicatori, proposto missionario in Mesopotamia. || Simile. || A Monsr vescovo di Leitmeritz [v. supra in annot. 985]. || Per il P. Castulo Kleinmond dello stesso ordine proposto per la suddetta missione", et in volumine „Lett. della Sag. Cong^ne^ dell' anno 1753. Num. 181" fol. 22—23 aliud mandati eiusmodi exemplum ita scriptum est: „A Monsr vescovo [!] di Bari [Mutius II. Gaëta erat]. || 17 Febbraro 1753. || Lettera d' esame per il P. Lorenzo da

Exemplis huiusmodi intitulatio, nisi omnino praetermissa est, eodem modo ac exemplaribus verbo ‚simile' aliisque modis eiusdem generis abbreviatis in margine apponebatur,[1017]) quae hoc loco (perinde ac in hisce literis abbreviatis) plus quam alio valeret, nisi compluribus exemplis perperam adiecta esset; intitulationes enim loci, in quem literae ipsae missae erant, nomen, si, quod persaepe accidere solebat, minus iuste scriptum est, in isto genere solae definire possunt.[1018])

In S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria mos erat, ut literae foras missae seu, ut iustius dicam, earum commentarii semel tantum in

---

Bari proposto per il Congo. || Simile. || .... || A Mons^re^ nunzio in Vienna [Fabritius Serbelloni erat]. || Per il P. David Polsmiense [iuste: Polomiense] Cappuccino proposto per Moscovia. || Per il P. Saturnino Gitzinense del detto ordine proposto per Moscovia".

[1017]) Eexemplo literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Jacobum Aloisium Paravicino die 16. Martii 1748 datarum, in cuius inscriptione loci nomen verbis: „Como per Buglio" (v. supra in annot. 1016) scriptum est, intitulatio: „Rezia", sequenti vero exemplari: „Simile. || Al s^r^ canonico D. Matteo Giuseppe Petercka Eltemberg" intitulatio: „Germania" in margine est adiecta. — In volumen „Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1749. Num. 173" fol. 5b—6) binae S. Cong^nis^ de P. F. literae ita relatae sunt: „Al s^r^ D[on] Lorenzo Radojcovich paroco, Podgora. || 11 Gennaro 1749. || [In margine intitulatio:] Dalmazia. || [Intus:] Lettera di gradimento per il ragguaglio dato dal suddetto del suo presente stato ed impiego. || Simile. || .... || Al s^re^ D: Matteo Giuseppe Peterka, canonico e vicario generale di Eltenberg. [In margine intitulatio:] Germania". — In exempli literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad [Alexandrum Pisani] episcopum Placentinum die 24. Augusti 1776 missarum (v. supra in annot. 1016) margine intitulatio: „Mesopotamia" scripta est, quae itidem in margine ‚similis' exempli literarum ad [Emmanuelem Ernestum comitem a Waldstein] episcopum Litomericensem datarum (v. ibidem) legitur. — Contra in binarum literarum commendaticarum ab eadem S. Cong^ne^ ad [Ferdinandum comitem a Khünburg] archiepiscopum Pragensem et ad [Hugonem Franciscum comitem a Königseck] episcopum Litomericensem die 21. Augusti [1719] missarum (v. supra in annot. 1011, 1016) exempli margine sola intitulatio: „Boemia" adiecta est. — Literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Josephum Masarek die 20. Aprilis 1791 datarum exemplo (v. supra in annot. 1010), perinde ac aliarum literarum eiusdem S. Cong^nis^ nomine missarum exemplari, quod illi exemplo in calce hoc modo est ascriptum: „Simile. || Al s^r^ D[on] Giovanni Mahr, Budussa in Lusazia. || 20 Aprile 1791" intitulatio in margine omnino deest.

[1018]) Sola intitulatio („Giorgia") literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Celerinum Coloniensem Capucinum die 26. Octobris 1798 datarum exemplo (v. supra in annot. 1013) in margine adiecta (v. supra in annot. 1014) lectorem docet P. Celerinum missionarium in Georgiae regno fuisse. — Literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad P. Danielem Minas Elisabettopolim die 7. Januarii 1764 missarum exemplo (v. supra in annot. 1016), perinde ac primo exemplari ei coniuncto iusta intitulatio, illi: „Transilvania", huic: „Rezia", est in margine addita, secundo autem literarum exemplo („Al s^r^ D. Matteo Giuseppe Petercha [!] Eltemberg") iis in calce ascripto (v. in eadem annot.) intitulatio: „Transilvania" perperam (loco iustae intitulationis: Germania; v. supra in annot. 1017) est scripto apposita. — Modo simili alii literarum ab eadem S. Cong^ne^ ad eundem P. Matthaeum Peterka datarum exemplo, quod in literarum missarum volumen „Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1767. Num. 210" fol. 12 ita relatum est: „Al s^r^ D. Matteo Peterka, Eltemberg. || 17 Gennaro 1767. || Solita lettera dello stato etc.", in margine intitulatio: „Belgio" perperam est in margine adiecta.

literarum missarum tomos referrentur, at ne haec quidem consuetudo semper valuit; tempore enim, quo in ratione, qua literarum missarum exempla in suos tomos referebantur, intitulationes maximum momentum faciebant, annis dico 1657—1668, fieri potuit, ut earundem literarum commentarius, si plures easque diversi generis intitulationes habuit, bis, ter, quin et pluries in literarum missarum tomos referretur.[1019]) Id ipsum etiam tempore alio accidere potuit,

[1019]) In volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1656 e 1657. Num. 31" fol. 77b v. gr. literarum S. Congnis de P. F. nomine datarum exemplar legitur verbis: „Vienna [v. supra, pag. CCCCLIII]. A Monsr nuntio apostolicó di Germania [Scipio Delci Pannochieschi erat]. 11 Agosto 1657. [In margine:] Numo 2" inscriptum, quod verbis: „Restano pienamente sodisfatti questi etc. [v. supra pag. CCCCXXXVIII et annot. 924] delle diligenze usate da V. Sia per ragguagliar l' Emze Loro di quanto Le scrissero in proposito della missione de PP. Barnabiti di Silesia" incipit verbisque: „.... Onde mi hanno imposto di scrivere a V. Sia, ch' Ella procuri di partecipar loro, quanto più accertatamente potrà, et io con eseguire aspetto, ch' Ella ne sodisfaccia, e mele offero e raccomando etc." finem capit; aliud earundem literarum exemplum („Vienna. A Monsre nuntio di Germania. || 11 Agosto 1657. || Restano pienamente sodisfatti questi etc. delle diligenze usate da V. Sia per ragguagliar l' Emze Loro di quanto Le scrissero in proposito della missione de' PP. Bernabiti di Silesia ∝ [usque ad:] Onde mi hanno imposto di scrivere a V. Sia, che Ella procuri di parteciparglie ne, quanto più accertatamente potrà, et io con esseguire aspetto, ch' Ella sodisfaccia, e mele offero etc."), cui in margine intitulatio: „Germania" scripto apposita est, in tomo „Lett. di Germania con li Paesi Bassi, Rezia ed Elvezia dall' anno 1657 all' anno 1664 inclusive. Num. 37" („Lettera 2a") legitur. — Aliarum eiusdem S. Congnis de P. F. literarum exemplari verbis: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. || 21 Febbraro 1658. || F. Francesco da Manfredonia Minor Conventuale, missionario apostolico per coteste parti, ha trasmesso da Gratz alla S. Congne la qui aggiunta nota de convertiti ∝" incipienti verbisque: „.... resti servita V. Emza di prendersi volentieri questa briga e di ragguagliarne la S. Congne, mentre io Le bacio riverentemente le mani. Roma etc. [v. supra, pag. CCCCLIII]" finem sumenti in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32" fol. 37 in margine intitulatio: „Notitie de missionarii" est adiecta, quae etiam in margine alius earundem literarum exempli („Lett. di notizie dei sogget[ti], istanze per missioni e ricapiti dall' anno 1657 sino al 1663 inclusive. Num. 33" fol. 39—39b, in quo tomo exemplar hoc verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. || 21 Febbraro 1658" inscriptum est atque verbis: „.... mentre io Le bacio riverentemente le mani" finem capit) legitur. — Alia exempla eiusmodi, binas dico S. Congnis de P. F. literas ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach, alteras die 4. Junii 1658, alteras die 13. Julii 1658 datas, supra pag. CCCCXLV—CCCCXLVI iam attulimus; primo primarum literarum exemplo, quod in volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32" fol 33b legitur, in margine duae intitulationes: „Stato temporale. || Boemia" sunt adiectae, alterumque earundem literarum exemplar in tomo „Lett. della S. Congne: ministri, fabbrica, stato temporale ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 35" fol. 34—34b reperiri diximus, ubi ei in margine eaedem intitulationes („Stato temporale. || Boemia") scripto sunt appositae; primo alterarum literarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32" fol. 42—42b) in margine intitulatio: „Germania" est addita, et alterum earundem literarum exemplar cum eadem intitulatione in margine in volumine „Lett. di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 all' anno 1664 inclus[ive]. Num. 37" („Lett. 9a") legitur. — In tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1658. Num. 32" fol. 38—38b literarum a S. Congne ad P. Ferdinandum Hauck Barnabitam datarum exemplar legitur, cui dies non est ascriptus; exemplar hoc autem literarum die 21. Februarii 1658 missarum exempla in volumine hoc

si quando commentarius iam relatus non statim abiectus erat, aut si earundem literarum duo commentarii parum inter se abhorrentes exarati erant.[1020]) Idem aliquando accidebat, si qui literarum latine

subsequitur et in margine intitulationem: „Terra Santa" gerit; aliud earundem literarum exemplum, latine perinde ac primum scriptum, in tomo „Lett. di Armenia, Caldea.... e Terra Santa dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 44" fol. [208]b reperitur, ubi ei dies: „21 Marzo 1658" ascriptus, eademque intitulatio („Terra Santa") apposita est; insuper autem earundem literarum exemplar tertium, non quidem latine, sed lingua vulgari exaratum in volumine „Lett. di notizie dei sogget[ti], istanze per missioni e ricapiti dell' anno 1657 sino al 1663. Num. 33" fol. 58b—59 sine die literis ascripto legitur, ubi locum post literarum die 11. Aprilis 1658 missarum exemplar et ante literarum die 21. Aprilis 1658 scriptarum exemplum obtinuit.

[1020]) In literarum missarum tomo verbis: „Lett. della S. Congne dell' anno 1760. Num 196" inscripto literarum anno 1760 datarum exempla fol. 487 finem sumunt, sed fol. 489 nova inscriptio: „MDCCLX" legitur, quam plura literarum mense Martio et aliquot mensibus posterioribus eiusdem anni scriptarum exemplaria, quae suis locis in eundem tomum iam relata sunt, praeter pauca literarum nondum relatarum exempla sequuntur; quae res comprobat literarum in illum tomum iam relatarum commentarios non statim, ac suo loco relati sunt, esse sepositos, sed in S. Congnis de P. F. cancellaria remansisse et cum aliarum literarum nondum relatarum commentariis, postquam totius anni literae iam relatae sunt, iterum esse relatos. — In tomo „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 235—235b S. Congnis de P. F. literarum exemplar legitur verbis: „Al sr cardinal d' Harrach. || Con occasione della nuova promotione s' è trattato in questa S. Congne de P. F. delli sri cardinali, li quali conforme della bolla Gregoriana non hanno pagato il suo annello cardinalitio, et intendendo la Stà di N. Sre [Urbanus VIII.] dalla nota data da ministri di essa, che V. Emza ch' è cardinale della stessa Congne, non haveva ancora pagato il Suo annello, ha dat' ordini, che sele raccordi l' obligo che ha di detto pagamento, se bene da S. Beatne e dalli sri cardinali è stata V. Emza della passata tardanza scusata et insieme compatita per le cause note. In esecutione dunque del comandamento di S. Stà con questa ho voluto significarle l'ordine di S. Beatne, affinchè doppo havervi fatta la dovuta reflessione, resti servita d' avvisarmi cio che la Sua prudenza Le [soggerirà] doversi da me riferire a S. Beatne, e raccordando con questo all' Emza Vostra la mia affettuosa osservanza [sic]. Roma 22 Agosto 1643" exaratum, et folio 242 in tomo eodem hoc eiusdem S. Congnis literarum alterum exemplum legitur: „Al sr cardinale d' Harrach. || Con occasione della nuova promotione essendosi in questa S. Congne de Fide Propaganda, tenutasi inanzi N. Sre trattato delli sri cardinali che conforme alla bolla Gregoriana non hanno pagato il suo annello cardinalitio, si è presa rissolutione, che si raccordi alli medesimi l' obligo che hanno di detta bolla di pagare. In esecutione dunque della detta risolutione per il sre Hippolito Giusti che porta la berretta al sr cardinale Mattei, e sarà latore di questa, ho stimato bene significare a V. Emza quant' è passato in questo proposito, affinchè havendovi fatta la dovuta riflessione, resti servita di avisarmi cio che la Sua prudenza Le soggerirà doversi da me referire. Roma 22 Agosto 1643", quorum duorum exemplorum unam eandemque rem spectantium fundamenta procul dubio in duobus variis commentariis sunt posita, neque scire possumus, utrum horum exemplarium literas revera foras missas reddat. — In tomum „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1639. Num. 19" fol. 53b hic S. Congnis de P. F. literarum commentarius relatus est: „Al P. Frà Cornelio Oituueilei [iuste: Oitweiler] Minore Conventuale, missionario in Selesia [!]. || Mando a V. Sia le facoltà ottenute dal S. Officio per servitio di cotesta missione et attendendo, ch' Ella a suo tempo n' avvisi il ricapito con dar anche ragguaglio alla S. Congne delli progressi che farà nella medesima missione [sic]. E Dio etc. Roma 18 di Maggio 1639", quem statim (fol. 53b—54) alterius earundem literarum commentarii exemplum subsequitur: „Al P. Frà Cornelio Oituueilei [!] Minore Conventuale, missionario in Selesia [!]. || Mando a V. Revza le facoltà

scriptarum commentarius etiam in tomum literas lingua vulgari scriptarum continentem aut si literarum S. Cong^nis de P. F. nomine datarum commentarius in tomum vel in tomi partem literas secretarii eiusdem S. Cong^nis comprehendentem per imprudentiam relatus est.[1021]) Si autem ille, sive abbreviator, sive scriptor, qui eundem commentarium iterum in idem aut aliud volumen iam referebat, errorem animadvertit, aut eundem commentarium bis in literarum missarum volumina referre noluit, fiebat, ut alterum talium literarum exemplar ad finem non perduceret, exemplumque hoc truncum remaneret.[1022])

Tam literarum quam codicillorum in volumina relatorum exemplaribus (non tamen omnibus) varia aut in margine aut in calce (interdum in ipsa eorum inscriptione) addi solita esse pluribus locis iam diximus. Quae saepissime addebantur, erant initio literarum brevis vel verbosior sententia, temporibus posterioribus intitulatio una vel plures,[1023]) certo tempore verbum ‚Lettera' aut verbum ‚Num°' cum numero ex ordine (praecipue in voluminibus, quorum folia nullis

cho si sono ottenute per Lei dal Santo Officio, acciò sene possa valere nella Sua missione, et attendendo l' avviso della ricevuta, Si compiacerà a suo tempo di dare a questa S. Cong^ne de P. F. ragguagli delli progressi che farà nella medesima Sua missione. Che etc. Roma 18 di Maggio 1639", sed verba: „Non è stata mandata", quae primi commentarii exemplo in margine folii 53b sunt adiecta, dubium, quod superius remansit, tollunt.

[1021]) In volumine „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1640 e 1641. Num. 20" fol. 77 S. Cong^nis de P. F. literarum latine scriptarum exemplar: „P. Josepho Polono Capucino. || Accepimus notulam haereticorum ad fidem catholicam a Rev^tia Tua conversorum ꝛc [usque ad:] et eternam in futuro etc. Romae 31. Augusti 1640" legitur, quod ad literam fere cum exemplo in tomum „Lett. latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" (fol. 127b) relato, cui solum verbum ‚etc.' ante verbum ‚Romae' deest, congruit. — Literarum e congregationis particularis decreto S. Cong^nis de P. F. nomine die 27. Septembris 1696 ad [Andream Santacroce] nuntium Vindobonensem datarum exemplar unum in voluminis „Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1696. Num. 85" parte prima verbis: „Lett. per la S. Cong^ne del 1696" inscripta (fol. 27) legitur; exemplo alteri, non prorsus iisdem verbis ac illud exarato, quod in secunda eiusdem tomi parte („Lett. per Monsr segr^io del 1696" fol. 107b) reperitur, in margine verba: „E' qui posta per sbaglio" scripto sunt apposita.

[1022]) In tomum „Lett. di Germania con li Paesi Bassi, Rezia ed Elvezia dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37" binarum S. Cong^nis de P. F. literarum commentarii hoc modo relati sunt: „Vienna. A Monsr nuntio di Germania [Carolus Caraffa erat]. || Si sono ricevuti i bilanci trasmessi da V. S^ia etc. V. Collegii c[artoccio] B. || Colonia. A Monsr nuntio [Marcus Gallio episcopus Ariminiensis erat]. || Di ordine della S. Cong^ne è stato pienamente rappresentato etc. V. Collegii c. B. a to", quibus exemplis et quidem primo verba: „Lett. 22", alteri verba: „Lett. 23" sunt in margine adiecta; verba autem: „V. Collegii ꝛc" lectorem ad volumen „Lett. de collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" reiiciunt (v. supra in annot. 916).

[1023]) V. supra, pag. CCCCXXXIV, CCCCXXXV, CCCCLVI, CCCCLIX, CCCCLX, CCCCLXVIII, CCCCLXXI, CCCCLXXII, CCCCLXXXI, CCCCLXXXII, CDXCII, CDXCV, CDXCVII.

numeris signata sunt),[1024]) annotationes indicantes, cuius nomine quae literae missae sint, vel quis literis quid addiderit, quae initio varie ipsi exemplorum inscriptioni, aliquando (praecipue postremae) in calce adiiciebantur, postea vero plerumque in margine apponi solebant,[1025]) loci, in quem literae missae erant, nomen, quod tamen saepius, quam in margine, in ipsa exemplorum inscriptione legitur,[1026]) mensis, quo literae datae erant, nomen, quod quidem saepius in literarum missarum voluminibus ante literas uno eodemque mense scriptas, quam in exemplorum margine poni solebat,[1027]) annotationes indicantes, num hae et illae literae in eandem rationem exaratae sint, et num quid, aut quid in literis in eandem rationem scriptis immutatum sit, item aliae, quae lectorem docent, ubi alterum aut aliud literarum in eandem rationem scriptarum exemplar quaerendum sit,[1028]) item annotationnes aliorum generum, quae indicant, aut utrum literae, quarum exemplar in literarum missarum tomum relatum est, revera missae sint necne, aut cur literae ipsae missae non sint, aut num sint emendatae, aut quid in iis omissum sit ex iis, quae in earum exemplo in volumen relato leguntur, aut cur alio loco, quam quo

[1024]) V. supra, pag. CCCCLII, CCCCLIII, CCCCLVII, CCCCLIX–CCCCLXI.

[1025]) Literarum exemplo verbis: „A Monsr nuntio di Vienna [Antonius Pignattelli erat]. || 2 Agosto [1670]" inscripto („Registro delle lettere dal 1670 della S. Cong^ne. Num. 55" fol. 43b–44b; v. supra in annot. 734, 736), cui in margine dextro intitulatio: „Germania" adiecta est, in margine sinistro annotatio: „In nome del s^r cardinal Altieri padrone" scripto est apposita. — In sinistro margine exemplaris verbis: „A Monsr nunzio in Colonia [Hieronymus Archinto erat]. || 7 Luglio 1714" inscripto („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1714. Num. 103" fol. 165–167; v. supra in annot. 681, 734, 736), cui in margine dextro intitulatio: „Missioni settentrionali" addita est, annotatio: „Lettera scritta dal s^r cardinal prefetto [Josephus Sacripanti erat] in proprio nome" legitur. — In literarum exempli verbis: „Al s^r cardinal Paulucci, Vienna. || 3 Ottobre 1744" inscripti („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1744. Num. 162" fol. 330b–331; v. supra in annot. 733) margine praeter intitulationem („Boemia") annotatio: „Per l' Em^mo prefetto [Vincentius cardinalis Petra erat]" legitur, quae etiam codicilli exemplo verbis: „Al s^r cardinal vicario [Joannes Antonius Guadagni erat]. || 4 Agosto 1744" inscripto („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1744. Num. 162" fol. 255b–256; v. supra in annot. 733) et literarum exemplari verbis: „Alla sagra real M^tà della regina d' Ungheria e Boemia [Maria Theresia erat]. || 4 Luglio 1744" inscripto (ibid. fol. 199b) in margine est adiecta. — Aliarum literarum exemplo verbis: „A Monsr nunzio apostolico in Vienna [Vitalianus Borromei erat]. || 16 Febbraro 1765" inscripto („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 93–93b; v. supra in annot. 734, 736) in margine praeter intitulationes („Boemia, Adrato") eadem annotatio: „Per l' Em^mo prefetto [Josephus Maria Castelli erat]" est addita. — V. etiam supra in extrema annot. 681 et pag. CCCCLI cum annot. 938, pag. CCCCLII cum annot. 939, pag. CCCCLVI, CCCCLVII, CCCCLIX, CCCCLXI cum annot. 954, pag. CCCCLXXIV, CCCCLXXVI, CCCCLXXVIII.

[1026]) V. supra, pag. CCCCLII, CCCCLIII, CCCCLVII.

[1027]) V. supra, pag. CCCCLXXXII.

[1028]) V. supra, pag. CCCCLXXXIV–CDXCII, D.

pertinent, in tomum sint relatae,[1029]) tum annotationes aliae, quae scripta varii generis, quae cum literis coniuncta una cum iis ad aliquem missa erant, non autem in ipso earum commentario legebantur (v. supra, pag. CCCXLIV—CCCXLV), spectant,[1030]) ut alias, quae raro lectoris oculis occurrunt, cuius generis v. gr. est annotatio: „Questa memoria fù letta nella Congregazione deputata da N. S^re^ [Clemens XIV. erat] sopra le cose dell' estinta Compagnia di Gesù, tenuta li 23 Agosto 1773, e per ordine della medesima Cong^ne^ ne fù riferito il tenore a S. S^tà^ che con viglietto di Monsr segretario de memoriali [Vincentius Macedonio erat] de 24 Agosto si degnò dare le opportune providenze. || Vedi il sopradetto viglietto tra le lettere della S. Cong^ne^ alla pag. 435 ed in questo medesimo tomo alla pag. 141 [v. supra in annot. 906]", scripto, quod verbis: „Memoria per l' Em^mo^ de Zelada. || 22 Agosto 1773" inscriptum est, in margine adiecta, taceamus.

Ex iis, quae literarum codicillorumque in volumina relatorum exemplis in margine addebantur, literis autem et codicillis ipsis foras missis deerant, multa, quin et plurima, iam in eorum commentariis fuisse verisimile est; licet editor id affirmare non possit, cum mos fuerit commentarios literarum codicillorumque in volumina iam relatorum abiicere (v. supra, pag. CCXC), tamen persuasum ei est pri-

[1029]) S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplo verbis: „A Monsr nuntio, Vienna [Camillus Melzi archiepiscopus Capuanus erat]. || Le lettere di V. S^ia^ delli 23 Giugno ∝" incipienti, cui dies verbis: „Roma li 24 Agosto 1646" ascriptus est („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1646. Num. 24" fol. 104b—105), in margine folii 105 haec annotatio est adiecta: „La presente lettera non fù mandata, ma si veda l' altra dell' istesso senso a pag. 108 [ubi revera aliud literarum ad eundem nuntium eodem die datarum exemplar incipit folioque 108b finem capit]", et praeterea in margine folii 104b annotatio: „Questa lettera non è nell' indice" legitur. — V. etiam supra, annot. 922, pag. CCCCXXXVII, CCCCLIX cum annot. 950. — Huc etiam annotatio: „Questa lettera è stata trasportata per dimenticanza" spectat, quae in margine exempli literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 14. Augusti 1638 datarum („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1638. Num. 18" fol. 108) legitur; quod exemplar non inter literarum mense Augusti 1638, sed inter literarum mense Octobri ineunte anni 1638 missarum exempla reperitur. — V. etiam infra in annot. 1067.

[1030]) Eius generis v. gr. est annotatio: „La di contro memoria non si rinviene nelle minute", quae in margine exempli codicilli nomine [Marii Marefoschi] S. Cong^nis^ de P. F. secretarii die 29. Martii 1764 ad Alexandrum cardinalem Albani missi („Lett. di Monsr segr^io^ dell' anno 1764. Num. 205" fol. 47b) verbisque: „Dall' acchiusa memoria che V. Em^za^ è supplicata d' inviare all' imperial corte di Vienna ∝" incipientis legitur. — Huc etiam verba: „Di tutti li di contro fogli ne stanno in archivio li originali e li fogliacci" pertinent, quae codicilli [Silvii a Cavalieri] S. Cong^nis^ de P. F. secretarii nomine dati et verbis: „All' Emm^o^ Paulucci. || 23 Luglio 1711" inscripti („Lett. della S. Cong^ne^ e di Monsr segr^io^ dell' anno 1711. Num. 100" fol. 328) exemplo in margine sunt adiecta.

mis temporibus literarum brevem summam (fortasse eandem, quae in exemplorum in tomos relatorum margine legitur), temporibus posterioribus autem intitulationem commentariis ipsis aliquo loco (forsitan in eorum margine inferiore aut a tergo) addi solitam esse, id quod nonnulli commentarii, qui non comprobati in archivio remanserunt, reapse probant (v. infra in annot. 1035); quia enim literarum missarum commentarii nullo pacto, simulatque literae ipsae foras missae sunt, in suos tomos referri poterant, sed aliquandiu in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria non relati iaciebant, et fieri potuit, ut eiusdem S. Cong^nis^ secretario vel alicui ipsius cancellariae ministro opus esset, ut hunc et illum commentarium, postquam literae ipsae iam datae sunt, inviseret, sane expediebat commentarios brevi eorum sententia aut intitulatione exornare, quo citius commentarius, qui exigebatur, inveniri posset. Simili modo fas est credere, si uno die plurium literarum commentarii ad eandem personam scribebantur, iis numerum ex ordine adiici solitum esse; item manifestum est necesse fuisse commentariis annotari, cuius (utrum dico S. Cong^nis^ ipsius an secretarii) nomine exarati sint, et quis quid commentario addiderit; si autem aliquid non commentario, sed literis ipsis additum est, fieri potuit, ut additamentum id tam commentario quam literarum exemplo in tomum relato deesset;[1031]) loci, in quem literae mittendae erant, nomen, praecipue si literae ad personam dabantur, ad quam S. Cong^o^ saepius scribebat, quae autem domicilium sedemque mutabat, commentariis ipsis et quidem eorum inscriptioni addi solitam esse verisimillimum est, quocum etiam mos, quo literis foras mittendis loci nomen addebatur,[1032]) optime congruit. Non omnibus literarum mittendarum commentariis diem cum mensis nomine et anno, sed aliquando (saltem certo tempore) solum diei numerum ascriptum esse literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine ad P. Ferdinandum Hauck Barnabitam missarum exempla, quae in extrema annot. 1019 tetigimus, docent: literas ipsas die 21. Martii 1658 datas esse ex exemplo, quod in volumine „Lett. di Armenia, Caldea ∝. Num. 44" fol. [208]b continetur, patet; quia vero earundem literarum

[1031]) Huc v. gr. ea, quae supra (pag. CCCXXXIX et CCCCXXXI atque in annot. 919) de pagella extrema diximus, et exemplum codicilli, quod supra (pag. CCCCXLIII) attulimus pertinent. — Quod ad notas ‚S. C.', ‚M. S.' attinet, v. infra in annot. 1035.

[1032]) V. supra, pag. CCCXLIV—CCCXLV cum annot. 794 et 795, atque ea, quae literis foras missis, quas supra (pag. CCCCXXXIX, CCCCXLI) attulimus, in margine inferiore ascripta sunt.

secundum exemplar, cui dies non est ascriptus, literarum die 21. Februarii 1658 missarum exempla in suo tomo subsequitur, et tertium earum exemplar in suo volumine ante aliarum literarum die 21. Aprilis 1658 scriptarum exemplum legitur, concludere fas est harum literarum commentario, tam latine, quam lingua vulgari scripto, solum diei, quo literae datae sunt, numerum (21.) sine mensis nomine esse ascriptum, commentariumque ipsum primo, antequam in tomum „Lett. di Armenia ∞. Num. 44“ relatus est, in commentariorum mense Martio exaratorum fasciculo, cui (potissimum in fronte) mensis Martii nomen inscriptum esse verisimile est, collocatum esse, deinde autem (et certo non statim) e fasciculo extractum in aliud volumen lingua vulgari et in tertium volumen latine secundum diei numerum, quem scriptor fortasse consulto omisit, esse relatum. Ubi non sunt negligentia praetereunda tot alia eodem (Marii Alberici dico et Antonii Manfroni) tempore literarum missarum exempla transscripta, quibus dies nullus est ascriptus.[1033]) At etiam post S. Cong^nis de P. F. secretarii et prosecretarii, quos modo diximus, tempora perinde ac ante ea, Dionysii Massari tempore, crebri pro rata errores eiusmodi, qui in literarum missarum voluminibus lectoris oculis in mensis nomine literis ascripto occurrunt, probant consuetudinem illam in eiusdem S. Cong^nis de P. F. cancellaria diu viguisse.[1034])

[1033]) V. supra, pag. CCCCXXXII (cum annot. 916), CCCCXLV, CCCCLV (cum annot. 945), CCCCLVIII (cum annot. 948) et annot. 1022.

[1034]) In voluminis „Lett. della S. Cong^ne 1679. Num. 68“ parte secunda: „Registro di lettere di Monsr segr^io dell' anno 1679“ fol. 18—18b binarum epistolarum [Urbani Cerri] S. Cong^nis de P. F. secretarii nomine datarum et eandem personam Roma iam iam profecturam spectantium exempla leguntur, quorum alterum verbis: „Al s^r cardinal Casanatte. || 24 Maggio 1679“, alterum verbis: „Al s^r cardinal Carpegna vicario. || Li 24 Aprile 1679“ inscriptum est; in utraque autem inscriptione mensis nomen emendatum cernitur: in prima enim inscriptione primo nomen: „Aprile“ legebatur, nunc autem nomen: „Maggio“ legitur, in secunda primo mensis nomen: „Maggio“ erat, nunc emendatum nomen: „Aprile“ in ea legitur. Utramque autem epistolam, quam aliud verbis: „A Mons^re Odescalchi, guardarobba ∞. || Li 24 Aprile 1679“ inscriptum exemplar (fol. 18b—19) subsequitur, reapse die 24. Aprilis 1679 datam esse constat. — In tomo „Lett. della S. Cong^ne dell' anno 1734. Num. 139“ fol. 104b—105 S. Cong^nis de P. F. literarum exemplar legitur verbis: „P. Josepho Mayr Soc. J., provinciali Germaniae superioris, Ingolstadium. || 22. Maii 1734“ inscriptum, cui in calce verba: „Similes 22. dicti: P. Francisco Molindes .... || P. provinciali Bohemiae Soc. J. Pragam. || P. ∞“ sunt adiecta (v. supra in annot. 997); quia vero P. Norbertus Streer, provincialis provinciae Bohemiae Soc. J. minister, die demum 17. Maii 1734 ad S. Cong^nem de P. F. literas status misit („Scritt. orig. rif. ∞. Num. 679“: „cong^ne 21 Giugno num^o 2o“), et S. Cong^o in generali congregatione die 21. Junii 1734 peracta („Acta S. Cong^nis de P. F. de anno 1734“ fol. 223b) rescripto: „Laudandus“ literas ad eum dari iussit, manifestum est illis „similibus“ literis ad provincialem Soc. J. provinciae Bohemiae reapse missis diem non 22. Maii, sed 22. Junii ascriptum esse. — Modo simili in volumine „Lett. di Monsr segr^io del 1770. Num. 217“ fol. 31—32 codicillo verbis: „Al s^r cardinal Pallavicini segretario di stato. || 7 Maggio 1770“ incripto et [Marii Marefoschi] S. Cong^nis de P. F. secretarii misso mensis Maii loco mensis Martii nomen perperam est ascriptus; nam e duobus codicillis aliis, altero ab eodem secretario (ibid. fol. 30b—31) altero a cardinali, quem diximus („Scritture riferite nei congressi: Germania ∞ dal 1761 al 1770. Num. 11“ fol. 607) dato, luculenter apparet codicillum illum mense Martio et quidem non die 7°, sed 6° die Martii esse scriptum. — In die S. Cong^nis de P. F. literis verbis: „P. Edmundo ordinis Cisterciensis, abbati monesterii Neocellensis, Neocellam. || 1^a Julii 1776“ inscriptis ascripto („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1776. Num. 228“ fol. 264b—265) similis error cernitur, et in locum mensis Julii mensis Junii nomen est ponendum.

Modo eodem manifestum est opus fuisse, si binarum, ternarum pluriumve literarum in eandem rationem scriptarum commentarii in una chartae plagula scribebantur, primarum literarum commentario exarato, annotationibus appositis indicare, num quid aut quid in hoc et illo commentario in eandem rationem scripto immutatum aut immutandum esse, et, si ‚similium‘ literarum commentarii revera integri non exarari solebant, necesse fuisse, commentariis ipsis verba: „Simile“, „Similis“, „Similes“, „Simile mutatis mutandis“ et alia eius generis in calce aut in margine addi. Item verisimile est, si literae ipsae qualicunque de causa foras non sunt missae, id iam earum commentariis aut saltem huic et illi commentario annotatum esse; si autem quarum literarum commentarius non est approbatus, et opus fuit, novum earum commentarium exarare, consuetudinem fuisse, ut id commentario non laudato annotaretur, ipsi commentarii eiusmodi in aliis S. Cong^nis de P. F. archivii partibus reperti satis luculenter comprobant.[1035]) Item prorsus merito coniicere possumus iam ipsis literarum commentariis praecipue propterea, quod non idem S. Cong^nis de P. F. cancellariae minister, sive abbreviator erat, sive scriptor, qui literas foras mittendas descripsit, sed alius scriptor lite-

[1035]) Huc v. gr. annotatio: „Fù riformata“, quae S. Cong^nis de P. F. literarum commentario verbis: „Al s^r abate Piersanti, uditore della nunziatura apostolica di Vienna. || 13 Aprile 1738“ inscripto (v. supra in annot. 362 pag. CXXXV) in primae paginae margine („Scritture originali riferite nelle cong^ni generali de 14 Aprile e 9 Giugno 1738. Num. 695“: „cong^ne 14 Aprile num^o 16“) adiecta est, pertinet. — Idem etiam annotatio: „La presente fù riformata a tenore dell' emenda fattane da S. St^à [Pius VI. erat]“, quae in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13“ (fol. 330—332) literarum S. Cong^nis de P. F. nomine mittendarum commentario verbis: „Germania [= intitulatio, v. supra, pag. DIII]. || Illmo domino Philippo Gotthardo [a Schaffgotsch] episcopo Wratislaviensi. || S. C. [annotatio indicans, cuius nomine literae missae sint; v. supra in eadem pag. DIII]. — Si in multis ∞“ incipienti sub eius inscriptione, quam modo attulimus, manu alia eaque eadem, quae ante annotationem ipsam etiam verba: „2. Augusti 1783 [= dies literis ascriptus]. || Germania [= intitulatio altera]“ posuit, addita est (v. supra in annot. 637, 681), probat. Ubi notare iuvat alii earundem literarum commentario iam emendato, nisi forte exemplar transscriptum est, quod in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1798 al 1805. Num. 15“ fol. 633—635b legitur, a tergo (fol. 636b) brevem literarum sententiam: „Episcopo Wratislaviensi de matrimoniis cum haereticis“ adiectam esse.

rarum commentarios in literarum missarum tomos referebat,[1036]) illas annotationes, quae indicabant, num quid ex iis, quae in commentario legebantur, in literis (consulto) praetermissum esset, adiectas esse; perinde ac verisimile esse videtur consuetudinem fuisse, ut commentariis ipsis loco aliquo annotaretur, num quod scriptum alius generis (v. gr. institutio, memoria) literis foras mittendis includendum esset.

Id autem per se intelligitur literarum codicillorumque commentariis illas annotationes, quae ipsos literarum missarum tomos vel eorum indices (v. ex. gr. in annot. 1029) spectant, nunquam esse adiectas.

Contra exemplis in literarum missarum volumina relatis annotationes desunt, quae literis ipsis foras missis in margine inferiore breviori illi literarum inscriptioni, quae eodem loco ponebatur, solebant addi, v. gr. „inclusa" „incluse", „con conti", „con decreto" similiaque, quod supra (v. pag. CCCXLIV—CCCXLV cum annot. 795, pag. CCCCXLIII) diximus.

Exempla in literarum missarum tomos relata mendis non carere pluribus locis iam ostendimus.[1037]) Primis quidem S. Cong^nis^ de P. F. temporibus abbreviatoris officium erat exempla in volumina a scriptore relata spectare, num cum literarum commentariis concordarent,[1038]) ita ut abbreviator simul correctoris partes adimplere deberet, sed aliorum laborum ei iniunctorum moles vix ei permittebat, ut illud munus, quod saepenumero ipse Franciscus Ingoli, primus S. Cong^nis^ de P. F. secretarius, praestabat, adimplere posset, et, quia, quamquam abbreviatorum numerus postea auctus est, etiam labores eorum muneraque nimis excreverunt,[1039]) factum est, ut S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria assiduum exemplarium in literarum missarum tomos relatorum correctorem nunquam haberet. Mendorum ipsorum numerus simulque exemplarium in tomos relatorum cum literis foras missis

[1036]) V. supra, pag. XXVI, XXVII, XXXIII, XXXIV.

[1037]) V. supra, pag. CCCLXVI (cum annot. 836), CCCCXXXIV (cum annot. 919), CCCCXXXVI, CCCCXXXVII (cum annot. 923), CCCCXLII. CCCCLXVIII, DIV et annot. v. gr. 860, 873, 874, 876, 879, 883, 885, 889, 895, 898, 900, 902, 915, 916, 921, 932, 936, 942, 945, 978, 982, 983, 985, 1011, 1020.

[1038]) „Gli obblighi e le incombenze del minutante consistevano, siccome rilevasi dalla sopraccennata memoria di Monsr Ingoli, nell' aver cura .... di far le minute delle lettere volgari e latine, ... di riveder li registri di esse, se stassero conformi alle minute ꝛc" (v supra, pag. XXV–XXVI).

[1039]) V. supra, pag. XXVII—XXX, XXXII—XXXIV.

discrepantia tum maxime crescere poterat, quando literas foras mittendas scriptor primus, exempla vero in literarum missarum tomos relata scriptor supernumerarius (tertius) e commentariis ab abbreviatore exaratis describebant.[1040]) Ex iis, quae diximus, efficitur, ut mendorum, quae in literarum missarum tomis reperimus, numerus haud spernendus, mendorum autem emendatorum numerus pro rata exiguus sit.[1041])

[1040]) V. supra, pag. XXXII—XXXIV.

[1041]) Ad exempla, quae supra in annot. 923 et 1034 allata sunt, hic pauca adduntur: in S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplo verbis: „Alli nuntii di Germania [Cyriacus Rocci erat], Polonia [Honoratus Visconti erat] e Fiandra [Fabius a Lagonissa erat]" inscripto („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1631 e Gennaro 1632. Num. 11" fol. 15), cui dies verbis: „Roma 15 Febraro 1631" ascriptus est, haec leguntur: „.... da quelli che non l' haurano dato, et insieme il numero degl' alunni che si troverano di presente ꝛc" ubi verbum ‚troverano' varie emendatum cernitur. — Contra in literarum ab [Urbano Cerri] S. Cong^nis^ de P. F. secretario die 30. Augusti 1677 ad [Julium] cardinalem Spinola datarum exemplo (v. supra in annot. 959) v. gr. menda non emendata leguntur: „.... nondimeno di Gennaro scorso ne furono conceduti 3000 scudi al vescovo di Kinigratz [Joannes Franciscus Christophorus baro a Talmberg erat] per fabricare il palazzo per la residenza, purchè al di più supplica [recte: supplisca] del proprio, mà per questo [iuste: quanto] scrive Mons^re^ nuntio [Franciscus Buonvisi erat], pure faccia difficoltà d' accettarli con tal conditione ꝛc" et in ultimis literis haec: „.... e caso, che si pigli qualche provedimento, non mancarò di parteciparlo subito all' Em^ze^ Vostre [iuste: Em^za^ Vostra], cui faccio etc." — S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad [Franciscum] Buonvisi nuntium Vindobonensem die 15. Decembris 1676 datarum exemplar ita incipit: „Havendo questi Em^mi^ signori risoluto, che Giovanni Stimschon [iuste: Steinson], carcerato nel tribunale episcopale d' Olmuz come apostata, nel tempo che fece professione tra Carmelitani, non più ligato dal giuramento di non entrare in religione per essere passato il triennio della partenza da questo collegio e perciò come libero, sia valida la detta professione [sic], potrà V. S^ia^ far sapere ꝛc". — In S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad [Joanem Bapt. Pallotto] nuntium Vindobonensem die 31. Martii 1629 datarum exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1629. Num. 8" fol. 58—58b) haec legimus: „.... ha voluto [S. Cong^o^ de P. F. intelligitur] commettere il trattato d' essi alla prudenza e destrezza di V. S^ia^, acciò che con efficaccia li promovi con S. S^tà^ [iuste: S. M^tà^] e cogl' altri ꝛc". — S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad [Franciscum] cardinalem a Dietrichstein die 31. Decembris 1630 missarum exemplari („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10" fol. 148—148b) dies hoc modo est ascriptus: „.... Decembre [iuste: Roma] 31 Decembre 1630." — Libello supplici Fr. Hugonis Burgensis Hiberni ordinis Minorum de Observantia nomine S. Cong^ni^ de P. F. porrecto („Memoriali 1635. Num. 395" fol. 387) et in generali congregatione die 25. Junii 1635 peracta relato („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1634 e 1635" fol. 259b), eadem S. Cong^o^ die 30. Junii 1635 de eodem Fr. Hugone binas literas scripsit, alteras ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1635. Num. 15" fol. 63—63b), quae verbis: Havendo questa S. Cong^ne^ destinata la missione in cotesto regno al P. Ugo Ibernese Minore Osservante ꝛc" incipiunt, alteras ad generalem Minorum de Observantia ministrum [Joannes Bapt. a Campanea erat] (ibid. fol. 63b), quae ita incipiunt: „Havendo questa S. Cong^ne^ destinato suo missionario in Boemia il P. Luca [iuste: Ugo] Ibernese, ne ho voluto ꝛc". — In S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad P. Valerianum a Magni die 7. Decembris 1630 datarum exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1630. Num. 10" fol. 133b—134) haec leguntur: „.... nella congregatione tenuta inanzi S. S^tà^ li 22 del corrente [iuste: 22 Novembre] s' è dat' ordine ꝛc". — Literarum [Francisci Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis^ de P. F. secretarii nomine ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die 1. Septembris

Menda, quae in iisdem voluminibus lectoris oculis occurrunt, varii sunt generis: primum idque creberrimorum mendorum genus in annotationibus, quae literis S. Cong^ni de P. F. allatis a tergo aliisque locis in eiusdem S. Cong^nis cancellaria scripto apponi (v. supra, pag. XXXVIII, LXX—LXXII, CXVII—CXIX, CLXXXII—CCVI, CCXIX—CCXXXIV, CCLIX, CCLX, CCLXXIV—CCLXXVIII) et multo saepius quam literae ipsae in congregationibus — ac certocertius etiam in congressibus — recitari (v. supra, pag. CLXXXIII et annot. 485) solebant, originem fontemque habet et maxima ex parte ad personarum, quae literas ipsas dederunt, nomina,[1042]) alias ad diem literis

1668 datarum exemplar („L' Italia, lettere circa coll[egi] ∝ e varie dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 46" fol. 74") verbis: „Accuso a V. S^ia Illma la ricevuta dell' humanissima Sua delli 8 stante [iuste: Agosto, qui dies 8. Augusti 1668 literis a nuntio missis, quae in volumine „Collegii 30, 31, 32, 33: scozzese di Roma ∝. Num. 278" fol. 262 leguntur, revera est ascriptus] con li conti de collegii ∝" incipit. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad P. Joannem Vitzk ('Witz'), cuius frater germanus Matthaeus Josephus Witzk, vita iam defunctus, decanus Budissinensis fuerat, die 26. Martii 1715 scriptarum exemplar („Lett. della S. Cong^ne e di Monsr segr^io dell' anno 1715. Num. 104" fol. 48b) verbis: „Ha sentito con dispiacere questa S. Cong^ne la perdita che si è fatta del s^r decano Bauzet [!], fratello di V. S^ia ∝" incipit verbisque: „ .... e Le prego dal cielo ongni [iuste: ogni] maggior contento" finem sumit. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Antonium Pignatteli] nuntium in Poloniae regno die 13. Martii 1666 datarum exemplum („Lett. circa il Settentrione, cioè Anglia ∝. Num. 50" fol. 65b) ita incipit: „Monsr vescovo di Wratislavia [iuste: Vladislavia; Casimirus Florianus a Czartoryski erat] desiderando .... di promovere la religione cattolica nella sua diocese, ha determinato di fondar un' convento nella terra di Stolcemberg vicino a Danzica ∝"; et literarum, quas eadem de re S. Cong^o ad episcopum, quem diximus, „dicta die" misit, exemplum (ibid. fol. 65b—66) verbis: „Domino episcopo Wratislaviae [!]" est inscriptum. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad P. Florium Cremona Barnabitam Mediolani natum (v. supra in annot. 490) missarum exempla plurima perperam inscripta sunt: unum v. gr. („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1632. Num. 12" fol. 77b—78), cui dies 30. Julii 1632 est ascriptus, ita: „Al P. Florio da [!] Cremona Barnabita", quod exemplum etiam in primis literis: „Fra le tante turbulenze dell' armi heretiche in cotesto regno che con molta ragione recorono particolar || [fol. 78:] a questa S. Cong^ne, la qual ∝" post verbum adiectivum ‚particolar' appellationem (fortasse, rammarico") omittit, aliud, die 21. Julii 1629 scriptum („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 116—116b), sic: „Al P. Florio da Crema [!] Barnabita", aliud, die 27. Septembris 1649 datum („Lett. volgari della S. Cong^ne. Num. 27" fol. 7), ita: „Praga. Al P. D[on] Florindo Cremona". — In literarum ab [Urbano Cerri] S. Cong^nis de P. F. prosecretario ad [Mathaeum Ferdinandum Zoubek] archiepiscopum Pragensem die 7. Octobris 1673 missarum exemplo (v. supra in annot. 725, 757), quod verbis: „Illmo domino episcopo [!] Pragensi" inscriptum est, etiam verba: „ .... ea ad Tuum votum perfidienza [iuste: perficienda] amplexus sim ∝" leguntur. — Aliquorum mendorum emendatorum exempla supra in annot. 923 et 1034 attulimus. Huc etiam S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Josephum Garampi] archiepiscopum Berytensem, sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium, die 25. Maii 1776 datarum exemplar („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1776. Num. 228" fol. 249b) pertinet, in cuius margine iuxta iniustam intitulationem: „Germania", quae linea ducta deleta est, iusta intitulatio: „Boemia" scripto est apposita.

[1042]) Huc praeter exempla, quae supra in annot. 836 iam attulimus, v. gr. mendosae literarum a S. Cong^ne de P. F. ad P. Florium Cremona Mediolanensem Barnabitam datarum

allatis ascriptum vel loci diei ascripto additum nomen vel ad literarum summam pertinet, prout ille, qui in cancellaria, quam modo diximus, annotationes illas literis allatis apponebat, erravit; at, quia in paucis pro rata literis missis S. Cong^nis de P. F. cancellaria diem literis allatis, ad quas respondebat, ascriptum commemorare solebat, quamquam non paucae sunt literae allatae, a quarum tergo dies iis ascriptus perperam redditus legitur,[1043]) mendum eiusmodi rarius ex

inscriptiones, quas supra in annot. 1041 tetigimus, spectant (v. supra in annot. 490); quod etiam de mendo, quod in S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 10. Junii 1634 datarum exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1634. Num. 14" fol. 45) legitur: „All' instanze presso questa S. Congne più volte fatte dal P. Florio da [!] Cremona ∝", dictum esse puta. — Literis die 12. Obtobris 1638 „Wischoviae in marchionatu Moraviae dioecesis Olomucensis" ad Antonium cardinalem Barberini datis, quibus „Adamus Mauritius a Sternfels, canonicus Olomucensis et decanus Wischoviensis" nomen subscripsit (v. supra in annot. 471) in S. Cong^nis de P. F. cancellaria a tergo haec ascripserunt: „Viscovia in Moravia 12 Ottobre 1638. || Il decano de canonici di Olmitz [!] (v. supra in annot. 490). Intendendo ∝"; et literae, quibus eadem S. Cong^o ad eas rescripsit, ita in literarum missarum tomo („Lett. latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9" fol. 104) sunt inscriptae: „Domino decano canonicorum Olomucensium [!]".

[1043]) Ad exempla quae supra in annot. 490 attulimus, pauca alia hoc loco addere nobis liceat: a tergo literarum S. Cong^ni de P. F. allatarum, quibus dies verbis: „Neunkirchen 3. Aprilis 1641" ascriptus est, et „Fr. Antonius Specht de Praga, Franciscanus Minor Conventualis, s. Francisci indignus missionarius" nomen subscripsit („Lett. di Germania, Francia ∝ 1641. Num. 83" fol. 108—109), haec (praeter alia) leguntur: „Newcherchen [!] 5 [!] Aprile 1641. || Il p. Antonio Spechi [!] Minori Conventuale || manda una fede ∝." — Dies literis a Fr. Octaviano Ravennate ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ad Franciscum Ingoli, S. Cong^nis de P. F. secretarium, datis („I. Lett. d' Italia 1644. Num. 43" fol. 128) verbis: „Ravenna li 14 Aprile 1644" ascriptus, ab earundem literarum tergo ita redditus est: „Ravenna 4 [!] Aprile 1644". — A literarum a P. Valeriano a Magni Cappucino ad Franciscum Ingoli missarum, quibus dies: „Praga 1. Febraro 1631" ascriptus est, tergo praeter alia verba: „Praga 7 [!] Febraro 1631" leguntur („Lett. di Germania, Ungheria, Boemia ∝ 1631. Num. 72" fol. 89—90). — Literis ad eundem Franciscum Ingoli scriptis P. Hieronymus Bonezzi ordinis Minorum Conventualium s. Francisci, die 30. Junii 1636 Regio Lepidi profectus, diem verbis: „Di Rubb[ier]a il di primo Luglio 1636" ascripsit; a harum vero literarum („II. Lett. d' Italia 1636. Num. 16" fol. 185) tergo in S. Cong^nis de P. F. cancellaria diem iis ascriptum verbis: Reggio [!] 6 [!] Luglio 1636" reddiderunt. — Literis suis ad Antonium cardinalem Barberini datis („Lett. di Germania, Ungaria ∝ 1633. Num. 75" fol. 59) [Ernestus Adalbertus] cardinalis ab Harrach diem verbis: „Regitz 3 Maggio 1633" ascripsit; ab earum autem tergo — praeter alia — verba: „Regitz 13 [!] Maggio 1633" leguntur. — Dies literis a Carolo [Carafa] nuntio Vindobonensi ad [Franciscum] Ingoli missis („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 297—298) ascriptus: „Vienna li X di Marzo 1627" ab earum tergo verbis: „Vienna 15 [!] Marzo 1627" redditus est. — A literarum ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach ad [Ludovicum] cardinalem Ludovisi datarum („Lett. di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 132), quibus dies: „Praga a di 23 d' Ottobre 1627" ascriptus est, tergo S. Cong^nis de P. F. cancellariae minister diem hunc verbis: „Praga 22 [!] Ottobre 1627" reddidit; eiusdem autem S. Cong^nis responsio ad literas has die 28. Januarii 1628 scripta („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1628. Num. 7" fol. 10) diem literis allatis ascriptum ne verbo quidem commemorat, quod etiam de aliis exemplis in hacce annotatione allatis dictum esse puta.

annotationibus a tergo vel alio loco literis allatis additis in literas missas transiit; idem de literarum allatarum sententia iis a tergo in S. Cong^nis de P. F. cancellaria perperam adiecta, quod, si personarum locorumve, quorum in literis allatis fit mentio, nomina in literarum summa male reddita exceperis, etiam rarius accadebat,[1044])

[1044]) Nonnulla testimonia mendorum, quae in annotationibus literis allatis in S. Congnis de P. F. cancellaria a tergo additis ad literarum sententiam pertinent, supra in annot. 491, 492, 493 iam attulimus. Ad ea hocce loco aliud addimus: P. Basilius Belga Cappucinus, P. Valeriani Mediolanensis socius, in primis literis die 29. Julii 1630 ad [Franciscum] Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, datis („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 65) ita scribit: „Accuso la lettera della S. Congne delli 22 Giugno, nella quale essa collauda le ragioni, per le quali fù escluso Monsre Bonacina etc., item che basteranno al P. Valeriano le facoltà sue. All' uno et l' altro senza difficoltà alcuna m' acquieto, solo pare, che debba dire, che il P. Valeriano mai pretese aumento di facoltà, mà io, come sà V. Sia Revma, ꝛc"; a tergo autem harum literarum summa hoc modo est reddita: „. . . . Frà Basilio d' Aire Capuccino || che non[!] s' acqueta alla collaudatione ꝛc"; responsionem ad has P. Basilii literas editor in S. Congnis de P. F. archivio non invenit. — Huc etiam consuetudo pertinet, quae in eiusdem S. Congnis cancellaria vigebat, ut, dico, personarum, quas literae allatae spectabant, cognomina, si eiusdem cancellariae ministris difficiliora videbantur, in annotationibus literis illis allatis a tergo vel alio loco additis praetemitterentur: Carolus Carafa, nuntius Vindobonensis una cum suis literis ad Franciscum Ingoli datis, quibus diem 19. Augusti 1628 ascripsit („Lett. di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 57), literas, quas Joannes Sixti [Scultetus] a Lerchenfels praepositus Litomericensis ad ipsum „ipso die Inventionis s. Stephani protomartiris [3. Augusti] 1628" dederat (ibid. fol. 58), ad S. Congnem de P. F. misit, quae, summo pontifice Urbano VIII. iubente, transscripto praepositi, quem diximus, literarum exemplo retento, literas ipsas ad secretarii brevium cancellariam perferri curavit. Earum exemplar, quod in S. Congnis de P. F. archivio remansit, ipsius Francisci Ingoli, eiusdem S. Congnis secretarii, manu pluribus locis emendatum cernitur, quae manus ei etiam Joannis Sixti nomen subscripsit et quidem hoc modo: „Joannes Sixti de Lorchenfols [!], S. Caes. Mtis consiliarius, praepositus Litomericensis", ubi autem verbum ‚praepositus' ipsum emendatum cernitur et videtur; Franciscus enim Ingoli primo eius loco verbum ‚princeps' scripserat. In his Joannis Sixti a Lerchenfels ad nuntium, quem diximus, datis literis post allocutionem et salutationem (v. supra in annot. 392) haec leguntur: „Vehementer rogo, dignetur meminisse supplicationis illius, quam, dum Pragae esset Celsdo Vestra [annus 1627 intelligitur], porrigendam curavi, imo et intercessionis meae, qua petitionem meam eidem in metropolitana Pragensi ecclesia in memoriam revocavi ratione Adami Venceslai Zmislovski de Radwanow ꝛc". Ab utrarumque harum literarum tergo in S. Congnis de P. F. cancellaria varia sunt ascripta, ubicunque vero Ad. V. Zmyslovský de Radvanov solis nominibus Adami Venceslai appellatur; v. gr.: „Sommario d' una lettera del nuntio di Vienna. || 19 Agosto 1628. || Raccomanda efficacemente l' incluso memoriale che gli manda il preposito di Litomerice pro Adamo Venceslao, il quale fù già predicante et hora si vorrebbe ordinar in sacris ꝛc", et alio loco: „. . . . Il nuntio pro dispensatione bigamiae, ut promoveri possit ad sacerdotium Adam Wenceslaus Boemus, viduae maritus ꝛc", item alio loco: „. . . . Die 25. Septembris 1628. Congo 98. Num. primo. B[orgia]. || Referente Illmo domino cardinali Borgia literas nuntii Germaniae de dispensatione petita a praeposito de Litomerice pro Adamo Vincislao Boemo, viro nobili, antea haereticorum ministro ꝛc", et loco alio: „. . . . Scribatur nuntio veteri [Carolus Carafa intelligitur] de gratia facta, et ut de ea moneat principem [quod verbum hoc loco solo non emendatum remansit, omnibus autem locis aliis in verbum ‚prepositum' immutatum est], et quod mittetur breve ꝛc", item alio loco: „. . . . Al nuntio di Germania || della dispensa d' Adamo Vinceslao Boemo gia ministro ꝛc". Et licet, quia breve pontificium Adamo Venceslao Zmyslovský a Radvanov

dictum esse puta; his autem annotationibus literis allatis in cancellaria, quam diximus, a tergo vel alio loco additis, non literis ipsis cancellariae eiusdem abbreviatores (‚minutanti') uti solebant, dum literarum missarum commentarios exarabant.

Alius generis mendorum culpam ii ipsi, qui literarum mittendarum commentarios conscribebant, sive S. Cong^nis de P. F. cardinales, sive secretarii, sive abbreviatores erant, eamque vario modo meruerunt; nunc enim, si a commentariis non comprobatis reiectisque (v. supra in annot. 362, 637, 681, 694, 910, 950) discesseris, in literarum missarum voluminibus anacoluthon invenies, cuius culpa potius ad eum, qui commentarium conscribebat, quam ad illum, qui eum in volumina, quae diximus, exscribebat, conferenda est;[1045]) nunc non attentus eius, qui literarum mittendarum commentarium exarabat, animus aut in personae vel loci nomine aut in die literis

non perferebatur, etiam P. Hieronymus Lapi ordinis Minorum Conventualium s. Francisci, qui eum ecclesiae catholicae reconciliaverat, libellum supplicem ab eodem Adamo Venceslao Zmyslovský ad summum pontificem Urbanum VIII. datum („Lett. di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 191) una cum suis literis die 25. Novembris 1628 scriptis Romam miserit, cui libello supplici Adamus Venceslaus, quem diximus, hoc modo: „Adamus Vencislaus Zmyslouscy de Raduanow" nomen subscripsit, tamen etiam in literis a S. Congne de P. F. die 30. Junii 1629 ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datis („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 109b) haec leguntur: „Mando a V. Sia Illma il dupplicato della dispensa dalla bigamia per il sr Adamo Vincislao ꝛc". Quod exemplum probat menda ex annotationibus, quae literis allatis in S. Congnis de F. F. cancellaria a tergo vel alio loco addi solebant, in literas missas et in earum volumina transiisse.

[1045]) Eiusmodi anacoluthon v. gr. in literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretario, ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 17. Octobris 1671 datarum exemplo („Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58" fol. 160–161b) legimus: „Ultimo, all' arcivescovo di Praga [Matthaeus Ferdinandus Zoubek a Bilenberg erat], quando ha fatto istanza d' impiegare questo denaro in compra d' un dominio, e che per un tal fine gli si concedesse la facoltà, s' è sempre replicato: de consensu et approbatione de signori nunzii di Germania; hoggi suppone d' haverne scritto a V. Sia Illma. Vorrei sapere, se questo è vero, e ch' [!] Ella per chiudere a quest' huomo la bocca (il quale noi supponiamo, che non voglia masticare il freno della subordinatione al nuntio) Si degnasse di scrivergli e di sollecitarlo a proporli qualche dominio o altro stabile da impiegare il denaro ꝛc", ubi coniunctio ‚ch' bene quidem ad verbum ‚vorrei', nullo autem pacto ad utrumque verbum ‚vorrei sapere' pertinere potest. — Huc etiam literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Sebastianum Rostock] episcopum Vratislaviensem scriptarum exemplar („Lett. circa la Germania ꝛc dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 47": „Lettera 29a"), cui dies verbis: „Die 3. Aprilis 1666" est ascriptus, licet literis ipsis diem 30. Aprilis ascriptum esse (v. infra in annot. 1060) verisimile sit, verbis: „. . . . suadetque sibi S. Congo, ut is, qui, dum hic moram trahebat, magna cum animi modestia ac moderatione de rebus istius dioecesis, de quibus per praecedentes literas aliquid insinuatum fuit, loquutus fuit, dignum se reddidisse ac optime mereri favores et auxilia, qnotiescunque Amplnis Tuae opem imploraverit ꝛc" pertinet. — Anacoluthon aliud e literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Franciscum] Buonvisi, sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium, die 15. Decembris 1676 missarum exemplo supra in annot. 1041 attulimus.

allatis, ad quas respondebatur, ascripto aut in ipsa literarum sententia plus minusve peccavit;[1046]) fieri autem potuit, ut mendi ipsam literarum mittendarum sententiam spectantis culpa non abbreviatori, qui earum commentarium conscribebat, sed mandato ei a S. Cong^nis^

[1046]) Libello supplici a Justina Anna Ettel a Rosenfels abbatissa et Rosina Pröcklin a Pröckelsdorf priorissa conventus m o n i a l i u m monasterii s. Georgii in regia arce Pragensi ordinis s. Benedicti ad [Innocentium X.] summum pontificem dato („Lett. di Germania, Boemia ∞ 1647. Num. 94" fol. 92 et 94), quem Ernestus Adalbertus cardinalis ab Harrach una cum libello supplici ab iisdem rogantibus ad ipsum scripto (ibid. fol. 93–93b) Romam misit, a tergo (fol. 94b), ubi etiam primi libelli supplicis inscriptio („S^mo^ P. Innocentio X. pontifici maximo humillimus supplex libellus principissae abbatissae et priorissae totius conventus monasterii m o n i a l i u m s. Georgii in arce Pragensi") legitur, in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria eiusdem libelli supplicis summa hoc modo est ascripta: „L' a b b a d e s s a e p r i o r a di s. Giorgio ∞. || Essendo li beni di quel monasterio parte impegnati ∞"; et licet etiam in decreti de eodem libello in generali congregatione 54^a^ die 18. Martii 1647 peracta facti commentario ibidem adiecto verba: „Referente Em^mo^ domino cardinali Capponio instantias m o n i a l i u m s. Georgii de Praga ∞" legantur, in literarum a S. Cong^ne^ de P. F. ad cardinalem ab Harrach die 18. Martii 1647 datarum exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne^ dell' anno 1647. Num. 25" fol. 37b), quod supra in annot. 898 (pag. CCCCXIX) iam attulimus, non de monialibus, sed de m o n a c h i s („istanze di c o t e s t i m o n a c h i ∞", „alli d e t t i m o n a c h i ∞") agitur. — A literarum a P. Fabiano H i n c k e l m a n n, ordinis Minorum de observantia s. Francisci missionario, Smyrna die 22. Junii 1716 ad S. Cong^nem^ de P. F. missarum („Scritture originali riferite nelle cong^ni^ generali delli 7 Settembre e 10 Novembre 1716. Num 606": „cong^o^ 7. Sept. 1716 num^o^ 9°") tergo in earum sententia missionarii, qui eas dedit, nomen („Il P. Fabiano H i n c k e l m a n Min[ore] Oss[ervante]") iuste redditum est, at responsi a S. Cong^ne^ ad eum dati exemplar („Lett. della S. Cong^ne^ e di Monsr seg^rio^ dell' anno 1716. Num. 105" fol. 120b—121) verbis: „Al P. Fabiano K i n k e l m a n, Minore Osservante riformato, missionario in Smirne, 7 Settembre 1716" inscriptum est, perinde ac in „Actorum" volumine („Acta S. Cong^nis^ de P. F. de anno 1716" fol. 284b) eiusdem missionarii nomen („Il P. Fabiano K i n k e l m a n ∞") non iuste scriptum est. — P. D[on] Franciscus Hieronymus Oprandi Barnabita literis, quibus diem verbis: „Da Z u c k m a n t e l li 16 Novembre 1655" ascripsit („IV. Germania, Austria, Moravia e Silesia ad annum 1656, Num. 335" fol. 239) [Dionysium Massari] S. Cong^nis^ de P. F. secretarium certiorem fecit se sacris missionibus „alla parochia di Z u c k m a n t e l" incumbere, quibus literis a tergo nil adiectum est; responsionis autem a S. Cong^ne^ de P. F. datae exemplar verbis: „T u c k m a n t e l. A D. Francesco Girolamo Oprandi ∞ 11 Gennaro 1656" inscriptum est (v. supra in annot. 712, 767). — In literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis^ de P. F. secretario ad P. Emericum [Sinelli] Commoriensem Capucinum die 21. Maii 1672 datarum exemplo („Lett. di Monsr secret^o^ anno 1672. Num. 60" fol. 49b; v. supra in annot. 726 et 761) verba: „. . . . Rispetto al quesito ch' Ella Si compiacque di farmi con Sua lettera de 14 [!] Marzo ∞" leguntur; at literis a P. Emerico, quem diximus, ad secretarium, quem itidem diximus, missis („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1650 al 1680. Num. 1" fol. 300) dies verbis: „Viennae 12. Martii 1672" ascriptus est, qui etiam ab earum tergo inter annotationes in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria iis adiectas legitur. — Huc quadamtenus literarum Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis^ de P. F. secretarii, nomine ad P. Michaelem Drepanitanum, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci provinciae Bohemicae provincialem, mittendarum commentarius secretarii, quem diximus, ipsius manu a tergo literarum a P. Michaele ad eundem Franciscum Ingoli scriptarum („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 197), quibus dies verbis: „Praga li 6 Dicembre 1629" ascriptus est, exaratus, licet in literarum missarum tomo non reperiatur, pertinet; quamquam enim etiam in annotationibus P. Michaelis, quem diximus, literis in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria a tergo adiectis idem dies, qui iis ascriptus

de P. F. secretario vel cardinali praefecto dato attribuenda esset, si mandatum a literarum allatarum, quas spectabat, sententia abhor-

est, legitur („Praga 6 Dicembre 1629"), tamen in responsionis a secretario dandae commentario, ipsius secretarii manu scripto, verba: „. . . . E' questo, quanto posso dir in risposta della lettera di V. P^tà^ delli 9 [!] di Dicembre passato" sunt posita. — Mendum, quod ad ipsam literarum sententiam spectat, in S. Cong^nis^ de P. F. literarum ad Ferdinandum baronem a H e r b e r s t e i n die 20. Januarii 1629 datarum exemplo, verbis: „Al baron Ferdinando N e r m e n s t a n [!] inscripto (v. supra in annot. 699, 718, 836), reperitur: licet enim in literarum in congregationibus generalibus relatarum tomo „II. Germania, Saxonia ∞ ad 1648 inclus[ive]. Num. 333" (fol. 341) haec legantur: „Ex S. Cong^ne^ de P. F. coram S^mo^ die 12. Januarii 1629. || Memoria a Monsr Ciampoli. || Di scriver un breve alli baroni Ferdinando N e r m e n s t a n [!] e Ridolfo Terzka [! — iuste: Trčka] convertiti dal s^r^ cardinal Cleselio che, per esser principali, e il primo di essi carissimo all' imperatore e di gran potere presso S. M^tà^, tenendosi, che sia per farlo presidente della camera, et i l s e c o n d o, h a v e n d o s i n 40 m i l l a s u d d i t i, il nuntio di Germania [Joannes Bapt. Pallotto erat] scrive, che sarebbe bene, che N. S^re^ si congratulasse con essi della loro conversione ∞", ille tamen, qui literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine ad F e r d i n a n d u m b a r o n e m a b H e r b e r s t e i n mittendarum commentarium conscribebat, hoc modo pensum absolvit: „L' acquisto fatto alla nostra santa religione della persona di V. S^ia^ Illma per mezo del s^r^ cardinal Cleselio . . . . è stato pienamente da cotesto Monsr nuntio significato a questa S. Cong^ne^, la quale insieme colla S^tà^ de N. S^re^ dopo essersi grandemente rallegrata di così nobil preda e d' haverne rese le dovute gratie alla Divina maestà, ha voluto, ch' io con questa communicandole l' allegrezza sua, passi con Lei, come faccio, più cumulati gl' officii di congratulatione, assicurandola, che se per mezzo Suo sentirà anco quegl' acquisti che possono provenire dall' a u t o r i t à c h' h a s o p r a d e S u o i s u d d i t i, ch' in simili errori involti deviano dal vero porto della salute, sarà Ella non meno di gloriosa memoria presso di questa santa sede, che ricompensata con larga mano da Dio, vero dator di gratie in questa e nella futura vita. Che etc. Roma 20 Genaro 1629". His sane verbis, si S. Cong^o^ ipsa eadem sententia suas literas ad illos barones scribere volebat, quam [Joanni] Ciampoli, brevium [ad principes] secretario, patefecit, potius literarum ad [Joannem Rudolphum] Trčka [a Lipa], quam ad Ferdinandum a Herberstein mittendarum commentarius conscribendus erat, quod etiam clarius tum apparet, quando verborum: „La riduzione di questo signore [Joannes Rud. Trčka intelligitur], si fà conto, che portarà conseguenza di più di 40.000 sudditi che ha, che si faranno infallibilmente tutti cattolici" in literis, quae supra attinguntur, a [Joanne Bapt. Pallotto] nuntio Vindobonensi ad [Franciscum seniorem] cardinalem Barberini die 18. Novembris 1628 datis („Lett. di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 54—54b) contentorum iusta ratio habetur, licet celari non debeat idem mendum iam in decreti in congregatione generali 103^a^ die 12. Januarii 1629 peracta facti commentario, qui a harum (nuntii) literarum tergo legitur: „Referente Illmo domino cardinali Borgia literas nuntii Germaniae, quibus significabat conversionem ad catholicam fidem baronis Ferdinandi Hermestan [!], viri doctissimi et imperatori carissimi et 40 millia subditorum habentis [!], et baronis Terzka ∞" reperiri. — Similem, ad literarum mittendarum dico sententiam pertinentem, abbreviatoris culpam in aliis literis commissam hae [Marii Alberici] S. Cong^nis^ de P. F. secretarii ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 20. Augusti 1659 datae literae („Lett. della S. Cong^ne^: ministri, stampa, fabbrica, stato temporale ∞ dall' anno 1657 sino al 1664 inclus[ive]. Num. 35" fol. 44—44b; v. supra in annot. 920, 947) verbis: „F ù e q u i v o c o d i c h i s t e s e l a l e t t e r a gia scritta più mesi sono a V. Em^za^ il non far mentione del credito di 40.000 fiorini imprestati gia all' arciduca [Leopoldus archidux intelligitur] e non delli 36.000 imprestati alla M^tà^ cesarea, ma senza discostarsi questo dalla mente della S. Cong^ne^ ∞" attestantur. — Aliud mendum in literarum sententia haerens in S. Cong^nis^ de P. F. literarum exemplo („Lett. della S. Cong^ne^ dell' anno 1764. Num. 204" fol. 549b—550b) verbis: „Al s^r^ abbate Salari, uditore della nunziatura di Vienna, || 24 Novembre 1764" inscripto legimus, quod

rebat;[1047]) alia menda abbreviatorum culpa oriebantur tum, quando literarum commentarii eodem mense conscribebantur, quo aut congregatio, sive generalis, sive particularis, quae eas scribi iussit, peracta est, aut qui literis allatis, ad quas respondebatur, est ascriptus, et abbreviator, vel hunc vel illum diem attingens, non eiusdem mensis nomine, sed verbis: ‚mensis currentis' similibusve usus est, literae autem ipsae subsequente mense, quo demum dies iis est ascriptus (v. supra, pag. CCCXL—CCCXLI et in extrema annot. 777), revera missae sunt;[1048]) alia abbreviatorum menda omissiones sunt, quae in commen-

verbis: „Essendosi riferita nella congregazione particolare [!] de' 19 corrente la proposizione fatta a V. Sia dal sr conte di Sporck [cui Joanni Vencesiao nomen erat] circa il pagamento del noto legato di 4 mila fiorini ∞" incipit; nam de negotio, quod literae hae spectant, S. Congo de P. F. non in particulari, sed in generali congregatione, die 19. Novembris 1764 peracta („Acta S. Congnis de P. F. anni 1764" fol. 392 et 401–405) decrevit.

[1047]) Ad mendum eiusce modi attento abbreviatoris animo evitatum literae a Joanne Gualtieri de Castro abbreviatore ad Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, die 22. Octobris 1638 datae („Memoriali 1638. Num. 399" fol. 529; v. supra in annot. 382) pertinent, quae ita scriptae sunt: „Nel stender la minuta per il seminario Strahoviense ho incontrato un equivoco, del quale piaccierà a V. Sia Illma di chiarirmi, et è, che nella nota mandatami da V. Sia Illma Essa fra le conditioni di questo seminario al segno ⊤ pone, ch' in esso s' habbino da tenere le scuole di grammatica, humanità e retorica oltre le lettioni di filosofia e theologia, e cita sopra cio il decreto delli 11 Maggio sotto il numero primo, il quale parla solamente delle scuole minori di grammatica, humanità e retorica, e fra le conditioni poste nel foglio particolare al numero 7o d' esse si dispone, che gli alunni di questo seminario debbano frequentare le scuole del seminario archiepiscopale, fuorchè in certi casi, li quali assai confusamente s' esprimono. Prego perciò V. Sia Illma di scrivermi chiaramente, come s' ha da estender questa particula, essendo notoria equivocatione. Et a V. Sia Illma fo umilissima riverenza. Dalla segreteria questo di 22 Ottobre 1638. || Di V. Sia Illma e Revma || humilissimo servo || G[iovanni] Gualtieri de Castro. || La minuta per il seminario archiepiscopale è gia fatta".

[1048]) In literarum [Marii Alberici] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Antonium Pignattelli] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 1. Septembris 1668 datarum exemplo („L' Italia, lettere circa coll[egii] ∞ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 46" fol. [74]) v. gr. haec leguntur: „Accuso a V. Sia Illma la ricevuta dell' humanissima Sua delli 8 stante [?] con li conti ∞"; literis autem ab eodem nuntio missis, ad quas secretarius respondebat, et quae in literarum allatarum tomo „Collegii 30, 31, 32, 33: scozzese di Roma ∞. Num. 278" (fol. 262) reperiuntur, dies verbis: „Vienna li 8 Agosto 1668" est ascriptus (v. supra in annot. 1041). — Literarum S. Congnis de P. F. nomine ad P. Valerianum a Magni Capucinum die 7. Decembris 1630 datarum exemplar („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10" fol. 133b; v. supra in eadem annot. 1041) haec verba continet: „.... nella congregatione tenuta inanzi S. Stà li 22 del corrente [!] ∞"; haec autem congregatio generalis die 22. Novembris 1630 peracta est („Acta S. Congnis [de] P. F. anno 1630 e 1631" fol. 162b sqq.). Mendi, quod etiam in S. Congnis de F. F. literarum commentario literis a P. Valeriano ad [Franciscum] Ingoli die 7. Octobris 1630 missis („Lett. di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 151) a tergo adiecto legitur, culpam ipse Franciscus Ingoli, primus S. Congnis de P. F. secretarius, qui commentarium illum sua manu ibi exaravit, commeritus est; aliud autem mendum ab earundem P. Valeriani literarum tergo S. Congnis de P. F. cancellariae minister quidam commisit, qui post literarum, quas modo diximus, summam verba: „Die 21. Novembris 1630. Congo 131a" apposuit, cum de earum sententia S. Congo de P. F. non in congregatione generali 131a, quae revera die 21. Novembris 1630 habita est, sed demum in congregatione

tariis, quando abbreviator, cum commentarium conscriberet, nomen aliquod etiam in inscriptione literarum ponendum vel diem (annum) indicandum ignorabat, oriebantur et e commentariis non suppletis in exempla in literarum missarum tomis contenta, quin et in eorum sententias in margine appositas transibant, ubi autem silentio non est dissimulandum omissiones eiusmodi interdum etiam in literis S. Congni de P. F. allatis reperiri posse;[1049]) his proxime accedunt menda,

132a coram Urbano VIII. summo pontifice die 22. Novembris 1630 celebrata decrevit. — Menda similia, quae in „Actorum S. Congnis" voluminibus lectorum oculis occurrunt, supra, pag. LV et in annot. 149, iam tetigimus.

[1049]) In literarum missarum volumine verbis: „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1749. Num. 174" inscripto (fol. 48b–49) literarum [Nicolai Lercari] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Fabritium Serbelloni] nuntium Vindobonensem die 3. Maii 1749 datarum exemplar legitur, cui in calce (fol. 49b) iuvenum, qui in collegium Germanico-Hungaricum admitti cupiebant, album verbis: „Nota da includersi alla soprascritta lettera per Monsre nunzio in Vienna" inscriptum adiectum est, in quo (praeter alia) haec verba legimus: „.... Sigismundus eques de Fluk et Trochnovitz [sic] Silesius dioec. [....], Jacobus Weltinger Suevus dioec. Constantiensis ∞". — In tomo „Lett. della S. Congne e di Monsr Illmo segrio 1695. Num. 84" (fol. 203—203b) literarum [Odoardi Cybo] S. Congnis de P. F. secretarii nomine missarum exemplar legitur verbis: „Al P. provinciale de Minori Osservanti riformati || li 30 Agosto 1695" inscriptum, cui in margine verba: „Un altra simile lettera fù scritta al P. provinciale di [....] per il P. Giacomo d' Albano" adiecta sunt (v. supra in annot. 999); in hac utraque inscriptione provinciae, cui uterque minister provincialis praeerat, nomen deest. — Huc etiam inscriptio: „Al P. Federico Unholte, provinciale della Compagnia di Giesù || li 20 Maggio [1680]" pertinet, quam in annot. 960 iam tetigimus. — Eiusdem modi est inscriptio: „Al P. provinciale di Germania || li 2 Maggio 1684" („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1684. Num. 73" fol. 21b), cui ordinis regularium nomen deest. — In literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Matthaeum Ferdinandum Zoubek] archiepiscopum Pragensem die 14. Decembris 1671 datarum exemplo („Lett. della S. Congne 1671. Num. 57" fol. 137) verba: „.... di che ha dato V. Sia notizia colla Sua de [....] ∞" leguntur; dies literis ab archiepiscopo, quem diximus, ad S. Congnem missis („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 31 Gennaro e 28 Febraro 1673. Num. 438" fol. 321—321b) ascriptus: „Pragae 26. Septembris 1671" in hoc exemplo praetermissus est; id fortasse ea de causa factum, quod illis archiepiscopi literis duo libelli supplices additi erant, quibus dies nullus ascriptus est, et abbreviatori, dum commentarium conscribebat, fortasse soli libelli hi aderant. — Modo simili in literarum a S. Congne de P. F. ad [Camillum] cardinalem Paulucci [Merlini nuntium Vindobonensem] die 15. Julii 1744 datarum exemplo (v. supra in annot. 979) verba: „.... che non abbiano avuta ingerenza nella visita dell' anno [....] ∞" leguntur. — In literarum [Marii Alberici] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Julium] cardinalem Rospigliosi die 12. Augusti 1660 datarum sententia earum exemplari („Lett. di Polonia, Ungaria, Vallachia ∞ dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 42" fol. [214]–[215]b) in margine sinistro apposita: „Che non si trova mente alcuna negl' atti della S. Congne della nominatione di Fr. Antonio Geremia per il vescovato di [....] in Ungaria, ma che questa multiplicità de vescovi in quelle parti è dannosa" dioeceseos nomen praetermissum est; quia autem in literis ipsis, quae verbis: „Io non saprei dire cosa alcuna in particolare sopra l' acchiusa [!] pieghetto trasmessomi da V. Emza, perchè in tutto il tempo del mio segretariato non s' è mai fatta alcuna mentione di questo soggetto, nè della sua nominatione in Ungheria, nè fin hora trovo, che si sia fatta in tempo del mio antecessore [Dionisius Massari erat]. Posso solamente ∞" incipiunt, nullo loco Fr. Antonii Geremia nomen declaratur, manifestum est, literarum, quae simili modo ne dioeceseos quidem in Hungariae regno sitae nomen ex-

quae interdum in literarum mittendarum commentariis committebantur, quando abbreviator nesciebat, cui personae vel magistratui literae inscribendae essent;[1050]) modo simili abbreviatorum culpae attribuendae

primunt, summam iam earum commentario ab abbreviatore (vel a secretario ipso) conscripto esse additam. — Quod ad literas S. Congni de P. F. allatas attinet, omissionem v. gr. in libello supplici eidem S. Congni ante diem 18. Aprilis 1639 porrecto („Memoriali 1639. Num. 400" fol. 49) cernimus et videmus; qui libellus supplex ita incipit: „Emmi et Revmi signori. || Fr. Nicolo Faggio, provinciale dell' ordine di s. Francesco di Paula in Germania, Boemia et Moravia, humilissimo oratore dell' Emze Vostre, desidera erigere un convento di detto ordine nell' oppido o luogo d' Augusta Vindalicorum dioecesis [. . . .] per attendere ꝛc".

[1050]) De rogatione parochi Wittgenaviensis in Lusatia Superiore, quam S. Congni de P. F., parocho, quem modo diximus, petente, decanus et capitulum ecclesiae Budissinensis porrexerunt, ut in parochiali ecclesia Wittgenaviensi confraternitas vel Coronae Marianae vel nominis Jesu et Mariae institueretur Romanaeque confraternitati eiusmodi aggregaretur, S. Congo de P. F. in generali congregatione die 15. Junii 1671 peracta decrevit: „Secretarius supplicet Sanctissimo" („Acta S. Congnis de P. F. anno 1671" fol. 166b et 168). Cui decreto [Fridericus Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretarius in audientia, quae die 27. Julii 1671 habita est, satisfecit Clementisque X. summi pontificis decretum: „Smus annuit, et pro expeditione secretarius cum ministro generali ordinis Praedicatorum" („Audienze di N. Sre dell' anno 1666 al 1679. Num. 1" fol. 121) reportavit; at in literarum missarum tomo verbis: „Lett. della S. Congne 1671. Num. 57" inscripto (fol. 55) literarum secretarii, quem diximus, nomine datarum exemplar legitur, quod sequitur: „A Monsr Slusio, segretario de brevi || a dì 15 Giugno 1671. || Havendo fatta instanza a questa S. Congne i cattolici della città di Wittgenauia, acciò nella chiesa sotto l' invocatione della beatissima Vergine, di san Giovanni Battista e di san Giorgio gli fusse permesso d'erigere una confraternità del Rosario o del nome di Giesù e di Maria con aggregarla a questa di Roma et d' arricchirla di tutte l' indulgenze a questa concedute, sono questi Emmi miei signori benignamente condescesi alle loro instanze et havendomi commandato di supplicare S. Beatne, come ho fatto, ne ha la Stà sua conceduta la gratia, et io prego la bontà di V. Sia Illma, quando queste materie non passino per la Sua segretaria [NB!], ad accennarmelo, e quando fusse il contrario, come mi è stato significato, ad ordinare la speditione del breve [NB!] con avvertire precisamente, che in esso si dia facoltà a quei cattolici di poter conseguire l' indulgenza non con la restrettiva di confessarsi e communicarsi in un sol giorno da precisarsi, mà in tre o quattro giorni dell' anno. Et Le bacio riverentemente le mani"; sed in exempli huius inscriptione verba: „A Monsr Slusio, segretario de brevi" linea ducta deleta sunt et loco eorum verba: „Al R[evmo] P. generale di san Domenico [Joannes Thomas Rocaberti a Perelada erat]" posita sunt et simili modo loco verborum: „et havendomi commandato ꝛc [usque ad:] riverentemente le mani" linea ducta deletorum verba: „e m' hanno comandato di richiedere la Ptà Vostra Revma per la speditione dell' indulto [NB!], quale Si compiacerà far pervenire in mie mani, acciò prontamente possa farlo capitare in quelle de supplicanti. E Le bacio riverentemente le mani" leguntur; huic exemplo emendato, perinde ac exemplari verbis: „A Monsr Slusio, segretario de brevi" perperam inscripto, idem (congregationis nimirum peractae) dies (v. supra, pag. CCCXXXII—CCCXXXIII et CCCXXXVII—CCCXXXVIII) ascriptus mansit. — In S. Congnis de P. F. literarum exemplo nunc verbis: „P. provinciali Bohemiae Soc. Jesu || die 8a Augusti 1718", primo vero verbis: „P. guardiano di Gierusalemme" inscripto, cui in margine intitulatio: „Boemia" et in calce verba: „Similis P. provinciali Litvaniae eiusdem Societatis" (v. supra in annot. 997) sunt adiecta, verba: „. . . . ex missionibus curae, vigilantiae ac solicitudini Suae in isto Poloniae [!] regno concreditis ꝛc" leguntur; ubi Poloniae regni nomen demonstrat aut inscriptionem (licet emendata sit) aut regni appellationem in mediis literis perperam esse adhibitam. — Huc etiam mendum: „Domino episcopo Wratislaviae [!]" (v. supra in annot. 1041) pertinet, si, quod verisimile est, iam litera-

sunt mendosae exemplorum in literarum missarum tomis contentorum intitulationes, si revera unicuique literarum mittendarum commentario intitulatio seu intitulationes addi solebant;[1051]) ubi autem in literarum missarum voluminibus mendum eiusmodi emendatum reperitur, quaestio est, cui, utrum abbreviatori, an scriptori, qui exemplum in volumen retulit, correctio illa laudi danda sit.[1052])

Verum quidem est in multorum mendorum in ipsis literarum commentariis contentorum noxa — praeter annotationes literis allatis in S. Congnis de P. F. cancellaria additas, quas paulo superius tetigimus — variarum personarum in curia Romana constitutos procuratores (v. supra, pag. LXIII, CII, CIII, CV, CXI, CXX, CXXVI, CLXXVII, CCXV, CCXVI, CCXLIX, CCLXII et in annot. 270, 887) fuisse, qui praesertim in personarum locorumque nominibus persaepe peccaverunt,[1053]) soli vero abbreviatori culpa est attribuenda, si, errore, in

rum ad episcopum Wladislaviensem mittendarum commentarius iisdem verbis inscriptus erat. Eodem modo huc etiam inscriptio: „Illmo domino episcopo Pragensi" (v. in eadem annot. 1041) spectat. — Item huc etiam mendosa literarum S. Congnis de P. F. nomine die 29. Aprilis 1629 datarum exempli („Lett. volg. della S. Congne dell' anno 1629. Num. 8" fol. 72) inscriptio: „Al vescovo di Grossetto in Germania" pertinet; hae enim literae non ad episcopum Grossettanum seu Rossettensem (Rosetensem; conf. G. Moroni Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, tom. XXXIII, pag. 40 sqq.), quo munere anno 1629 Hieronymus Tantucci fungebatur, sed ad Vincentium Zucconi, praepositum Wyssegradensem et episcopum Rossonensem missae sunt (v. supra in annot. 710).

[1051]) In literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Marium Alberici] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 12. Februarii 1674 datarum exempli („Registro di lettere della S. Congne dell' anno 1674. Num. 63" fol. 13) margine intitulatio: „Ungheria" legitur, licet literae ipsae non ad Hungariam, sed ad Bohemiam pertineant, quod e verbis: „. . . . cognitione sopra la causa dell' espulsione dal decanato Missense di Jacomo Michele Jaron dell' ordine militare de Crociferi con stella rossa del regno di Boemia ꝛc" luculenter apparet. — S. Congnis de P. F. literarum exemplo („Lett. della S. Congne dell' anno 1770. Numo 216" fol. 103): „Al sr D. Matteo Giuseppe Peterka, vicario generale di Elten, Eltenberg. || 10 Marzo 1770. || Solita lettera dello stato [v. supra, pag. CDXCIII]" in margine mendosa intitulatio: „Belgio" loco iustae intitulationis: ‚Germania' est ascripta. — Simili modo in margine alius S. Congnis de P. F. literarum exempli („Lett. della S. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 383b): „Al sr D[on] Domenico Antola, missionario della congregazione di s. Giovanni Battista in Begliani, 7 Settembre 1765. || Solita lettera dello stato". || Simile: || Al sr D. Matteo Giuseppe Peterca, Eltemberg" una intitulatio iusta: „Bulgaria", altera, ad Matthaeum Josephum Peterka pertinens, mendosa: „Belgio" est apposita. — Itidem mendosa intitulatio: „Alsazia" est, quae in margine S. Congnis de P. F. literarum exemplaris verbis: „Al sr D[on] Cristiano Fiebiger, canonico di Budissina [in Lusatia]. || 22 Gennaro 1735" inscripti (v. supra in annot. 744) legitur; nam literae ipsae nil aliud sunt, quam S. Congnis de P. F. ad literas status a P. Christiano Fiebiger missas Lusatiamque spectantes responsio.

[1052]) Mendosam intitulationem emendatam: „Germania [quod verbum linea ducta deletum est] Boemia" supra in extrema annot. 1041 iam tetigimus.

[1053]) V. supra, pag. CCLVIII et in annot. 620. Ad ea, quae in hac annotatione dicta sunt, hae S. Congnis de P. F. nomine ad [Andream Santacroce] nuntium Vindobonensem die 11. Martii 1697 datae literae („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1697.

quem a procuratore eiusmodi inductus erat, iam cognito, in idem mendum recidit.[1054]) A multorum mendorum, quae lectoris oculis in literarum missarum voluminibus occurrunt, missionariorum et locorum nomina spectantium culpa ne ordinum religiosorum quidem procuratores (sive generales sive missionum procuratores) sunt liberi.[1055])

Num. 86" fol. 5—5b) pertinent: „Riferitasi in questa S. Congne l'informatione da V. Sia quà trasmessa di Monsr arcivescovo di Praga sopra l'istanze delle communità di Boemo Broda e Zurimio [!], perchè venghino sovvenute le loro chiese ꝛc", in quibus alio loco haec leguntur: Per quello poi che riguarda la città di Zurimio [!] ꝛc"; nuntius autem ipse in suis literis die 2. Februarii 1697 ad Palutium cardinalem Altieri, S. Congnis de P. F. praefectum, missis („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali dell' 8 e 28 Gennaio ꝛc 1697. Num. 526": „congne 11 Marzo numo 9") ita scribit: „Communicatosi da me a Monsr arcivescovo di Praga [Joannes Jos. comes Breuner erat] il ricorso fatto a cotesta Sag. Congne dalla communità e magistrato di Broda e Kaurzimio nella Boemia secondo il memoriale che ritorno annesso ꝛc"; unde patet S. Congnis de P. F. abbreviatorem, qui literarum die 11. Martii 1697 datarum commentarium conscribebat, non nuntii, quem diximus, literas, sed potius libellum supplicem a procuratore in curia Romana constituto S. Congni de P. F. porrectum et a nuntio eidem S. Congni remissum, secutum esse. — Aliud sane non exiguum mendum in libello supplici ab Antonii Petri Přichovský comitis a Přichovic archiepiscopi Pragensis procuratore S. Congni de P. F. mense Decembri 1763 porrecto („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 21 Novembre e 5 Decembre 1763. Num. 802": „congne 5 Decembre numo 7") reperimus, ubi archiepiscopi, quem diximus, nomen hoc modo scriptum est: „.... conte Antonio di Brusnowisk [!]".

[1054]) Ad errorem eiusmodi a S. Congnis de P. F. cancellaria cognitum, hae eiusdem S. Congnis nomine ad [Dominicum Passionei] nuntium Vindobonensem die 6. Junii 1733 datae literae („Lett. della S. Congne dell' anno 1733. Num. 137" fol. 126—126b) pertinent: „Per parte delle monache di s. Maria Maddalena, dette della Penitenza, nella città di Brixen [!] è stato presentato a questa S. Congne l' annesso memoriale per ottenere qualche sussidio dalla cassa del sale di Boemia .... con aver aggiunto al detto memoriale un attestato del defonto Monsr arcivescovo di Praga [Daniel Josephus Mayer a Mayer intelligitur] che fa fede della loro osservanza e bisogno. Siccome però la città di Brixen, altrimenti detta Bressanone, è situata nel Tirolo sotto la spirituale giurisdizione dell' arcivescovo di Salisburgo, così non si sa intendere, come nella detta supplica si dica situata nel regno di Boemia, se pure non fosse qualche altra città dello stesso nome, diversa da Bressinone, di che non ha saputo dare alcuna contezza chi l' ha presentata. Si compiacerà pertanto V. Sia d' informare sopra l' esposto, con aggiungere anche ꝛc". — Responso nuntii, quem diximus, habito, S. Congo de P. F. ad eum die 9. Januarii 1734 has dedit literas: „Necessitano l' abbadessa e monache di s. Maria Maddalena, dette della Penitenza, nella città di Brix ossia Brixen [!] in Boemia di far una nuova fabbrica del loro antico monastero ꝛc" („Lett. della S. Congne dell' anno 1734. Num. 139" fol. 4b—5), in quibus oppidi, quod bohemice Most, germanice Brüx appellatur, nomen germanicum partim iuste, partim mendose redditur; at in S. Congnis de P. F. ad eundem [Dominicum Passionei] nuntium die 29. Maii 1734 missis literis (ibid. fol. 108—109) rursus solum mendosa eiusdem oppidi appellatio („delle monache della Penitenza di Brixen") legitur.

[1055]) Complurium mendorum eiusmodi, quae in literarum missarum tomis reperiuntur, exempla supra v. gr. in annot. 871, 872 („Cuniberto Pazborstense [!]") 873, 874, 876, 879, 883, 884, 885 iam attulimus. In ipsis autem codicillis et libellis supplicibus ab ordinum religiosorum sive generalibus sive missionum procuratoribus S. Congni de P. F. porrectis haec ex. gr. menda leguntur: in codicillo a „P. Fr. Amato Lamballensi, procuratore et commissario generali ordinis Capucinorum", S. Congnis de P. F. cardinalibus inscripto („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 21 Agosto ꝛc 1758. Num. 778": „congne

Aliorum mendorum culpam ii S. Congnis de P. F. cancellariae ministri, qui literarum commentarios in volumina referebant, contraxerunt. Etiam huiusmodi menda varii sunt generis: fiebat etenim, idque haud raro, ut singula aut plura commentariorum verba aut eorum partes, quod saepissime in primo novae paginae versu accadebat, iterarent et duplicarent,[1056]) contra autem quandoque verba aut

18 Sett. numo 11") verba: „.... Pro praefectura missionis Moscuae proponuntur: P. Saturninus Pitrinensis [!], optimus in eadem missione missionarius ꝛc" scripta sunt, quae in „Actorum S. Congnis" volumen hoc modo transierunt: „Per la missione di Moscovia il P. Saturnino Pitrinese [!] ottimo religioso ꝛc" („Acta S. Congnis de P. F. de anno 1758" fol. 283); hic autem P. Saturninus iuste Gitzinensis appellabatur, quod praeter plura documenta alia supplex libellus a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Congni de P. F. mense Januario 1763 porrectus („Scritt. originali riferite nelle congregazioni generali de 10 e 31 Gennaro 1763. Num. 796": „congne 31 Genn. numo 3") verbis: „.... come dovendo partire dalla missione di Moscovia il P. Saturnino Gitzinese già prefetto ꝛc" probat; item in libello supplici a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Congni de P. F. anno 1772 porrecto („Scritt. originali riferite nelle congregazioni de 17 Febraro, 2 Giugno e 13 Luglio 1772. Num. 833": „congne 13 Luglio numo 5") P. Alexii Reichenbergensis nomen mendose: „.... Alessio da Reikemberg [!] ꝛc" scriptum est; simili modo in supplici libello a missionum ordinis Minorum s. Francisci Reformatorum procuratore S. Congni de P. F. porrecto („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 23 Marzo e 7 Aprile 1767. Num. 817": „congne 7 Aprile numo 6") missionarii ad missionem Saratoviensem destinati nomen: „.... il P. Andrea Pozovski della provincia di Boemia ꝛc" perperam scriptum est (v. supra in annot. 883) et in eodem libello etiam aliud mendum: „.... gia esaminato ed aprovato dal vicario foraneo del vescovo di Glatz [!]" legitur; in „Actorum S. Congnis" autem volumine in decreto ad hunc libellum pertinente („Acta S. Congnis de P. F. anni 1767" fol. 70b) haec leguntur: „.... fa anche istanza, che si spedisca alla nuova colonia di Saratoff il P. Andrea Pozorski già esaminato e trovato capace dal vicario generale di Glatz ꝛc"; item in libello supplici a generali ordinis Capucinorum procuratore S. Congni de P. F. mense Martio 1749 porrecto („Scritture originali riferite nelle congni generali de 21 Gennaro, 4 e 17 Marzo 1749. Num. 739": „congne 17 Marzo numo 9") verba: „.... perciò Le supplica di spedire [in Moscoviam] .... il P. Eutichio da Lottomischio [!], predicatore pure di detta provincia di Boemia ꝛc" leguntur, unde P. Eutichii Litomyssliensis nomen perperam scriptum tam in Actorum S. Congnis volumen („Acta S. Congnis de P. F. de anno 1749" fol. 62b), ubi verba: „.... il P. Eutichio da Lottomisckio [!] ꝛc" legimus, quam in literarum missarum tomum („Lett. della S. Congne dell' anno 1749. Num. 173" fol. 51b—52), in quo verba: „.... per li PP. Eutichio di Luttomisckio [!] e Chiliano Metricense ꝛc" (v. supra in annot. 1011) leguntur, transiit; in eodem libello supplici mense Martio 1749 S. Congni de P. F. porrecto missionarii ad Moscoviam destinati, pro quo P. Eutichius Litomyssliensis substituebatur, nomen: „il P. Salomone Siedarchen Waldense, predicatore della provincia di Boemia ꝛc" scriptum est, at in libello supplici ab eodem generali procuratore mense Januario 1749 eidem S. Congni porrecto („Scritt. originali riferite nelle congni generali de 21 Gennaro, 4 e 17 Marzo 1749. Num. 739": „congne 21 Gennaio numo 11") verba: „.... il P. Salomone Siedarecken Valdense, lettore di teologia nella provincia di Boemia ꝛc" legimus.

[1056]) In literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Marium Alberici] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 14. Novembris [1671] datarum exemplo („Lett. di Monsr secretario del 1671. Num. 58" fol. 175b; v. supra in annot. 957) v. gr. haec leguntur: „V. Sia Illma ha scritto molto et ha scritto secondo 'l solito bene al modo al modo [!] che si deve tenere per la conversione de predicanti

singula aut plura (v. gr. diem literis ascriptum) omitterent, ubi tamen certo scire non possumus, utrum omissio eiusmodi iam in literarum commentario fuerit, nec ne;[1057]) alias et quidem non raro scriptoris,

---

x", et in literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Petrum] cardinalem Pázmány die 19. Junii 1632 missarum exemplari („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1632. Num. 12" fol. 68–68b) haec: „.... et insieme insieme[!] colle ragioni *x*" (v. supra in annot. 900), et in codicilli [Marii Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Lazarum Opitium] cardinalem Pallavicini, pontificii status secretarium, die 6. Martii 1770 scripti exemplo („Lett. di Monsr segrio del 1770. Num. 217" fol. 30–30b) haec: „Umilia il segretario di Propaganda all' Emza Vostra la qui acchiusa copia della memoria concernente la cassa del sale di Boemia concernente la cassa del sale di Boemia[!] e vi aggiunge *x*", et in literarum [Eduardi Cybo] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad P. Felicem Moravum ordinis Minorum Conventualium s. Francisci die 12. Januarii 1692 datarum exemplari (v. supra in annot. 960, 962) haec: „Pattem Vestram prospere Venetias appullisse summa animi mei iucunditate in- || [fol. 65] intellexi[!] *x*", et in literarum [Petri Aloisii Caraffa] eiusdem S. Congnis secretarii nomine ad P. Matthaeum Peterka die 22. Julii 1724 scriptarum exemplo (v. supra in annot. 729, 759) haec: „.... partecipata in tempo la stes- || [fol. 213b] stessa[!] vacanza *x*" et in literarum a S. Congne de P. F. ad [Damianum Hugonem] cardinalem a Schoenborn [Buchheim] die 19. Septembris 1722 missarum exemplari („Lett. della S. Congne dell' anno 1722. Num. 112" fol. 431b–433b) haec: „.... per in- || [fol. 433] introdursi[!] *x* et paulo inferius: „.... Per toglier- || [fol. 433b] toglierle[!] poi *x*" et in literarum ab eadem S. Congne ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem die 23. Septembris 1718 datarum exemplo („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1718. Num. 107" fol. 160b–163) haec: „.... si fac- || [fol. 161] faccia[!] a spese *x*", paulo inferius: „.... rino- || [fol. 161b] rinovate[!] l' istanze *x*, item inferius: „.... cin- || [fol. 162] cinquanta[!] mila *x*" itemque inferius: „.... provvedimento, al || al[!] qual *x*".

[1057]) In literarum [Eduardi Cybo] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Franciscum] cardinalem Buonvisi die 26. Septembris 1682 missarum exemplari („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1682. Num. 71" fol. 189–189b) v. gr. haec legimus: „.... le scritture e brevi pontificii che riguardano le ragioni della di lui episcopale[!], com' è stato richiesto *x*", ubi ante verbum ‚episcopale' verbum: ‚mensa' praetermissum est; S. Congnis de P. F. literarum ad [Franciscum] cardinalem Buonvisi die 20. Martii 1684 datarum exemplar („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1684. Num. 73" fol. 14–14b) his verbis finem capit: „.... Io col portarne questa notitia a V. Emza mi vaglio dell' occasione di ramemorarle colla mia vera divotione il corrispondente desiderio tengo[!] di servirla *x*", ubi inter verba: ‚desiderio tengo' pronomen: ‚che' omissum est; eiusdem S. Congnis de P. F. literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1640 e 1641. Num. 20" fol. 141–141b), quod inter exemplaria die 30. Martii 1641 data legitur, dies ascriptus [Roma 30 di Marzo 1641] prorsus deest; in literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem die 23. Septembris 1718 scriptarum exemplo (v. supra in extrema annot. 1056) fol. 162b–163 haec leguntur: „.... Per darsi riparo a tali sconcerti furono qualche decreto[!] la Congne di Propaganda fin dal tempo che si trattò e si concluse la transazione su la detta cassa del sale; et acciò V. Sia possa esser pienamente informata *x*", ubi manifestum est aut post verbum: ‚furono' et ante verbum: ‚qualche' verba aliquot omissa esse, aut loco verbi: ‚furono' verbum aliud (v. gr. ‚emanò') esse ponendum. V. etiam, quae de literarum S. Congnis de P. F. nomine ad P. Florium Cremona die 30. Julii 1632 scriptarum exemplo supra in annot. 1041 sunt dicta. — Huc etiam ea literarum exempla spectant, quibus omnino nullus dies est ascriptus, si in alio earundem literarum exempio, quod in tomum alium est relatum, dies ascriptus legitur (v. supra, pag. CCCCXLV, DIII, DIV et annot. 1033, 1034).

dum commentarium in literarum missarum volumen referebat, animus parum attentus verbo alicui mendum intulit,[1058]) quod itidem tum semper accadebat, quando scriptor commentarii in tomum referendi vel alicuius eius verbi sententiam mente non percepit, qua in re interdum commentarii vel saltem eius partis sententia aut corrumpitur aut obscuratur;[1059]) item scriptorum culpae attribuenda esse videntur

---

[1058]) In S. Congnis de P. F. literarum ad „Joannem Andream Kayser suffraganeum Pragensem, Pragam 30. Maii 1761" missarum exemplari („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1761. Num. 198" fol. 160–160b; v. supra in annot. 742) v. gr. haec legimus: „Libenter accepimus Amplnis Tuae literas di [! — iuste: die] 3. huius mensis signatas *x*", in aliarum [Odoardi Cybo] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Leopoldum] cardinalem Kollonich die 15. Martii 1689 datarum exemplo („Lett. della S. Congne a di Monsr segrio dell' anno 1689. Num. 78" fol. 89b) haec: „.... sia per degnarsi d' accogliere le miei [! — iuste: mie] riverenti intercessioni *x*", in aliarum ab ipsa S. Congne ad P. Ladislaum Vith, Soc. Jesu provincialem Austriae, die 27. Novembris 1684 scriptarum exemplo (v. supra in annot. 961) haec: „.... intellexerunt Emmi hisce [!] Patres *x*" et paulo inferius: „.... Revtiam Tuam certiorem facio de hac S. Congne maxime benemeritam esse et ab ea grati animi documenta semper recepturum [!] fore *x*", in aliarum ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 24. Novembris 1640 datarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1640 e 1641. Num. 20" fol. 102b–103) haec: „.... come protrebbe [! — iuste: potrebbe] essere *x*" et in aliarum ab ea ad eundem cardinalem ab Harrach die 30. Januarii 1644 scriptarum exemplari („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1644. Num. 22" fol. 10b–11) haec: „.... quando le calaminatà [! — iuste: calamità] di questi tempi *x*"; item in alio literarum [Nicolai Lercari] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Albericum Archinto] nuntium Poloniae die 12. Decembris 1750 Dresdam missarum exemplo („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1750. Num. 176" fol. 103b–104) verba: „.... prima di farsene la propozione [! — iuste: proposizione] nella congregazione *x*", in aliarum literarum [Caroli Augustini Fabroni] S. Congnis de P. F. secretarii ad P. Matthaeum Josephum Vitz, decanum et administratorem ecclesiae Budissinensis, die 27. Junii 1701 datarum exemplari („Lett. della S. Congne, di Monsr segrio dell' anno 1701. Num. 90" fol. 180–181b) verba: „.... iidem Emmi Patres dominis nuntiis Viennae [Joannes Antonius Davia erat] et Poloniae [Franciscus Pignatelli erat] sedulo iniuzerunt [! — iuste: iniunxerunt], ut *x*", in S. Congnis de P. F. literarum ad P. Venceslaum Otík die 15. Septembris 1668 scriptarum exemplo (v. supra in annot. 745, 768) verba: „.... quem eorundem sensum dum Domnis [!] Tuae significo *x*", in aliarum eiusdem S. Congnis literarum die 17. Decembris 1644 datarum exempli („Lett. della S. Congne dell' anno 1644. Num. 22" fol. 204b–205) inscriptione verba: „A Monsri arcivescovi e vescovi dependenti della S. Congne et altri perfetti [! — iuste prefetti] della missione" leguntur. — Alia eiusmodi menda in literarum v. gr. ad [Julium] cardinalem Spinola die 30. Augusti 1677 (v. supra in annot. 959, 1041) et ad [Eugenium Visconti] nuntium Vindobonensem die 28. Januarii 1769 (v. supra in annot. 898 pag. CCCCXVI) et ad P. Pacificum [Saxonem] Capucinum die 25. Julii 1637 (v. supra in annot. 936) missarum exemplis reperta locis modo indicatis iam attulimus.

[1059]) Eiusmodi menda sunt: in S. Congnis de P. F. literarum ad P. Franciscum a Troilo die 13. Maii 1775 datarum exemplo (v. supra in annot. 985): „.... elezione da farsi di un vicario apostolico che subentri nelle veci del defonto Monsr Tempense [Franciscus Josephus a Gondola erat] alla di lui [! — iuste: cui] vigilanza e cura erano appoggiate le missioni che si dicono del Nort *x*", in eiusdem S. Congnis literarum ad P. Josephum Carl, praepositum provincialem Soc. J. provinciae Austriae, Goritiam die 8. Junii 1765 missarum exemplari („Lett. della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 258b–259): „Quod Pattas Tua ex veteri consuetudine Sacram hanc Congnem certiorem fecerit de copiosa spiritualium manipulorum segrete [! — segete], quam istius provinciae operarii .... feliciter

menda, quae in die literarum exemplaribus ascripto occurrunt, tum demum manifesta, quando vel exempla in tomos relata, quae res spectat, aut cum exemplis originalibus aut cum aliis literarum eodem die e S. Cong^nis de P. F. cancellaria missarum exemplaribus componuntur, vel ex aliqua epistola allata patet literis a S. Cong^ne missis diem alium, ac ille est, qui in earum exemplo legitur, esse ascriptum,[1060]) licet modus, quo eorum commentariis in S. Cong^nis de P. F.

collegerunt ∝", in literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die 13. Aprilis 1669 scriptarum exemplo (v. supra in annot. 952, 955, 957): „.... ha supplicato Monsr arcivescovo [Matthaeus Ferdinandus Zoubek archiepiscopus Pragensis intelligitur] questa S. Cong^ne, acciò si ordini a V. S^ia d' impedire per l' avvenire m à [! — iuste: un'] tal abuso ∝", in literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretarii nomine ad Rev^mum Giannuzzi die 14. Novembris 1671 [Romam] scriptarum exemplo (v. supra in annot. 726): „.... Rispetto all' altro mostrorno alcuni qualche travaglio p e r [! iuste: perchè] S. S^ia Illma [Marius Alberici nuntius Vindobonensis intelligitur] non havesse disapprovati tutti i temperamenti ∝" (quibuscum confer verba, quae in literarum eiusdem secretarii nomine die 24. Novembris [1671] ad ipsum [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem datarum exemplari („Lett. di Monsr segr^io del 1671. Num. 58" fol. 165b—166) leguntur: „.... Le lettere di V. S^ia Illma de 30 Agosto e di 20 Settembre mi causorno t r a v a g l i o p e r q u e l l o che riferii a Monsr Gianuzzi ∝"), item in literarum [Marii Alberici] S. Cong^nis de P. F. secretarii nomine ad P. Ferdinandum ‚H a u s k' [! — iuste: Hauck] Barnabitam die 21. Martii 1658 missarum exemplo („Lett. di Armenia, Caldea ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 44" fol. [208b—209]): „.... in raccomandarla al P. generale, perchè s i [! — iuste: La, quod verbum reapse in alio earundem literarum exemplo in tomo „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1658. Num. 32" fol. 38—38b contento hoc loco legitur] compiaccia in ogni Sua giusta dimanda ∝", in S. Cong^nis de P. F. literarum verbis: „Al s^r cardinal Pallotto ed al nuntio di Germania [Cyriacus Rocci erat]" inscriptarum et die 6. Septembris 1631 scriptarum exemplo („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1631 e Gen^o 1632. Num. 11" fol. 95b—96): „.... Havend' il s^r cardinal d' Harrach fatta istanza a questa S. Cong^ne per haver la facoltà di visitar li r e g n i [! — iuste: regolari] di Boemia ∝", in S. Cong^nis de P. F. literarum ad P. Edmundum, monasterii Neocellensis in Lusatia abbatem, die 24. Septembris 1791 datarum exemplari („Lett. della Sag. Cong^ne dell' anno 1791. Num. 260" fol. 500—500b): „.... Ac quidem c o m a g i s l a c t i b u s [! — iuste: eo magis laudandi] sunt, quod eosdem eo zelo ac pietate animatos dignoverint ∝" et paulo inferim ibidem: „.... Quae omnia ea sunt, ut maximas Deo optimo maximo S. Cong^o egerit gratias, h o n o r i f i c e n t i s s t i m a s q u e [! — iuste: honorificentissimasque] et Tibi et Tuis religiosis gratulationes faciendas esse decreverit ∝". — V. etiam alia eiusmodi menda, quae e literarum v. gr. ad Joannem Philippum liberum baronem a Namiedi die 22. Julii 1645 et ad P. Florium Cremona die 28. Junii 1633 scriptarum exemplis supra in annot. 923 et e literarum ad [Julium] [cardinalem Spinola die 30. Augusti 1677 datarum exemplo supra in annot. 1041 attulimus.

[1060]) Huc v. gr. S. Cong^nis de P. F. literarum ad P. Basilium Belgam Capucinum scriptarum exemplar, quod supra (pag. CCCCXXXIX) attulimus, pertinet, cui in literarum missarum volumine dies **26.** Junii 1630 est ascriptus, literae autem originales diem **22.** Junii ascriptum gerunt; idem etiam de literarum ad P. Jacobum Merell datarum exemplo supra (pag. CCCCXLII) allato dictum esse puta. — S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach mense Septembri 1632 missarum exemplari („Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1632. Num. 12" fol. 110b; v. supra in annot. 709) dies verbis: „Roma **23** Settembre 1632" est ascriptus, cum autem aliarum ab eadem S. Cong^ne ad Minores Conventuales [s. Francisci] Pragam datarum literarum ad i d e m negotium pertinentium exemplar, quod in eodem volumine fol. 111 subsequitur, diem verbis: „Roma **25** Settembre 1632" ascriptum gerat, hicque dies 25. Septembris Saturni dies (v. supra pag. CCCXXXII) fuerit, opinari fas est alteri horum exemplorum (et quidem verisimiliter primo) diem perperam esse ascriptum, quod etiam aliarum ab eadem S. Cong^ne de e a d e m re ad [Cyriacum Rocci] nuntium Vindobonensem scriptarum literarum exemplar (ibid. fol. 112) probat, cui dies: „Roma **25** Settembre 1632" est ascriptus. — Binarum literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Sebastianum Rostock] episcopum Vratislaviensem (v. supra in annot. 1045) et ad P. Venceslaum Otík [a Dobřan] missionarium in Silesia missarum et rem eandem spectantium exemplaribus („Lett. circa la Germania ∝ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 47": „Lettera 29" et „Lettera 30") idem dies **3.** Aprilis 1666 isque primo exemplo verbis: „Die 3. Aprilis 1660", secundo verbis: „Die ut supra" ascriptus est; literis ipsis autem diem **30.** Aprilis a s c r i p t u m esse verba, quae in literis a P. Venceslao Otík ad S. Cong^nem de P. F. die 22. Junii 1666 datis leguntur: „Ad literas t r i g e s i m a Aprilis Romae ad me a S. Em^ma Cong^ne de P. F. datas ∝" probant.

[1061]) V. supra, pag. DIII—DIV.

[1062]) A tergo literarum ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach die 16. Augusti 1628 ad [Franciscum] Ingoli, primum S. Cong^nis de P. F. secretarium, missarum („Lett. di Germania e di Polonia 1628. Num. 69" fol. 141) praeter alia verba iis in S. Cong^nis de P. F. cancellaria apposita etiam haec leguntur: „Responsum die **21.** Octobris 1628", at literarum, per quas eadem S. Cong^o cardinali, quem diximus, ad eius literas respondit, exemplo („Lett. volgari ∝ 1628. Num. 7" fol. 147—147b) dies verbis: „Roma **26** Ottobre 1628" est ascriptus.

[1063]) Cum perdifficile sit constituere, quo modo scriptor personarum locorumve nomina in commentario, quem exscribebat, contenta in literarum missarum tomos retulerit, ad mendorum nomina eiusmodi spectantium exempla, quae supra pluribus locis (v. gr. in annot. 1041, 1046, 1053) attulimus, benevolum lectorem reiicimus. Mendorum autem ad literarum summam spectantium exempla, quae huc pertinere possunt, v. gr. sunt haec: Il r i s t r e t t o della relatione mandata dai PP. Giesuiti dei progressi che per opra loro ha fatto [!] la cattolica religione nelle provincie dell' Austria, s i t r a s m e t t o n o [! — iuste: trasmette] a V. S^ia ∝", quae verba in S. Cong^nis de P. F. literarum ad [Marium Alberici] sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium die 7. Aprilis 1671 datarum exemplo (v. supra in annot. 996) leguntur, vel: „Se bene mi persuado, che nei concorrenti per i luoghi che vacaranno nei collegii compresi nella Sua nuntiatura, vi saranno motivi considerabili da consolarli, ad ogni modo l' s e n t i m e n t o da me scorto ne s^ri cardinali di gratiare i soggetti, per i quali intercedè il s^r internuntio di Fiandra [Carolus Franciscus Airoldi erat], mi o b l i g a n o [! — iuste: obbliga] a supplicare V. S^ia Illma ∝", quae verba in literarum [Friderici Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretarii ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem

cancellaria dies ascribi solebat, non exiguam scriptorum culpae partem adimat eosque culpa liberet;[1061]) idem de die literarum e S. Cong^nis de P. F. cancellaria missarum exemplaribus ascripto dictum esse puta, qui cum annotatione literis allatis, ad quas per literas illas respondebatur, a tergo adiecta diemque responsionis datae spectante non congruit.[1062])

Praeter omnia ea, quae hucusque tetigimus, in literarum missarum tomis sunt menda alia, de quibus difficulter statui potest, utrum abbreviatoris an scriptoris, qui exempla in volumen retulit, culpae attribuenda sint; in quorum numero praeter perperam scripta personarum locorumque nomina sunt menda, quae ad literarum summam pertinent, v. gr. anacoluthon illaque, quae diem literis allatis, ad quas respondebatur, ascriptum spectant.[1063]) Hoc loco

denique etiam illa exempla fortasse sunt ponenda, quorum inscriptiones lingua alia sunt in voluminibus scriptae ac ipsa literarum exempla.[1064])

Mendorum, quae in literarum missarum tomis reperiuntur, pro rata haud exigui numeri causa praeter illas alias, quas supra significavimus, etiam e tempore, quo literarum commentarii in volumina referri solebant, aliquantum repetitur.[1065]) Laborum enim, qui S. Congnis de P. F. cancellariae ministrorum numero semper insufficienti impendebant, moles ab ultimo initio effecit, ut literarum commentarii nec statim nec brevi post, quam literae ipsae foras mittebantur, in suos tomos referrentur (v. supra, pag. DIII). Temporis autem spatium, quo id fiebat, non semper idem erat: hoc enim exemplar aliquot diebus vel septimanis, illud aliquot mensibus, quin et annis post, quam literae ipsae datae sunt, in volumina sunt relata.[1066]) Quale vero id temporis spatium fuerit, nunc statui — si paucissima exempla exceperis — non potest. Aliquando quidem annotatio in exempli margine apposita nos docet, quo tempore illud vel aliud exemplar in volumen relatum sit, sed eiusmodi annotationes admodum sunt rarae;[1067]) saepius non servatus in hoc et illo literarum

die 19. Januarii 1669 missarum exemplo (v. supra in annot. 952) reperies. — Ad diem literis allatis ascriptum, in responsionis autem e S. Congnis cancellaria missae exemplo mendose redditum v. gr. hoc literarum ab eadem S. Congne die 13. Junii 1643 ad P. Florium Cremona scriptarum exemplar pertinet: „Il decreto che con occasione della Sua degli 7 [!] Aprile si manda qui incluso ∝“ („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1642 e 1643. Num. 21“ fol. 214 b); literis enim ab eodem P. Florio Cremona ad Franciscum Ingoli, S. Congnis de P. F. secretarium, datis, ad quas die 13. Junii 1643 S. Congo respondit, dies verbis: „Praga 11 Aprilis 1643“ („Lett. di Colonia, Germania, Boemia ∝ 1643. Num. 87“ fol. 91) ascriptus est, qui etiam inter annotationes in eiusdem S. Congnis cancellaria iisdem literis a tergo appositas legitur. Idem de S. Congnis de P. F. literarum die 22. Novembris 1636 ad [Malatestam Baglioni] nuntium Vindobonensem scriptarum exemplo („Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1636. Num. 16“ fol. 117—117 b), quod verbis: „Si è ricevuta la lettera di V. Sia de 7 di Settembre [!], la quale ∝“ incipit, dictum esse puta, nam illis a nuntio, quem diximus, ad S. Congnem de P. F. missis literis („Lett. di Germania ∝ 1636. Num. 78“ fol. 12) dies 7. Octobris est ascriptus.

[1064]) In volumine v. gr. „Lett. della S. Congne dell' anno 1770. Num. 216“ fol. 103—105 literarum S. Congnis de P. F. nomine lingua latina scriptarum („Cum Smus D. N. negotium capsae salis in se receperit ∝ [usque ad:] Atque hic Deum oro, ut Amplnem Tuam diu sospitem servet“) exemplar lingua vulgari inscriptum: „A monsr arcivescovo di Praga [Antonius Petrus comes Příchovský erat]. 14 Marzo 1770“ legitur.

[1065]) Conf. Th. Sickel, Römische Berichte II. (Sitzungsberichte der philos.-hist. Klasse der kais. Akademie der Wissenschaften 135 Bd. Wien 1896, No X.) pag. 55—56.

[1066]) Conf. Jos. Šusta, Die römische Curie und das Concil von Trient unter Pius IV, pag. XXXVI. — V. infra in annot. 1068.

[1067]) In volumine „Lett. della S. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1714. Num. 103“ fol. 242 literarum exemplar verbis: „A Monsr nunzio in Colonia [Hieronymus Archinto archiepiscopus Tarsensis erat]. || 5. Maggio 1714“ inscriptum literarum die 27. August

missarum tomo temporis ordo prodit hos et illos commentarios longe posterius quam alios eodem anno, quin et eodem tempore scriptos commentarios in volumina esse relatos;[1068]) alias loci vacui, qui

1714 datarum exempla subsequitur, et in eius margine haec annotatio legitur: „Questa lettera è stata scritta in segretaria del sr cardinal Sacripante prefetto [conf. supra in annot. 681] e mandata nell' ultimi giorni di Settembre, acciò qui si registri.“ Quia vero subsequenti exemplo dies 1. Septembris 1714 ascriptus est, manifeste patet literarum 1. Septembris 1714 scriptarum commentarios certe ante mensis eiusdem finem in literarum missarum volumina non esse relatos. — In literarum S. Congnis de P. F. nomine die 20. Julii 1720 ad P. Jacobum Wener [sic] Soc. J. provincialem Austriae datarum exemplaris („Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1720. Num. 109“ fol. 535—535 b) margine haec annotatio legitur: „Per esser stata data, compito il registro, si è posta in questo luogo, siccome apparisce anche alla pag. [!] 256“, quo loco (fol. 256 b) ante literarum verbis: „A Monsr Massei [cui Bartholomaeo nomen erat] in Parigi. || 24 Luglio 1720“ et post literarum verbis: „A Monsr nunzio apostolico in Polonia [Hieronymus Grimaldi erat]. || 20 Luglio 1720“ inscriptarum exemplum in margine haec annotatio apposita est: „P. Jacobo Wener Soc. Jesu provinciali Austriae sub dato 20. Julii 1720, vide in fine mensis Decembris dicti anni pag. [!] 535“; unde patet literarum ad P. Jacobum Wener die 20. Julii 1720 datarum commentarium anno demum 1721 in literarum missarum volumen esse relatum; insuperque etiam in huiusce exemplaris relati calce (fol. 535 b) haec verba leguntur: „Similis [v. supra, pag. CCCCLXXXVI—CDXCII] P. Francisco Retz, Soc. Jesu provinciali Bohemiae, Pragam sub dato 1. Aprilis“; harum ergo literarum commentarius etiam longius temporis spatium, quam ille, in literarum missarum tomum non relatus mansit. — Aliquid simile etiam in tomo „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1721. Num. 111“ reperitur (v. infra in annot. 1068). — S. Congnis de P. F. literarum exemplo, quod in volumine „Lett. della S. Congne dell' anno 1762. Num. 200“ fol. 132 b—133 b legitur verbis: „Al sr Arnolfo Bossu, vicario apostolico d'Aleppo, Saida. || 12 Marzo 1762 inscriptum, sed lineis ductis deletum, in margine haec annotatio est adiecta: „La presente lettera si trova registrata sotto li 12 Marzo 1763 in fine del mese di detto anno, essendo cadato equivoco nel registrarla“, quae nota literarum commentarios mense Martii ineunte anni 1762 exaratos demum post diem 12. Martii anni 1763 in volumen hoc relatos esse probat.

[1068]) Si in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1633. Num. 13“ fol. 51 post exemplar, cui dies verbis: „Roma 7 Maggio 1633“ ascriptus est, et ante exemplum Romae die 21. Maii 1633 datum S. Congnis de P. F. literarum exemplar verbis: „Al sre cardinal Pazman“ inscriptum legitur, cui dies verbis: „Roma 12 Aprile 1633“ est ascriptus, alterutrum manifestum est: aut, dico, in die huicce exemplo ascripto mensis Aprilis nomen loco mensis Maii nominis perperam esse positum, quod non ita raro accadebat (v. supra, pag. DIII—DIV), aut exemplar hoc etiam posterius, quam commentarios mense Maio exaratos, in volumen esse relatum. — In volumine „Lett. di Monsr secrio del 1671. Num. 58“ fol. 186 b—188 exemplar verbis: „A Monsr nunzio, Vienna [Marius Alberici erat]. || 5 detto“ inscriptum legitur, ante quod aliarum literarum exemplum, cui dies verbis: „5 Novembre 1671“ ascriptus est, relatum est, unde investigatori credere licet illis a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretario ad nuntium Vindobonensem missis literis diem 5. Novembris ascriptum esse; at, quia ante exemplar cui dies: „5 Novembre 1671“ ascriptus est, aliud exemplum cum die verbis: „28 Novembre 1671“ ascripto legitur, ante quod nonnullis aliarum literarum exemplis dies: „5 Decembre“ ascriptus est, et quia literarum ad nuntium, quem diximus, missarum exemplar, quod fol. 186 b—188 legitur, aliud exemplum (fol. 188) subsequitur, cui itidem dies: „5 Decembre 1671“ ascriptus est, luculenter apparet illis ad Marium Alberici nuntium a S. Congnis de P. F. secretario datis literis diem 5. Decembris, non autem diem 5. Novembris ascriptum esse, idque eo potius affirmari potest, quod nuntius ipse ad literas illas die 27. Decembris 1671 rescripsit („Germania e missioni settentrionali ∝. Num. 1“ fol. 320), simul autem hocce huius voluminis loco non servatum temporis ordinem cernimus, cum

investigatoris oculis in literarum missarum tomis passim occurrunt, non quidem omnes, investigatorem docent consuetudinem in S. Cong^nis de P. F. cancellaria viguisse, ut literarum commentarii aliquo temporis in-

inter literarum die 5. Decembris 1671 datarum exempla exemplum, cui dies 28. Novembris 1671 ascriptus est, reperiamus, quod exemplar igitur serius, quam oportuit, in literarum missarum volumen relatum est. — Literarum missarum tomus verbis: „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio 1680. Num. 69“ inscriptus exemplo, cui dies **17.** Decembris 1680 est ascriptus, finem sumit, sed ante hoc exemplar aliarum literarum exempla leguntur, quibus dies **23.** Decembris 1680 ascriptus est. — Tomi „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio 1681. Num. 70“ pars I. verbis: „Registro delle lettere della S. Congne de P. F. dell' 1681“ inscripta post literarum die **29.** Novembris 1681 datarum exemplar fol. 84b exemplo, cui dies **24.** Novembris 1681 ascriptus est, et fol. 86 alio exemplo, cui dies **30.** Septembris 1681 est ascriptus, finem capit; similique modo etiam in partis secundae fine non servatus temporis ordo cernitur. — Item aliud literarum missarum volumen, quod verbis: „Lett. della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1701. Num. 90“ est inscriptum, temporis ordinem non ubique servat. — In tomi „Lett. della S. Congne dell' anno 1721. Num. 110“ fine literarum die 27. Decembris 1721 datarum exemplar (fol. 742b) exempla, quibus dies 9. Augusti 1721 (fol. 743), 15. Novembris 1721 (fol. 744) et nonnulla, quibus dies 8. Martii 1721 ascriptus est, sequuntur; literarum autem die 8. Martii, quem diximus, scriptarum exempla post Clementis XI., qui die 19. Martii 1721 fato cessit, mortem sunt emendata (v. supra in annot. 923). — Literarum missarum tomus („Lett. di Monsr segrio dell' anno 1721. Num. 111“ exemplo, cui dies 30. Decembris 1721 ascriptus est, ante quod autem post literarum die 27. Decembris datarum exemplar fol. 498 exemplum, cui dies verbis: „29 Age [!] 1721“ est ascriptus, legitur, finem (fol. 501b) sumit, at folio 502 inscriptio: „Minute ritrovate dopo compito il registro“ (v. supra in annot. 1067) legitur, quam literarum exemplar, cui dies 18. Martii 1721 est ascriptus, subsequitur, et in huiusce exemplaris calce verba: „Simile al P. procu[...]“ sunt apposita. — Item in voluminis „Lett. della S. Congne dell' anno 1725. Num. 119“ fine post literarum mense Decembris anni 1725 datarum exempla similem inscriptionem: „Registro di lettere doppo compito l' anno 1725“ (fol. 424) exempla, quibus dies 26. Februarii 18. Junii, 8. Septembris, 26. Novembris, 26. Novembris (iterum) et 21. Julii 1725 ascripti sunt, sequuntur. — In tomo „Lett. della Sag. Congne dell' anno 1793. Num. 264“ literarum mense Decembri scriptarum exempla folio 196 finem capiunt, at fol. 203 nova inscriptio: „Lettere della S. Congne dell' anno 1793. || Gennaro“ legitur, quam aliarum literarum anno 1793 inde a mense Januario usque ad mensem Decembrem datarum exempla (fol. 203–437) sequuntur, et folio 455 rursus inscriptio: „Gennaro“ legitur, quam tertia literarum eodem anno 1793 missarum series, quae exemplaribus, quibus mensis Januarius ascriptus est, incipiens, exemplis, quibus mensis December ascriptus est, finem sumit. Aliquid simile etiam in tomo „Lett. di Monsr segrio dell' anno 1793. Num. 265“ reperimus, idemque, quod de tomo No 264 signato modo diximus, etiam de volumine „Lett. della Sag. Congne dell' anno 1794. Num. 266“ dictum esse puta. — In haec igitur et plura alia volumina, quae temporis ordinem non servant, multa literarum missarum exempla non eodem anno, quo literae ipsae scriptae erant, sed demum anno subsequente (si non posterius) esse relata manifeste constat, sunt autem alii literarum missarum tomi, in quos etiam multo longiore temporis spatio intermisso commentarii relati sunt: in volumine v. gr. „Lett. della S. Congne: ministri, stampa, fabbrica, stato temporale ꝛc dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 35“, in quo fol. 44 exemplar legitur verbis: „Praga. Al sr cardinal di Harrach. 20 Agosto **1659**“ inscriptum, fol. 160 exemplum verbis: „Tuckmantel [sic — conf. aliud exemplar cum eodem mendo in annot. 1046]. A D[on] Francesco Girolamo Oprandi ꝛc. || 3 Luglio **1657**“ inscriptum reperitur; in tomo „Lett. circa il settentrione cioè Anglia, Damia [!], Ibernia, Moscovia ꝛc dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 50“ fol. 95 exemplar: „Al medesimo [Galeazzo Marescotti Poloniae nuntius intelligitur; v. supra in annot.

tervallo interposito in tomos, quos diximus, referrentur; qui loci vacui huc pertinent, ii sunt, quos scriptores aut consulto (si v. gr. ignorabant, utrum commentarius referendus emendatus esset, nec ne) aut propterea, quod hic vel ille commentarius iis non illico praesto erat, relinquebant, postea autem eum in locum vacuum referre obliti sunt.[1069])

Tomi, qui ad hanc, quam tractamus, literarum missarum seriem pertinent, nec omnes eodem modo compositi sunt, nec eandem omnes faciem externam internamve gerunt.

Initio enim (inde ab anno 1622 usque ad an. 1646) consuetudinem fuisse, ut literarum latine scriptarum exempla a literarum lingua vulgari (italice) exaratarum exemplaribus separarentur tamque haec quam illa in volumina propria referrentur, supra (pag. CCCCXLVIII) iam diximus; quia vero longe plures literae lingua vulgari scribebantur, literarum latine scriptarum tomi duo soli sunt, qui a tergo verbis: „Lettere latine della S. Cong^ne dall' anno 1622 al 1623 [sic — recte: 1629]. Num. 1“ et „Lett. latine della S. Cong^ne dell' anno 1630 all' 1646. Num. 9“ inscripti sunt, literarum autem lingua vulgari exaratarum tomi idem temporis spatium spectantes viginti duo sunt verbis: „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1622, 1623. Num. 2“, „Lettere volgari della S. Cong^ne

916] die dicta [22. Decembris **1668**]“, fol. autem 106 exemplar: „A Monsr nuntio di Germania [Julius Spinola erat]“, cui dies 18. Martii **1665** ascriptus esse videtur (v. supra in annot. 948), legitur; in volumine „L'Italia, lettere circa coll., coll. Urban., S. Congreg. e suoi ministri ꝛc dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 46“ fol. 74 exemplar verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Antonius Pignattelli erat]. 1mo Settembre **1668**“ inscriptum, fol. autem [166] exemplum verbis: „A Monsr nuntio di Germania [Julius Spinola erat], 15 Gennaro **1667**“ inscriptum et fol. [189] aliud verbis: „A Monsr nuntio di Germania [idem Julius Spinola erat]. 1mo Agosto **1665** inscriptum legitur; in tomo „Lett. di Polonia, Ungaria, Moldavia ꝛc dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 42“ fol. [155b] exemplar verbis: „Al sr vicerè [!] di Boemia. || 27 Settembre **1664**“ inscriptum fol. [214] exemplum verbis: „Roma. Al sr cardinal Rospigliosi. 12 Agosto **1660**“ inscriptum sequitur; in volumine „Lett. de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34“ fol. 191 exemplar: „A Monsr nunzio di Germania [Carolus Caraffa erat]. 9. Decembre **1662**“, fol. autem 195 exemplum: „Lettera circolare alli nuntii apostolici ꝛc [v. supra in annot. 934]. 15 Settembre **1657**“ legitur; in tomo „Lett. di Armenia, Caldea ꝛc dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 44“ fol. [145] exemplar: „Al P. D[on] Clemente Galano. 10 Novembre **1663**“ reperitur, quod folio [208]b exemplum verbis: „A D[on] Ferdinando Hausk Bernabita. 21 Marzo **1658**“ inscriptum sequitur. Haec igitur et plura alia exempla duobus, tribus, quatuor, quin et quinque annis post, quam literae ipsae datae sunt, in volumina, quae diximus, sunt relata.

[1069]) In volumine v. gr. „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 e 1657. Num. 31“ folia 47–51 vacua sunt; folio 46o literarum die 10. Aprilis 1657 datarum, folio 52o literarum, quibus dies 7. Maii 1657 ascriptus est, exempla leguntur.

dell' anno 1623, 1624. Num. 3", usque ad: „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' an. 1646. Num. 24" inscripti, qui partim literarum singulorum annorum spatio datarum, partim literarum duorum subsequentium annorum spatio missarum exempla continent;[1070]) excipiuntur autem tomi verbis: „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1622, 1623. Num. 2" et „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1623, 1624. Num. 3" inscripti, quorum primus inde a S. Cong^ne de P. F. instituta usque ad Gregorii XV. obitum procurrit, secundus vero literarum inde a mense Septembri 1623, quo Urbanus VIII. Romanae ecclesiae praeesse coepit, usque ad finem anni 1624 excurrit, similique modo tomi verbis: „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1631 e Gen° 1632. Num. 11" et „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1632. Num. 12" inscripti, quorum primus literarum tredecim mensium spatio, secundus literarum undecim mensium spatio scriptarum exempla complectitur. Verbum autem ‚Num.', quod in ipsis tomorum inscriptionibus ubique deest, editor etiam hoc loco ob perspicuitatem addit.

Tomum numero 24° signatum, quem paulo superius tetigimus, volumina numeris 25°—32° signata annosque 1647—1658 spectantia subsequuntur, quae licet literarum tam lingua vulgari, quam latine datarum exempla contineant, tamen verbis: „Lettere volgari della S. Cong^ne ∝" inscripta sunt; qui tomi perinde ac illi, qui ad tempus inde ab anno 1622 usque ad annum 1646 pertinent, literarum partim singulis annis, partim duorum subsequentium annorum spatio scriptarum exemplaria complectuntur.[1071])

Sequuntur tomi numeris 33°—52° signati, qui ad annos 1657—1668 (Marii Alberici secretarii, Antonii Manfroni prosecretarii, Hieronimi Casanate secretarii aetatem) pertinent prorsusque diverso modo inscripti sunt; in eorum enim inscriptionibus nec verbum

[1070]) Omnes fere literarum lingua vulgari scriptarum tomi tempus inde ab anno 1622 usque ad annum 1646 spectantes literarum singulorum annorum spatio datarum exempla continent; literarum duorum subsequentium annorum spatio missarum exempla solum duo tomi, qui verbis: „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' an. 1640 e 1641. Num. 20" et „Lett. volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" sunt inscripti, complectuntur.

[1071]) Literarum singulorum annorum spatio missarum exempla tomi: „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' an. 1647. Num. 25", „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1648. Num. 26", „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' anno 1651. Num. 28", „Lett. volgari della S. Cong^ne dell' an. 1658. Num. 32" continent; volumina: „Lett. volgari della S. Cong^ne degl' anni 1649, 1650. Num. 27", „Lett. volg. della S. C. degli an. 1652 e 1653. Num. 29", „Lett. volgari della S. Cong^ne degli an. 1654 e 1655. Num. 30", „Lett. volgari della S. Cong^ne degli an. 1656 e 1657. Num. 31" binorum annorum exempla complectuntur; tomus autem numero 32° signatus exemplo, cui dies 1. Octobris 1658 ascriptus est, finem sumit proindeque ne unius quidem anni spatio literas missas continet.

‚latine' nec verbum ‚volgari' legitur, sed inscriptiones ipsae (perinde ac exemplorum in singula volumina referendorum electio) intitulationum rationem habent,[1072]) id quod iam in literarum S. Cong^ni allatarum, de quibus in congregationibus generalibus relatum est, serie (v. supra, pag. CCXXXVI—CCXL) et simili, imo maiore modo in literarum allatarum, quae in cardinalis praefecti secretariique congressibus recitatae sunt, serie (v. supra, pag. CCLXVI—CCLXXVII) animadvertimus.[1073]) Hi etiam, quos nunc tractamus, tomi temporis ordinem, quem in hacce literarum missarum serie hucusque intelligere potuimus, plane non servant, sed ad intitulationes accomodati in duas partes dividuntur, quarum altera annos 1657—1664 (1663), altera annos 1665—1668 in singulorum voluminum inscriptione gerit.[1074])

[1072]) Tomi v. gr. 33^i inscriptio verbis: „Lettere di notizie dei sogget[ti], istanze per missioni e ricapiti", tomi 34^i inscriptio verbis: „Lett. de' collegii", tomi 35^i inscriptio verbis: „Lettere della S. Cong^ne: ministri, stampa, fabrica, stato temporale, elemosine, sussidii, viatici e varie", tomi 37^i inscriptio verbis: „Lett. di Germania con li Paesi Bassi, Rezia, ed Elvezia", tomi 42^i inscriptio verbis: „Lett. di Polonia, Ungaria, Moldavia, Vallachia, Russia e Tartaria Minore, Svezia, Dania e Litvania", tomi 44^i inscriptio verbis: „Lett. di Armenia, Caldea, Persia, Soria, Maroniti, Mesopotamia e Terra Santa", tomi 46^i inscriptio verbis: „L'Italia, lettere circa coll[egi], coll. Urbano, S. Congreg. e suoi ministri, limosine, notit[ie] de sog^ti, Piemonte, ricapiti, stampa, stato temporale e varie", tomi 48^i inscriptio verbis: „Lett. circa la Grecia et Arcipelago", tomi 49^i inscriptio verbis: „Lettere circa la Germania, Belgio, Helvet^a e Rhetia" incipit.

in annot. 936 leguntur, omnes Francisci Ingoli aetatem spectantes, perinde ac inscriptio: „A Monsr nuntio di Vienna“ in annot. 940 allata et Dionysii Massari tempus spectans, ab inscriptionibus: „N° 2°. Vienna. A Monsr nuntio apostolico. 16 Agosto 1655“ (v. supra in annot. 942), „A Monsr nuntio di Germania a dì 13 Aprile 1669“ (v. supra in annot. 957), „A Monsr arcivescovo di Tebe, nunzio apostolico in Polonia, Troppau. || 10 Marzo 1708“ (v. supra in annot. 968), „A Monsr arcivescovo di Edessa, nunzio apostolico in Vienna. || 8 Novembre 1721“ (v. supra in annot. 973), „A Monsr Paolucci, arcivescovo d' Iconio, nunzio apostolico in Vienna. || 7 Luglio 1742“ (v. supra in annot. 978) differant, et quam diversum aspectum hoc discrimen literarum missarum tomis praebeat, quis est, qui non videat? Simili modo dubium esse non potest, quin alia sit interna facies voluminum, in quorum paginarum margine literarum sententiae, interdum satis verbosae et nonnunquam intitulationibus auctae, scriptae sunt, ac illorum tomorum, in quorum margine solae intitulationes cernuntur vel etiam hae prorsus desunt.[1098]) Item diversum aspectum interioribus literarum missarum tomorum partibus imprimunt aliorum generum notae seu additamenta, quae variis temporibus exemplis in eos relatis in margine adiici solebant, sive locorum, in quos literae missae sunt, nomina (v. supra, pag. CCCCLII, CCCCLVII), sive eius, cuius nomine literae datae sunt, indicatio (v. supra, pag. CCCCLVII, CCCCLIX, CCCCLXI, CCCCLXXIV, CCCCLXXVI, CCCCLXXVIII), sive verbum: ‚N°‘, ‚Num°‘ cum numeri ex ordine nota (v. supra, pag. CCCCLII, CCCCLVII), sive verbum: ‚Lettera‘ cum numeri ex ordine nota (v. supra, pag. CCCCLVII, CCCCLIX), sive mensium, quo literae scriptae sunt, nomina (v. supra, pag. CCCCLXXXII) erant; qui internus horum tomorum aspectus eo magis immutatus est tempore, quo S. Cong^nis de P. F. cancellariae in usu erat sua unius generis additamenta in uno, adiectiones generis alterius in altero margine ponere.[1099])

At non solum ea, quae S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministri literarum missarum exemplaribus in tomos relatis in margine addere solebant, sed etiam modus, quo varii literarum commentarii

[1098]) V. supra, pag. CCCCXXXIV, CCCCXXXV, CCCCLI, CCCCLIII, CCCCLVI, CCCCLIX, CCCCLX, CCCCLXVI—CCCCLXVIII, CCCCLXXI, CCCCLXXII, CCCCLXXXI, CCCCLXXXII, CDXCII et annot. 920, 921, 937, 942, 946, 947, 949, 951, 952, 954, 958, 959, 962, 964, 966, 972, 987, 989, 990, 1006, 1007.

[1099]) V. supra in annot. 921, 946, 947, 949, 951, 952, 954, 989.

in sua volumina referri solebant, internam horum voluminum faciem mutatabat. Huc verbi gratia tam literarum in eandem rationem scriptarum exempla, quae non eodem semper modo in tomos referebantur,[1100]) quam literarum exempla ita abbreviata, ut praeter indicatum earum genus et inscriptionem nil aliud contineant,[1101]) pertinent, ubi et diversus modus, quo diversis temporibus literarum primi generis exemplaria in tomos referebantur, praecipue ex quo verba: ‚simile', ‚similis', ‚similes' hac in re in usum venerunt,[1102]) et exemplorum secundi generis brevitas literarum missarum tomis aut iis eorum paginis, in quibus plura exempla eiusmodi leguntur, novum imprimunt aspectum.[1103])

Pari modo mos, qui aliquandiu in S. Cong^nis de P. F. cancellaria perduravit, ut, dico, in eundem tomum literarum tam S. Cong^nis ipsius quam eius sacretarii nomine datarum exempla separata tamen referrentur, effecit, ut volumina eiusmodi a tomis ceteris, si nonnullos literarum ad Indias Orientales et Sinam missarum tomos et volumina ad duos pluresve annos spectantia exceperis, haud exigue differant; nam in mediis tomis eiusmodi post unius partis aut anni exempla plerumque aliquot folia vacua, quin et aliquando primae partis index, quem nonnunquam alia folia vacua subsequuntur, cernuntur.[1104])

[1100]) V. supra, pag. CCCCLXXXIV–CDXCII.

[1101]) V. supra, pag. CDXCIII–CDXCV.

[1102]) V. supra, pag. CCCCLXXXVII.

[1103]) In literarum missarum voluminibus multae paginae sunt, in quibus ne una quidem vel una sola exempli inscriptio cernitur, sunt aliae, quae duas, tres exemplorum inscriptiones habent et in eorum margine usitatae adiectiones scriptae sunt; quantum a paginis eiusmodi v. gr. pagina 165 b tomi verbis: „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1738. Num. 148" inscripti differat, in qua post ultima literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad P. Wilibaldum Krieger Soc. Jesu, Austriacae provinciae ministrum provincialem, die 5. Julii 1738 datarum verba: „Interim de intima ∞", quae supra in annot. 749 attulimus, haec verba: „Similes. || P. Francisco Went[z]l Soc. J. provinciali Bohemiae. [In margine:] Boemia. || P. Sixto Hessemleir [!] Soc. J. provinciali ad Rhenum inferiorem. [In marg.:] Germania. || P. Joanni Haus Soc. J. provinciali ad Rhenum superiorem. [In marg.:] Germania. || P. Rodulpho Bwzckhart [!] Soc. J. provinciali superioris Germaniae. [In marg.:] Germania. || P. Ladislao Dauksza [!] Soc. J. provinciali Lithuaniae. [In marg.:] Lituania. || P. Ladislao Zoltowski Soc. J. provinciali Poloniae. [In marg.:] Polonia. || P. Joanni Tomssons Soc. J. provinciali Flandro-Belgii. [In marg.:] Belgio" leguntur, quis est, qui non videat? Quocum exemplo exempla in annot. 997 et 1007 allata confer. — Item unicuique patet, quantum ab exemplis aliis in literarum missarum tomos relatis exemplar: „P. Gabrieli, abbati monasterii Neocellensis ordinis Cisterciensis. Neocellam. || 15. Aprilis 1769. || Solita lettera dello stato" cum intitulatione („Lusazia") in margine apposita discrepet. Quod discrimen etiam augetur, si exemplis eiusmodi (v. v. gr. supra in annot. 1008–1013) in calce verbum: ‚Simile' aut ‚Similes' cum inscriptione aut inscriptionibus est adiectum (v. supra in annot. 1009, 1016, 1017, 1051).

[1104]) In tomo „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70" literarum S. Cong^nis de P. F. nomine scriptarum exempla folio 95° finem sumunt; sequuntur 5 folia vacua,

Ceterum folia vacua etiam in nonnullis ex iis literarum missarum voluminibus, quae ad singulos annos spectant, reperiri possunt; hoc et illud folium vacuum a cancellariae ministris consulto relictum

deinde: „Index personarum", cuius folia numeris signata non sunt, rursusque 3 folia vacua, quae alterius partis verbis: „Monsr segr^io" inscriptae (v. supra in annot. 1089, 1091) folium primum subsequitur. — Tomi „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63" pars prima, literarum S. Cong^nis de P. F. nomine datarum exemplaria complectens, folio 126° finem capit, quod folium index, cuius folia nullis numeris sunt signata, et folia 127–150, quae vacua sunt, sequuntur. — Tomi „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65" pars prima („Registro di lettere per la S. C. 1676") folio 62 b finem sumit; folia 63–72 vacua sunt, et post „indicem anni 1676", cuius folia numeris non sunt signata, folio 73 interna secundae partis inscriptio: „Lettere di Monsr Cerri segretario" legitur, quam folio 74°, qui autem numerus linea ducta est deletus et numero 1° surrogatus, huius partis exempla subsequuntur. — In volumine „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64" pars prima (v. supra in annot. 1089) folio 129° finem capit, quod folium eiusdem partis index, cuius folia numeris non sunt signata, postea folia 130–144 vacua, folio 145° secundae partis inscriptio (v. supra in annot. 1089) demumque folio 148° huiusce partis primum exemplar sequitur. — Tomi „Lettere della S. C. e di Mons. segret° 1680. Num. 69" pars prima, cuius inscriptioni supra in annot. 1089 allatae verba: „L' indice è unito con quello della S. Cong^ne" addita sunt, fol. 86° finem sumit, ubi in calce literarum die 20. Decembris 1680 datarum exemplaris verba: „Il fine del registro dell' anno 1680" (v. supra in annot. 1097) leguntur; sequuntur folia 87–99, quae vacua sunt; folio 100° secundae partis inscriptio, quam in annot. 1089 attulimus, et cui verba: „L' indice è unito assieme con quello di Monsr segr^io" adiecta sunt, legitur; quae pars secunda fol. 190° finem capit; eam et folia 191–193 vacua „Index personarum 1680" subsequitur. — Pari modo in tomo „Lettere della S. Cong. e di Monsr segr^io dell' anno 1682. Num. 71" partem primam (v. supra in annot. 1089) folia 80–81 vacua, folioque 82° partis secundae inscriptio (v. ibidem) sequuntur, quam partem secundam demum „Index personarum" subsequitur. — Contra vero tomi „Lettere della S. C. e di Monsr secret° dell' anno 1685. Num. 74" pars prima (v. supra in annot. 1089) folia 77 habet, quod folium folio nullo numero signato partis secundae inscriptio (v. ibidem) subsequitur; tum demum aliud folium vacuum est et folio 78° secundae partis exempla incipiunt; modo simili prima tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segret° dell' anno 1688. Num. 77" pars folio 46° finem capit, quam folio 47° secundae partis inscriptio: „Registro di lettere di Monsr segr^io 1688" subsequitur, literarum autem exempla demum fol. 49° incipiunt. Primae partis tomi „Lettere della S. C. e di Monsr sego dell' anno 1709. Num. 98" finem (folio 194°) duo folia, quae numeris non sunt signata, vacua sequuntur; secundae partis exempla sine ulla inscriptione folio 195° (v. supra in annot. 1089) incipiunt. — Tomi „Lett. della Sac. Cong^ne e di Monsr segretario dell' anno 1717. Num. 106" pars prima folio 228 b finem capit et folio subsequente (229°) partis secundae inscriptio: „MDCCXVII" legitur. — E tomis ad aliquot annos spectantibus in volumine „Lettere della Sag. Cong^ne e di Mons^re segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1739 al 1742. Num. 152" (v. supra in annot. 1083) annus 1739 fol. 133 b, annus 1740 folio 217 b, annus 1741 folio 364° finem capit, folia vero 134–142, 218–220 et duo folia numeris non signata, quae folium 364 subsequuntur, vacua sunt. — In medio volumine „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1743 a tutto il 1746. Num. 161", ubi annus 1744 folio 133°, annus 1745 folio 167°, annus 1746 folio 307° incipit (v. supra in annot. 1089), folia 126–132, 160–166 et 304–306 vacua sunt. In medio volumine „Lettere della Sag. Cong^ne e di Monsr segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1747 a tutto il 1754. Num. 170", in quo annus 1748 folio 5°, annus 1749 folio 85°, annus 1750 folio 119°, annus 1751 folio 173°, annus 1752 folio 253°, annus 1753 fol. 337°, annus 1754 fol. 415° incipit (v. supra in annot. 1089), folia 80–84, 109–118, 169–172, 246–252, 329–336, 409–414 sunt vacua. In medio volumine „Lettere della S. Cong^ne e di Mons^re segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1736 fino al 1738. Num. 145" (v. supra in annot. 1083), in quo annus 1737 folio 150°, annus 1738 folio 373° incipit, solum

esse, si quem literarum commentarium in volumen iam referendum nondum prae manibus habebant aut dubitabant, an quis commentarius referendus iam emendatus esset, superius (pag. DXXVII) iam diximus; alias mos invaluit, ut literarum singulis mensibus datarum exemplis in tomum relatis, aliquot folia vacua relinquerentur, id quod in nonnullis voluminibus semper, in nonnullis solum aliquoties factum esse videmus;[1105]) aliquando folia vacua in tomis, quae praeter alia-

folia 365 b—372 sunt vacua. In medio autem tomo „Lettere della S. Congne e Monsr segrio per Indie Orientali dall' anno 1723 sino al 1726. Num. 116", ubi annus 1724 folio 149o, annus 1725 folio 313o, annus 1726 folio 443o incipit, nullum folium vacuum est, imo anni 1725 exempla ipso medio folio incipiunt. — Modo simili in tomo „Lettere volgari della S. Congne dell' an. 1640 e 1641. Num. 20", qui ad duos annos pertinet (v. supra in annot. 1070) post anni 1640 exempla, quae folio 117o finem capiunt, 4 folia vacua, nullis numeris signata, sequuntur; folio [118o] partis secundae inscriptio (v. supra in annot. 1088, 1089) legitur, et folio 119o literarum anno 1641 datarum exempla incipiunt; in tomo „Lettere volgari della S. C. degli an. 1654 e 1655. Num. 30" post anni 1654 exempla folia 69 et 70 (v. supra in annot. 1089) vacua sunt, in tomo „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 e 1657. Num. 31" anni 1656 exempla unum solum folium (34um) vacuum (v. supra in annot. 1089) subsequitur; contra in volumine „Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" (v. supra in annot. 1070 et 1087), in quo anni 1642 exempla folio 122o finem sumunt, eodem folio literarum die 10. Januarii 1643 datarum exemplar legitur. — Modo eodem in tomo „Lettere di Germania con li Paesi Bassi, Rezia ed Elvezia dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37" (v. supra in annot. 1072, 1074, 1088, 1089), quem e tomis plures annos spectantibus unum eligimus, post literarum ad Germaniam et Bohemiae regnum pertinentium exempla, quae folio 108 b finem capiunt, folia 109—112 vacua sunt.

[1105]) In volumine ex. gr. „Lettere della S. Congne dell' anno 1724. Num. 117" literarum mense Januario anni 1724 scriptarum exempla folia 30 b—48 vacua sequuntur; post literarum 25. Martii 1724 datarum exemplum folia 110—118 b vacua sunt, quae exemplum, cui dies 7. Aprilis ascriptus est, subsequitur; item inter folium 119 b (7. Aprilis) — 125 (6. Maii), 128 (6. Maii) — 131 (3. Junii), 167 (16. Junii) — 173 (1. Julii), 211 (3[0]. Julii) — 219 (1. Aug.), 249 b (29. Aug.) — 255 (2. Sept.), 296 a (Sept.) — 303 (2. Oct.), 330a (14. Oct.) — 339 (18. Nov.), 354 b (27. Nov.) — 361 (2. Dec.) loci vacui sunt. Modo simili in tomo „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1724. Num. 118" inter singulos menses folia vacua cernuntur; idem de tomis „Lettere di Monsigr segrio dell' anno 1751. Num. 178" (ubi v. gr. inter mensem Januarium et Februarium folia 3—12 vacua sunt) et „Lettere di Monsr segretrio dell' ano 1752. Num. 180" (in quo ex. gr. inter mensem Februarium et Martium folia 17 b—24 b-vacua sunt) dictum esse puta. — Item plures loci vacui in voluminibus reperiri possunt, in quibus literarum singulis mensibus scriptarum exempla inscriptionibus, quas singulorum mensium nomina efficiunt, incipiunt; cuius generis v. gr. sunt tomi: „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1781. Num. 238" (ubi ex gr. fol. 96 inscriptio: „S. C. || Febo 1781", folio 282 inscriptio: „S. C. || Aprile 1781" legitur), „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1784. Num. 244" (ubi folio 1o inscriptio: „Gennaro", folio 84o: „Febraro", folio 132o: „Marzo", folio 200o: „Aprile", folio 394o: „Maggio" etc. legitur), „Lettere di Monr segrio dell' anno 1784. Num. 245" (v. supra in annot. 1094). — In volumine „Registro delle lettere dell' anno 1669. Num. 53", in quo folio 178o literarum die 29. Junii 1669 datarum exemplar finem sumit et folio 181o literarum die 3. Julii 1669 missarum exemplum incipit, folia 179 et 180 vacua sunt; modo simili in tomo „Lettere della S. Congne dell' anno 1721. Num. 110", ubi folio 259o exemplar, cui dies 31. Maii 1721 est ascriptus, et folio 261o literarum die 7. Junii 1721 datarum exemplum legitur, folia 259 b et 260 vacua sunt; item in volumine „Lettere della S. Congne dell' anno 1735. Num. 141" inter folia 49 (ubi exemplum, cui dies 16. Fe-

rum literarum exempla etiam literarum ad Indias Orientales missarum exemplaria continent, haec ab illis separant, quod eo potius fieri potuit, quod pluribus literis ad Indias datis idem dies ascribi solebat;[1106]) alii loci vacui in illis tomis reperiuntur, in quibus literarum totius anni commentarios temporis ordine servato in volumina relatos pauca vel plura literarum eodem anno missarum exemplaria aut nondum aut iterum relata (v. supra in annot. 1067, 1068, 1094) sequuntur;[1107]) parcissime locus vacuus oriri potuit, si in tomum nondum ligatum, cuius folia vero numeris iam signata erant, aliquot folia imposita sunt fortasse eo fine, ut commentarius unus vel plures, quem vel quos scriptor tempore, quo eum eosve referre debuisset, qualicunque de causa non retulit, iustum locum obtineret vel obtinerent;[1108]) longe saepius in literarum missarum tomis loci vacui inter ultimum literarum exemplar et tomi indicem cernuntur, sive indices in ultimo sive in medio volumine positi sunt;[1109]) interdum loci

bruarii 1735 ascriptus est) et 55 (ubi literarum die 5. Martii 1735 scriptarum exemplar incipit) locus vacuus cernitur.

[1106]) In tomo v. gr. „Lettere della Sa Congregne dell' anno 1760. Num. 196" post literarum ad varias terras mense Februario (usque ad diem 23. Februarii) scriptarum exempla, quae folio 57o finem sumunt, folia 58—60 vacua sunt, et folio 61o literarum ad Indias Orientales missarum exempla, quibus omnibus (usque ad folium 85um) idem dies 13. [!] Februarii 1760 ascriptus est, incipiunt.

[1107]) Id ex. gr. in volumine „Lettere della Sa Congregne dell' anno 1760. Num. 196" (v. supra in annot. 1087, 1088, 1106) iam animadvertimus (v. supra in annot. 1020). In tomo „Lettere di Monse segretao del [!] anno 1793. Num. 265" (v. supra in annot. 1087, 1094) literarum mense Decembri 1793 missarum exempla folio 47o finem capiunt, sed folio 51o (post 3 folia vacua) inscriptione: „Gennaro" literarum eodem anno 1793 datarum exempla incipiunt (v. supra in annot. 1068). Item in volumine „Lettere della Sagra Congree dell' anno 1794. Num. 266" (v. supra in annot. 1082, 1094) literarum anno 1794 vertente datarum exempla folio 153o finem capiunt; sequuntur folia 154—158 vacua, post quae usque ad folium 352 alia literarum eodem anno missarum exemplaria leguntur; folia 353—356 vacua sunt, quae folio 357o tertia literarum anno 1793 scriptarum series subsequitur. Idem de volumine „Lettere della Sagra Congrene dell' anno 1793. Num. 264" dictum esse puta, in quo inter tres literarum anno 1793 missarum series (v. supra in annot. 1068 et 1094) duo loci vacui (alter inde a folio 197 usque ad folium 202, alter inde a folio 438 usque ad folium 444) cernuntur.

[1108]) In tomo v. gr. „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1780. Num. 236" (v. supra in annot. 1090), cui folia 935 numeris signata sunt, folium 768um septem folia numeris non signata subsequuntur, e quibus quinque ultima sunt vacua.

[1109]) In tomo v. gr. „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1638. Num. 18" (v. supra in annot. 1087, 1088) literarum exempla folio 135o finem sumunt; sequuntur duo folia vacua et index, qui 10 folia explet; in tomo „Lettere volgari della S. Congne dell' an. 1639. Num. 19" (v. supra in annot. 1088) post folium 140um, quo literarum exemplaria finem capiunt, unum folium, quod nullo numero signatum est, vacuum et tum demum index decem folia implens cernitur; in tomo „Lettere della S. C. e di Mons. segreto 1680. Num. 69" (v. supra in annot. 953, 1068, 1089, 1104) inter ultimum literarum exemplar et „indicem personarum 1680" folia 191—193 vacua sunt; in volumine „Lettere della S. C. e di Monsr segreto del-

vacui indicem sive in ultimo tomo, sive in medio volumine (quod in tomis literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam eius secretarii nomine missarum exemplaria, separata autem, complectuntur, evenit) subsequuntur, alias cum ante indicem, tum post eum reperiuntur.[1110])

Internam literarum missarum voluminum faciem etiam modus, quo aut eorum folia aut singulae paginae numeris ex ordine signari solebant, aliquantum immutat: in longe maiore enim horum voluminum parte eorum folia numeris ex ordine et quidem a numero primo inde ad numeros sequentes signata videmus, at non semper ita, ut ipsum

l' anno 1691. Num. 80" (v. supra in annot. 1089) inter ultimum secundae partis literarum exemplum et „indicem literarum anni 1691" septem folia (158—164) vacua cernuntur; in tomo „Lettere della S. Cong^ne, di Mon. segretar^o 1702. Num. 91" (v. supra in annot. 1088, 1089), in quo ultimum literarum exemplar folio 178b finem sumit, ante „indicem personarum anni 1702" 6 folia numeris signata (179—184) et aliquot folia nullis numeris signata vacua sunt; in volumine „Lettere di Monsr seg^rio dell' anno 1724. Num. 118" (v. supra in annot. 1105) inter ultimum literarum exemplar et indicem octo folia numeris signata (352—359) vacua sunt; in tomo „Lettere di Mons^re seg^rio dell' anno 1736. Num. 144" ultimum literarum exemplar, quod folio 264° legitur, decem folia vacua et tum demum index sequuntur; in volumine „Lettere di Mons^re seg^rio dell' anno 1740. Num. 154" inter ultimum exemplar (folio 221°) et indicem undecim folia vacua cernuntur; in tomo „Lettere di Monsr seg^rio dell' anno 1745. Num. 165" (v. supra in annot. 1082) inter ultimum literarum exemplar et indicem octo folia numeris (124—131) signata et aliquot folia nullo numero signata vacua sunt; in volumine „Lettere della S^a Cong^ne dell' anno 1760. Num. 196" (v. supra in annot. 1020, 1087, 1088, 1106, 1107) eodem loco duodeviginti folia numeris non signata vacua numerantur; in tomo „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 e 1657. Num. 31" (v. supra in annot. 1069, 1071, 1087, 1089, 1104) post ultimum literarum exemplar et indicem multa folia nullo numero signata vacua cernuntur. — Contra in tomo „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68" ultimum literarum secretarii nomine datarum, quae secundam voluminis partem explent, exemplar folio 62° finem sumit; folio 62b indicis inscriptio („Indice delle lettere di Mons^re seg^rio separato da quelle della S. Cong.") legitur et subsequente folio, quod numero non est signatum, index ipse verbis: „Per Mons^re. || Index personarum 1679" inscriptus incipit. Tomus „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg^o dell' anno 1706. Num. 95" (v. supra in annot. 1088, 1089) folia 202 numeris signata habet; folio autem 202b literarum in pontificii status secretarii cancellariam missarum exemplum, cui dies 23. Martii 1707 [!] ascriptus est, incipit, quod duo folia numeris non signata explet; exemplar hoc index subsequitur; in hoc utroque tomo igitur inter ultimum literarum exemplum et indicem nullus locus vacuus est, id quod de pluribus aliis literarum missarum tomis, cuius generis v. gr. sunt: „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg^rio dell' anno 1708. Num. 97", „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1738. Num. 148", „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1739. Num. 150", Lettere della Sag. Cong^ne, di Monsr seg^rio per l' Indie Orientali dall' anno 1747 a t^to il 1754. Num. 170", dictum esse puta.

[1110]) Tomi verbis: „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64" inscripti pars secunda (v. supra in annot. 1089, 1097) folio 94°, cui etiam numerus 241us, ducta autem linea deletus, est ascriptus, finem sumit, quod folium primo index et tum folia 95 (242)—97 (244) atque 4 folia numeris 245—248 signata vacua subsequuntur; in eodem tomo medio primae partis indicem 15 folia vacua sequi superius (v. in annot. 1104) ostendimus. Pari modo in volumine „Registro di lettere 1677. Num. 66" (v. supra in annot. 1089, 1095) post secundae partis indicem multa folia vacua sunt. In medio volumine „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. N. 70" tam ante primae partis indicem quam post eum aliquot folia vacua cernuntur (v. supra in annot. 1104).

primum folium suo numero signatum esse debeat, sive vacuum est, sive tomi inscriptio in eo legitur; nam supra, ubi de internis tomorum inscriptionibus dissertum est, iam ostendimus in nonnullis voluminibus ante folium, quod numero 1° signatum est, aut unum aut plura folia nullis numeris signata cerni posse;[1111]) pari modo nec ultima nec media omnium tomorum folia suis ex ordine numeris signata sunt, sed tam hoc quam illo loco interdum folia nullis numeris signata inveniri possunt, et quidem illic aut ante aut post indicem aut hoc loco utroque,[1112]) hic inter singulas illorum tomorum, qui aut literarum tam S. Cong^nis quam eius secretarii nomine missarum exempla in vices separata, aut literarum duorum pluriumve annorum spatio scriptarum exemplaria complectuntur, partes.[1113]) Idem

[1111]) V. supra, pag. DXXXV—DXL et annot. 1087—1089, 1094, 1095.

[1112]) In tomo v. gr. „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1775. Num. 226" literarum relatarum exempla folio 567 finem sumunt, folium 568 vacuum duo folia numeris non signata sequuntur, quae demum index subsequitur; in volumine „Lettere della Sagra Congregaz^ne dell' anno 1776. Num. 228" ante indicem (post folium 595um iam vacuum) aliquot folia numeris non signata cernuntur; item in tomo „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1778. Num. 232" post folium 954um iam vacuum et ante indicem aliquot folia nullis numeris signata sunt; in volumine „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1780. Num. 236" ante indicem, qui in ultimo tomo est, et post folium 935um, quo literarum exempla finem capiunt, 7 folia numeris non signata cernuntur. Huc etiam volumina: „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' an. 1639. Num. 19", „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 e 1657. Num. 31", „Lettere della S. Cong^ne, di Monsr segretar^o 1702. Num. 91", „Lettere di Monsr seg^rio dell' anno 1745. Num. 165", „Lettere della S^a Congreg^ne dell' anno 1760. Num. 196" (quae omnia superius in annot. 1109 vide), quin et tomus „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg^o dell' anno 1706. Num. 95" (v. supra in eadem annot. 1109), ut alia eiusmodi volumina omittamus, pertinent. — In tomo „Registro di lettere 1677. Num. 66" secundae partis indicem plura folia nullis numeris signata sequuntur (v. supra in annot. 1110). — Tomus „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg^o dell' anno 1706. Num. 95" ante indicem duo folia numeris non signata (v. supra in annot. 1109) et post indicem unum folium nullo numero signatum (v. supra in annot. 1089) habet.

[1113]) In medio tomo „Registro di lettere 1677. Num. 66", qui separata literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam eius secretarii nomine datarum exemplaria continet (v. supra in annot. 1089, 1095, 1110, 1112), partem primam, quae folio 90° finem capit, praeter indicem tria folia numeris non signata subsequuntur; in medio tomo „Lettere della S. C. e di Monsr secret^o dell anno 1685. Num. 74" (v. supra in annot. 1089, 1092) post primam voluminis partem 2 folia nullis numeris signata (v. supra in annot. 1104) cernuntur; idem in mediis voluminibus „Lettere della S. C. e di Monsr segret^o dell' anno 1687. Num. 76" (v. supra in annot. 1089) et „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg^o dell' anno 1709. Num. 98" (v. supra in annot. 1089, 1104) animadvertitur. — In medio tomo „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1640 e 1641. Num. 20" literarum anno 1640 missarum exempla, quae folio 117° finem sumunt, quinque folia numeris non signata sequuntur (v. supra in annot. 1088, 1089, 1104). In medio volumine „Lettere per la Cina dall' anno 1790 a tutto 1796. Num. 257" singula folia, quae folium 56um, 114um, 204um, 300um, 354um, 404um subsequuntur, nullis numeris sunt signata; item in medio tomo „Lettere della Sag. Cong^ne e di Mons^re seg^rio per l' Indie Orientali dall' anno 1739 al 1742. Num. 152" (v. supra in annot. 1083, 1104), in quo literarum anno 1741 datarum exemplaria folio 364° finem capiunt, folium id duo folia nullis numeris signata sequuntur.

etiam in medio volumine alius generis evenire potuit, quandocunque in tomum, cuius folia numeris iam signata erant, qualicunque de causa aliquot folia imponere necesse fuit.[1114])

Qui credat a S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae ministris in foliis, quae nullis numeris signata sunt, nil unquam scriptum esse, facile erret, nam etiam in talibus foliis interdum aliquod legitur: nunc sola aut voluminis aut alicuius eius partis inscriptio, nunc aut ipsa literarum relatarum exempla aut eorum partes, saepissime autem tomorum indices;[1115]) contra in multis foliis, quae suis ex ordine nu-

[1114]) In medio tomo „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1780. Num. 236" (v. supra in annot. 1090, 1112) folium 768um septem folia numeris non signata subsequuntur (v. supra in annot. 1108).

[1115]) In secundo tomi „Lettere volgari della S. Congne dell' an. 1640 e 1641. Num. 20" (v. supra in annot. 1070, 1088, 1089, 1104, 1113) folio, quod numero non est signatum, interna totius voluminis inscriptio: „Registro delle lettere volgari 1640 e 1641" et post literarum anno 1640 datarum exempla, quae folio 117o finem capiunt, aliquotque folia vacua nullis numeris signata folio, quod item nullo numero est signatum, secundae tomi partis inscriptio: „Registro delle lettere volgari del 1641" legitur. Modo simili interna tomi „Lettere per la Cina dall' anno 1790 a tutto 1796. Num. 257" inscriptio aeque ac singularum eius partium inscriptiones: „Cina 1791. || Reg[istra]ta", „Cina 1792", „Cina 1793", „Cina 1794", „Cina 1795", „Cina 1796" omnes in foliis, quae nullis numeris signata sunt (v. supra in annot. 1113), scriptae sunt. — Alia eiusmodi exempla supra in annot. 1087, 1088, 1089, 1094, 1095 iam attulimus. — In tomo „Lettere della S. Congne e di Monsr sego dell' anno 1706. Num. 95", ubi literarum anno 1706 missarum exemplaria fol. 202o finem sumunt, literarum ad status pontificii secretarii cancellariam die 23. Martii 1707 [!] datarum exemplar, quod folio 202b incipit, duo folia sequentia, quae numeris non sunt signata, explere supra in annot. 1109 iam ostendimus. Pari modo in tomum „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1780. Num. 236" post folium 768 septem folia nullis numeris signata, e quibus duobus primis literarum exempla inscripta sunt, addita esse supra (in annot. 1108) iam diximus. Similiter in tomum „Lettere della Sa Congregaze e di Monsre segrio per l' Indie Orientali dall' anno 1755 a tto 1759. Num. 187" (v. supra in annot. 1083, 1089) post folium 332um duo folia numeris quidem nullis signata, quibus autem literarum exempla sunt inscripta, addita sunt. In tomo „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1735. Num. 142" folium, quod ultimum numero (216o) est signatum, quatuor folia numeris non signata sequuntur, quibus literarum exempla sunt inscripta. — Volumine „Lettere dell' Cina dal anno 1797 a tutto il 1808 e dall' anno 1815 al 1816. Num. 272" (v. supra in annot. 1089) folio 43o inscriptione „Lettere della Cina 1801" literarum anno 1801 datarum exempla incipiunt, sed omnia folia sequentia, licet eorum paginae literarum exemplis inscriptae sint, nullis sunt signata numeris; cui tomo folia ad unum omnia 346 sunt. — Secundae tomi „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64" partis literarum exempla folio 94o, cui etiam numerus 241, ducta linea deletus, est ascriptus, finem capiunt; quod folium index eiusdem secundae partis subsequitur, cuius folia numeris non sunt signata; indicem vero folia 95–97, quibus numeri 242–244, ducta linea deleti, sunt ascripti, et folia numeris 245–248 signati, qui numeri nulla deleti sunt linea, sequuntur (v. supra in annot. 1110). Volumini „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1636. Num. 16" folia 135 sunt, quae numeris ex ordine sunt signata; ea index sequitur, cuius 9 folia nullis signata sunt numeris; in tomo „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1637. Num. 17" ultimum folium numero (147) signatum index, cuius 8 folia nullo numero signata sunt, sequitur. Alia exempla eiusmodi ad literarum missarum tomos numero 63o, 64o, 65o, 70o signatos spectantia supra in annot. 1104, et aliud ad tomum 68um pertinens supra in annot. 1109 iam attulimus. V. etiam infra, pag. DLIX.

meris signata cernuntur, prorsus nihil scriptum esse supra, ubi de locis vacuis disseruimus, ostendimus.[1116])

Si ex iis, quae hucusque diximus, iam luculenter apparet morem, quo literarum missarum voluminum folia numeris signari solebant, satis varium fuisse, res eo clarius patebit, si etiam aliquot aliorum tomorum ratio habebitur: nec enim omnium voluminum folia S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae ministri numeris ex ordine inde a numero primo signaverunt, sed tomi literarum S. Cong^nis^ de P. F. secretarii (Petri Aloisii Caraffa) nomine missarum exempla continentis annumque 1722 spectantis folium primum non numero primo, sed numero 587o signatum est foliaque sequentia numeris ex ordine inde a numero 587o, quem diximus, usque ad numerum 970um sunt signata;[1117]) aliorum tomorum, qui literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine annis 1649 et 1650 atque anno 1729 datarum exemplaria complectuntur, non folia, sed singulae paginae numeris sunt signatae;[1118]) sunt et volumina alia (eaque non pauca), quorum neque folia neque paginas S. Cong^nis^ de P. F. cancellariae ministri numeris signaverunt;[1119]) in nonnullis tomis eiusmodi saltem singula literarum misarum exemplaria, in pluribus autem ne ea quidem numeris ex ordine sunt signata.[1120])

[1116]) Complura exempla eiusmodi supra, v. gr. in annot. 1090, 1104, 1105, 1106, 1107, 1109, 1110, 1112 sunt allata.

[1117]) Ultimum tomi literarum S. Congnis de P. F. nomine eodem anno 1722 datarum exempla continentis, qui numero 112o signatus est, folium numero signatum numerum 586um gerit; utriusque itaque literarum missarum tomi annum 1722 spectantis folia, perinde ac si unus tomus esset, numeris sunt signata.

[1118]) Sunt tomi verbis: „Lettere volg. della S. C. degl' anni 1649, 1650. Num. 27" et „Lettere della Sa Congne dell' anno 1729. Num. 128" inscripti: illius voluminis paginae ultimae numerus 97us, huius autem ultimae paginae numerus 649us ascriptus est.

[1119]) Nullis numeris ex. gr. tomorum literarum annis 1657–1668 missarum exempla continentium („Lettere di notizie dei sogget[ti], istanze per missioni e ricapiti dell' anno 1657 sino al 1663. Num. 33", „Lettere de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34", „Lettere della S. Congne: ministri, stampa ∞. Num. 35", „Lettere di Francia et Italia dal an. 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 36" atque tomorum sequentium usque ad volumen: „Lettere circa la Germania ∞ dall 1665 sin 1668. Num. 49", et tomorum: „Lettere circa l' Africa: Congo ∞ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 51", „Lettere circa l' Asia, ciò è Armenia ∞ 1665 usque 1668. Num. 52") aeque ac aliquorum ad ultimos seculi XVIIIi annos pertinentium tomorum („Lettere della Sag^a^ Conge dell' anno 1797. Num. 273", „Lettere di Monsr segretrio dell' anno 1797. Num. 274" „Lettere, decreti al card. Borgia in Venezia nel 1798, 1799 al 1800. Num. 278") folia sunt signata.

[1120]) In voluminibus „Lettere di Germania con li Paesi Bassi ∞ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37" et „Lettere circa la Germania, Belgio ∞ dall' anno 1665 sino 1668 inclusive. Num. 49", quorum folia numeris non sunt signata, singula literarum exemplaria suis ex ordine numeris signata sunt. V. supra, pag. CCCCXLV, CCCCLVII, CCCCLIX, CCCCLX, D, DI et in annot. 914, 916, 917, 944–951. In ceteris idem tempus spectantibus

Item non par est modus, quo in tomis literarum tam S. Cong^nis de P. F. quam eius secretarii nomine datarum exemplaria, sed separata, complectentibus folia signari solebant: in nonnullis enim voluminibus eiusmodi — sunt volumina, quae ad primos annos, in quibus mos ille vigebat (v. supra, pag. CCCCLXI, DXXX—DXXXII et annot. 953), pertinent — tam partis primae, quam secundae folia inde a numero primo suis ex ordine numeris signabantur,[1121]) et, si quis in hoc et illo tomo etiam secundae partis folia numeris progredientibus signavit, hi progredientes numeri postea ducta linea deleti sunt, et secundae partis folia suis ex ordine numeris inde a numero primo nunc signata cernuntur,[1122]) ubi fieri, potuit, ut interna secundae partis inscriptio in folio legatur, quod aut non numero primo, sed aliquo proximo a postremo vel ipso ultimo numero, ad partem primam pertinente, aut, quia in tomis huiusmodi inter partem primam et secundam folia numeris non signata esse solent,

literarum missarum tomis neque folia nec singula exempla numeris signata erant, sed editor ipse eorum folia plumbo numeris signavit. — A numeris, qui in duobus voluminibus, quae diximus, singulis literarum exemplis in margine ex ordine adiecti sunt, discernendi sunt numeri, qui alio (praecipue Dionysii Massari secretarii) tempore nonnullis literarum in tomos relatarum exemplaribus aut in margine aut ante primum exempli inscriptionis verbum poni solebant (v. supra pag. CCCCLII, CCCCLIII et in annot. 940, 942); hoc enim tempore numeri solum nonnullis literarum eodem die ad eandem personam datarum, non autem omnibus in tomo contentis exemplis adiiciebantur et quidem verbo: „Num^o“ cum numero ex ordine, in illis autem duobus voluminibus omnia exempla in ea relata numeris ex ordine signata sunt et quidem verbo: „Lettera“ („Lett.“, „Lett^a“) cum numeris ex ordine.

[1121]) In volumine „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70“ primae partis exempla folio 95° finem sumunt (v. supra in annot. 1104, 1110); secundae eiusdem voluminis partis primum exemplar, in cuius margine huius partis inscriptio: „Monsr segr^io“ (v. supra in annot. 1089, 1091) legitur, folio 1° incipit, ultimum autem huius partis exemplum folio 102° legitur; toti tomo praeter folia vacua et nullis numeris signata folia 197 (95 + 102) numeris signata sunt.

[1122]) In tomo „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ literarum primae partis (v. supra in annot. 1089) exempla folio 129° finem sumunt (v. supra in annot. 1097), quod folium partis primae index et folia 130—147 vacua sequuntur (v. supra in annot. 1092, 1104); primum secundae partis exemplar folio 1° incipit, at iuxta numerum 1um numerus 148us ducta linea deletus cernitur; ultimum huius secundae partis exemplar folio 94° legitur, quod folium etiam numerum 241um ducta linea deletum gerit; secundae partis indicem, qui folium 94um subsequitur, tria folia, quae binos numeros et quidem 95 (242), 96 (243), 97 (244) gerunt, et 4 folia, quibus singuli numeri: 245, 246, 247, 248, nulla ducta linea deleti, sunt ascripti (v. supra in annot. 1110, 1115), sequuntur. — In tomo „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“, cuius prima pars folio 78° finem capit, secundae partis exempla folio, cui numeri 1us et 91us (hic autem ducta linea deletus) ascripti sunt, incipiunt. — In volumine „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65“ (v. supra in annot. 954, 1095), cuius pars prima folio 62° finem sumit (v. supra in annot. 1104), partis secundae exemplaria folio 1°, cui etiam numerus 74us ducta linea deletus ascriptus est, incipiunt; sequentia vero partis secundae folia solum singulos numeros (2, 3 etc.) gerunt.

penitus nullo numero est signatum;[1123]) in aliis autem eiusmodi voluminibus universa eorum folia suis ex ordine numeris, nulla eorum partium habita ratione, inde a numero primo in toto volumine progredientibus signabantur.[1124])

A consuetudine, quae vigebat, ut, dico, horum voluminum folia numeris progredientibus signarentur, praeter tomos, quorum folia nullis numeris signata sunt, volumen „Lettere della S^a Cong^ne dell' anno 1764. Num. 204“ aliqua ex parte abhorret: in eo enim duodecim folia uno atque eodem numero, dico 528°, signata cernuntur.

Internam literarum missarum voluminum faciem etiam indices submutant non solum propterea, quod non omnibus voluminibus eiusmodi indices additi sunt,[1125]) sed etiam aliis de causis: nec enim eorum numerus, neque locus, quem in tomis obtinent, neque modus, quo scripti sunt, aut quo eorum folia numeris signabantur, aut quo singulis voluminibus additi sunt, nec denique foliorum, quae ipsi explent, numerus ubique idem est.

Quod ad eorum numerum pertinet, plurimi tomi singulos indices habent, at non desunt volumina, quibus bini indices sunt iique

[1123]) In volumine „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ (v. supra in annot. 1122) interna secundae partis inscriptio, quam supra in annot. 1089 attulimus, folio 145° legitur, huius autem partis exempla demum folio 148°, qui numerus vero ducta linea deletus est, incipiunt. — In tomo „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65“ interna partis secundae inscriptio folio 73° legitur, quam folio proximo, qui numeros 1um et 74um, hunc autem ducta linea deletum gerit, eiusdem secundae partis exempla subsequuntur (v. supra in annot. 1122). — In volumine „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ interna partis secundae inscriptio, quam in annot. 1095 attulimus, folio, cui numerus 89us, ducta autem linea deletus, est ascriptus, legitur, quam folium numero 90°, ducta vero linea deleto, signatum, vacuum et tum demum, folio 1° (91°), secundae partis exempla (v. supra in annot. 1122) sequuntur. — Voluminis „Registro di lettere 1677. Num. 66“ pars prima folio 90° finem sumit (v. supra in annot. 1113); secundae partis interna inscriptio, quam supra in annot. 1089 attulimus, folio, quod nullo signatum est numero, legitur.

[1124]) Tomi „Lettere della S. Cong. e di Monsr segr^rio dell' anno 1682. Num. 71“ pars prima folio 79° finem capit; interna partis secundae inscriptio (v. supra in annot. 1089) folio 82° legitur (v. supra in annot. 1104) et eiusdem partis folia, quae sequuntur, solis progredientibus numeris sunt signata. More eodem subsequentium tomorum, qui numeris 72°—109° a tergo signati sunt, quin et voluminis „Lettere della S. C. e di Mons. segret^o 1680. Num. 69“ folia signata cernuntur (v. supra in annot. 1088, 1089, 1092, 1104, 1109).

[1125]) Sine indice praeter literarum missarum volumina, quorum folia S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministri numeris non signarunt (v. supra in annot. 1119), nonnulli tomi sunt, qui literarum seculo XVIII° exeunte missarum exemplaria continent, v. gr.: „Lettere della S. Cong^ne per il Belgio dal 1788 al 1790. Num. 253“, „Lettere per la Cina dall' anno 1790 a tutto 1796. Num. 257“, „Lettere dell' Cina dal anno 1797 a tutto il 1808 e dall' anno 1815 al 1816. Num. 272“ (v. supra in annot. 1115), „Registro di lettere degl' anni 1797, 1798. Num. 275“, „Registro di altre lettere del 1798. Num. 276“, „Lettere, decreti al card. Borgia in Venezia nel 1798, 1799 al 1800. Num. 278“ et praeter eos pauci alii tomi, ex gr.: „Lettere volgari della S. Cong. dell' an. 1658. Num. 32“.

aut varii aut iidem: binos varios indices nonnulla ex iis voluminibus habent, quae literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam eius secretarii nomine datarum exempla in vices separata continent;[1126]) volumini verbis: „Lettere della S^a Cong^ne dell' anno 1770. Num. 216“ a tergo inscripto duo iique aequales indices sunt, et uterque in ultimo tomo legitur.[1127])

Locus, quem in literarum missarum tomis indices obtinent, pari modo variat: plurimi quidem indices in ultimis, pauci vero in mediis voluminibus, unus in ipso primo tomo legitur;[1128]) at etiam ubi indices in ultimis voluminibus reperiuntur, eorum locus non semper idem est: nunc enim index ultimum literarum relatarum exemplar nullo medio folio interposito subsequitur,[1129]) nunc inter ultimum exemplar et indicem aut pauca aut plura folia, modo numeris signata, modo non signata, modo tam signata, quam non signata cernuntur,[1130]) alias volumen ipso indice finem sumit, alias indicem in

[1126]) Binos indices, ad singulas voluminum partes spectantes, tomi a tergo numeris 63°—68° et 70° signati habent; v. supra in annot. 1104, 1109, 1110, 1112, 1113, 1122.

[1127]) Simile aliquid iam in „Actorum S. Congnis“ voluminibus animadvertimus, quorum nonnullis non solum binos, sed ternos indices, quin et eorum commentarios esse supra (pag. LIV—LV) iam diximus, prout etiam nonnullis tomis ad literarum allatarum, de quibus in cardinalis praefecti et S. Congnis de P. F. secretarii congressibus relatum est, seriem pertinentibus binos indices esse supra in annot. 662 ostendimus.

[1128]) Plures tomos ex iis, in quorum parte postrema indices cernuntur, supra, v. gr. in annot. 1109 et 1112, iam tetigimus. — Volumen „Lettere di Monsr segr^io dell' anno 1759. Num. 195“ indice incipit, quem demum folio 1° interna tomi inscriptio: „MDCCLIX“ subsequitur. — In quibus voluminibus mediis index legatur, inferius (pag. DLV et annot. 1132) dicitur.

[1129]) Inter indicem et ultimum tomi folium, quo literarum in eum relatarum exempla finem capiunt, nullum folium vacuum v. gr. in voluminibus: „Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1730. Num. 130“, „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1738. Num. 148“ (v. supra in annot. 1109), „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1739. Num. 150“ (v. ibidem), „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1746. Num. 166“, „Lettere della Sag. Cong^ne, di Monsr segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1747 a tt° il 1754. Num. 170“ (v. supra in annot. 1109), „Lettere della Sagra Congreg^ne dell' anno 1754. Num. 183“, „Lettere di Monsr segr^io dell' anno 1756. Num. 189“ cernitur.

[1130]) Inter indicem et postremum literarum in volumen relatarum exemplar in tomo „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1766. Num. 208“ unum folium numero (380°) signatum, in tomo „Lettere dlla [!] Sag^ra [!] Cong^ne dll' [!] anno 1769. Num. 214“ duo folia numeris (373° et 374°) signata, in volumine „Lettere di Monsr segretr^io dll' [!] anno 1769. Num. 215“ tria folia numeris (152°, 153°, 154°) signata, in tomo „Lettere di Monsr segr^io del 1770. Num. 217“ quatuor folia numeris (155°, 156°, 157°, 158°) signata, in volumine „Lettere di Monsr segr^io dell 1771. Num. 219“ quinque folia numeris (281°—285°) signata, in tomo „Lettere di Monsig^r segretar° dell' anno 1776. Num. 229“ sex folia numeris (161°—166°) signata, in tomo „Lettere dlla [!] Sac. Cong^ne dell' anno 1774. Num. 224“ octo folia numeris (609° - 616°) signata, in volumine „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1745. Num. 164“ decem folia numeris (293°—302°) signata, in tomo „Lettere della S. Cong^ne e di Mons^re segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1731 sino al 1735. Num. 134“ duodecim folia

extremo tomo positum aut pauca aut plura folia sive vacua sive inscripta sequuntur.[1131]) Tomi, qui in mediis voluminibus suos indices habent, sunt nonnulli ex iis, qui literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam eius secretarii nomine datarum exemplaria in vicem separata continent,[1132]) et praeter eos volumen „Lettere scritte da Padova dell' anno 1779 ∞ [v. supra in annot. 1077, 1088]. Num. 277“; etiam in his tomis locus, quem indices occupant, non semper idem est: nunc enim index partem, ad quam pertinet, nullo folio interposito subsequitur, nunc ab ea aliquot foliis vacuis, sive numeris sunt signata, sive non, separatur,[1133]) modo indicem aliquot folia

numeris (408° –419°) signata, in tomo „Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1741. Num. 155“ duodeviginti folia numeris (231°— 248°) signata, in voluminibus „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' an. 1639. Num. 19“ et „Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1750. Num. 175“ singula, in tomo „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1638. Num. 18“ duo, in voluminibus „Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1751. Num. 177“, „Lettere di Monsig^r segr^io dell' anno 1753. Num. 182“ et „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1786. Num. 248“ terna, in tomo „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1780. Num. 236“ septem, in volumine „Lettere della S^a Congreg^ne dell' anno 1760. Num. 196“ duodeviginti folia numeris non signata, in tomo „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1775. Num. 226“ unum folium numero (568°) signatum et duo folia numeris non signata, quae aliquot literarum commentarii non insuti sed solum impositi sequuntur, in voluminibus „Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1743. Num. 159“, „Lettere di Mons^re segr^io dell' anno 1743. Num. 160“, „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr segr^io per l' Indie Orientali dall' anno 1743 a tt° il 1746. Num. 161“ singula folia numeris (267°, 158° et 460°) signata aliquotque folia nullis numeris signata, in tomo „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1778. Num. 232“ duo folia numeris (953° et 954°) signata atque aliquot folia numeris non signata (v. supra in annot. 1112), in volumine „Lettere della Sagra Congregaz^ne dell' anno 1776. Num. 228“ tria folia numeris (593°—595°) signata aliquotque folia nullis numeris signata (v. in eadem annot.), in tomo „Lettere di Monsr segr^io dell' anno 1745. Num. 165“ octo folia numeris (124°—131) signata atque aliquot folia numeris non signata (v. supra in annot. 1109) cernuntur atque videntur.

[1131]) Plurimi literarum missarum tomi suo quidem indice finem sumunt, at in tomo „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ partis secundae indicem, licet in extremo volumine positum, sex folia vacua, numeris autem signata (v. supra in annot. 1110, 1115, 1122) et in tomo „Registro di lettere 1677. Num. 66“ secundae partis indicem, etiam in extremo volumine positum, multa folia vacua (v. supra in annot. 1110, 1112) sequuntur; in voluminibus „Lettere della S. C^ne e di Monsr segr° dell' anno 1703. Num. 92“ atque „Lettere della S. Cong^ne e di Monsr seg° dell' anno 1706. Num. 95“ indices, in postremis tomis positos, secundae voluminum partis inscriptiones subsequuntur (v. supra in annot. 1088, 1089, 1112); in tomo „Lettere di Mons^re segr^io dell' anno 1736. Num. 144“ indicem, in extremo volumine positum, aliquot literarum missarum commentarii, qui non insuti, sed solum impositi sunt (v. supra, pag. CCXC), subsequuntur.

[1132]) Huc pertinent literarum missarum tomi a tergo numeris 63° (v. supra in annot. 1104), 64° (v. supra in annot. 1104, 1122), 65° (v. supra in annot. 1104), 66° (v. supra in annot. 1113), 67°, 68° et 70° (v. supra in annot. 1104, 1110) signati.

[1133]) In tomo „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63“, in quo literarum S. Congnis de P. F. nomine missarum exempla folio 126° finem sumunt, index ea statim subsequitur, quod etiam de volumine „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ et „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ dictum esse puta. — In volumine „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65“ inter primae partis finem et indicem decem folia nu-

vacua, modo partis secundae inscriptio, nullo folio vacuo interposito, sequuntur, alias tam ante indicem, quam post eum folia vacua cernuntur, alias neque hoc nec illo loco ullum folium vacuum est.[1134])

Varius modus, quo singulorum literarum missarum voluminum indices scripti sunt, vel in eorum inscriptionibus animadvertitur, quae non solum verbis eorumque numero, sed etiam lingua inter se distinguuntur: alii enim indices latinam, alii lingua vulgari scriptam inscriptionem gerunt, alii uno verbo, alii pluribus inscripti sunt:[1135]) non-

meris (63o–72o) signata, sed vacua, in tomo „Registro di lettere 1677. Num. 66“ inter ultimum primae partis exemplar et indicem duo folia numeris non signata et vacua, in volumine „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ inter primae partis finem et indicem decem folia numeris (79o—88o) quidem signata, sed vacua, in tomo „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70“ inter postremum primae partis exemplar et indicem quinque folia vacua cernuntur. In volumine „Lettere scritte da Padova dell' anno 1799 ∞. Num. 277“ inter indicem, qui ad primam tantum tomi partem, folio 228o finem capientem, pertinet, sed demum secundam eius partem, literarum anni 1799 exempla, quibus dies non est ascriptus (v. supra in annot. 1088, ubi omnes huius voluminis partes indicantur), sequitur, et inter huiusce secundae partis finem tria folia numeris (262o—264o) signata cernuntur atque videntur.

[1134]) In tomo „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63“ primae partis indicem viginti quatuor folia vacua (127—150), in volumine „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ primae partis indicem quindecim folia vacua, numeris (130o—144o) signata sequuntur; in tomo „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65“ indicem folium 73um, in quo partis alterius inscriptio: „Lettere di Monsr Cerri segretario“ (v. supra in annot. 1104, 1123) legitur, subsequitur, quod etiam de volumine „Registro di lettere 1677. Num. 66“, cuius secundae partis inscriptio folio, quod nullo numero est signatum (v. supra in annot. 1089, 1113, 1123), legitur, et de tomo „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ ubi secundae partis inscriptio folio, cui numerus 89us, ducta autem linea deletus, ascriptus est (v. supra in annot. 1095, 1122, 1123), dictum esse puta. — In volumine „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70“ ante primae partis indicem quinque (v. supra in annot. 1133), post eum tria folia vacua cernuntur. In tomo „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ nec ante nec post primae partis indicem folia vacua sunt.

[1135]) Index uterque tomi „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num 65“ literarum tam S. Congnis de P. F., quam eius secretarii nomine missarum exemplaria in vicem seperata continentis (v. supra in annot.1104, 1122, 1123, 1132, 1133, 1134) verbis: „Index anni 1676“, index ad primam voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. N. 70“ partem pertinens verbis: „Index personarum“, index tomi „Lettere della S. Cong. e di Monsr segrio dell' anno 1682. Num. 71“ iisdem verbis: „Index personarum“, index voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segro dell' anno 1683. Num. 72“ itidem verbis: „Index personarum“, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr secreto dell' anno 1685. Num. 74“ index item verbis: „Index personarum“, voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segreto 1680. Num. 69“ index verbis: „Index personarum 1680“, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segret. dell' anno 1684. Num. 73“ index verbis: „Index personarum anni 1684“, voluminis „Lettere della S. Cong. e di Monsr segreto 1690. Num. 79“ index verbis: „Index personarum anni 1690“, primae partis tomi „Registro di lettere 1677. Num. 66“ literarum tam S. Congnis de P. F., quam eius secretarii nomine datarum exempla, sed in vicem separata complectentis, index verbis: „Index anni 1677 Sac. Congnis“, primae partis voluminis „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ index verbis: „Index personarum ann. 1679. S. Cong.“, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segreto dell' anno 1688. Num. 77“ index verbis: „Index literarum anni 1688“, voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segreto dell' anno 1689. Num. 78“ index verbis: „Index literarum anni 1689“, tomi „Lettere della S. C.

nullis etiam inscriptionibus huiusmodi variae annotationes sunt additae, alias annotatio, quae indicem spectat, ab indice ipso separata

e di M. segr. dell' anno 1696. Num. 85“ index verbis: „Index literarum anni 1696“, voluminis „Lettere della S. Congne e di Monsr sego dell' anno 1706. Num. 95“ index verbis: „Index literarum de anno 1706“, tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr sego dell' anno 1707. Num. 96“ index verbis: „Index literarum de anno 1707“, primae partis voluminis „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ index verbis: „Index anni 1678 literarum Sac. Congregationis“, tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97“ index verbis: „Index literarum S. Congnis et R[evmi] P[atris] D[omini] secretarii de anno 1708“, voluminis vero „Lettere della S. Congne e Monsr segrio per Indie Orientali dall' anno 1723 sino al 1726. Num. 116“, aeque ac tomi „Lettere volg. della S. C. dell' an. 1651. Num. 28“ et voluminis „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 a 1657. Num. 31“ index lingua vulgari et unico verbo: „Indice“, tomi „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1636. Num. 16“ item lingua vulgari uno verbo: „Tavola“, voluminis „Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1645. Num. 23“, perinde ac tomi „Lettere volgari della S. C. dell' ann. 1637. Num. 17“ index itidem solo verbo: „Tavola“, voluminis „Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21“ index lingua vulgari verbis: „Tavola delle lettere volgari degl' anni 1642 e 1643“, tomi „Lettere volgari della S. Congne dell' anno 1648. Num. 26“ index verbis: „Tavola delle lettere del presente volume“, voluminis „Lettere volg. della S. C. degli an. 1652 e 1653. Num. 29“ index verbis: „Tavola e sommarii delle lettere scritte dalla S. C. de Prop. F. nel 1652 et 1653“, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segretario dell' anno 1695. Num. 84“ index verbis: „Indice delle lettere 1695“, tomi „Lettere volgari della S. Cong dell' anno 1644. Num. 22“ index verbis: „Indice di lettere volgari dell' anno 1644“, voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segreto dell' an. 1687. Num. 76“ index verbis: „Indice delle lettere dell' anno 1687“, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr sego dell' anno 1694. Num. 83“ index verbis: „Indice delle lettere dell' anno 1694“, voluminis „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1704. Num. 93“ index verbis: „Indice delle lettere dell' anno 1704“, tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr segretaro dell' anno 1710. Num. 99“ index verbis: „Indice delle lettere della S. C. dell' anno 1710“, voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr sego dell' anno 1709. Num. 98“ index verbis: „Indice delle lettere della S. C. e di Monsr sego dell' anno 1709“, tomi „Lettere della Sac. Congrene dell' anno 1721. Num. 110“ index verbis: „Indice delle lettere della Sac. Congrene dall' anno 1721“, voluminis „Lettere di Mr segretario dell' anno 1721. Num. 111“ index verbis: „Indice delle lett. di Monsre segrio dell' anno 1721“, tomi „Lettere della Sag. Congne dell' anno 1765. Num. 206“ index verbis: „Indice delle lettere della S. Congne dell' anno 1765“, voluminis „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1765. Num. 207“ index verbis: „Indice delle lettere di Mr segretario dell' anno 1765“, tomi „Lettere della Sag. Congrene dell' anno 1792. Num. 262“ index verbis: „Indice generale delle lettere della S. Congne dell' anno 1792“, voluminis „Lettere di Monse segretao del [!] anno 1792. Num. 263“ index verbis: „Indice delle lettere di Me sego dell' anno 1792“, tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio per l' Indie Orientali dall' anno 1743 a tto il 1746. Num. 161“ index verbis: „Indice delle lettere della Sag. Congne e di Monsr segrio dell' Indie Orientali degli anni 1743, 1744, 1745, 1746“, voluminis „Lettere di Monsigre segrio dell' anno 1734“ index verbis: „Lettere di Monsigr segreto dell' a. 1734“ inscriptus est. — In tomo „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70“ primae partis indicem latine verbis: „Index personarum“ esse inscriptum supra in hacce annotatione iam ostendimus; partis autem secundae index lingua vulgari verbis: „Indice delle lettere di Monsr segrio 1681“ inscriptus est. In volumine „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ primae partis index et latine et lingua vulgari verbis: „Indice delle lettere della S. C. separato da quelle di Msr segrio. Index personarum ann. 1679 S. Cong.“, similique modo partis alterius index folio, quod nullo numero est signatum (v. supra in annot. 1109), tam latine quam lingua vulgari est inscriptus: „Per Monsre. — Index personarum 1679.“

alio loco legitur.[1136]) — Plurimis horum voluminum indicibus una sola inscriptio est; non desunt autem indices, quae duas inscriptiones, sive eodem folio, sive variis locis scriptae sunt, gerunt.[1137])

Indices ipsi ordine alphabetico sunt dispositi, excepto voluminis numero 277° signati („Lettere scritte da Padova dell' anno 1799 con un registro di grazie accordate da Padova e da Venezia circa quell' epoca") indice, qui, ad primam tomi partem spectans, ab ea separatus, in medio volumine legitur (v. supra in annot. 1133) et ordinem chronologicum tantummodo servat.[1138]) Ceterorum tomorum indices in tot partes, quot literarum formae abecedario sunt, dividuntur, quae, singulis literarum notis ex ordine inscriptae, personarum, ad quas literae datae erant, aut nomina aut indicationes (v. gr.: ‚Monsr nuntio di Polonia'), quibus initio brevissima singularum literarum summa, deinde sola intitulatio, semper autem folii (paginae) numerus addebatur, spectant.[1139]) Intus autem hae singulae cuiusvis

[1136]) In tomo „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68" ultimum literarum secretarii nomine datarum exemplar, quod folio 62° finem sumit, folio 62b haec indicis ad tomi secundam partem pertinentis inscriptio sequitur: „Indice delle lettere di Monsre segrio separato da quelle della S. Cong." (v. supra in annot. 1109), quam folio, quod nullo numero signatum est, index ipse verbis, quae in extrema annotatione 1135 attulimus, inscriptus subsequitur; similis annotatio: „separato da quelle di Mr segrio" etiam indicis ad primam eiusdem voluminis partem pertinentis inscriptioni, quam supra in eadem extrema annotatione 1135 attulimus, est addita. — In tomo „Lettere della Sag. Congne, di Monsr segrio per l' Indie Orientali dall' anno 1747 a tto il 1754. Num. 170" ante folium primum chartae scidula cernitur, cui haec verba sunt inscripta: „All [!] vol. 170: NB. L' indice è stato fatto per gli anni 1750 a tutto 1754"; haec annotatio indicem spectat, qui in extremo volumine (post folium 426um; v. supra in annot. 1129) legitur, verbis: „Indice delle lettere della Sag. Congne e di Mr segrio dell' Indie Orientali dall' anno 1747 a tutto il 1754" inscriptus. — Huc etiam annotationes: „L' indice è unito con quello della S. Congne" et „L' indice è unito assieme con quello di Monsr segrio" pertinent, quae internis utriusque partis tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segreto 1680. Num. 69" inscriptionibus (v. supra in annot. 1089 et 1104) sunt adiectae.

[1137]) Binas inscriptiones indices utriusque partis tomi „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68" gerunt (v. supra in annot. 1109, 1134, 1135, 1136): primae voluminis, quod diximus, partis index utramque inscriptionem eadem pagina, partis secundae index alteram inscriptionem folio 62b, alteram folio, quod nullo numero signatum subsequitur, scriptam habet.

[1138]) Singulae huius indicis partes seu potius singula eius folia non singularum literarum formis, sed singulorum mensium nominibus inscripta sunt et ubicunque dierum ordinem chronologicum servant.

[1139]) In primae partis tomi „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64", cuius non paginae, sed folia numeris sunt signata, indice et quidem in ea eius parte, quae litera N inscripta est, v. gr. haec legimus: „Mr Nuntio di Germania — Bosna — pag. [!] 128". Hoc igitur tempore, ad quod volumen 64um pertinet, personae, ad quam literae missae erant, nominibus sola intitulatio addi solebat, antea autem literarum concisam sententiam iis adiici solitam esse vel ipsa indicis, qui in volumine „Lettere volg. della S. C. degli an. 1652 e 1653. Num. 29" legitur, inscriptio: „Tavola e sommarii delle lettere scritte dalla S. C. de Prop. F. nel 1652 et 1653" (v. supra in annot. 1135) probat.

indicis partes, singulis literarum formis secundum abecedarii ordinem quidem inscriptae, ordinem alphabeticum initio minime servabant, sed plerumque ad exemplorum in volumine contentorum ordinem dispositae cernuntur; primus index, qui etiam in omnibus suis partibus revera ordinem alphabeticum servat, demum in tomo „Lettere della S. C., di Monsr segretario dell' anno 1701. Num. 90" legitur.[1140]) Quae intitulationes in indicibus personarum, ad quas literae missae erant, nominibus aut indicationibus addebantur, eaedem esse solent, quae literarum exemplis in eorum margine adiiciebantur; ubi vero literarum sententia in indice legitur, plerumque multo brevior quam in literarum exempli, quod spectat, margine esse solet. Contra personarum, ad quas literae datae erant, nomina index interdum aliqua annotatione seu propiore indicatione, quae in exempli, ad quod pertinet, inscriptione deest, auget.[1141])

Non omnium tomorum indices usque ad finem sunt perducti; sunt indices, qui solum partem aliquam, sive minorem, sive maiorem, abecedarii literarum continent.[1142])

Folia, in quibus literarum missarum voluminum indices scripti sunt, numeris signari non solebant; raro solum aut indicis inscriptio aut primum eius folium aliquo numero ex ordine signata cernuntur.[1143])

Modi, quibus indices literarum missarum voluminibus additi sunt, duo sunt: plurimis eiusmodi tomis indices insuti sunt, paucis tantummodo impositi sunt ita, ut facile eximi possint.[1144]) Longe plures

[1140]) Huius voluminis index verbis: „Index personarum ai 1701" inscriptus est.

[1141]) In tomo „Lettere di Monsre segrio dell anno 1736. Num. 144" ex. gr. folio 98° literarum [Philippi Mariae Monti] S. Congnis de P F. secretarii nomine missarum exemplar legitur verbis: „A Monsre d' Harrach [cui Joanni Ernesto nomen erat] 16 Maggio 1736" inscriptum, eiusdem vero voluminis index („Indice delle lettere di Monsigr segrio dell' anno 1736") in parte, quae literae H nota inscripta est, sic habet: „Monsr Harrach v[eda] ambasciatore dell' imperatore".

[1142]) Literarum missarum voluminis „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1646. Num. 24" index verbo ‚Tavola' inscriptus, litera G, tomi „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1647. Num. 25" index, item verbo ‚Tavola' inscriptus, litera S finem sumit.

[1143]) Plurimis indicibus folia nullis numeris signata esse vel ex exemplis, quae supra in annot. 1104, 1109, 1110, 1112, 1115, 1122, 1130, 1133 attulimus, apparet. — Indicis ad secundam tomi „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68" partem pertinentis prima inscriptio folio 62b legitur (v. supra in annot. 1109, 1136). Indicis ad primam tomi „Lettere scritte da Padova dell' anno 1749 ∞. Num. 277" partem pertinentis (v. supra in annot. 1133, 1138) initium (mensem Januarii anni 1799 spectans) folio, quod numero 265° signatum est, legitur, cetera vero eiusdem indicis folia nullis signata sunt numeris.

[1144]) Tomi, quibus indices non insuti, sed solum impositi sunt, hi sunt: „Lettere di Mon^r segrio anno 1783. Num. 243", „Lettere di Mon^r segrio dell' anno 1784. Num. 245", „Lettere di Monsigre segrio dell' anno 1785. Num. 247", „Lettere di Monsre segretario dell' anno 1786. Num. 249", „Lettere di Monsigre segretario dell' anno 1787. Num. 251",

tomi ex iis, quibus indices non insuti sunt, ii sunt, qui literarum secretarii nomine datarum exempla, quod ex annotatione 1144 apparet, continent; e voluminibus literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum exempla complectentibus duo soli indices, qui eximi possunt, habent.[1145])

Foliorum, quae singuli indices explent, numerus etiam dispar est non solum propterea, quod tomi maiorem exemplorum numerum continentes etiam plura indicis sui folia habere possunt, sed etiam ea de causa, quod non omnes indices eadem ratione cumque pari cura et diligentia conscripti sunt, unde fieri potuit, ut tomorum eundem fere foliorum numerum habentium indices nunc plura nunc pauciora folia habeant.[1146])

Modo simili foliorum numero ipsorum literarum missarum voluminum facies externa, ut tandem hanc materiem absolvamus, mutatur: sunt enim literarum missarum tomi, qui ne centum quidem, sunt alii, qui longe plura, quin et mille fere folia suis numeris signata praeter folia nullis numeris signata, e quibus indicis folia sunt, habent.[1147]) Inde a tempore, quo literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum exempla a literarum eius secretarii nomine datarum exemplaribus separare eiusdem S. Cong^nis cancellariae ministri coeperunt (v. supra, pag. CCCCLXI), sive utriusque generis literarum uno anno missarum exempla in unum, sive in duo volumina referebant, animadverti potest tomis literarum ipsius S. Cong^nis nomine datarum exempla continentibus et illis voluminum utriusque generis literas complectentium partibus, quae literarum S. Cong^nis de P. F. nomine scriptarum exempla continent, plerumque maiorem, quin et interdum longe maiorem foliorum numerum esse, quam aut tomis aut illis eorum partibus, in quibus literarum secretarii nomine datarum exempla leguntur, licet non desint tomi et quidem tam ipsos primos eius temporis annos, quam tempus posterius spectantes, in quibus contrarium cernitur.[1148]) Cuius rei causae variae sunt: primum du-

„Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1788. Num. 252", „Lettere di Mons^re segretario dell' anno 1788. Num. 254", „Letter[e] di Mon^r segre^o del[l'] an^o 1789. Num. 256", Lette^e di Mon^r segre^o del[l'] anno 1790. Num. 259". „Lette^e di Mo^e segre^o del[l'] anno 1791. Num. 261", „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1792. Num. 262", „Lettere di Mons^e segreta^o del[l'] anno 1792. Num. 263", „Lettere di Mons^e segreta^o del[l'] anno 1793. Num. 265", „Lettere di Mon^e segret^o dell[l'] anno 1794. Num. 267", „Lette^e di Mon^e segre^o del[l'] anno 1795. Num. 269", „Lette^e di M. segr^o d' anno 1796. Num. 271".

[1145]) V. supra in annot. 1144.

[1146]) Tomi v. gr. „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1636. Num. 16", cui folia 135 sunt (v.supra in annot. 1115), index (v. supra in annot. 1135) folia 9, voluminis „Lettere volgari della S. C. dell' an. 1638. Num. 18", cui itidem folia 135 sunt (v. supra in annot. 1109, 1130), index folia 10, tomi „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' an. 1639. Num. 19", cui folia 140 sunt (v. supra in annot. 1109, 1112, 1130), index itidem folia 10, voluminis autem „Lettere volgari della S. C. dell' ann. 1637. Num. 17", cui folia 147 sunt, index (v. supra in annot. 1135) tantummodo 8 folia habet. Tomi „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' an. 1640 e 1641. Num. 20" folia 216 continentis indici folia 14 sunt.

[1147]) Tomus v. gr. „Lette di M. segr^o d' anno 1796. Num. 271" praeter indicem, qui non insutus est (v. supra in annot. 1144), sola 30 folia, e quibus tria ultima vacua sunt, habet (v. autem ea, quae infra in annot. 1193 de tomo „Lettere della Sag. Con^e dell' anno 1796. Num. 270" dicta sunt); in volumine „Lettere volg. della S. Cong^ne degl' anni 1649, 1650. Num. 27", quamquam literarum duorum annorum spatio missarum exemplaria complectitur, solae 97 paginae (v. supra in annot. 1118) seu 48 folia (praeter indicem) numerantur; volumen „Lettere volg. della S. C. dell' an. 1651. Num. 28" sola 64 folia, tomus „Lette^e di Mo^e segre^o del an^o 1791. Num. 261" folia 66 (v. supra in annot. 1144), tomus „Lette^e di Mon^r segre^o del anno 1790. Num. 259" folia 72, volumen „Lettere di Monsig^r secret^o anno 1672. Num. 60" praeter folia numeris non signata et indicem folia 90, tomus „Lettere di Mons^re segretario dell' anno 1788. Num. 254" folia 93, e quibus folia 91 numeris sunt signata, volumen „Lettere di Mons^re segreta^o del anno 1792. Num 263" folia 93, e quibus 92 folia numeris signata sunt, et indicem non insutum (v. supra in annot. 1135, 1144), tomus „Lettere di Monsr segr^io dell' anno 1756. Num. 189" aeque ac tomus „Lettere di Monsr segr^io dell' anno 1747. Num. 169" et volumen „Lettere di Mon^e segret^o del anno 1794. Num. 267" folia 94, volumen „Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59" folia 96, tomus „Lettere di Mons^e segreta^o del anno 1793. Num. 265" (v. supra in annot. 1107, 1144) folia 98, volumen „Lettere circa la Grecia et Arcipelago dal anno 1665 sino 1668 incluse. Num. 48" folia 99, nullum autem indicem, tomus „Registro di lettere di Monsr secret^o 1673. Num. 62" folia 101 habet; contra in tomo „Lettere di M^r segretario dell' anno 1721. Num. 111" praeter indicis folia nullis numeris signata (v. supra in annot. 1068, 1096, 1135) folia numeris signata 502, in volumine „Lettere della Sac. Cong^ne del 1772. Num. 220" praeter indicem folia 653, in tomo „Lettere della Sac. Congre^ne dell' anno 1721. Num. 110" praeter indicem (v. supra in annot. 1135) folia 753, in volumine „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1785. Num. 246" folia 835, in tomo „Lettere della Sac. Congrega^e e di Monsr segreta^o dell' anno 1720. Num. 109" praeter indicem folia 921, in volumine „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1780. Num. 236" praeter indicem (v. supra in annot. 1112, 1130) folia 949, e quibus 14 nullis numeris signata, 12 autem vacua sunt (v. supra in annot. 1108, 1114, 1115), in tomo „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1778. Num. 232" praeter indicem folia 954 et nonnulla numeris non signata (v. supra in annot. 1112, 1130), in volumine „Lettere della Sagra Congregaz^ne dell' anno 1783. Num. 242" folia 965, e quibus duo prima numeris non signata (v. supra in annot. 1088) sunt, in tomo „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1781. Num. 238" folia 995, in volumine „Lettere della Sagra Cong^ne dell' anno 1784. Num. 244" praeter indicem folia 1000 numerantur. — Quot folia nonnullis aliis literarum missarum tomis sint, ex annotationibus 1109, 1110, 1112, 1115, 1121, 1122, 1130, 1133 apparet. V. etiam infra in annot. 1148, 1150—1154, 1158, 1159.

[1148]) Tomus v. gr. „Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59" folia 96, tomus autem „Lettere di Monsig^r secret^o anno 1672" ad eundem annum pertinens folia 90 (v. supra in annot. 1147) habet. In volumine „Registro di lettere della S. C. 1673. Num. 61" folia 173, in tomo altero, eundem annum spectante, quod verbis: „Registro di lettere di Monsr secret^o 1673" inscriptum est, sola folia 101 (v. supra in annot. 1147) numerantur. Voluminis „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63" pars prima: „Registro delle lettere della S. Cong^ne x" folia 126 et praeter indicem folia 24 folia vacua, pars secunda secretarii literas continens, sola 40 folia habet. Tomi „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64" (v. supra in annot. 1089) pars prima literarum S. Cong^nis de P. F. nomine datarum exempla continens folia 129 praeter 15 folia vacua, pars altera literarum secretarii nomine missarum exemplaria complectens folia 94 et 7 vacua habet. In prima voluminis

bium esse non potest, quin literae S. Cong^nis^ de P. F. nomine scriptae crebriores esse debeant, cum in ipsa eius institutione statutum sit, ut literis eiusdem S. Cong^nis^ nomine dandis cardinalis

„Registro di lettere della S. C. del 1676 Num. 65“ parte verbis: „Registro di lettere per la S. C. 1676“ intus inscripta praeter indicem et unum (primum) folium nullo numero signatum folia 72, e quibus 10 vacua sunt, in parte altera verbis: „Lettere di Monsr Cerri segretario“ inscripta folia 58 (praeter indicem) numerantur. Tomi „Registro di lettere 1677. Num. 66“ pars prima („Registro di lettere della S. Cong^ne^ li primo Gennaro 1677“ — v. supra in annot. 1089, 1095) praeter indicem folia 94, e quibus duo prima et duo ultima numeris non sunt signata, pars altera („Registro di lettere di Mons^re^ segr^io^ del 1677“) folia 78, quae index (v. supra in annot. 1131) et plura folia vacua sequuntur (v. supra in annot. 1110, 1112), habet. In voluminis „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ parte prima verbis: „Registro di lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1679“ inscripta praeter indicem (v. supra in annot. 1133—1136) folia 90, in eius parte altera, quae verbis: „Registro di lettere di Monsr segr^io^ dell' anno 1679“ est inscripta, praeter indicem folia 62 numerantur. In tomo „Lettere della S. C. e di Mons. segret^o^ 1680. Num. 69“ literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine missarum exempla, quae in secunda eius parte leguntur (v. supra in annot. 953, 1089), folia 91 (inde a folio 100° usque ad folium 190um) explent, literarum autem secretarii nomine datarum exempla, quae in prima voluminis parte leguntur, folio 86° finem capiunt. Tomi „Lettere della S. Cong^ne^ e di Monsr segr^io^ dell' anno 1705. Num. 94“ pars prima („Lettere della S. Cong^ne^ 1705“) folia 81 explet, partis alterius exempla, folio 87° incipientia, folio 154° finem sumunt. Maior in utriusque partis foliorum numero differentia in volumine „Lettere della S. Cong^ne^ e di Monsr seg^o^ dell' anno 1706. Num. 95“ cernitur, ubi literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine scriptarum exempla folia 129, literarum vero secretarii nomine missarum exemplaria 71 folia eaque numeris 134°—202° signata et duo folia nullis numeris signata (v. supra in annot. 1109, 1115) explent. Etiam maior differentia in tomo „Lettere della S. Cong^ne^ e di M^re^ segr^io^ dell' anno 1712. Num. 101“ animadvertitur, cuius pars prima S. Cong^nis^ literarum exempla continens folia 238 et duo folia vacua, pars altera, in qua secretarii literae leguntur, sola 114 folia habet. Multo maiorem differentiam eiusmodi in nonnullis aliis tomis cernimus atque videmus: volumen ex. gr. „Lettere della S. Congregaz^ne^ dell' anno 1756. Num. 188“ praeter indicem folia 309, tomus autem literarum secretarii nomine eodem anno missarum exemplaria complectens („Lettere di Monsr segr^io^ dell' anno 1756. Num. 189“) praeter indicem sola folia 94 (v. supra in annot. 1147) numerat; volumen „Lettere della Sac. Cong^ne^ dell' anno 1744. Num. 162“ folia 429 et praeter indicem unum folium vacuum, tomus autem „Lettere di Mon^re^ segr^io^ dell' anno 1744. Num. 163“ praeter indicem sola folia 115 et tria vacua habet; in volumine „Lettere della S^a^ Cong^ne^ dell' anno 1762. Num. 200“ praeter indicem folia 504 atque 4 vacua, in tomo „Lettere di M^r^ segretr^io^ dell' an^o^ 1762. Num. 201“ praeter indicem sola 138 folia numerantur; volumini „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1777. Num. 230“ praeter indicem folia 670 atque 9 folia vacua, tomo „Lettere di Monsig^r^ segr^io^ dell' anno 1777. Num. 231“ praeter indicem sola 145 folia et 5 vacua sunt; tomus „Lettere della Sagra Cong^ne^ dell' anno 1784. Num. 244“ praeter indicem folia 998 et duo vacua, volumen vero „Lettere di Mon^r^ segr^io^ dell' anno 1784. Num. 245“ ne sextam quidem huius foliorum numeri partem, folia dico 157, habet; in tomo „Lettere della Sagra Cong^ne^ dell' anno 1789. Num. 255“ praeter indicem folia 735, in volumine „Letter[e] di Mon^r^ segre^o^ del an^o^ 1789. Num. 256“ folia 74 et novem vacua, quae vix decimam illius foliorum numeri partem efficiunt, cernuntur; tomus autem „Lette^e^ di Mon^r^ segre^o^ del anno 1790. Num. 259“, cui praeter indicem non insutum et unum folium vacuum folia 71 sunt, ne decimam quidem foliorum numeri partem, qui in tomo „Lettere della Sagra Congre^ne^ dell' anno 1790. Num. 258“ cernitur atque videtur (folia dico 810 praeter unum vacuum et indicem), habet. — C o n t r a r i u m in tomis ad ipsum an. 1670, quo literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine datarum exempla a literarum secretarii nomine missarum exemplaribus separari coepta sunt, pertinentibus animadvertitur: volumen enim

praefectus et S. Cong^nis^ de P. F. secretarius nomina subscribant, nullibi vero definitum sit, ut solus S. Cong^nis^ secretarius literas det, quae in literarum missarum tomos referantur et hoc modo quasi sanciantur;[1149]) qui mos demum progrediente tempore, licet negari non possit iam a primo S. Cong^nis^ de P. F. secretario, Francisco Ingoli, permultas literas S. Cong^nis^ ipsius negotia spectantes esse scriptas, se etulit et postmodum valde crevit, demum autem — saeculo XVIII° vertente — deminui coepit,[1150]) id quod etiam de singulorum secre-

„Registro delle lettere dal 1670 della S. C. Num. 55“ folia 116, tomus autem „Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56“ folia 181 numerat. Modo simili in tomo ad proximum annum spectante „Lettere della S. Congreg. 1671. Num. 57“ sola folia 143, in volumine vero „Lettere di Monsr secretario del 1671. Num. 58“ folia 197 sunt. Item in tomo „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine scriptarum exempla (v. supra in annot. 1095) folia 78 et unum (primum) nullo numero signatum, ubi interna primae partis inscriptio legitur, explent, secretarii vero literarum exmplaria folia 84, quibus duo alia addi debent (v. supra in annot. 1095, 1122), implent, parique modo voluminum omnium inde a tomo „Lettere della S. C. e di Monsr segret. 1681. Num. 70“ usque ad tomum „Lettere della S. Cong^ne^ e di Monsr segr^io^ dell' anno 1704. Num. 93“ prima pars literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine missarum exemplaria continens minorem foliorum numerum quam pars altera habet, differentia vero utriusque numeri non tanta, quantam superius animadvertimus, esse solet: voluminis v. gr. numero 70° signati, quod modo tetigimus, pars prima folia 95, pars altera folia 102, tomi numero 93° signati, quem etiam diximus, pars prima folia 70, pars altera folia 86, voluminis „Lettere della S. Cong. e di Monsr segr^io^ dell' anno 1682. Num. 71“ pars prima folia 79, altera folia 139, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segr^io^ dell' anno 1683. Num. 72“ prima pars folia 72, pars altera folia 185, voluminis „Lettere della S. C. e di Monsr segret. dell' anno 1684. Num. 73“ prima pars folia 54, altera autem folia 144, tomi „Lettere della S. Cong^ne^ e di Monsr segr^io^ dell' anno 1692. Num. 81“ prima pars folia 51, pars autem altera quadruplo maiorem foliorum numerum, 204 dico folia, tomi „Lettere della S. C. e di Monsr segret^o^ dell' anno 1691. Num. 80“ prima pars sola 24 folia, pars vero secunda quinquies tanta, 127 dico, folia habet.

[1149]) V. supra, pag. CCCXLI, CCCXLII.

[1150]) Id vel ex iis, quae paulo superius (in annot. dico 1147 et 1148) sunt allata patet; sed, ut res etiam clarius appareat, opus est, ut haec notemus: id quidem verum est, quod ne primis quidem annis post literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine datarum a literarum secretarii nomine missarum exemplis factam separationem nonnulli tomi aut eorum partes exempla huiuscemodi (literarum secretarii nomine dico scriptarum exemplaria) continentes multo plura quam centum folia numerant, alii vix centum, alii etiam minorem foliorum numerum habent, qua in re a voluminibus literarum secretarii nomine seculo XVIII° exeunte missarum exempla complectentibus parum differunt, sed differentia augetur, quando tomorum S. Cong^nis^ de P. F. literas continentium ratio simul habetur: tam enim tomus „Lettere di Monsig^r^ secret^o^ anno 1672. Num. 60“, quam volumen „Lettere di Mon^e^ segret^o^ dell' anno 1794. Num. 267“ folia nonagena (v. supra in annot. 1147, 1148) numerant, tomus vero „Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59“ sola folia 96 (v. supra in annot. 1148), volumen „Lettere della Sagra Congre^ne^ dell' anno 1794. Num. 266“ folia 687 habet; tomo „Lettere scritte da Monsr seeretario 1670. Num. 56“ aeque ac volumini „Lettere di Mons^re^ segr^io^ dell' anno 1758. Num. 193“ folia 181 sunt, in tomo autem „Registro delle lettere dal 1670 della S. C. Num. 55“ sola folia 116 (v. supra in annot. 1148), in volumine „Lettere della Sagra Congreg^ne^ dell' anno 1758. Num. 192“ folia 421 praeter tria vacua numerantur; tomi „Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68“ pars secunda verbis: „Registro di lettere di Mons^re^ segr^io^ dell' anno 1679“ intus inscripta perinde ac volumen

tariorum indole pendebat: qui enim literis dandis oblectabantur, plures nimirum literas mittebant, quam secretarii, qui aut inviti scribebant, aut valetudine adversa impediebantur.[1151]) Tum literarum S. Cong^nis

„Lette di Mo^e segre^o del an^o 1791. Num. 261“ folia 62 (praeter 4 vacua) habet, tomi vero numero 68° signati, quem modo diximus, pars prima („Registro di lettere della S. Cong^ne dell' anno 1679“) sola folia 90, volumen „Lettere della Sagra Congre^ne dell' anno 1791. Num. 260“ folia 646 numerat; voluminis „Lettere della S. C^ne e di Monsr segr^o dell' anno 1703. Num. 92“ parti secundae literarum secretarii nomine missarum exempla continenti (v. supra in annot. 1088), quae folio 67° incipit folioque 141° finem sumit, aeque ac tomo „Letter. di Mon^r segre^o del an^o 1789. Num. 256“ folia 74, tomi vero numero 92°, quem modo diximus, signati primae parti („Lettere per il sig^r card^l prefetto 1703“) folia 61 et volumini „Lettere della Sagra Congre^ne dell' anno 1789. Num. 255“ folia 735 sunt.

[1151]) E S. Cong^nis de P. F. secretariis, qui multum scribebant, Fridericus Ubaldi Baldeschi erat, cuius tempore (anno 1670) utrumque literarum genus separari coeptum est: tomus enim literarum eius nomine ipso anno 1670 missarum exemplaria continens („Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56“) aeque ac volumen eiusmodi ad annum 1671 spectans („Lettere di Monsr secretario del 1671. Num. 58“) maiorem foliorum numerum habet, quam tomi literarum S. Cong^nis de P. F. nomine iisdem annis datarum exempla complectentes, e quibus primus („Registro delle lettere dal 1670 della S. C. Num. 55“) sola 116 folia (v. supra in annot. 1148, 1150), alter 143 folia numerat; volumen vero „Lettere di Monsig^r secret^o anno 1672. Num. 60“ paulo minorem foliorum numerum (90 dico) habet, quam tomus „Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59“, cui folia 96 (v. supra in annot. 1148, 1150) sunt. Contra autem tomi „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63“ pars secunda literarum Francisci Ravizza secretarii, qui diu aegrotabat, nomine anno 1674 missarum exempla continens, longe minorem foliorum numerum (40 dico), quam pars prima (126 dico) habet. Modo simili omnium fere tomorum ad eius successoris, Urbani Cerri, tempus pertinentium partes literarum huiusce secretarii nomine datarum exempla continentes minorem foliorum numerum habent, quam partes literarum S. Cong^nis de P. F. nomine scriptarum exemplaria complectentes, differentia vero inter utramque cuiusvis voluminis partem tanta esse non solet, quantam in tomo Francisci Ravizza aetatem spectante animadvertimus: anno 1675, quo Urbanus Cerri demum mense Junio S. Cong^nis de P. F. cancellariam gubernare coepit, folia 94 contra 129 (v. supra in annot. 1148), anno 1676 folia 58 contra 62 (v. ibidem), anno 1677 folia 78 contra 90 (v. ibid.), anno 1679, quo secretarius hic mense Augusto fato cessit (v. supra in annot. 68), folia 62 contra 90 (v. ibid.); solius voluminis „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67“ pars secunda verbis: „Registro di lettere di Monsr segr^io cominciato il primo Gennaro 1678“ intus inscripta plura folia (84 dico), quam pars prima, cui folia 78 sunt, numerat. Contra Eduardi Cybo secretarii tempore, qui Urbano Cerri anno 1680 ineunte successit, solius tomi ad annum 1680 pertinentis pars eaque prima (v. supra in annot. 953) literarum secretarii nomine missarum exemplaria complectens minorem foliorum numerum (86), quam pars altera (90) habet; in omnibus ceteris voluminibus huius secretarii tempus spectantibus pars (eaque secunda) literarum secretarii nomine datarum exempla complectens maiorem, quin et multo maiorem foliorum numerum habet, quam pars S. Cong^nis ipsius literarum exempla continens, et quidem in tomo 70° folia 102 contra 95, in volumine 71° folia 221 contra 79, in tomo 72° folia 185 contra 72, in tomo 73° folia 144 contra 54 (v. supra in annot. 1148), in volumine 74° folia 107 contra 77, in tomo 75° folia 135 contra 56, in volumine 76° folia 97 contra 67, in tomo 77° folia 81 contra 46, in tomo 78° folia 144 contra 53, in volumine 79° folia 148 contra 53, in tomo 80° folia 127 contra 24 (v. supra in annot. 1148), in tomo 81° folia 204 conrra 51 (v. ibidem), in volumine 82° folia 205 contra 55, in tomo 83° folia 188 contra 78, in tomo 84° ad annum 1695 spectante, quo Eduardus Cybo usque ad mensem Septembrem secretarii munus sustinuit, folia 150 contra 67. Si huius secretarii officio differentia ad foliorum numerum pertinens pro tomorum partibus literarum secretarii nomine

de P. F. ipsius nomine datarum tomos vel voluminum, quae literarum tam S. Cong^nis de P. F., quam eius secretarii nomine missarum exemplaria in vicem separata complectuntur, partes literarum secretarii nomine scriptarum exempla, quae in eos vel eas referebantur etiam, postquam utriusque generis literarum exempla separari coepta sunt,[1152]) maiores faciunt. Contra autem literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum volumina minora quam tomi literarum secretarii nomine scriptarum exemplaria continentes esse poterant annis, quibus cardinales menses aliquot in eligendo summo pontifice consumpserunt, quamvis ne in conclavi quidem S. Cong^nis de P. F. negotia prorsus dormirent, quod superius suo loco (pag. CCCCX et annot. 892) iam significatum est.[1153]) Modo simili tomi eorumve partes lite-

datarum exempla continentibus potius progrediente tempore crescebat, in literarum missarum tomis Caroli Augustini Fabroni, eius successoris, aetatem spectantibus contrarium cernimus atque videmus, nam in volumine 85° secretarii literarum exempla (in tomi parte secunda) folia 96, S. Cong^nis autem literarum exempla (in tomi parte prima) sola 41 folia explent, in tomi 86^i parte secunda folia 236, in parte prima sola folia 86, in voluminis 87^i secunda parte folia 119, in prima folia 80, in tomi 88^i parte secunda folia 164, in prima 96, in voluminis 89^i parte secunda folia 211, in prima 136, in tomi 90^i parte secunda folia 140, in prima 83, in secunda voluminis 91^i parte folia 96, in prima parte 81, in tomi 92^i parte secunda folia 74, in prima 61, in voluminis 93^i secunda parte folia 85, in eius parte prima folia 70 numerantur, in tomo autem 94° pars prima, S. Cong^nis de P. F. literarum exemplaria continens, iam maiorem foliorum numerum (81), quam pars secunda, cui sola 71 folia sunt, habet, idemque in volumine 95° spectante ad annum 1706, quo et quidem mense Maio Carolus A. Fabroni cardinalis creatus est, animadvertimus; prima enim huius tomi pars folia 129, secunda pars (secretarii literae) sola 71 folia (v. supra in annot. 1148) numerat. Inde ab hoc anno semper fere, solis duobus tomis exceptis (v. infra in annot. 1153), tam voluminum utriusque generis literas complectentium partes, quam tomi literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum exempla continentes maiorem foliorum numerum habent, quam tomi vel eorum partes secretarii literas complectentes.

[1153]) In volumine v. gr. „Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59“, in quo paulo plura folia, quam in tomo „Lettere di Monsig^r secret^o anno 1672. Num. 60“ (96 contra 90, v. supra in annot. 1151) numerantur, in nonnullorum exemplarium margine nota: „per Mons^re“ legitur. Idem etiam de tomo „Registro di lettere della S. C. 1673. Num. 61“ (v. supra in eadem annot. 1151) dictum esse puta. Eandem notam etiam in prima voluminis „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 63“ et in secunda (v. supra in annot. 953) tomi „Lettere della S. C. e di Mons. segret^o 1680. Num. 69“ parte literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum exempla continente (v. supra in annot. 954, 1148, 1151) perinde ac in primis tomorum „Registro delle lettere della S. C. 1675. Num. 64“ (v. supra in annot. 954, 1122, 1148, 1151) et „Registro di lettere della S. C. del 1676. Num. 65“ (v. ibidem) partibus passim reperimus. His igitur literarum secretarii nomine scriptarum exemplis differentia, quam in foliorum numeris inter singulos tomos aut singulorum voluminum partes superius in annotatione 1151 pro literis S. Cong^nis de P. F. nomine datis notavimus, diminuitur, contra autem eaedem notae in tomis „Registro delle lettere dal 1670 della S. C. Num. 55“ et „Lettere della S. Congreg. 1671. Num. 57“ differentiam, quam simili modo in eadem annot. 1151 pro literarum secretarii nomine missarum tomis animadvertimus, etiam augent.

[1153]) Quantum conclave, quod diutius duravit, etiam tempore, quo tomis S. Cong^nis de P. F. literarum exempla continentibus maior foliorum numerus quam voluminibus, in

rarum secretarii nomine datarum exempla continentes deminui poterant annis, quibus secretarii mutabantur, sive prosecretarius iis suffectus est, sive non;[1154]) temporibus autem posterioribus, saeculo XVIII° dico exeunte, haec res nullius nomenti erat, cum cardinalis prae-

quae literarum secretarii nomine datarum exempla referebantur, esse solebat, hac in re valuerit, haec exempla probant: anno 1730, quo Benedictus XIII. die 21. Februarii sua morte defunctus est, Vincentius cardinalis Petra, S. Congnis de P. F. praefectus, iam die 4. Martii (conf. C. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, tom. XIV. pag. 71) conclave intrasse videtur, in quo Laurentius cardinalis Corsini demum die 12. Julii summus pontifex (Clemens XII.) electus est; in volumine S. Congnis de P. F. literas anno, quem modo diximus, missas complectente („Lettere della Sag. Congne dell' anno 1730. Num. 130") folia 186 (v. supra in annot. 1129), in tomo autem „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1730. Num. 131" folia 386 numerantur, licet eodem anno etiam in secretarii munere commutatio facta sit (v. supra in annot. 68); anno autem proxime superiore (1729) volumini „Lettere della Sa Congne dell' anno 1729. Num. 128" folia 325 (v. supra in annot. 1118), tomo „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1729. Num. 129" sola folia 229 sunt annoque subsequente (1731) in tomo „Lettere della Sa Congne dell' anno 1731. Num. 132" folia 319, in volumine „Lettere di Monsr sego dell' anno 1731. Num. 133" sola folia 233 sunt. — Tempore, quo Philippus Maria Monti S. Congnis de P. F. secretarii munus gessit, omnes fere tomi literarum eius nomine scriptarum exemplaria complectentes minorem foliorum numerum, quam volumina, in quibus S. Congnis ipsius literae leguntur, habent: tomus v. gr. „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1739. Num. 151" sola folia 182, volumen autem „Lettere della S. Congne dell' anno 1739. Num. 150" folia 360, tomus „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1741. Num. 156" folia 161, volumen vero „Lettere della Sag. Congne dell' anno 1741. Num. 155" folia 230 numerat; contra autem in tomo „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1740. Num. 154" folia 221, in volumine „Lettere della Sag. Congne dell' anno 1740. Num. 153" sola folia 108 sunt, cuius rei causa conclave, in quo Clementi XII° e vita die 6. Februarii profecto Prosper Lambertini (Benedictus XIV.) die 17. Augusti successor datus est, fuit. — Tempore, quo tomis vel eorum partibus literarum secretarii nomine missarum exempla continentibus foliorum numerus maior quam aut voluminibus aut eorum partibus literarum S. Congnis de P. F. nomine datarum exemplaria complectentibus erat, conclave, si diutius duravit, differentiam inter huius utriusque generis tomos vel eorum partes, quod ad foliorum numerum pertinet, ampliorem pro secretarii literis reddere potuit. Id v. gr. tomus „Lettere della S. C. e di Monsr segreto dell' anno 1691. Num. 80" probat, cuius secunda pars, in qua secretarii literae leguntur, 126 folia, pars prima vero sola 24 folia numerat (v. supra in annot. 1148, 1151); anno, quem tomus hic spectat, post Alexandri VIII. obitum conclave, in quo Antonius Pignattelli (Innocentius XII.) summus pontifex electus est, inde a die 12. Februarii usque ad diem 12. Julii (v. C. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, tom. XV. pag. 288) durabat. Tomi annum proxime superiorem (1690) spectantis („Lettere della S. Cong. e di Monsr segreto 1690. Num. 79") pars secunda 148, pars prima 53 folia, voluminis annum subsequentem (1692) spectantis („Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1692. Num. 81" pars secunda folia 204, pars prima 51 folia (v. supra in annot. 1148, 1151) numerat; tomi numero 79° signati pars secunda igitur ne ter quidem tantum, voluminis nnmero 81° signati pars secunda quadruplo tantum, tomi autem 81i pars secunda quinquies tantum foliorum et amplius habet, quam quot folia eorundem voluminum partes primae numerant.

[1154]) Tomi v. gr. ad annum 1679, quo Urbanus Cerri secretarius et Dominicus Corsi prosecretarius S. Congnis de P. F. cancellariam regebant (v. supra in annot. 68), pertinentis („Lettere della S. Cong. 1679. Num. 68") pars secunda, intus verbis: „Registro di lettere di Monsre segrio dell' anno 1679" inscripta, sola folia 62 (v. supra in annot. 1148, 1150) habet, cum tomi „Registro di lettere dell' 1678. Num. 67" pars secunda („Registro di lettere di Monsr segrio cominciato il 1. Gennaro 1678") folia 84 et voluminis „Lettere della

fectus secretarii, qui deerat, vices suppleret,[1155]) unde apparet his temporibus huius utriusque generis, S. Congnis de P. F. inquam et eius secretarii, literas tam plane et accurate iam distinctas esse, ut certi generis literas secretarius solus, caeteras S. Congo de P. F. nomine suo scriberet, secretario autem impedito, ne suo officio fungi posset, literas eius nomine mittendas cardinalis praefectus quidem daret, sed earum exempla in tomos literarum secretarii nomine missarum exempla continentes referri solerent. Quae hac aetate a S. Congnis de P. F. secretario scribendae erant, responsiones ad nonnullas e literis in cardinalis praefecti cum secretario congressibus recitatis dandae atque plurimi e codicillis ad S. Congnis de P. F. cardinales Romae commorantes variosque Romanae curiae magistratus (v. supra, pag. CCCLV, CCCLXII) mittendis fuisse videntur; codicillorum autem numerus literarum numerum in voluminibus se-

S. C. e di Mons. segreto 1680. Num. 69" pars prima verbis: „Registro di lettere di Monsr segrio dell' anno 1680" inscripta (v. supra in annot. 953) folia 86 numerat, literarum autem S. Congnis de P. F. datarum exempla in volumine 68° folia 90, in tomo 67° sola 78 et in volumine 69° folia 90 explent. — Tomus „Registro di lettere di Monsr secreto 1673. Num. 62" annum 1673 spectans, quo Friderico Ubaldi Baldeschi secretario Urbanus Cerri prosecretarius mense Martio et Franciscus Ravizza secretarius die 20. Novembris successerunt, literarum, quibus dies 25. Novembris 1673 ascriptus est, exemplo finem iam capit solaque folia 101 numerat, cum volumini „Registro di lettere della S. C. 1673. Num. 61" folia 173 (v. supra in annot. 1147, 1152) sunt. — Quanto Caroli Augustini Fabroni, S. Congnis de P. F. secretarii, tempore secundae tomorum partes, literarum secretarii nomine missarum exemplaria continentes, primas eorundem tomorum partes, in quibus S. Congnis ipsius literae leguntur, usque ad annum 1701 superaverint, in annot. 1151 ostenditur; anno autem 1702, quo secretarii, quem modo diximus, absentis munere Antonius Banchieri prosecretarius menses aliquot functus est (v. supra in annot. 68), partis secundae foliorum numerus valde decrevit, et, quamquam tomi „Lettere della S. Congne, di Mon. segretaro 1702. Num. 91" pars secunda totidem (96) folia habet, quot folia secundae voluminis „Lettere della S. C. e di M. segr. dell' anno 1696. Num. 85" parti sunt, differentia foliorum numeri inter has secundas et primas utriusque tomi partes anno 1702 magnopere deminuta est (v. supra in annot. 1151), quae deminutio postea perduravit, et mox — iam anno 1705, eodem, quem diximus, secretario S. Congnis de P. F. cancellariam regente — pars tomi ad annum huncce spectantis secunda minorem foliorum numerum, 71 dico, quam pars prima (81) habuit (v. supra in annot. 1151). Anno subsequente, quo secretario Carolo Aug. Fabroni cardinali creato, primum Ulyxes Josephus Gozzadini prosecretarius, deinde Antonius Banchieri secretarius successerunt, pars voluminis „Lettere della S. Congne e di Monsr sego dell' anno 1706. Num. 95" secunda, secretarii literas complectens, totidem quidem folia (71), quot secunda tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1705. Num. 94" pars numerat, sed prima huiusce voluminis pars sola 81 folia, prima vero tomi numero 95° signati folia 129 numerat. — Anno 1707, quo Antonio Banchieri secretario Silvius de Cavalieri secretarius substitutus est, foliorum secundae tomi „Lettere della S. Congne e di Monsr sego dell' anno 1707. Num. 96" partis numerus quidem aliquantum excrevit (112 folia contra 148 primae partis folia), at non tantum, quantum anno proximo: tomi enim „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1708. Num. 97" pars secunda secretarii literas continens folia 277 (contra 291 primae partis folia) habet.

[1155]) V. supra, pag. CCCXLII—CCCXLIII et annot. 788—790.

cretarii literas continentibus saeculo XVIII° iam iam exeunte multum superat.

Foliorum numerus in literarum missarum voluminibus ex eorum, qui literarum codicillorumque commentarios in ea referebant, scriptura pendet. Quo loco dici potest tomos, qui S. Cong^nis de P. F. initia atque praesertim Francisci Ingoli, primi eiusdem S. Cong^nis secretarii, tempus spectant, literis cum lepidioribus tum spissioribus scriptos esse quam volumina ad posteriores annos spectantia, in quibus etiam loci vacui inter singula exempla etiam in eandem paginam relata progrediente tempore crescunt, ut alios locos vacuos, qui inter singulorum mensium exempla cernuntur atque videntur,[1156]) silentio praeteream. Quod hic de tota literarum missarum serie dictum est, interdum in singulis voluminibus mediis animadverti potest.[1157])

Quia, quo minor foliorum numerus volumini erat, eo angustius eius tergum reddebatur, opus erat, ut inscriptiones, quae a tomorum tergo poni solebant, plus minusve — secundum foliorum numerum — abbreviarentur,[1158]) de qua consuetudine supra (pag. DXXXIII et in annot. 1082) mentionem iam intulimus; dissimulari autem non debet non omnium voluminum, in quibus pauca folia numerantur, inscriptiones a tergo multum abbreviatas esse; contra ne tomorum quidem, quibus magnus foliorum numerus est, inscriptionibus abbreviationes semper desunt.[1159])

Nunc ad quaestionem venimus, quae fides literarum missarum tomis tribuenda sit. Quae hanc rem spectant, plurimis locis iam

[1156]) V. supra, pag. DXLVI.

[1157]) In volumine v. gr. „Lettere della S. Congne dell' anno 1746. Num. 166" folio 159, ubi literarum die 6. Augusti 1746 datarum exemplar legitur, literae minus compositae nec clarae incipiunt.

[1158]) Hoc loco v. gr. voluminis „Lettere della S. Congreg. 1671. Num. 57", in quo folia 143 numerantur (v. supra in annot. 1148, 1151), inscriptionem cum tomi „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1761. Num. 198", cui folia 453 sunt, inscriptione atque voluminis „Lettee di Moe segreo del ano 1791. Num. 261", quod folia 62 praeter 4 vacua (v. supra in annot. 1147, 1150) habet, et tomi „Lettee di M. segro d' anno 1796. Num. 271", cui folia 30 (v. supra in annot. 1147) sunt, inscriptionem cum tomi „Lettere di Mr segretario dell' anno 1721. Num. 111", qui folia 502 numerat, inscriptione confer.

[1159]) Tomi v. gr. numero 274o signati, qui sola folia 131 (v. supra in annot. 1119) habet, inscriptio, quae ab eius tergo verbis: „Lettere di Monsr segretrio dell' anno 1797" scripta est, sane paulum abbreviata est; eam cum voluminis numero 111o signati et multo maiorem foliorum numerum tenentis inscriptione, supra in extrema annotatione 1158 allata, comparare velis. — Simili modo voluminis 27i sola 49 folia (97 paginas) numerantis inscriptio: „Lettere volg. della S. C. degl' anni 1649, 1650" ne tam quidem abbreviata est, quam tomi numero 30o signati foliaque 126 praeter aliquot vacua continentis inscriptio, quae

tetigimus, sive de literis ipsis earumque commentariis, sive de modo et tempore, quo in volumina referri solebant, tractavimus.

Et primum, quod ad literas ipsas pertinet, lectoris animus ad ea advertendus est, quae supra de mutabilitate et instabilitate, quam in iis et singulis earum partibus atque praesertim in allocutione et salutatione deprehendimus, sunt dicta,[1160]) neque tam levis momenti sunt, ut silentio praetereundae esse videantur; quia enim v. gr. cardinalis praefectus in suis literis ad sedis apostolicae nuntios datis nunc modo, quem S. Cong° de P. F., nunc eo, quem S. Cong^nis de P. F. secretarius sequebatur, in allocutione utebatur,[1161]) si cui literarum eiusmodi in volumen relatarum exemplo (quod facile fieri potuit) in margine annotatio[1162]) deest, quae indicet literas ipsas a cardinali praefecto esse missas, et salutatio in extremis literis posita in exemplo in volumen relato nimium abbreviata aut omnino praetermissa est, dubium nascitur, cuius (utrum S. Cong^nis, an cardinalis praefecti, an secretarii) nomine literae ipsae scriptae sint. Deinde modus, quo in S. Cong^nis de P. F. cancellaria dies literis literarumque commentariis ascribi solebat,[1163]) non contemnendorum errorum causa esse potuit saepeque re vera fuit, quod suo loco iam ostensum est.[1164]) Tum modus, quo literis tam S. Cong^nis de P. F., quam secretarii nomine datis nomina subscribi solebant,[1165]) quia neque cardinalis praefectus ipse neque secretarius semper nomen subnotabant, sed in utriusque vicem hoc munus nonnunquam alii explebant,[1166]) et quia nomina literis subscripta in literarum missarum tomis semper omitti solebant,[1167]) quaestionem, quae nomina (quod nomen)

est: „Lettere volg. della S. C. degli an. 1654 e 1655". — Item voluminis 74i sola 184 folia habentis inscriptionem „Lettere della S. C. e di Monsr secreto dell' anno 1685" cum tomi 106i folia 378 tenentis inscriptione: „Lett. della Sac. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1717" et cum tomi numero 151o signati, cui itidem 184 folia (v. supra in annot. 1153) sunt, inscriptione: „Lettere di Monsre segrio dell' anno 1739" confer. — Tomi „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1787. Num. 250", in quo 804 folia numerantur, inscriptio sine ulla quidem abbreviatione scripta est, at in voluminis „Lettere della Sagra Congne dell' anno 1784. Num. 244", cui folia 1000 (v. supra in annot. 1147, 1148) sunt, inscriptione abbreviatio animadvertitur.

[1160]) V. supra, pag. CCXCII, CCXCV, CCXCVI, CCXCIX, CCCI, CCCII, CCCVII, CCCXIII, CCCXVII, CCCXVIII, CCCXX—CCCXXXI.

[1161]) V. supra, pag. CCCXVII.

[1162]) V. supra, pag. CCCCLI.

[1163]) V. supra, pag. CCCXXXII—CCCXXXIX, DIII—DIV.

[1164]) V. supra, pag. DXIV et in annot. 1019.

[1165]) V. supra, pag. CCCXLI—CCCXLIV.

[1166]) V. supra, in annot. 641, 786—790.

[1167]) V. supra, pag. CCCCXXX.

his et illis literis subscripta sint, in medio relinquit. Item modus, quo literarum in congressu cardinalis praefecti cum secretario scribi iussarum commentarii exarari solebant, lectorem facile fallere potest, cum iis literarum in aliqua congregatione decretarum speciem praebeat.[1168]) Denique, ut alia taceamus, ne menda quidem, quae in literis ipsis lectorum oculis crebra occurrunt,[1169]) sive eorum culpa in annotationibus, quae literis allatis adiici in S. Congnis de P. F. cancellaria solebant, sive in decretis a S. Congne factis, sive in mandatis abbreviatoribus datis haeret, sive eam ii, qui literarum mittendarum commentarium exarabant, sive extraneorum in curia Romana constituti procuratores meruerunt, hoc loco silentio praetereunda esse ducimus.

Modus, quo literae a S. Congnis de P. F. cancellariae ministris in volumina referri solebant, fidem literarum missarum tomis tribuendam multis ex causis deminuit. Una eaque maximi momenti erat mos, ut non literae ipsae, antequam foras mitterentur, sed soli earum commentarii in tomos referrentur,[1170]) unde fiebat, ut illa, quae non commentariis, sed demum literis ipsis addita sunt, earum exemplaribus in literarum missarum volumina relatis deessent, cuius generis v. gr. pagella extrema est,[1171]) perinde ac verba, quae nomen subscriptum cum literis coniungebant, et ea, quae literis ipsis in inferiore margine adiici solebant et indicabant, num quid literis inclusum esset.[1172]) Causa altera erat consuetudo, ut literarum commentarii in literarum missarum tomos non transscriberentur, sed solum exscriberentur ita, ut nonnullae eorum partes — eaeque non semper inanes — omnino praetermitterentur.[1173]) Tertia causa erat varietas et mutabilitas modi, quo literae in tomos referebantur, et is, quod peius est, non solum progrediente tempore immutabatur, sed etiam eodem tempore valde varius erat;[1174]) si enim omnium literarum missarum commentarii in hisce voluminibus modo eodem relati, v. gr. abbreviati essent, exempla

[1168]) V. supra, pag. CCCXXXVI et annot 775.

[1169]) V. supra, pag. CCCLXVI—CCCLXVII, DVI, DVIII—DXVIII, DXXIII, DXXIV.

[1170]) V. supra, pag. CCXC, CCCCXXX, CDXCVII—D, DII, DVI.

[1171]) V. supra, pag. CCCXXXIX, CCCCXXXI, DIII.

[1172]) V. supra, pag. CCCXLIV, CCCXLV, CCCCXLIII, CCCCLXVIII.

[1173]) V. supra, pag. CCXCI, CCCXL, CCCCXXX—CCCCXXXIV, CCCCL, CCCCLII, CCCCLIV, CCCCLV, CCCCLVIII, CCCCLX, CCCCLXII—CCCCLXVIII, CCCCLXX—CCCCLXXVII, CCCCLXXXI—CCCCLXXXIII, DIV.

[1174]) V. supra, pag. CCCCXXX — CCCCXXXVIII, CCCCXLVI, CCCCXLVIII — CCCCLXXXIII.

in his tomis contenta investigatoribus fundamentum multo tutius fidiusque essent, praecipue cum etiam ratio, qua literae ipsae exarabantur, tam variabilis mutabilisque fuisset. Causa quarta in nonnullis ex iis, quae exemplis in tomos relatis in margine aliove loco addi solebant,[1175]) haeret et quidem non propterea, quod annotationes eius generis exemplaribus adiiciebantur, sed propterea, quod non semper tum, cum iis opus erat, apponebantur; quia enim compluribus locis manifeste apparet annotationem, quae aliis exemplaribus addita cernitur, deesse,[1176]) investigator nullibi pro certo habere potest

[1175]) V. supra, pag. CCCCXXIX, CCCCXXXVII, CCCCLI, CCCCLII, CCCCLVI, CCCCLVII, CCCCLIX (cum annot. 949, 950), CCCCLXI, CCCCLXXIV, CCCCLXXVI, CCCCLXXVIII, CCCCLXXXIV—CDXCII, CDXCVII, D—DII.

[1176]) In prima tomi „Registro di lettere della S. C. dell' anno 1674. Num. 33" parte, literarum S. Congnis de P. F. nomine datarum exemplaria continente (v. supra in annot. 1088, 1148, 1151), folio 47—47 b v. gr. literarum exemplar verbis: „A Monsr nuntio apostolico, Vienna [Marius Alberici erat]. || 8 Maggio 1674" inscriptum legitur, quod verbis: „Fù discusso in S. Congne l' affare motivato dalla somma prudenza di V. Sia Illma della redentione della chiesa e beni di Vratislavia dalle mani degl' eretici su le nuove relationi e scritture che V. Sia Illma ha mandate rispetto all' interesse della religione de cavalieri Gierosolimitani ꝛc" incipit verbisque: „ed io in darne parte a V. Sia Illma La supplico a significarmi la propria natura del contratto celebrato co' gl' eretici, quando non possa inviarne copia. E con rammentarle la mia ossequiosissima servitù, baccio a V. Sia Illma riverentemente le mani" finem sumit; ubi cum ex allocutione (‚V. Sia Illma') in mediis literis adhibita (v. supra, pag. CCXCVIII et CCCXII), quae quidem etiam in literis cardinalis prefecti nomine scriptis legi posset (v. supra, pag. CCCXVII), tum e salutatione in extremis literis posita (v. supra, pag. CCCXIX et CCCXXVII—CCCXXVIII) patet literas illas nec S. Congnis de P. F. neque cardinalis praefecti (v. supra pag. CCCXVIII), sed secretarii (Francisci Ravizza) nomine datas esse, quod autem nec in margine nec ullo alio loco annotatum cernitur, licet etiam in eiusdem voluminis parte altera literarum secretarii nomine missarum exempla complectente (v. supra in annot. 1088, 1089) nonnullis exemplaribus nota: ‚Per Monsre' ex supervacuo, nonnullis autem partis primae exemplis iuste (v. supra in annot. 1152) sit in margine adiecta. — In volumine „Lettere della S. Congreg. 1671. Num. 57", quod praeter nonnulla exemplaria, in quorum margine nota: ‚Per Monsre' (v. supra in annot. 1152) est apposita, literarum S. Congnis de P. F. nomine missarum exempla (v. supra in media annot. 1148 et in prima annot. 1151) continet, folio 108 exemplar legitur verbis: „A Monsr nunzio di Germania [idem Marius Alberici erat]. || 26 detto [dies 26. Septembris 1671 intelligitur]" inscriptum verbisque: „Gia V. Sia Illma è informata [v. supra in annot. 726], che alla chiesa di Chinisgraz, eretta colle rendite della gabella del sale di Boemia, fù nominato dalla Mtà dell' imperatore il conte Giovanni Federigo di Wolestain ꝛc" incipiens et verbis: „E bacio a V. Sia Illma riverentemente le mani" finem sumens, cui in margine sola intitulatio eaque non iusta („Germania") est addita; exemplum hoc non S. Congnis de P. F., sed secretarii (Friderici Ubaldi Baldeschi) nomine scriptum esse de causis iisdem, quas paulo superius tetigimus, manifeste apparet. — Literarum exemplo verbis: „Vienna. A Monsr nuntio [Carolus Caraffa erat.] || 17 Luglio 1660" inscripto („Lettere de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" fol. 38—38 b), verbis: „E' stato detto più volte a questi PP. Gesuiti, che la Stà di N. Sre non si sodisfa della solita diligenza che usa il rettore del seminario di Olmuz e quei degli altri collegii pontificii in trasmettere semplicemente i conti dentro i pieghi di V. Sia Illma, volendo, che ꝛc" incipienti verbisque: „Et a V. Sia Illma bacio etc." finem capienti in margine dextro intitulatio: „Collegii", in sinistro mar-

annotationes, quibus opus erat, omnes re vera esse exemplo in tomum relato adiectas, et in dubio manere ubique debet, quae dubietas etiam tam ad quaestionem, num literae re vera missae sint,

gine literarum summa („Che prima di trasmettere i conti de collegii pontificii faccia giustificar avanti di se l' esistenza degli alunni e la realtà delle spese"), nullibi autem nota: ‚Per Monsre' est addita, quamvis tam allocutio in mediis literis, quam salutatio in extremis manifestum facit literas ipsas secretarii (Marii Alberici) nomine scriptas esse. — In tomi „Lettere della Sac. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1718. Num. 107" parte prima (v. supra in annot. 1089) folio 45 b literarum S. Congnis de P. F. nomine datarum exemplar: „A Monsr nunzio in Vienna [Georgius Spinola erat]. || 4 Aprile 1718. || Dall' aggiunto memoriale V. Sia riconoscerà l' istanza che vien fatta a questa S. Congne per parte della religione di san Paolo primo eremita, in ordine a che questi Emmi miei signori prima di prendere determinazione alcuna, desiderano d' essere da V. Sia pienamente informati sopra l' esposto. Si staranno dunque attendendo gl' effetti soliti della Sua singolar attenzione e diligenza per lume e governo dell' Emze loro di questo particolare, ed io trattanto mele offro" legitur, cui in margine intitulatio: „Boemia" est adiecta; ante hoc exemplum (folio 45—45 b) aliud exemplar legitur iisdem verbis: „A Monsr nunzio in Vienna. || 4 Aprile 1718" inscriptum, quod iisdem verbis incipiens verbis: „.... desiderano, che V. Sia, sentite che haverà le parti interessate in tal affare, favorisca d' informar pienamente l' Emze loro con aggiungere il Suo parere e procurare che intanto non s' innovi cosa alcuna" finem capit; huic autem exemplo in margine intitulatio: „Ungaria" est addita, unde credere fas esset eodem die de eadem re ad eundem nuntium binas a S. Congne de P. F. literas esse missas, quarum alterae ad Bohemiae, alterae ad Hungariae regnum pertinerent, at, quia ordo s. Pauli primi eremitae in Bohemiae regno nullum conventum habuit, et primum exemplar, quod folio 45 b legitur a decreti in congregatione generali eodem die, qui utrique huic exemplo est ascriptus (v. supra, pag. CCCXXXII—CCCXXXIII), peracta facti rescripto (v. supra, pag. CCLXXX, CCCLXXXV et annot. 689), quod verbis: „Rescriptum. || Scribatur iterum pro informatione domino nuntio Viennae, et mandet, quod interim nihil innovetur" („Acta S. Congnis de P. F. de anno 1718" fol. 245 b) exaratum est, perinde ac eius intitulatio („Boemia") a decreti, quod modo diximus, intitulatione („Ungaria") manifeste abhorret, contra vero tam decreti rescriptum quam eius intitulatio cum secundo literarum exemplo eiusque intitulatione optime congruit, luculenter apparet folio 45 b literarum ad nuntium mittendarum commentarium reprobatum esse relatum, tametsi earum commentarius emendatus proxime (fol. 45—45 b) iam relatus est (v. supra, pag. CDXCVIII—CDXCIX); commentarii autem reprobati exemplo annotatio, quae indicet literas illas non esse missas, deest. — Aliquid simile, duo unarum literarum a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 22. Augusti 1643 datarum discrepantia exempla, supra in annot. 1020 attulimus. — Idem in volumine „Lettere della S. C. e di M. segr. dell' anno 1696. Num. 85" animadvertitur, ubi folio 93 b—94 literarum S. Congnis de P. F. secretarii (Caroli Augustini Fabroni) nomine datarum exemplar legitur verbis: „Al D[on] Elia di S. Giovanni, canonico di Babilonia, li 26 Agosto 1696" inscriptum (v. supra in annot. 963) et folio 97 earundem literarum exemplum aliud aliquantum immutatum verbisque: „A D[on] Elia di S. Giovanni (Madrid) 26 Agosto 1696" (v. supra in annot. 963) inscriptum legitur, nullibi vero ulla annotatio, quae indicet, utrum exemplar non sit missum, est apposita. — Item in tomo „Lettere volgari della S. C. degli an. 1656 e 1657. Num. 31" folio 103 b literarum S. Congnis de P. F. nomine missarum verbis: „Vienna. A Monsr nuntio di Germania [Scipio d' Elci Pannochieschi erat]. || 12 Novembre 1657" inscriptum exemplar legitur, et in volumine „Lettere di notizie dei sogget. ∞ dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33" fol. 21 aliud earundem literarum exemplum verbis: „A Monsr nuntio di Germania. || Primo Ottobre[l] 1657" inscriptum reperitur, quod paucissimis quidem locis immuta-

quam ad alteram, num literae, quarum exemplar invenit, emendatae sint, spectat. Quinta causa in ipsis nonnullarum annotationum huiusmodi verbis (ex. gr.: ‚mutatis', ‚paucis mutatis', ‚mutatis mutandis') sita est,[1177]) e quibus clare cognosci non potest, quid in literis, ad quarum exemplum pertinent, immutatum sit. Causa sexta ea est, quod scriptores, dum commentarios in volumina referebant, non semper eos ad literam reddebant, sed saepe aliis verbis eandem vel similem vim habentibus usi sunt, quod clarissime apparet, quando aut earundum literarum duo vel tria exempla in tomos relata inter se comparantur,[1178]) aut exemplum in aliquod literarum missarum

tum est, at die inscripto valde ab altero abhorret, quem diem ei perperam loco iusti diei 12. Novembris 1657 ascriptum esse „Acta S. Congnis de P. F. anno 1657" pag. 507 et 511 probant; neutri autem horum exemplarium annotatio est adiecta, quae lectorem doceat, utrum exemplar reapse sit, utrum non sit missum. — Cum his, qaue modo diximus, confer exempla, quibus annotationes necessariae sunt appositae, atque ea superius in annot. 681, 910, 922, 933, 939, 947, 949, 950, 952, 954 (ubi etiam contrarium ostenditur), 976, 978, 980, 984, 997—1001, 1003, 1005, 1025, 1029, 1030, 1067 attulimus.

[1177]) V. supra, pag. CCCCLXXXVII et annot. 992, 997, 1016; contra autem v. supra pag. CCCCLXXXV, CCCCLXXXVIII, CDXC, CDXCI et in annot. 992, 998—1001.

[1178]) Quod supra, pag. CCCCXLV, CCCCXLVI et in annot. 966, 1019, 1021 iam factum est, ut autem res eo clarius pateat, hoc loco discrepantias, quae in duobus literarum S. Congnis de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 17. Junii 1658 datarum (v. supra in annot. 946) exemplis animadvertuntur, ponimus; quarum literarum alterum exemplar, quod in volumine „Lettere della S. Congne: ministri, stampa, fabbrica, stato temporale ∞ dall' an. 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 35" folio [34]b—[35]b legitur, sic habet: „Praga. Al sr cardinal di Harrach. || 17 Giugno 1658. || Coll' occasione del denaro chiesto dal lantgravio Hernesto di Assia tornano questi etc. [v. supra in annot. 924] a far nuova consideratione sopra quel che poteva osservarsi in avvenire con quelli, che havessero fatte simili istanze, com' è succeduto per l' adietro, e communicato il loro parere alla Stà di N. Sre, mi è stato imposto di significare a V. Emza ...., che per giustificatione del contratto si enunciano espressamente nell' istromento le seguenti particolarità: che, se bene l' entrate della cassa del sale si devono impiegare a benefitio del regno di Boemia a libera dispositione della sede apostolica .... che si stimarà convenirsi .... o per tanti anni .... quali egli dourà restituire, passato detto tempo e ad ogni requisitione .... che si caveria dalli detti beni .... alla ragione suddetta etc. Perchè .... simili contratti senza altra espressione .... di questa Sacra Congne non resti a bastanza soddisfatto .... nell' istesso istromento ∞"; in exemplo autem altero „Lettere volgari della S. Cong. dell' an. 1658. Num. 32" fol. 52 b—53) haec leguntur: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. || Coll' occasione del denaro chiesto dal langravio Ernesto d' Hassia tornarono questi etc. a far nuova consideratione sopra quel che poteva osservarsi in avvenire con quelli che havessero fatte simili istanze, come è succeduto per l' addietro, e communicato il lor parere alla Stà di N. Sre m' è stato imposto di significare a V. Emza ...., che per giustificatione del contratto si enuncino espressamente nell' istrumento le seguenti particolarità: che, se bene l' entrate della cassa del sale si devono impiegare in usi pii a benefitio del regno di Boemia a libera dispositione della sede apostolica .... che si stimerà convenirsi .... o per tant'anni .... quali egli doverà restituire, passato detto tempo o ad ogni requisitione .... che si caveria dalli suddeti beni .... alla ragione suddeta. Perchè .... simili contratti senz' altra espressione .... di questa Congne non resti abbastanza sodisfatto .... nell' istesso istrumento ∞".

volumen relatum sive cum literis ipsis sive cum earum exemplo, quod foris S. Cong^ni de P. F. allatum est et in alia archivii eiusdem S. Cong^nis parte legitur, confertur.[1179]) Causa septima erat consuetudo, quae variis temporibus in S. Cong^nis de P. F. cancellaria vigebat, ut ea, quae saepius in mediis literis repetebantur, v. gr. verba: „questi Em^mi miei signori" vel similia, abbreviarentur, etiamsi ea, quae hoc modo abbreviabantur, nec semper eodem verborum ordine nec semper iisdem verbis perscribi solerent.[1180]) Octava causa erat mos, ut certorum literarum generum commentarii, dum in literarum missarum volumina referebantur, in nimis angustum cogerentur ita, ut non earum verba, sed solum generis indicatio in tomos poneretur,[1181]) unde factum est, ut investigator comperiat quidem ad hunc et illum S. Cong^nis de P. F. responsionem (v. gr. ad literas status) hoc et illo die missam esse, quibus autem verbis exarata sit, penitus ignoret. Causa nona in modo, quo literarum in eandem rationem scriptarum commentarii in volumina referri solebant,[1182]) sita est, qui non semper sufficit, ut quodcunque literarum sic contractum exemplar investi-

[1179]) Aliquot literarum missarum exemplaria cum literis ipsis supra, pag. CCCCXXXIX—CCCCXLIV, iam collata sunt. Hic literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad Franciscum Buonvisi, sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium, datarum exemplar in literarum missarum tomum: „Registro di lettere 1677. Num. 66" relatum cum literarum ipsarum exemplo, quod in volumine „Scriture originali riferite nelle cong^ni generali de 20 Agosto ꝛc 1703. Num. 546" („cong^ne 13 Novembre num^o 17") legitur, collaturi, ne annotatio nimis excrescat, quamvis ubique loci discrepantes inveniri possint, solum primas et extremas literas, quas diximus, componimus:

Exemplum in tomo 66°:

A Mons^re nuntio di Vienna || li 29 Gennaro 1677. || Havendo supplicato Mons^re vescovo di Kinisgratz [Joannes Franciscus Christophorus liber baro a Talmberg erat], che se gli concedano 4000 fiorini di quelli [che] restano nella cassa del sale di Boemia, acciò ꝛc [usque ad verba:] che il tutto segua utilmente. Di a poi aviso del seguito. Et etc.

Exemplar in volumine 546:

Illmo e Rev^mo signore. || Havendo supplicato Mons^re vescovo di Kinisgratz, che se gli concedano tre milla scudi di questa moneta del denaro che resta nella cassa del sale di Boemia, acciò ꝛc [usque ad verba:] che il tutto segua utilmente, con dare poi aviso del seguito. E per fine mele offro. Roma li 29 Gennaro 1677. || Di V. Sia || affettionatissimo per servirla || P. cardinale Altieri prefetto. || U. Cerri segretario. [A tergo:] All' Illmo e Rev^mo signore, Mons^re Bonvisi nunzio apostolico, Vienna.

Ubi utriusque exempli discrepantiam, quae praesertim in primis literis nimia esse videtur, explanare possumus, si concedimus in literarum missarum tomum literarum mittendarum commentarium non emendatum esse relatum, commentarium autem emendatum esse reiectum (v. supra, pag. CCLXXX—CCLXXXIII, CCXC, CDXCVIII-CDXCIX).

[1180]) V. supra, pag. CCCCXXXVIII et in annot. 924.

[1181]) V. supra, pag. CDXCIII—CDXCVII.

[1182]) V. supra, pag. CCCCLXXXIV—CDXCII.

gatori plane perspicuum sit.[1183]) Decima causa menda sunt, quae scriptorum incuria in literarum missarum exempla irrepserunt atque pro rata non admodum rara sunt;[1184]) ad ea omissiones in literarum missarum tomis scriptorum culpa natae proxime accedunt.[1185]) Undecima causa non aequalis singulorum scriptorum indoles erat, e quibus alii minus attente, alii attentius sua officia exsequebantur, alii annotationes addi solitas saepius omittebant, alii hac in re diligentiores se praestabant.[1186]) Causa duodecima in eo sita est, quod S. Cong^nis de P. F. cancellaria assiduum literarum missarum voluminum correctorem nunquam habuit, et quod ministrorum eidem cancellariae apparentium numerus semper nimis exiguus erat.[1187]) Decima tertia causa ea est, quod literarum in volumen relatarum exemplar non semper cum mandato, quod in annotationibus literis allatis, ad quas exemplar id pertinet, a tergo aliove loco adiectis legitur, concordat, sive mandatum illud linguam, qua responderi debebat, sive diem literis ascribendum spectat.[1188]) Causa decima quarta in eo haeret, quod non omnium literarum commentarii in eos tomos, vel in eas voluminum partes relati sunt, quo pertinebant, sed tempore, quo literarum S. Cong^nis de P. F. vel cardinalis praefecti nomine datarum exemplaria a literarum secretarii nomine scriptarum exemplis separari solebant, separatio haec non adeo stricte facta est, ut nullum literarum S. Cong^nis de P. F. nomine missarum exemplum inter literarum a secretario datarum exempla nec ullum se-

[1183]) V. supra, pag. CCCCLXXXIV, CCCCLXXXV, CDXC.

[1184]) V. supra, pag. CCCCXXXVI, CCCCXXXVII, CCCCLXVIII, DXIX—DXXIV.

[1185]) V. supra, pag. CCCCXXXII, CCCCXXXVI, CCCCXXXVII, CCCCXLVI, CCCCLV, CCCCLVIII, CCCCLX, CCCCLXII, CCCCLXX, CCCCLXXI, CCCCLXXXII, CCCCLXXXIII, DIII, DIV.

[1186]) Scriptor v. gr., qui die 6. Augusti 1746 commentarios in tomum „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1746. Num. 166" referre coepit (v. supra in annot. 1157) sub singulorum literarum S. Cong^nis nomine datarum exemplorum inscriptione in parte sinistra notam: ‚S. C.', si quae vero literae solius cardinalis praefecti nomine scriptae erant, in earum exempli margine annotationem: ‚In nome dell' Em^mo prefetto' ponebat; sed quia die, quem modo diximus, cardinalis praefectus idem Vincentius cardinalis Petra, qui iam inde a die 4. Januarii 1727 (v. supra in annot. 641) eo munere fungebatur, erat, nec opinari fas est ab eo inde a die 6. Augusti 1746 multo plures literas scriptas esse, quam antea, merito colligere possumus scriptorem novum hac in re attentiorem fuisse quam eius praedecessorem, qui notam ‚S. C.' nunquam, annotationem autem indicantem literas cardinalis praefecti nomine datas esse raro apponebat.

[1187]) V. supra, pag. XXV—XXXIV, DVI, DXXIV—DXXVII.

[1188]) V. supra, pag. CLXXXIII, CCXC, CCCCXLVII, CCCCXLVIII et annot. 622, 695 atque in annot. 485 ea, quae ad literas a Fr. Bonaventura Manhardo die 1. Novembris 1630 ad S. Cong^nem de P. F. datas pertinent.

cretarii literarum exemplum inter literarum a S. Cong^ne^ ipsa datarum exempla legatur.[1189]) Accedit etiam illud, quod non omnes inscriptiones — tam eae, quae a tomorum tergis scriptae sunt, quam internae — cum iis, quae volumina ipsa continent, plane conveniunt; nam etiam tempore, quo literarum latine scriptarum exempla a literarum lingua vulgari exaratarum exemplis non amplius separabantur,[1190]) literarum missarum tomi, etsi exempla utraque lingua scripta complectuntur, tamen a tergo, nonnulli etiam intus in suis inscriptionibus verbum: ‚volgari' gerunt,[1191]) contra autem eo tempore, quo literarum S. Cong^nis^ de P. F. cardinalisque praefecti nomine datarum exemplaria a secretarii literarum exemplis separata in unum tomum referri solebant, non omnes voluminum eiusmodi, quae huius utriusque generis exempla continent, inscriptiones id produnt;[1192])

[1189]) V. supra, pag. CCCCLXI et annot. 954, pag. DXXX—DXXXII, DLXIV, DLXV cum annot. 1152. — In tomi „Lettere della S. C. di M. segr. dell' anno 1696. Num. 85" parte secunda verbis: „Lettere per Monsr segretario del 1696" inscripta (fol. 44), quae folio 45° incipit, folio 107° exemplar legitur verbis: „A Monsr nuntio in Vienna [Andreas Santacroce erat]. || 27 Settembre 1696" inscriptum, verbis: „Riferitesi in questa S. Cong^ne^ l' istanze espresse nell' aggiunto memoriale della communità e magistrato di Broda e Kurimio nella Boemia, questi Emm^i^ miei signori x" incipiens verbisque: „E m e l e o f f r o" finem sumens, legitur, quod tam salutatione in extremis literis, tam allocutione („. . . . . desiderano, che V. S^ia^ sentito x") in mediis literis pcsita manifestum facit literas ipsas non secretarii, inter cuius literarum exempla hoc exemplum reperitur, sed S. Cong^nis^ de P. F. nomine datas esse, quod etiam annotatio, quae in eiusdem exemplaris margine posita est („E' qui posta per sbaglio"), comprobat. Et reapse in eiusdem voluminis parte prima, verbis: „Lettera per la S. Cong^ne^ del 1696" inscripta, folio 27 earundem literarum aliud exemplum legitur, quod autem verbis: „Riferitesi in questa S. Cong^ne^ l' istanze delle communità e magistrato di Broda e Kurimia nella Boemia, espresse nell' aggiunto memoriale, questi Emm^i^ miei signori x" incipit.

[1190]) V. supra, pag. DXXVII—DXXVIII.

[1191]) V. supra, pag. DXXVIII cum annot. 1071. — Tomus v. gr. „Lettere v o l g a r i della S. C. dell' an. 1647. Num. 25" etiam in interna inscriptione: „Registro delle lettere v o l g a r i della Sacra Congregat^ne^ de Propag^da^ Fide dell' anno 1647", aeque ac volumen „Lettere v o l g a r i della S. Cong^ne^ dell' ann. 1648. Num. 26" in utraque sua interna inscriptione, supra in annot. 1088 allata, verbum: ‚volgari' ponunt. Contra vero tomus „Lettere v o l g a r i della S. C. dell' ann. 1651. Num. 28" in inscriptione interna: „Registro delle lettere della S. Cong^ne^ x" (v. supra in annot. 1087), perinde ac volumen „Lettere v o l g a r i della S. C. degli an. 1652 e 1653. Num. 29" in sua inscriptione interna: „Registro delle lettere della Sacra Congregatione x" (v. supra in annot. 1087) et tomus „Lettere v o l g a r i della S. C. degli an. 1654 e 1655. Num. 30" in utraque sua interna inscriptione: „Jesus, Maria, Joseph" et „Lettere dell' anno 1655" (v. supra in annot. 1087, 1089) atque tomus „Lettere v o l g a r i della S. C. degli an. 1656 a 1657. Num. 31" in sua utraque inscriptione interna, quam supra in annotationibus 1087 et 1089 attulimus, verbum: ‚volgari' praetermittunt. Tomus „Lettere v o l g a r i della S. Cong. dell' an. 1658. Num. 32" solam inscriptionem a tergo, nullam intus habet.

[1192]) Tomorum numeris 66° et 67° signatorum inscriptiones a tergo („Registro di lettere 1677" et „Registro di lettere dell' 1678") neque S. Cong^nis^ de P. F. neque eius secretarii mentionem iniicientes, licet volumina ipsa literarum tam ab illa quam ab hoc datarum

sunt tomi alii, quorum inscriptiones a tergo positae aut saltem internae iis, quae in voluminibus ipsis continentur, non stricte respondent, sive eum, cuius nomine literae datae sunt, sive annum, quem literarum exempla spectant, indicant.[1193])

Sequitur igitur, ut in literarum missarum tomis omnia incerta esse possint, et investigator ubique statim asseverare audere non

exempla complectantur (v. supra in annot. 1089, 1095, 1123), sane iustiores sunt quam inscriptiones: „Registro di lettere d e l l a S. C. dell' anno 1674. Num. 63", „Registro delle lettere d e l l a S. C. 1675. Num. 64", „Registro di lettere d e l l a S. C. del 1676. Num. 65" et „Lettere d e l l a S. C o n g. 1679. Num. 68", quae solius S. Cong^nis^ de P. F. mentionem habent, tomi ipsi vero praeter literarum eius nomine datarum exempla e t i a m s e c r e t a r i i literarum exemplaria continent (v. supra in annot. 1088, 1089, 1092, 1104, 1123, 1134). Interna tomi „Lettere scritte da M o n s^r^ s e c r e t a r i o 1670. Num. 56" inscriptio, que folio [1°] legitur: „Registro di lettere dell' anno 1670", tomorum 66^i^ et 67^i^ inscriptionibus a tergo positis proxime accedit. — V. supra, pag. DXXXII.

[1193]) Huc v. gr. tomi „Lettere della S. C^ne^ e di Monsr segr^o^ dell' anno 1703. Num. 92" interna primae partis inscriptio: „Lettere p e r i l s i g^r^ c a r d^l^ p r e f° 1703" (v. supra in annot. 1087, 1088), quae literas S. Cong^nis^ de P. F. atque solius cardinalis praefecti nomine scriptas confundit (ubi etiam peius est, quod alterius partis literarum a secretario datarum exemplaria continentis inscriptio non ante hanc partem, sed in extremo volumine — v. supra in annot. 1131 — legitur), et quadamtenus etiam hic et ille tomus ex iis, qui literarum tam S. Cong^nis^ quam secretarii nomine datarum exempla separata tamen continent, si sola prima eius pars internam inscriptionem gerit, cuiusmodi ex. gr. tomus „Lettere della S. C. e di Monsr segret^o^ dell' anno 1691. Num. 80" (v. supra in annot. 1089) aeque ac volumen „Lettere della S. C. e di Monsr segret^o^ dell' anno 1693. Num. 82" (v. ibid.) est, pertinent. — In tomo „Lettere della S a g. C o n^e^ dell' anno 1796. Num. 270", cui nulla inscriptio intus est, post literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine anno 1796 datarum exempla folio 97° literarum inde a mense Januario 1796 usque ad diem 17. Septembris 1796 missarum series incipit folioque 124 finem sumit, quam (inde a folio 127 usque ad folium 261 et 20 foliis non insutis nec ullo numero signatis) tertia literarum anno 1796 scriptarum series sequitur, quae perinde ac prima literarum S. Cong^nis^ de P. F. et cardinalis praefecti nomine datarum exemplaria complectitur; in serie autem secunda non S. Cong^nis^ de P. F. sed s e c r e t a r i i (Caesaris Brancadoro) literarum exempla continentur; qua re neglecta, etiam voluminis index verbis: „Indice generale delle lettere d e l l a S. C o n g^ne^ dell' anno 1796" inscriptus est. — Tomus 276us, qui a tergo verbis: „Registro di altre lettere del 1798", intus, folio [1°], verbis: „Registro di lettere dell' anno 1798" inscriptus est, in parte prima literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine datarum exempla continet; folio autem [110°]b literarum anno 1799 missarum summae incipiunt, quas folio [132]^o^ et subsequentibus literarum a secretario (Caesare Brancadoro) mense Januario, Februario, Aprili 1798 datarum exemplaria sequuntur. — Item in volumine „Lettere scritte da Padova dell' anno 1799 con un registro di grazie accordate da Padova e da Venezia circa quell' epoca. Num. 277" (v. supra, pag. CCCCXXVIII) praeter literarum anno 1799 missarum exempla aliusque generis scripta ad annum 1799 pertinentia etiam scripta ad annum 1798 spectantia („1798. Registro delle concessioni per le missioni spedite da Padova" — v. supra in annot. 1088) et non solum scripta ad annum 1800 („Breve relazione dell' operato della temporanea Propaganda di Padova 9 Novembre 1800" — v. ibid.), sed etiam (fol. 414—427) literarum anno 1800 datarum (v. supra in annot. 1077) exempla leguntur. — Huc etiam ipse primus literarum missarum tomus pertinet, qui a tergo verbis: „Lettere latine della S. Cong^ne^ dall' anno 1622 al 1623. Num. 1" inscriptus est, cum literarum inde ab anno 1622 usque ad annum 1629 datarum exempla complectitur. — V. supra, pag. DXXXII, DXXXIII.

queat, cuius nomine, ad quem, qua lingua, quibus verbis literae, quarum exemplar contemplatur, scriptae sint, qui dies eis ascriptus sit, num pagella extrema eis addita sit, num quod scriptum — nisi ipsa exempli verba id testantur — iis inclusum sit, quibus verbis tam in inferiore primae vel alius paginae margine, quam a tergo vel in involucro inscriptae sint, utrum revera missae sint, an aut quare retineri debuerint. Ad summam nulla literarum pars, nullum earum verbum horum tomorum investigatori certo constare potest: si enim alia eaque multa exempla literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine datarum, alia itidem non pauca literarum codicillorumve a secretario missarum, alia literarum, quibus cardinalis praefectus nomen subscripsit, exemplaria esse fortissime asseverare fas est, sunt alia exempla atque ea non rara, de quibus dubium est, quis literis ipsis nomen suum notaverit; quae non solum literarum ad sedis apostolicae nuntios missarum, quas superius (pag. DLXIX) tetigimus, sed etiam aliarum, v. gr. ad cardinales, sacerdotes, ad missionarios sive seculares sive regulares, ad varii dignitatis gradus laicos scriptarum exempla esse possunt,[1194]) ut quaestionem, quis quo tempore S. Cong^nis^ de P. F. vel secretarii literis sua manu nomen subscripserit (v. supra, pag. DLXIX), hic silentio praetereamus.

[1194]) Huc v. gr. omnia literarum exempla pertinent, quorum allocutio in mediis literis posita nullum in discernendo auctore momentum facit, salutatioque in extremis literis posita déest. Eiusmodi ex. gr. utrumque literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 22. Augusti 1643 datarum exemplar est, quod supra in annot. 1020 attulimus; literas ipsas aut S. Cong^nis^ de P. F. aut cardinalis praefecti potius quam secretarii nomine scriptas esse existimare fas est, cum rem spectent, quae cardinalis dignitatem personamque attingebat, saneque praelatum (secretarium) dedecebat de ea ad cardinalem scribere. — In volumine „Lettere volg. della S. C. dell' anno 1631 e Gen° 1632. Num. 11" fol. 74—75 literarum exemplar legitur verbis: „Al s^r^ card. Pallotto, legato di Ferrara" (v. supra in annot. 932) inscriptum, quod verbis: „.... Che per fine etc. Roma 16 Luglio 1631" finem capit et in mediis literis cardinalem verbis: „V. Em^za^" alloquitur; earundem literarum commentarius descriptus in literarum allatarum volumine „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" folio 60 61 legitur, verbis: „Em^mo^ e Rev^mo^ signor mio osservandissimo", quae Franciscus Ingoli sua manu scripsit (v. supra in annot. 697), inscriptus verbisque: „.... Che per fine a V. Em^za^ bacio humilissimamente le mani. || Roma 16 Luglio 1631. || Di V. Em^za^ Rev^ma^ || Francesco Ingoli secretario. || S^r^ cardinale Palotto [sic], inchiuse. || Minuta della lettera scritta al s^r^ card. Pallotto a Ferrara. || 4^a^" finem capiens. Harum literarum exemplar in literarum missarum tomo, quem diximus, contentum, quia salutationem in extremis literis positam praetermittit, et allocutio (‚V. Em^za^') in mediis literis aliquoties posita tam in S. Cong^nis^ de P. F. quam in secretarii literis ad cardinales missis eadem lectoris oculis occurrere solet, quaestionem, cuius nomine hae literae missae sint, non decidit, quamvis in primis literis verba: „.... considerationi che V. Em^za^ prima di partirsi di quà significò al segretario Ingoli ∝" legantur, commentarius autem eam etiam magis obscurat, cum solius secretarii nomen subscriptum gerat; attamen, quia commentario praeter inscriptionem, quam superius attulimus, inscriptio alia, linea ducta quidem deleta, est: „Molto Ill^re^[!]

Quaestio, ad quem literae missae sint, quae investigatori sese infert, si eorum, quae supra (pag. DXV—DXVI et in annot. 1050) dicta sunt, rationem habet atque multorum mendorum non emendatorum meminit, praecipue tum semper oritur, quando exempli in volumen relati inscriptio nomen, quod ad hominem vel magistratum illum cognoscendum maximum affert momentum, aut praetermittit, aut nimis corrumpit.[1195])

Num literarum exemplar in volumen relatum eadem lingua, ac literae ipsae exaratae erant, scriptum sit, dubium esse potest non solum, quando exempli lingua cum mandato cancellariae ministris a literarum allatarum tergo dato, ut latine responderetur, non congruit,[1196]) sed etiam tum semper, quando aliquod literarum missarum exemplar alia lingua ac ea, qua ad certum hominem S. Cong° de P. F. aut eius secretarius scribere consueverunt, in literarum missarum tomo scriptum cernimus,[1197]) qua in re benevolus lector praesertim de illis literarum abbreviatis exemplis monendus esse videtur, quae praeter exempli inscriptionem et intitulationem (nisi deest) nil aliud ac literarum generis indicationem (v. supra, pag. CDXCIII—CDXCVII) continent, nam in iis haec generis indicatio semper fere, etiam tum, quando literae ipsae latine exaratae erant, lingua vulgari

e Rev^mo^ signore come fratello", verbisque: ‚come fratello", in literis latine scriptis: ‚uti (velut) frater', soli cardinales, dum ad episcopos scribebant, in inscriptione utebantur, et quia salutatio in extremis literis posita ea est, qua non secretarius (v. supra, pag. CCCXXVI—CCCXXVII), sed S. Cong° ipsa in literis ad cardinales datis (v. supra, pag. CCCXVIII) uti solebat, manifestum est literas ipsas non solius secretarii, sed S. Cong^nis^ de P. F. nomine scriptas esse earumque commentario cardinalis praefecti nomen subscriptum deesse. Qui commentarius cum exemplo, quod diximus, non ubique ad literam congruit, sed v. gr. ‚eriggersi, loco: ‚erregersi', ‚haverà' loco: ‚haurà', ‚creder' loco: ‚credere', ‚erettione' loco: ‚erectione', ‚copia' loco: ‚copie', ‚fondamentali notitie' loco: ‚fondamenti, notitie', ‚buon numero' loco: ‚gran numero', ut alia omittamus, habet. — Literarum ad P. Pacificum Capucinum die 25. Julii 1637 missarum (v. supra in annot. 936) exemplar, quod P. Pacificum in mediis literis verbis: „V. Rev^za^", quibus eo loco tam S. Cong° de P. F. (v. supra in extrema annot. 712) quam eius secretarii uti solebant, alloquitur et salutationem in extremis literis positam nimis amputat, quaestionem, cuius nomine literae ipsae datae sint, in dubium revocat.

[1195]) Huc — praeter alias — inscriptiones: „Al P. provinciale de Minori Osservanti riformati || li 30 Agosto 1695", „Un altra simile lettera fù scritta al P. provinciale di [....] per il P. Giacomo d' Albano", „Al P. Federico Unholte, provinciale della Compagnia di Giesù || li 20 Maggio [1680]", „Al P. provinciale di Germania || li 2 Maggio 1684", quas in annot. 1049 attulimus, pertinent. — Nonnullas exemplorum inscriptiones, in quibus illorum, ad quos literae e S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria mittebantur, nomina nimis corrupta sunt, supra, v. gr. in annot. 836, 1041, 1042, 1046, iam attulimus.

[1196]) V. supra, pag. CCCCXLVII, CCCCXLVIII, DLXXV et annot. 622.

[1197]) V. supra, pag. CCCCXLVII, CCCCXLVIII et annot 695, 931.

scribi, exempli vero inscriptio se ad literarum linguam accomodare solebat; inde efficitur, ut e sola exemplorum talium inscriptione coniicere valeamus, qua lingua literae ipsae exaratae sint; at etiam haec via atque ratio investigatorem aliquando iisdem de causis, quas modo significavimus, fallit, nisi annotatio inscriptioni adiecta eum docet literas alia (latina) lingua esse scriptas.[1198]) Qua in re ne consuetudinis quidem, quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria vigebat, ut saltem nonnulli literarum latine scribendarum commentarii lingua vulgari exararentur et tum demum latine redderentur,[1199]) memoria est deponenda, nam, etiamsi unicuique commentario eiusmodi annotatio, quae eum in latinum verti iubebat, et eam in uno commentario repperimus,[1200]) addita sit, tamen, cum tam multas annotationes

[1198]) Si v. gr. in literarum missarum volumine verba: „Ad P. Franciscum Wissinger, Soc. J. in Bohemia provincialem, Pragam. || 23 Agosto [!] 1760. || Lettera di gradimento" legimus (v. supra in annot. 1011), manifeste apparet literas ipsas lingua latina esse exaratas; idem eo clarius verba: „Domino officiali curiae ecclesiasticae [!] archiepiscopalis Pragensis, Pragam. || 19. Junii 1779. || Commissum fuit examen PP. Elisaei a Budvicio et Venusti a Praga ordinis Cappuccinorum pro missionibus Moscoviae" (v. supra in annot. 1008) testantur. Contra, si in tomo „Lettere della Sagra Congregne dell' anno 1754. Num. 183" fol. 109b—110 verba: „Al P. Giovanni Schreiber della Compagnia di Gesù, provinciale al Reno inferiore, Colonia. || 20 Luglio 1754. || Simile: || Al P. Tommaso Baczynski della Compagnia di Gesù, provinciale di Polonia, Leopoli. || Al P. Giovanni Fraeij della Compagnia di Gesù, provinciale della provincia di Belgio, Anversa. || .... Al P. Adamo Dichel della Compagnia di Gesù, provinciale per la superior Germania, Neoburgo. || 20 Julii 1754. || Lettera di gradimento per il ragguaglio dato dalli medesimi del loro presente stato ed esercizio" legimus, e solo verbo ‚Julii' coniicere possumus literas ipsas latine scriptas esse, in verbis autem: „Al P. Giorgio Hermann della Compagnia di Gesù, provinciale nella Germania superiore, Inglostad [!]. || 17 Giugno 1758. || Lettera di gradimento per il ragguaglio dato dal medesimo del presente stato di quella missione. || Simile. || Al P. Gasparo Hoch della Compagnia di Gesù, provinciale nel Reno superiore. || Al P. Timoteo Raisky della Compagnia di Gesù provinciale di Boemia ∝ [usque ad:] Al P. Francesco Kozminski della Compagnia di Gesù, provinciale di Polonia, Cracovia" („Lettere della Sagra Congregne dell' anno 1758. Num. 192" fol. 187—187b) quodvis indicium, e quo cognosci posset literas ipsas latine exaratas esse, deest; idem de exemplis: „Lettere di gradimento per il ragguaglio dato dai seguenti del loro presente stato ed esercizio. || 28 Maggio 1757. || Al P. abbate Neocellense dell' ordine Cisterciense, Neocella. || Al P. Timoteo Raisky della Compagnia di Gesù, provinciale di Boemia" (v. supra in annot. 1009) dictum esse puta, nam ad utrumque S. Congo de P. F. latine scribere solebat. — In exemplo: „P. Ludovico Doetsch Soc. Jesu provinciali, Coloniam. || 15. Julii 1747. || Solita lettera latina di gradimento per il ragguaglio dato dal suddetto del suo stato ed impiego e de' suoi compagni. || Similes: || P. Adamo Huth Soc. Jesu, provinciali ad Rhenum superiorem, Moguntiam ∝ [usque ad:] P. Petro Dolmans Soc. J. provinciali Flandro-Belgii, Antverpiam" („Lettere della S. Congne dell' anno 1747. Num. 168" fol. 165—165b) verbum ‚latina' superfluo adiecta est, cum ex inscriptione ipsa appareat literas latine esse scriptas.

[1199]) V. supra, pag. CCXC, CCCCXLVIII.

[1200]) Literarum a S. Congne de P. F. ad episcopum Corcagensem in Hibernia mittendarum commentarius intelligitur, qui in primo volumine „Lettere della Sagra Congregazione

exemplis adiiciendas in literarum missarum tomis deesse iam cognovimus,[1201]) haud certo scire possumus, an exemplo, quod contemplamur, praesertim si de literis agitur ad hominem extra Italiam missis, ad quem S. Cong° semel tantum vel raro scribebat, hanc annotationem adiicere scriptor non sit oblitus. Quae dubitatio praecipue tum ius potestatemque habet, si in literarum missarum tomis unarum literarum duo vel plura exempla sine ulla annotatione leguntur, quorum alterum vel plura latine, alterum vel plura lingua vulgari scripta sunt.[1202])

Quibus verbis literae, quarum exempla in literarum missarum voluminibus leguntur, scriptae sint, e his exemplis solis definire saepissime difficile est, interdum definiri prorsus non potest. Quotquot enim exempla in literarum missarum tomos relata editor cum literis ipsis componere potuit, ne unum quidem repperit, quod ad verbum, ut non dicam ad literam, cum iis congrueret,[1203]) atque si earundem literarum duo vel plura exemplaria sive in literarum missarum serie utrumque (omnia), sive alterum (unum) in hac, alterum (plura) in alia S. Cong^nis^ de P. F. archivii parte sive in alio archivio invenit, rarissime utrumque vel omnia plane inter se congruere repperit.[1204]) Ubi etiam mos, qui in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria vigebat, ut literarum commentarii in literarum missarum volumina non transscriberentur, sed et quidem modo non semper eodem exscriberentur, et ut certae literarum (commentariorum) partes, dum commentarii in literarum missarum tomos referebantur, aut abbreviarentur aut omnino praetermitterentur,[1205]) sane aliquid valet, neque contemnenda est scriptorum consuetudo, quae erat, et eam supra tetigimus, ut dico commentarii interdum non ad literam, sed potius ad verborum vim in volumina re-

dell' anno 1761. Num. 198" impositus, non insutus, legitur, ubi brevis pontificii ad eundem episcopum dati exemplar et earundem S. Congnis de P. F. ad eundem episcopum scribendarum literarum commentarium latine translatum, qui verbis: „Ad episcopum Cortaginensem [!] in Hibernia epistola" inscriptus est, subsequitur (v. supra in annot. 695).

[1201]) V. supra, pag. CCCCXXXVI, CCCCXXXVII et annot. 1176, 1188.

[1202]) Eiusmodi sunt literarum ad P. Ferdinandum Hauck Barnabitam datarum exempla, e quibus duo exemplaria latine, unum lingua vulgari scripta sunt, id quod supra (in extrema annotatione 1019) iam tetigimus.

[1203]) V supra, pag. CCCCXXXIX—CCCCXLI, CCCCXLIII, CCCCXLIV et annot. 966.

[1204]) V. supra, pag. CCCCXLII, CCCCXLV, CCCCXLVI, DLXXIII, DLXXIV et annot. 966, 1019, 1021, 1059, 1178, 1179, 1189, 1194.

[1205]) V. supra, pag. CCXCI, CCCXL, CCCCXXX—CCCCXXXIV, CCCCL, CCCCLII, CCCCLIV, CCCCLV, CCCCLVIII, CCCCLX, CCCCLXII—CCCCLXVIII, CCCCLXX—CCCCLXXVII, CCCCLXXXI—CCCCLXXXIII, DIV, DLXX.

ferri solerent,[1206]) neque mendorum nec omissionum, quae investigatori in literarum missarum tomis occurrunt, memoria est deponenda.[1207]) Difficultas etiam crescit, si, iis, quae modo diximus, in sua vi persistentibus, nonnullorum literarum in eandem rationem scriptarum exemplarium ratio habetur: si enim alia literarum eiusmodi exempla ita scripta sunt, ut annotationes exemplari per extensum relato in margine vel in calce additae alterius exempli verba immutanda reddant,[1208]) quid hac in re sola verba: ‚mutatis mutandis', ‚paucis mutatis' similiaque aliis exemplis relatis adiecta investigatori prodesse possunt, si annotationes, quas modo diximus, desunt?[1209]) Et omnium pessimus est mos, qui seculo XVIII° invaluit, ut literarum commentarii in literarum missarum tomos non exscriberentur, sed exemplaris inscriptioni sola literarum generis indicatio[1210]) aut, quod vel primo S. Cong^nis de P. F. tempore interdum fiebat, sola concisa literarum sententia in volumen referretur vel exemplaris inscriptioni adiiceretur;[1211]) quod ubi factum est, omnia literarum verba investigatorem latent.

[1206]) V. supra pag. DLXXIII, DLXXIV et annot. 1178, 1179.

[1207]) V. supra, pag. DLXXIV, DLXXV et annot. 1183, 1184.

[1208]) V. supra, pag. CCCCLXXXV, CCCCLXXXVIII—CDXCII.

[1209]) V. supra, pag. CCCCLXXXIV—CCCCLXXXVII, DLXXIII. — Huc etiam exemplar, quod in volumine „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1631 e Gen° 1632. Num. 11" (fol. 87) verbis: „Al nuntio di Germania [Cyriacus Rocci archiepiscopus Patracensis erat]. || Fù scritta una lettera dell' infrascritto tenore in materia dello stato del collegio pontificio di Praga, nel quale si trovarono gl' infrascritti mancamenti ꝛc notati nella seguente lettera" scriptum legitur, et id literarum ad [Honoratum Visconti] sedis apostolicae in Poloniae regno nuntium die 9. Augusti 1631 datarum exemplar, quod in prima annotatione 893 attulimus, subsequitur, pertinet. — Huc etiam hae binae literae pertinent: die 4. Aprilis 1631 S. Cong° de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach ita scripsit: „Essendosi riferite in questa S. Cong^ne de s^ri cardinali e poi in quella tenuta nanzi S. St^à tutte le scritture spettanti a negotii della riforma di cotesto regno, si sono prese dopo maturo discorso le risolutioni che V. Em^za vedrà notate nell' inchiuso decreto, al quale per quella parte ch' a Lei s'aspettarà, Si compiacerà di dare la dovuta essecutione, communicando il decreto d'esso [? — forsitan: stesso] al P. Valeriano. Et etc. 4 Aprile 1631" („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1631 e Gen° 1632. Num. 11" fol. 36 b); quarum literarum exemplar in tomo, quem modo diximus, folio 36 b hoc literarum ab eadem S. Cong^ne ad [Cyriacum Rocci] nuntium Vindobonensem eodem die 4. Aprilis [1630] datarum exemplum subsequitur: „Al nuntio di Germania. || Fù scritto come nella suddetta lettera, lasciate le parole ultime del P. Valeriano, et in luogo di quelle s'avvisò essersi scritto nella medesima forma al s^re cardinal d' Harrach, et che se gli mandò copia del detto decreto. A 4 Aprile suddeto."

[1210]) V. supra, pag. CDXCIII—CDXCVI, DLXXIV.

[1211]) Eiusmodi v. gr. est exemplar, quod in volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1628. Num. 7", fol. 143 his verbis scriptum est: „Al s^r cardinal d' Harrach e nuntio di Germania [Joannes B. Pallotto erat] furono li 10 Ottobre 1628 scritte lettere di raccomandatione per il P. Frà Agostino Antonio Scheyff et P. Fr. Nicolo Stroobant, compagni dell' ordine di s. Agostino, ch'andarono colà per servitio della propaga-

Qui dies literis e S. Cong^nis de P. F. cancellaria missis ascriptus sit, earum exemplaria in tomos relata etiam, ubi eum non omittunt aut non nimis abbreviant, tam certo non indicant, ut eorum investigatori ubique persuasum esse possit diem, quem exemplari ascriptum repperit, eundem esse ac illum, qui literis ipsis ascriptus erat: suspicionem enim nunc aut annotatio literis allatis a tergo apposita aut mandatum vel decreti in congregatione facti rescriptum ad responsionis datae aut dandae diem spectans et cum die exemplari ascripto non consentiens,[1212]) nunc verba in aliis e S. Cong^nis

tione della fede." — Quadamtenus huc etiam exemplum supra in annot. 1209 allatum verbis: „Al nuntio di Germania [Cyriacus Rocci intelligitur]" inscriptum pertinet.

[1212]) Libello a P. Joanne Baptista Telli S. Cong^ni de P. F. porrecto verbisque: „Pro memoria" inscripto, qui in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1761 al 1770. Num. 11" fol. 283 legitur, a tergo (fol. 284 b) haec sunt scripto apposita: „Boemia. || Adrato. 19 Maggio 1765. || Che non si crede opportuno impegnarsi. Si scriverà bensì una lettera al nunzio, perchè passi qualche ufficio presso il giudice, se lo stimerà opportuno. || Si è scritto sotto il dì 19 Maggio 1765"; cum hacce annotatione diem responsionis datae spectante dies, qui literarum a S. Cong^ne de P. F. „a Monsr nunzio apostolico in Vienna [Vitalianus Borromeo erat]" missarum exemplo („Lettere della Sag. Cong^ne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 233—233 b) verbis: „18 Maggio 1765" ascriptus est, non congruit. — A decreti in congregatione generali die 17. Decembris 1714 peracta facti rescripto diem literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem datarum exemplo ascriptum (17. Decembris 1714) abhorrere supra in annot. 771 ostendimus. — Alii libello supplici, qui S. Cong^ni de P. F Franciscae comitissae Pálffy nomine anno 1654 porrectus erat et ordinis Cappucinorum conventum in regni Bohemiae vico, cui Dymokury nomen est, instituendum spectat („V. Boemia. Num. 217" fol. 157), a tergo — praeter alia — haec sunt addita: „. . . 7. Septembris 1654. || Ad admodum Rev^dum D[ominum] nuntium apostolicum Germaniae"; qui dies 7. Septembris 1654 ille est, quo congregatio generalis, in qua libellus, quem modo diximus, a Joanne Bapt. cardinali Pallotto recitatus est, peracta est („Acta S. Cong^nis de anno 1654" fol. 92 et 93 b—94); literarum vero de eadem re „a Monsr nuntio apostolico di Germania [Scipio D' Elci Pannocchieschi archiepiscopus Pisanus erat]" scriptarum exemplari („Lettere volg. della S. C. degli an. 1654 e 1655. Num. 30" fol. 47—47 b), in quo verba: „Havendo fatta istanza a questa S. Cong^ne de P. F. la signora contessa Palfi, gia palatina d' Ungaria, . . . : che si fondi una missione di P[adri] Capuccini nel suo castello di Dimocore in Boemia, ... hanno risoluto questi Em^mi miei signori d' ordinare a V. S^ia ꝛc", quae certo decretum in congregatione generali, quam diximus, significant, leguntur, dies verbis: „24 Agosto 1654" ascriptus est. — Libello supplici [Antonii Theodori comitis a Colloredo] archiepiscopi Olomucensis nomine ad summum pontificem dato („Udienze di N. S^re degli anni 1799 e 1800 colla data di Venezia. Num. 37" fol. 113—114) a tergo — praeter alia — in S. Cong^nis de P. F. cancellaria verba: „Ex audientia S^mi die 30. Maii 1800" adiecerunt, at literarum a S. Cong^ne de P. F. ea de re datarum exemplo („Registro di altre lettere del 1798. Num. 276" fol. [118] b) dies verbis: „A dì 30 Maggio 1799" est ascriptus. — Huc — ut alia silentio praetereamus — etiam literarum ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datarum exemplar pertinet, cui dies 26. Octobris 1628 ascriptus est (v. supra in annot. 1062), ubi annotare iuvat diem 21. Octobris 1628, qui a tergo literarum ab eodem cardinali ad [Franciscum] Ingoli datarum legitur, diem Saturni (v. supra, pag. CCCXXXII) fuisse, dies autem 26. Octobris 1628 Jovis dies erat. — Diem, qui literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Gasparum Mattei] nuntium Vindobonensem et ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datarum exemplis („Lettere

de P. F. cancellaria missis atque ad eandem rem pertinentibus, v. gr. a S. Congnis de P. F. secretario scriptis literis contenta, quae diem, quo S. Congo suum responsum missura erat, significant, si investigator utrique exemplari eundem diem ascriptum cernit,[1213]) movent, alias diem exemplo ascriptum ipse dies literis allatis, ad quas exemplar illud respondebat, ascriptus, si v. gr. manifeste apparet temporis spatio, quod inter utrumque diem erat, responsionem dari non potuisse,[1214]) alias eum literae allatae, per quas ad literas a S. Congne de P. F. vel eius secretario missas respondebatur, si diem literis hisce ascriptum commemorant, et is cum die exemplari ascripto

volgari della S. C. dell' anno 1640 e 1641. Num. 20" fol. 168b, 168) verbis: „Roma 20 Giugno 1641" ascriptus est, a mandato in congregatione particulari die 10. Junii 1641 peracta facto abhorrere supra, in annot. 779, ostendimus. — Si v. gr. S. Congo de P. F. supplici parochi Wittgenaviensis in Lusatia libello in generali congregatione die 15. Junii 1671 peracta relato, decrevit, ut eius secretarius summo pontifici supplicaret, quod in audientia die 27. Julii 1671 factum est (v. supra in annot. 777 et 1050), literarum autem ad generalem ordinis Praedicatorum ministrum datarum exemplo („Lettere della S. Congne 1671. Num. 57" fol. 55) eundem diem 15. Junii 1671, quem modo diximus, ascriptum investigator repperit, iure merito suspicari potest, literis ipsis alium ac exemplo diem ascriptum esse, idque eo potius, quod literarum ea de re mittendarum commentarius primo perperam brevium secretario (Revmo Slusio) inscriptus erat (v. supra in annot. 1050) et tum demum — sive responsione ab eo habita, sive post audientiam cum [Clemente X.] summo pontifice peractam (v. ibidem) — ut literae ad generalem ministrum, quem diximus, mitti possent, emendatus est. Ceterum etiam dies utrique literarum de eadem re ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem et ad decanum capitulumque ecclesiae Budissinensis missarum exemplo („Lett. della S. Congne 1671. Num. 57" fol. 72 et 74) ascriptus e causis, quas in annot. 777 allegavimus, investigatori suspectus esse debet. — Huc etiam literarum ad P. [Ioannem Paulum Oliva] Soc. Jesu ministrum generalem et ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem datarum exempla, quae supra in annot. 771 tetigimus, pertinent. — Conf. supra, pag. CCCXXXII—CCCXXXV, CCCXXXVII—CCCXXXIX, DXXIII, DLXXV.

[1213]) Huc. v. gr. literarum a S. Congne de P. F. ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem datarum exempla, quibus dies 3. Augusti et 10. Novembris 1671 ascripti sunt (v. supra in annot. 777), spectant, primae vero literae ipsae demum die 15. Augusti 1671, alterae demum die 21. Novembris 1671 revera missae sunt, quod literarum a S. Congnis de P. F. secretario ad eundem nuntium die 8. Augusti 1671 et ad nuntium, quem modo diximus, atque ad [Dominicum] Giannuzzi die 14. Novembris 1671 missarum exempla probant. — Conf. supra, pag. CCCXXXVII.

[1214]) Huc. v. gr. responsio a S. Congne de P. F. ad literas status a P. Norberto Streer, Soc. Jesu provinciae Bohemicae ministro provinciali, data (v. supra in annot. 997) spectat: quia enim literis status, quas diximus, dies 17. Maii 1734 ascriptus est („Scritture origin. riferite nelle congregationi generali ∝. Num. 679": „congne 21 Giugno numo 2o"), fieri non potuit, ut responsioni ad eas datae dies 22. Maii 1734, qui in eius exemplo („Lettere della Sag. Congne dell' anno 1734. Num. 139" fol. 104b—105), quod ad literarum in eandem rationem scriptarum exempla pertinet, legitur, ascriberetur (v. supra in annot. 1034), tametsi literarum in eandem rationem ac literae ad P. Josephum Mayr, Soc. Jesu provinciali Germaniae superioris, Ingolstadium 22. Maii 1734 missae (v. supra in annot. 997 et 1034) scriptarum exempla verbis: „Similes 22. dicti" diserte inscripta sunt. Die 22. Maii 1734 literae Praga die 17. Maii eiusdem anni missae nullo modo Romae esse potuerunt (v. supra, pag. CCIX—CCXI).

non congruit,[1215]) in dubium vocant. Peius autem est, quod interdum, nulla suspicione nulloque dubio, quae modo diximus, emergentibus, dies exemplo in volumen relato ascriptus tamen falsus est, et quod mendum eiusmodi sola exemplaris cum literis ipsis comparatione intelligi potest.[1216]) Quia literarum mittendarum commentariis dies — licet non omnibus per extensum — ascribi quidem solebat, literis vero ipsis, antequam iis nomina subscriberentur, aliquando demum addebatur,[1217]) fieri potuit, ut in exemplo in lite-

[1215]) De re in generali congregatione die 22. Septembris 1665 peracta („Acta S. C. de P. F. de anno 1665" fol. 187) e S. Congnis de P. F. cancellaria quaternae literae exierunt, e quibus primarum eiusdem S. Congnis prosecretarii [Antonii Manfroni] nomine ad S. Officii assessorem, cui cognomen Varese (Pompeius?) erat, missarum exemplar diem 9. Octobris 1665 („Lettere circa la Germania ∝ dall' anno 1675 ∝. Num. 49": „lettera 16") ascriptum gerit, binarum aliarum S. Congnis de P. F. nomine ad episcopum Vratislaviensem [Sebastianum Rostock] datarum exempla et quartarum ad [Julium Spinola] nuntium Vindobonensem scriptarum exemplar diem 10. Octobris 1665 ascriptum habent, revera autem alteris quidem ad episcopum, quem diximus, datis literis dies 10. Octobris 1665, alteris perperam dies 10. Septembris [!] ascriptus erat, id quod episcopi ipsius responsio („Germania. Num. 332" fol. 96), cui dies: „Vratislaviae die 24. Novembris anno 1665" est ascriptus, verbis: „Ex binis Emtiae Vestrae literis de dato Romae die 10. Septembris et Octobris anni currentis .... ad me directis ∝" probat. — Huc etiam binarum literarum a S. Congne de P. F. ad eundem episcopum Vratislaviensem et ad P. Venceslaum Otík [a Dobřan] missarum exempla pertinent, quibus dies 3. Aprilis 1665, literis autem ipsis dies 30. Aprilis 1665 ascriptus est (v. supra in extrema annot. 1060). — V. supra, pag. DXXII, et infra in annot. 1218 atque inferius num. 252 (quem cum numero 267 confer), 296 (quem cum numero 306 confer), 297a (quem cum numero 307 confer), 364 (quem cum numero 348 confer), 366 (quem cum numero 393 confer), 399 (quem cum numero 410 confer).

[1216]) Literarum a S. Congne de P. F. ad P. Basilium Belgam Capucinum missarum exemplo, quod supra (pag. CCCCXXXIX) attulimus, dies 26. Junii 1630, qui Mercurii dies erat, literis autem ipsis (v. ibidem) dies 22. Junii 1630, qui Saturni dies erat, ascriptus est. — Simili modo literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Ernestum Adalbertum] archiepiscopum Pragensem scriptarum exemplari, quod infra (numo 281o) legitur, dies 26. Julii 1625, qui Saturni dies erat, est ascriptus, literae vero ipsae (v. infra, num. 281) diem 23. Julii, qui Mercurii erat dies, gerunt ascriptum. — Literarum ab [Octavio] cardinali Bandini ad P. Jacobum Merell datarum exemplo (v. supra, pag. CCCCXLII) dies 9. Junii 1629, qui Saturni dies fuit, ascriptus est, exemplar autem e literis ipsis transscriptum (v. ibid.) loco 9. Junii diem 8. Junii, qui Veneris dies fuit, ponit. — V. supra, pag. DXXII cum annot. 1060. —

[1217]) V. supra, pag. CCCXXXVII—CCCXXXVIII, DIII—DIV, DXXII—DXXIII et extremas annot. 776, 777. — Consuetudinem, quam in die literarum e S. Congnis de P. F. cancellaria mittendarum commentariis ascribendo viguisse supra (pag. DIII—DIV) diximus, etiam haec exempla comprobant: literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem scriptarum exemplar, cui dies verbis: „5 detto", quo verbo mensis November anni 1671 intelligendus esset, est ascriptus, atque exemplum, quod ante hocce exemplar legitur (v. supra in annot. 1068), item literarum [Urbani Cerri] S. Congnis de P. F. secretarii nomine ad [Hieronymum] cardinalem Casanate et ad [Gasparum] cardinalem Carpegna datarum exempla, quorum alteri dies 24. Maii 1679, alteri dies 24. Aprilis 1679, uterque vero emendatus, est ascriptus (v. supra in annot. 1034), perinde ac alia exempla, quae supra in eadem annotatione 1034 sunt allata. — Huc etiam dies literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Julium Piazza] nuntium Vindobonensem missarum

rarum missarum volumen relato dies ei ascriptus quidem cernatur, literis vero ipsis omnino desit.[1218]) — Ceterum modus ipse, quo exemplis in tomos relatis dies ascribebatur, investigatori non semper satis fidus tutusque videri potest: nunc enim in die exemplari ascripto diei numerus deest, solumque mensis nomen cum vel sine anni numero legitur, nunc diei vel anni numerus, alias tam dies, quam mensis ac annus prorsus desunt.[1219]) Quod si evenit, quia in plu-

exemplo verbis: „7. Junii 1710" ascriptus („Lettere della S. C. e di Monsr segrio dell' anno 1710. Num. 99" fol. 71) spectare videri potest, cum a tergo literarum a quodam pontificii seminarii Olomucensis alumno ad S. Congnem de P. F. eadem de re scriptarum („Conti del collegio Olomucense ∝. Num. 1") verba: „.... Domino nuntio Viennae pro informatione. 7 Luglio 1710" legantur; at, quia responsioni a nuntio, quem diximus, ad illas S. Congnis de P. F. literas datae dies 2. Augusti 1710 ascriptus, eique epistola a nuntio Olomucio expetita, quae ibidem die 15. Julii 1710 data est, est adiuncta („Scritture originali riferite ∝. Num. 573": „conge 18. Augusti 1710 numo 22"), non literarum a S. Congne ad nuntium, quem diximus, missarum exemplo, sed illi additamento alumni, quem diximus, literis a tergo apposito diem mendose esse ascriptum patet.

[1218]) Literarum a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum, ad quas idem cardinalis literis die 23. Novembris 1661 datis verbisque „Per quanto porta la benignissima di V. Emza scrittami senza data di mese e di giorno ∝" incipientibus („Collegii di S. Pietro Montorio, Praga, 28, 29. Num. 377" fol. 301 et 306) respondit, exemplo („Lettere de' collegii dell' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 34" fol. 84b) dies verbis: „A di detto" ascriptus est (v. supra in extrema annotatione 764 et 944); verbis iisdem dies etiam duobus exemplaribus, quae in eodem volumine ante hoc exemplum fol. 82b–83 et fol. 83–84b leguntur, est ascriptus, exemplari vero, quod in hoc volumen ante illa duo exempla fol. 82–82b relatum est, verbis: „Rectoribus collegiorum Germanici, Anglorum ∝" inscripto dies „20. Augusti [1661]" est ascriptus (v. supra in annot. 916), unde credere fas est illis ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach sine die menseque ascripto missis (v. supra, pag. CCCXXXI cum annot. 764) literis diem 20. Augusti 1661 ascribi debuisse, at res non tam certa est, quam esse videtur, nam collegiorum Germanici, Anglorum etc. rectores, dum literis, quorum exemplari folio 82–82b relato dies verbis: „20. Augusti [1661]" est ascriptus, respondebant, ita scribebant: „.... iuxta praescriptum S. Congnis de P. F. datis literis ab Emmo [Antonio] cardinali Barberino (v. supra in annot. 641) die 10. Septembris [!] 1661" (ex. gr. in tomo „Collegii 24, 25, 26: de Maroniti, missionar., Olmute. Num. 375" fol. 156b — 157b), unde quaestio oritur, utrum etiam ipsis ad cardinalem ab Harrach missis et ceteris literis, quarum exempla in tomo „Lettere de' collegii dell' anno 1657 ∝. Num. 34" locis superius indicatis diem verbis: „A di detto" aut: „die dicta" (v. supra in annot. 916 et 944) ascriptum gerunt, revera dies 20. Augusti 1661, an dies 10. Septembris 1661 sit ascriptus. — Aliarum a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach sine die ascripto missarum literarum (v. supra in extrema annot. 764) exemplo, quod in tomo „Lettere della S. Congne, ministri, stampa ∝. Num. 35" fol. [34]b–[35]b legitur, dies verbis: „17 Giugno 1658" est ascriptus, alteri vero exemplari, quod in volumine „Lettere volgari della S. Cong. dell' an. 1658. Num. 32" fol. 52b–53b est (v. supra in annot. 1178), dies deest.

[1219]) In tomo „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 7b–8 v. gr. literarum S. Congnis de P. F. nomine ad P. Valerianum [a Magni] Mediolanensem Capucinum datarum exemplari dies verbis: „Roma Gennaro 1642" in calce est ascriptus, aliique literarum ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missarum exemplo in eodem volumine fol. 261–261b eodem loco dies verbis:

rima literarum missarum volumina commentarii, temporis ordine servato, referebantur, crederes fas esse opinari diem, qui exemplo ascribendus erat, e die exemplaribus, quae ante et post illud exemplum leguntur, cognosci posse, at investigatorem, qui exempla eiusmodi sive cum literis ipsis, sive cum aliis exemplaribus in S. Congnis de P. F. archivio repertis comparare potuit, experientia docet opinionem illam non raro falsam esse.[1220]) Exemplorum vero numerus, quibus

„Roma Settembre 1643" ascriptus est; pari modo literarum eiusdem S. Congnis nomine ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem scriptarum exemplari („Lettere volgari della S. Congne dell' anno 1628. Num. 7" fol. 44) verbis: „Roma li Aprile 1628" est ascriptus. — Codicilli ad secretarii status cancellariam a [Silvio a Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario mense [Novembri] 1712 missi exemplar („Lettere della S. Congne e di Mre segrio dell' anno 1712. Num. 101" fol. 336b–337) diem verbis: „14 detto 1712" ascriptum gerit, quocum exemplo confer literarum a S. Congne de P. F. ad [Franciscum Buonvisi] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 4. [Maii] 1676 et ad [Marium Alberici] itidem nuntium Vindobonensem die 12. [Novembris] 1674 scriptarum exempla (v. supra in annot. 959, 958). — Codicilli a [Silvio a Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario ad [Fabritium] cardinalem Paolucci anno 1711 scripti exemplari dies verbis: „30 Aprile" (v. supra in annot. 966) est ascriptus; alia exempla eiusmodi supra in annot. 957, 970 sunt allata. Literarum a S. Congne de P. F. ad [Julium Piazza] nuntium Vindobonensem mense [Augusto] anni [1710] datarum exemplar diem verbis: „18 detto" appositum gerit (v. supra in annot. 970), cui similia exempla supra, v. gr. in annot. 916, 948, 966, 973 leguntur. — Unarum literarum a S. Congne de P. F. ad [Maximilianum Rudolphum liberum baronem a Schleinitz] episcopum Litomericensem fortasse die aut 21. Februarii aut 21. Martii 1658 missarum utrique exemplo, quorum alterum in tomo „Lettere di notizie dei soggetti ∝ dall' anno 1657 sino al 1663. Num. 33" fol. 41, alterum in volumine „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1658. Num. 32" fol. 39–39b legitur, nec dies nec mensis nec annus est ascriptus. Idem de literarum ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach mense Octobri 1651 datarum verbisque: „La lettera che V. Emza alcuni mesi sono scrisse in proposito dell' interesse ∝" incipientium exemplo („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1651. Num. 43" fol. 43–43b) dictum esse puta.

[1220]) Huc v. gr. literarum a S. Congne de P. F. ad [Carolum Carafa] nuntium Vindobonensem anno 1660 missarum exemplar, quod in volumine „Lettere di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 sino al 1664 inclusive. Num. 37" („lettera 22a") legitur, verbis, quae supra in annot. 916 attulimus, relatum spectat; nam ante hoc exemplar exemplum („lettera 21a") legitur, cui dies 12. Junii 1660 est ascriptus, exemplo, quod literarum ad [Carolum Carafa] nuntium datarum exemplar subsequitur („lettera 23a"), dies mensis annusque deest, exemplum autem sequens („lettera 24a") diem verbis: „17 Luglio 1660" gerit appositum; literae vero ipsae ad nuntium, quem diximus, missae neque 12. Junii 1660 neque 17. Julii 1660 neque medio tempore sunt datae, nam alteri earum exemplo in volumine „Lettere de' collegii ∝. Num. 34" fol. 31–31b dies verbis: „22 Marzo 1660 ascriptus est (v. supra in annot. 916). — Huc etiam duo literarum ab eadem S. Congne ad P. Ferdinandum Hauck die 21. Martii 1658 missarum exempla pertinent, quorum alteri dies 21. Februarii 1658, alteri dies 21. Aprilis 1658 ascribendus esse videretur, si loci, quem in suis tomis obtinent, ratio haberetur (v. supra, pag. DIII–DIV et annot. 1019). — Eadem ratione literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach anno 1658 datarum exemplo, quod in tomo „Lettere di notizie dei soggetti ∝. Num. 33" fol. 46b–47 sine die, mense annoque legitur, diem 21. Martii 1658 ascriberes, cardinalis autem ipse literis his rescribens („Italia 20: soggetti varii, missionarii varii ∝. Num. 353" fol. 49) eas die 21. Februarii 1658 missas esse („Sono circa doi mesi, che

in literarum missarum tomis dies ascriptus omnino deest, non tam exiguus est, quem parvi pendere possis;[1221]) et, quod peius est, ne tomorum quidem literarum missarum exempla continentium numerus, in quibus temporis ordo non ubique servatus est, exiguus dici potest,[1222]) qua re investigatori incertum augetur.

io ricevei una lettera di V. Em^za^ [Antonius cardinalis Barberini, S. Congnis de P. F. prefectus, intelligitur] e di cotesti miei signori Em^mi^ in data delli 21 Febraro proximo passato ∝") ait, quibus [Ernesti Adalberti cardinalis ab Harrach] literis dies 8. Octobris 1658 ascriptus, nullum autem nomen subscriptum est (v. supra in annot. 498).

[1221]) Ad ea, quae modo in annot. 1219 et 1220 attulimus, adde v. gr. literarum a S. Congne de P. F. ad P. Venceslaum Otík [a Dobřan] scriptarum („Lettere di Germania con li Paesi Bassi ∝ dall' anno 1657 all' anno 1664 inclus. Num. 37": „lettera 6a") et aliarum ab eadem S. Congne ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datarum („Lettere volgari della S. Congne degli anni 1652 e 1653. Num. 29" fol. 16b—17) exempla (v. supra in annot. 916), literarum eiusdem S. Congnis nomine „capitulo e[t] canonicis ecclesiae Olmuticensis [!]" missarum exemplum (v. supra in extrema annot. 942), aliud literarum ab eadem S. Congne ad [Michalelem Jahum] episcopum Dumnensem datarum exemplar (v. supra in annot. 945), item literarum a S. Congne de P. F. ad [Julium Spinola] nuntium Vindobonensem anno [1665] scriptarum exemplum (v. supra in annot. 948), perinde ac literarum eiusdem S. Congnis nomine ad [Andream Santacroce nuntium Vindobonensem 12. Januarii 1699] datarum (v. supra in annot. 964, 1003) et aliarum ad [Marcum Antonium Santini] internuntium Vindobonensem [20. Decembris 1707] scriptarum (v. supra in annot. 970) atque literarum ad Paulum Moretti missionarium anno 1793 missarum (v. supra in extrema annot. 988) exempla. Huc etiam codicilli a [Nicolao Lercari] S. Congnis de P. F. secretario ad sacrarum missionum ordinis [Minorum s. Francisci de observantia] Reformatorum procuratorem anno [1748 inter diem 20. et 26. Julii] dati, quem supra in annot. 881 tetigimus, exemplar („Lett. di Monsr seg^rio^ dell' anno 1748. Num. 172" fol. 72b) pertinet, cui dies, non est ascriptus. Ubi ne verba quidem, quibus volumen „Registro di lettere degl' anni 1797, 1798. Num. 275" intus inscriptum est, silentio praetereunda esse videntur, quae sunt: „Registro di alcune lettere della Sag. Congne dell' anno 1797 e dell' anno 1798 fino al 14 Marzo, le quali non si trovano registrate in archivio ne' tomi di detti anni, nè si sà, se le medesime abbiano avuto il loro corso, tanto più, che quasi tutte sono mancanti della data del giorno" (v. supra in annot. 1089). Similis inscriptio interna („Registro di lettere del 1799 senza data") etiam in tomo „Lettere scritte da Padova ∝. Num. 277" fol. 229 (v. supra in annot. 1077, 1088) legitur.

[1222]) Praeter tomos numeris 196 (quem supra in annot. 1020, 1088, 1106, 1107 tetigimus), 103, 109, 200 (quos in annot. 1067 attigimus), 13, 34, 35, 42, 44, 46, 50, 58, 69, 70, 90, 110, 111, 119, 264, 265 (quos supra in annot. 1068 tetigimus), 266 (qui supra in annot. 1094, 1107 attingitur), 95 (quem in annot. 1109, 1148 tetigimus), 267, 270, 276 (ad quos annot. 1193 pertinet) signatos etiam alii tomi, v. gr. volumen numero 9° signatum, in quo folio 234 literarum ad P. Cornelium Oitveiler ordinis Minorum s. Francisci Conventualium datarum exemplar, cui dies 7. Februarii 1645, folio autem 234b aliarum literarum ad eundem Patrem missarum exemplum, cui dies 7. Januarii 1645 ascriptus est, leguntur, volumen 57um locis nonnullis, volumen 68um exemplo, cui dies 24. Aprilis 1679 perperam emendatus (v. supra in annot. 1034, 1217) ascriptus est, volumen 115um, in cuius parte extrema nonnulla literarum anno 1723 vertente missarum exempla leguntur, volumen 123um, de quo idem, quod de tomo 115° diximus, dictum esse puta, volumina 137um, 139um, 143um quae hac in re tomis 115° et 123° similia sunt, volumen 146um, ubi folio 134° literarum a S. Congne de P. F. ad [Dominicum Passionei] nuntium Vindobonensem die 27. Aprilis 1737 datarum exemplar, folio autem 134b literarum ab eadem S. Congne ad P. Bernardum Monterdensem, generalem ordinis Minorum s. Francisci de observantia procuratorem, die 3

Alii dubio ad diem exemplis ascriptum pertinenti literarum in eandem rationem scriptarum exempla, praecipue ea, quae verbo ‚simile' inscripta sunt (v. supra, pag. CCCCLXXXIV—CDXCII, CDXCVI), ansam praebent, nam non omnes literae eiusmodi uno die revera missae sunt, quod ipsi literarum missarum tomi non uno loco probant: nonnullis sane literarum in eandem rationem scriptarum exemplaribus dies non uno, sed pluribus locis ascriptus est isque aut idem aut differens, aliis vero (iisque plurimis) dies unus uno loco ascribi solebat,[1223]) unde investigator in opinionem venire posset omnes literas in eandem rationem scriptas, quarum exemplis unus solus dies ascriptus est, eodem dies esse missas, nisi eum experientia contrarium edoceret; si enim investigator v. gr. in

Aprilis 1737 missarum exemplum leguntur, volumen 148um, in quo literarum eiusdem S. Congnis nomine ad [Julianum] Piersanti, nuntii Vindobonensis auditorem, die 29. Martii 1738 scriptarum exemplar folio 57, literarum vero ad eundem [Dominicum Passionei] nuntium die 15. Martii 1738 datarum exemplum folio 58 et literarum ab eadem S. Congne de P. F. ad [Camillum Paolucci] nuntium Vindobonensem die 20. Decembris 1738 exemplar folio 315b, aliarum autem ab eadem ad eundem nuntium die 6. Decembris eiusdem anni missarum exemplum demum folio 319b leguntur, volumen 192um, ubi folio 78 literarum a S. Congne de P. F. ad [Mauritium Gust. comitem a Manderscheid] archiepiscopum Pragensem scriptarum exemplar, cui dies 18. Martii 1758, folio vero 79 literarum eiusdem S. Congnis nomine ad [Ignatium Crivelli] nuntium Vindobonensem datarum exemplum, cui dies 11. Martii 1758 ascriptus est, leguntur, volumen 242um, in quo literarum mense Decembri 1783 scriptarum exempla folio 935 finem capiunt, ea vero folio 935—961 literarum mense Januarii et Februarii 1783 missarum exemplaria subsequuntur, volumen 263um, cuius exempla duntaxat mensium, non autem dierum habita ratione ordinata sunt, temporis ordinem non ubique servant.

[1223]) In tomo „Lettere della Sagra Congrene dell' anno 1791. Nnm. 260" fol. 201 v. gr. exemplar: „Al s^r^ D[on] Giuseppe Masarek, paroco di Sumbi, 20 Aprile 1791" legitur, quod more solito exscriptum est, et ei in calce verba: „Simile || al s^r^ D. Giovanni Mahr, Budussa in Lusazia, 20 Aprile 1791" sunt addita. — Exemplo verbis: „P. Josepho Mayr, Soc. Jesu provinciali Germaniae superioris, Ingolstadium, 22 Maii 1734" inscripto in calce verba: „Similes 22. dicti. || P. Francisco Molindes ∝" (v. supra in annot. 997) sunt apposita. His igitur exemplis idem dies duobus locis est ascriptus, exemplari vero literarum a [Carolo Augustino Fabroni] S. Congnis de P. F. secretario ad [Andream Santacroce nuntium Vindobonensem] die [12. Januarii 1699] datarum (v. supra in annot. 964, 1003), cuius quidem inscriptioni dies ascriptus deest (v. supra in annot. 1221), ex exemplo autem, quod praecedit, supplendus est, in margine verba: „Simile per Giovanni Lorenzo Eichler sotto il primo d' Aprile 1699" sunt addita. — Huc proxime literarum a S. Congne de P. F. ad [Dominicum Passionei] nuntium Vindobonensem missarum exemplar verbis „A Monsr arcivescovo di Efeso, nunzio apostolico in Vienna, 8 Settembre 1731" inscriptum (v. supra in annot. 838) accedit, cui in calce verba: „Simile. || A Monsr nunzio sudetto || 10 Settembre 1731" sunt adiecta, quae quidem opinionem excitant hoc loco potius de literis iteratis agi (v. supra in annot. 1004), nisi huic exemplo annotatio deest, quae significet in literis die 10. Septembris 1731 scriptis non de supplici capituli Reginohradecensis libello (v. ibidem), sed de alio supplici libello scribi. — Literarum in eandem rationem scriptarum exempla complura, quibus dies uno solo loco ascriptus est, supra in annot. 991, 992, 994—999, 1001, 1005, 1007, 1016 iam attulimus.

tomo „Lettere della Sac. Cong^ne dell' anno 1734. Num. 139“ fol. 104 b—105 exemplum verbis: „P. Josepho Mayr, Soc. Jesu provinciali Germaniae superioris, Ingolstadium, 22. Maii 1734“ inscriptum invenit, cui in calce verba: „Similes 22. dicti [i. e. 22. Maii]: || P. Francisco Molindes, Soc. Jesu provinciali Austriae, Viennam“ et alia, quae in annot. 997 iam attulimus, sunt adiecta et inter ea etiam verba: „P. provinciali Bohemiae Soc. Jesu Pragam“ leguntur, aliunde autem cognovit his S. Cong^nis de P. F. ad provincialem Bohemiae, cui Norberto Streer nomen erat, datis literis non diem 22. Maii, sed diem 22. Junii ascriptum esse,[1224]) confidere non potest omnes literas modo simili in literarum missarum tomos relatas, quarum exemplis unus dies solus (sive semel sive bis) ascriptus est, illo die reapse datas esse, sed etiam hac in re dubitandum ei est, an annotatio necessaria non desit.[1225])

Idem dubium nascitur, si cui exemplo in tomo literarum uno anno vertente missarum exempla continente annus alius ascriptus cernitur; quod si evenit, investigator scire non potest, utrum exemplo tali annotatio, quae dubium levet, desit, an hic alius annus parum attento scriptoris animo attribuendus sit.[1226]) Haec res, quod, dico, literarum uno anno missarum exemplar in tomo literarum alio anno datarum exempla complectente lectoris oculis interdum occurrit, diem literarum exemplis ascriptum, cui anni numerus deest, in dubium vocare iure merito potest investigatoremque monet, ut annum exemplaribus eiusmodi, quorum numerus sane haud est exiguus, supplendum scrupulose indaget.[1227])

[1224]) V. supra in annot. 1034, 1214.

[1225]) V. supra, pag. CCCCXXXVI—CCCCXXXVIII, D—DII, DLXIX, DLXXI (cum annot. 1176), DLXXX (cum annot. 1198), DLXXXII, DLXXV et annot. 1186.

[1226]) Huc v. gr. literarum a S. Cong^ne de P. F. ad P. Eduardum Pragensem, ordinis Minorum s. Francisci de observantia reformatorum missionarium, datarum exemplar pertinet (v. supra in prima annot. 883), cui in tomo „Lettere della Sagra Congre^ne dell' anno 1792. Num. 262“ sine ulla annotatione dies verbis: „10 Giugno 1791“ ascriptus est. Ubi benevolo lectori literarum eiusdem S. Cong^nis nomine ad P. Arnulphum Bossu die 12. Martii 1763 datarum exemplar, quod in volumine „Lettere della S^a Cong^ne dell' anno 1762. Num. 200“ legitur, et annotationem ei in margine adiectam (v. in extrema annotatione 1067) in memoriam redigimus.

[1227]) Si v. gr. in tomo „Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56“ fol. 180 b et 181 epistolae a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Hieronymum] Casanate [S. Officii assessorem] scriptae exemplo dies solis verbis: „24 Decembre“ est ascriptus (v. supra, pag. CCCCXLIII), epistola ipsa in literarum allatarum tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania ∝ 1650 al 1680. Num. 1“ (fol. 232) reperta die verbis: „Dalla Propaganda 24 Decembre 1670“ ascripto (v. ibidem) probat ipsius exemplum optimo iure in literarum anno 1670 missarum volumen, quod diximus, esse relatum. — Quam multa autem exempla, quorum ascripto diei anni numerus deest, in literarum missarum tomis inveniantur, annotationes v. gr. 776, 833, 893, 899, 903, 915, 960, 1000, 1011, 1025, 1059 praeter annotationem 1219 et annotationes, quarum in ea mentio fit, probant.

Alias verba, quae in exemplari ipso leguntur, diem, qui ei ascriptus est, falsum esse comprobant.[1228]) Alias, raro quidem, ipse dies exemplo ascriptus, si v. gr. duobus locis iisque vario modo legitur, investigatoris dubium concitat.[1229])

Utrum pagella extrema literis, quarum exemplar investigator in aliquo literarum missarum tomo sine ea cernit, addita sit nec ne, propterea semper dubium esse debet, quod aliquando in literis ipsis, quae investigatori in manibus erant, eam repperit, sed in earum exemplo in literarum missarum tomis contento frustra requisivit;[1230]) et, quia annotationes, quae compluribus quidem locis in literarum missarum voluminibus leguntur, sed multis locis deesse solent, pagellam extremam, si commentario deerat et literis ipsis tum demum scripto apposita est, cum nomen iis subscribebatur,[1231]) ne attingere quidem possunt, investigator hac in re omni adiumento orbatus est. Quod etiam de iis, quae aut cardinalis sive praefectus S. Cong^nis de P. F. sive ille, qui eius vices gerebat, aut eiusdem S. Cong^nis secretarius literis alio loco (v. gr. in margine) addiderunt,[1232]) eaque in literarum commentario non erant, dictum esse puta.

[1228]) Literarum v. gr. a S. Cong^ne ad P. Joannem Mullener, missionarium apostolicum in imperio Sinensi, datarum exemplari, quod in volumine „Lettere della Sac. Cong^ne, di Mons^re seg. dell' anno 1700. Num. 89“ legitur, dies verbis: „30 Agosto 1700“ est ascriptus isque procul dubio falsus est, quia in literis Innocentii XII. mortis mentio fit eaque verbis: „seguita il dì 27 di Settembre [1700]“; ex aliis autem exemplis apparet exemplari, quod diximus, diem 30. Octobris ascribendum fuisse.

[1229]) In tomo „Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21“ fol. 154 v. gr. literarum ad [Gasparum Mattei] apostolicae sedis ad aulam imperialem nuntium mittendarum exemplar legitur, cui primum dies verbis: „27 Febbraro 1643“, tum verbis: „21 Febbraro 1643“ est ascriptus et quidem hoc modo: exempli inscriptio haec est: „A Monsr nuntio cesareo. || Minuta di lettera per il nuntio cesareo mandata a palazzo li 27 Febbraro 1643“, exemplarque folio 156 verbis: „.... V. S^ia ha ordine di trattare con S. M^tà e colli suoi ministri, con che per fine etc. Roma 21 Febbraro 1643“ finem capit. Exemplo, quod ante hoc exemplar legitur, dies 21. Februarii 1643, exemplo, quod folio 156 subsequitur, dies 7. Martii 1643“ est ascriptus.

[1230]) Exemplar, cui pagella extrema, quam literae ipsae a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Hieronymum] Casanate [S. Officii assessorem] 24. Decembris 1670 missae habebant, deest, v. gr. supra, pag. CCCCXLIII et in extrema annot. 914 attulimus. — Modo simili literarum a Hieronymo Casanate, S. Cong^nis de P. F. secretario, ad [Armandum] Ricci subdatarium pontificium die 27. Aprilis 1667 datarum exemplar in literarum missarum volumine „Lettere circa la Germania ∝. Num. 49“ („Lettera 56“) sine pagella extrema legitur, quae tamen in literis ipsis erat (v. supra in annot. 781, 914).

[1231]) V. supra, pag. CCCXXXIX, CCCCXXXI, DIII (cum annot. 1031), DLXX.

[1232]) V. supra, pag. CCCCLI—CCCCLII.

Num literis e S. Cong^nis de P. F. cancellaria missis quod scriptum inclusum sit, literarum missarum tomi nullis fere locis indicant, quamvis literae ipsae, quibus scriptum aliquod inclusum est, inscriptioni, quam in inferiore margine gerere solent, verba id significantia, v. gr.: „inclusa", „incluse", „con conti", addant.[1233]) Hunc defectum saepissime quidem ipsa exemplarium verba, quae dicunt una cum literis aliquod scriptum aliud v. gr. decretum, rationes, alias literas similiaque mitti, compensant,[1234]) at etiam hac

[1233]) V. supra, pag. CCCXLIV—CCCXLV, CCCLVIII, CCCCLXIII, CCCCLXVIII, DVI, DLXX. — Contra autem codicilli a [Philippo Maria Monti] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra, eiusdem S. Cong^nis praefectum, die 24. Septembis 1737 scripti, quem supra, pag. CCCCXLIV attulimus, inscriptioni in inferiore eius margine positae verbum ‚foglio' deest, quamquam codicillo ipsi una scida addita erat.

[1234]) In tomo „Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21" fol. 195—195b v. gr. literarum [Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis de P. F. secretarii] nomine ad [Franciscum Hadrianum] Ceva [status pontificii secretarium] die 2. Maii 1643 scriptarum exemplar legitur, quod verbis: „Mando a V. S^ia Illma un ristretto di quanto s' è risoluto in materia della Carolina [universitas Pragensis intelligitur; scriptum autem ipsum verbis: „Della Carolina universitate" inscriptum in tomo „II. Visite e collegii del 1643. Num. 23" (v. supra, pag. CCLXXI) legitur] et insieme la congregatione stessa [decretum in congregatione particulari die 7. Januarii 1638 habita factum potissimum intelligitur] nel medesimo negocio, dalle quali scritture vedrà S. S^tà [Urbanus VIII.], che non è vero ∝" incipit. — In literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach 2. Junii 1654 datarum exemplo („Lettere volg. della S. C. degli an. 1654 e 1655, Num. 30" fol. 25b—27; v. supra in annot. 738) verba: „.... si come V. Em^za potrà racorre dalla aggiunta copia di protesta che per tal effetto Le si trasmette ∝" probant literis ipsis aliquod esse inclusum. — Codicilli a [Mario Marefoschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Lazarum Opitium] cardinalem Pallavicini, status pontificii secretarium, die 7. [iuste: 6] Martii 1770 missi (v. supra in annot. 1034) exemplum verbis: „In esecuzione de venerati comandi di V. Em^za trasmette il segretario di Propaganda Fide copia dell' ultimo promemoria inviato alla S^a Cong^ne dalla corte di Vienna sopra l' affare della cassa del sale ∝" incipit. — Simili modo in literarum S. Cong^nis de P. F. nomine ad [Joannem Bapt.] cardinalem Pallotto die 16. Julii 1631 datarum (v. supra in annot. 1194) medio exemplo („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1631 e Gen^o 1632. Num. 11" fol. 74—75; v. supra in annot. 932) verba: „.... per ciò gl' istessi s^ri cardinali .... hanno stimato necessario di mandar a V. Em^za copie di due lettere del s^r cardinal suddetto [Ernestus Adalbertus cardinalis ab Harrach intelligitur] insieme col loro decreto in questa materia ∝" probant illis ad cardinalem Pallotto missis literis tria scripta inclusa esse, quod etiam earundem literarum commentarius („II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 60—61b) inscriptione: „S^r cardinale Palotto [!], inchiuse", quae in inferiore paginae 61b margine legitur et eam supra in annot 1194 attulimus, affirmat. — Item in literarum ab eadem S. Cong^ne de P. F ad [Malatestam Baglione] sedis apostolice ad imperialem aulam nuntium die 15. Martii 1636 missarum exemplo („Lettere volgari della S. C. dell' an. 1636. Num. 16" fol. 23b) verba: „Sentirà V. S^ia ciò ch' a questa S. Cong^ne ha esposto il P. Gioseffo Polacco dall' inchiuso sommario, il quale questi miei Em^mi signori Le mandano, acciò tratti ∝" comprobant literis ipsis scriptum aliquod inclusum esse. — Idem de literis a S. Cong^ne de P. F. ad P. Antonium Specht die 7. Septembris 1645 datis dictum esse puta, quarum exemplar verbis: „Al P. Antonio Spechi [!] Minore Conventuale" inscriptum verbis: „Mando a V. P^tà la facoltà del S. Ufficio, acciò Se ne possa valere in Selesia e Boemia ∝" incipit („Lettere volgr^i della S. Cong. dell' anno 1645. Num. 23" fol. 112—112b). — Alia exempla eiusmodi v. supra in annot. 811.

in re nulla certitudo est, cum nonnunquam fieret, ut literarum (exemplorum) verba quidem significarent literis ipsis scriptum aliquod includi, sed literae ipsae postea sine scripto illo e S. Cong^nis cancellaria mitterentur.[1235])

Quibus verbis literae inscriptae sint, sive earum inscriptio ab earum tergo, sive in earum involucro legebatur, ex exemplis in literarum missarum tomis contentis investigator nunquam fere comperire potest, licet dissimulari non debeat nonnullorum exemplorum inscriptiones certis temporibus literarum ipsarum inscriptionibus, quas diximus, proxime accedere, quamvis semper fere aliquantum — sive verborum ordine, sive nonnullis verbis omissis, sive additis — ab iis abhorreant;[1236]) longe saepius tamen

[1235]) S. Cong^o de P. F. in literis ad [Joannem Bapt. Pallotto] apostolicae sedis ad aulam imperialem nuntium die 14. Aprilis 1629 datis („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1629. Num. 8" fol. 71) ita scripsit: „Consegnerà a V. S^ia il P. Valeriano [v. supra, pag. CCXII] un breve di N. S^re [Urbanus VIII. erat] e diverse istruttioni per trattare e conchiudere con S. M^tà [Ferdinandus II. erat] il gravissimo negotio de beni ecclesiastici di Boemia ∝"; quia vero nuntius, quem diximus, in responsione ad [Joannem Gartiam] cardinalem Millini die 23. Junii 1629 missa („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 31—32) scribit: „Per mano del P. Fr. Valeriano Magno Cappucino ho ricevuto alli 20 stante un piego di V. S^ia Illma con dentro due lettere, una de 28 Marzo e l' altra de 14 Aprile et un instruttione ∝" et alio loco: „.... Il breve et instrutioni concernenti il negotio de beni ecclesiastici di Bohemia mi dice il P. Magno non essergli stato consegnato, ma dettogli, che saria stato inviato appresso e che sarebbe prima che lui capitat' in queste parti, dove però non è ancora comparso ∝," apparet illis a S. Cong^ne de P. F. ad nuntium Vindobonensem scriptis literis, quibus loco cardinalis praefecti Joannes Gartias cardinalis Millini nomen subscripsit [v. supra, pag. CCCXLI—CCCXLII et in annot. 641, 786], non id, quod literae ipsae dicunt, sed aliud inclusum esse.

[1236]) Exempli v. gr. inscriptio: „Rev^do P. Gabrieli, abbati monasterii Neocellensis ordinis Cisterciensium in Inferiori Lusatia, Neocellam," quam supra in annot. 985 attulimus, fortasse iisdem verbis ac literarum ipsarum inscriptio scripta est, sed die literis ascripto („4. Junii 1774") aucta est. Etiam propius literarum ipsarum inscriptioni exempli inscriptio: „Rev^do P. Mauritio Pigner ordinis Minorum reformatorum in conventu Kentensi, Olomutium, Teschinium, Kentium," et „Rev^do P. Victoriano a Cremisio, Cappucino, par[och]o [!] apostolico, per Varsaviam, Rigam, Petersburg, Moscuam" (v. in eadem annot. 985) accedit, utraque vero illi inscriptioni diem literis ascriptum superaddit. — Paulo plus a suarum literarum inscriptionibus exemplorum alioqui verbosiores inscriptiones abhorrent, quae titulum (v. gr.: ‚Rev^mo', ‚Rev^do') praetermittunt, ex. gr.: „P. Edmondo, abbati monachorum Cisterciensium Neocellae, Neocellam. || 17. Julii 1779" (v. in eadem annot.), „A Monsr arcivescovo di Teodosia [Jo. Oct. Mancinforte Sperelli erat], nunzio apostolico in Firenze. || 26 Settembre 1772" (v. supra in annot. 986), quae autem diem literis ascriptum, qui earum inscriptioni deerat, superadiiciunt, et inscriptio: „Al s^r D[on] Paolo Moretti, missionario in Stokolm" (v. in extrema annot. 988), quae diem literis ascriptum non superaddit, sed titulum omittit. Verborum ordinem, qui in literarum ipsarum inscriptione erat, exemplorum inscriptiones v. gr.: „Vienna. Al s^r cardinal d' Harrach, arcivescovo

exemplorum inscriptiones cum iis inscriptionibus, quae in literarum inferiore margine leguntur, plus minusve conveniunt, demptis vero illis verbis, quae hocce literarum ipsarum loco indicant, numquid iis inclusum sit, demptoque, quod ad codicillos pertinet, titulo, qui in eorum inscriptionibus in inferiore margine positis nonnunquam poni solebat.[1237]) Contra exemplorum in literarum missarum tomos relatorum inscriptiones nonnunquam plus continent, quam in literarum ipsarum inscriptionibus legebatur, ex. gr. verbum ‚Nro' cum numero ex ordine, verba indicantia, cuius nomine literae scriptae sint, diem literis ascriptum,[1238]) qui tamen, quia in codicillorum ipso-

di Praga, 16 Agosto [1655]" (v. supra in annot. 942), „Varsavia. A Monsr nuntio apostolico di Polonia. X Luglio 1657" (v. supra in annot. 943), „Roma. Al sr cardinal Rospigliosi. 26 Settembre 1658" (v. supra in annot. 944), ubi insuper titulus omissus, dies vero literis ascriptus adiectus est, „Dulma. A Monsr vescovo [Michael Jahum erat]" (v. supra in annot. 945), ubi solus titulus praetermissus est, quae inscriptiones omnes loci nomine, quo literarum inscriptiones finem sumebant, incipientes verborum ordinem manifeste immutant. V. supra, pag. CCCXLVIII, CCCCXXXI, CCCCXXXII (cum annot. 915), CCCCLIII, CCCCLIV, CCCCLXX, CCCCLXXVII, CCCCLXXIX, CCCCLXXX, CCCCLXXXII.

[1237]) Quia in inferiore literarum ipsarum margine inscriptio (v. supra, pag. CCCXLIV, CCCXLV, CCCLVII, CCCLVIII) in casu nominativo, in literarum vero missarum tomis aut in casu dativo aut in casu accusativo cum praepositione ‚ad' poni solebat (v. autem ea, quae supra, pag. CCCCLXXXII, CCCCLXXXIII, sunt dicta), semper fere inscriptio, quae in literarum ipsarum margine inferiore legitur, ab exempli inscriptione hac in re differt, quod exempla, quae supra, pag. CCCCXXXIX, CCCCXLI, CCCCXLII, CCCCXLIII, CCCCXLIV, attulimus, probant. Etiam plus eae exemplorum in literarum missarum volumina relatorum inscriptiones a literarum ipsarum inscriptionibus in margine inferiore positis differunt, quae verborum ordinem, qui in inscriptionibus hisce cernitur atque videtur, invertunt, cuius modi inscriptionem v. gr. supra, pag. CCCCXLI, attulimus. — Exempli inscriptio, quae de literarum ipsarum inscriptione in margine inferiore posita verba indicantia, quid literis inclusum sit, demit, supra, pag. CCCCXLIII, est allata. — Codicillus a [Stephano Borgia] S. Congnis de P. F. secretario ad [Fabritium] cardinalem Serbelloni die 9. Martii 1771 missus in margine inferiore verbis: „Emmo signore cardinale Serbelloni, ristretto," eius autem exemplar in fronte verbis: „Al sr cardinal Serbelloni || 9 Marzo 1771" inscribitur (v. supra in annot. 966). V. etiam aliud exemplum in eadem annotatione allatum, contra vero confer inscriptionem in codicilli ipsius a [Philippo Maria Monti] S. Congnis de P. F. secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra die 24 Septembris 1737 dati margine inferiore positam cum eiusdem codicilli exempli inscriptione, quae inscriptio utraque supra, pag. CCCCXLIV, legitur.

[1238]) S. Congnis de P. F. literarum exemplar v. gr. verbis: „No 2o. Vienna. A Monsr nuntio apostolico [Scipio D' Elci Pannocchieschi]. 16 Agosto 1655" inscriptum (v. supra in annot. 942) inscriptioni, quae in literis ipsis legebatur, verbum: ‚No' cum numero ex ordine et diem literis ascriptum superadiicit. V. supra, pag. CCCCLIII. — Literarum [Francisci Ingoli] primi S. Congnis de P. F. secretarii nomine scriptarum exemplar verbis: „Domino Gaspari a Questemberg abbati Strahoviensi nomine secretarii" inscriptum (v. supra in annot. 938) literarum ipsarum inscriptioni verba addit, quae indicant, cuius nomine literae missae sint. Alia exempla eiusmodi in eadem annot. 938 sunt allata. V. supra, pag. CCCCLI, DI. Mos hic Nicolai Lercari, decimi sexti S. Congnis de P. F. secretarii, tempore in eiusdem S Congnis cancellariam, forma tamen aliquantum mutata, rediit (v. supra, pag. CCCCLXXVI cum annot. 980) et aliquod temporis spatium ibi remansit (v. supra, pag.

rum inscriptionibus etiam ponebatur, eorum exemplorum inscriptionibus non addebatur, sed loco, quo erat, nisi abbreviabatur, exscribebatur permansitque.[1239]) Maxime autem earum literarum codicillorumque, qui ad duos vel plures homines in eandem rationem scriptae erant, exempla suis inscriptionibus a literarum codicillorumve ipsorum inscriptionibus tam in inferiore margine, quam a tergo vel in involucro positis discrepant, si exemplorum inscriptiones, quas diximus, utriusque vel omnium hominum, ad quos literae tales datae erant, nomina vel indicationes una continent, nam singulis literis codicillisve eiusmodi nec duobus nec pluribus nominibus opus erat, sed unum solum nomen aut una sola hominis in-

CCCCLXXVIII), quod v. gr. haec exemplorum inscriptiones probant: „Al P. generale dell'ordine di san Francesco. || M. S. || Primo Aprile 1746" (v. supra in annot. 980), „A Monsr nunzio apostolico in Vienna [Vital. Borromeo]. || S. C. || 14 Novembre 1761 (v. supra in annot. 984). — Diem literis ascriptum eorum exemplorum inscriptioni secundus S. Congnis de P. F. secretarius Dionysius Massari addere coepit (v. supra, pag. CCCCLII–CCCCLIII), quae consuetudo, licet ab ea primus eius successor Marius Alberici aliquando deflexit, id quod etiam aliorum secretariorum tempore nonnunquam fiebat (v. supra, pag. CCCCLIV, CCCCLV, CCCCLVIII, annot. 970, 988, 990), postea perduravit, quod ex inscriptionibus, quae sequuntur, patet: „Al sr cardinal d' Harrach" (v. supra in annot. 932), quae inscriptio ad Francisci Ingoli tempus pertinet, „Al sr cardinale d' Harrach", quae inscriptio tempus Dionysii Massari et quidem annum 1651 (v. supra in annot. 940) spectat, „A Frà Basilio d' Ayre Capuccino, 15 Giugno 1655" (v. supra in annot. 942), inscriptio idem tempus Dionysii Massari spectans, perinde ac: „Capitulo e[t] canonicis ecclesiae Olmuticensis [!]", cui inscriptioni (v. in extrema annot. 942) dies literis ascriptus non est superadditus; inscriptio: „Praga. Al sr cardinal d' Harrach. 5 Giugno 1660" (v. supra in annot. 944) perinde ac inscriptio: „A Monr vescovo" (v. supra in annot. 945) ad Marii Alberici tempus pertinent; inscriptio: „Al sr cardinal d' Harrach. Praga. || 27 Giugno 1665" aeque ac alia: „A Monsr nuntio di Germania [Julius Spinola erat]" (v. utramque supra in annot. 948) ad Antonii Manfroni prosecretarii tempus spectant; inscriptio: „A Monsr nuntio di Germania [idem Julius Spinola erat]. || 15 Gennaro 1667" (v. supra in annot. 951) Hieronymi Casanate, S. Congnis de P. F. secretarii, tempus spectans, aeque ac inscriptio: „A Monsr nunzio di Germania [Marius Alberici erat] 5 Marzo 1672" Friderici Ubaldi Baldeschi tempore scripta (v. supra in annot 957) et inscriptio: „A Monsr nuntio in Vienna [Marius Alberici erat] 26 Febraro 1674" (v. supra in annot. 958), quae ad Francisci Ravizza secretarii tempus pertinet, atque inscriptio: „A Monsre nuntio di Germania [Franciscus Buonvisi erat] li 6 Marzo 1679" (v. supra in annot. 959) Urbani Cerri tempus spectans ac plurimae aliae exemplorum tempore successorum huius secretarii in literarum missarum tomos relatorum inscriptiones literarum ipsarum inscriptionibus diem, qui literis ipsis ascriptus erat, superadiiciunt (v. supra in annot. 960–964, 967–990), aliae autem, longe quidem rariores, exemplorum inscriptiones eodem tempore diem non superaddunt, v. gr. inscriptio: „Al sr D[on] Paolo Moretti, missionario in Stokolm" (v. supra in extrema annot. 988) et: „F. Cristiano da Boemia Minore riformato, Praga" (v. supra in extrema annot. 990), e quibus prima ad Felicis Zondadari, altera ad Caesaris Brancadoro, S. Congnis de P. F. secretariorum, tempus pertinent.

[1239]) V. supra, pag. CCCCXLIV, CCCCLXVIII et annot. 966, ubi etiam nonnullae codicillorum in literarum missarum relatorum inscriptiones afferuntur, quae diem codicillis ascriptum abbreviant.

dicatio in earum inscriptionibus satis erat.[1240]) Modo eodem etiam literarum circum varias personas passim dimissarum exempla sua inscriptione a singulis literis huiusmodi ipsis discrepant, quia singulae literae ipsae singulis hominibus, ad quos mittendae erant, inscribebantur.[1241]) Justa eorum, quae de exemplorum in literarum

[1240]) E literis v. gr., quarum exemplar in literarum missarum volumine „Lett. volgari della S. Congne dell' anno 1630. Num. 10" verbis: „Al sr cardinal Pallotto et al P. Valeriano Magno" inscriptum est (v. supra in annot. 932), alterae certocertius solis verbis: „Sr cardinal Pallotto," alterae verbis: „P. Valeriano Magno" in margine inferiori inscriptae erant. Simili modo a literarum ipsarum codicillorumve inscriptionibus exemplorum inscriptiones: „Alli nuntii di Germania e di Polonia" (v. supra in eadem annot. 932), „Alli sri cardinali Spinelli, Mesmer, Alessandro Albani, Corsini e Colonna di Sciarra. || 23 Aprile 1756" (v. supra in annot. 966), „Alli nunzii di Francia, Fiandra, Germania e Svizzeri" (v. supra in annot. 991, in qua etiam aliae inscriptiones eiusmodi leguntur), „A Monsr nuntio di Germania, Polonia e Colonia a dì 5 Gennaro 1669" (v. supra in annot. 994), „A ciascuno de' sri cardinali San Clemente, Da Via, N. Spinola, Petra prefetto, Alessandro Albani. || 18 Agosto 1729" (v. in eadem annotatione, in qua etiam aliae inscriptiones eiusmodi afferuntur) abhorrent; plus etiam a literarum ipsarum inscriptionibus exemplorum inscriptiones: „Al sre cardinal d' Harrac e vescovo di Vienna mutatis," „Al sr cardinale d' Harrach e nunzio di Germania paucis mutatis" (v. supra in annot. 932 et 994), „A Monsre nunzio in Vienna et una simile a Monsr nunzio di Colonia" (v. supra in annot. 995), „A Monsr nuntio di Vienna, altra simile a Monsr nuntio di Colonia li 29 Decembre 1676" (v. supra in eadem annot. 995), discrepant. — Huc vero minime pertinent illarum literarum, quae unae ad duos pluresve homines missae erant, earumque exemplorum in literarum missarum tomos relatorum inscriptiones, cuiusmodi v. gr. inscriptio: „Illmis dominis comitibus Gulielmo Slavatae et Jaroslao Borzitae a Martinicz" (v. supra in annot. 932) est, aeque ac inscriptiones: „Ai PP. Gottardo di s. Maria et Ildefonso della Natività Carmelitani Scalzi. || 9 Ottobre 1724" et „Simile ai PP. Simpliciano da Canegrato e Tiburzio da Milano, Minori Osservanti in s. Bartolomeo all' isola" (v. supra in annot. 1005), quae literae omnes simul ad binos homines scriptae erant, quod tam verba duobus ultimis exemplis in calce adiecta: „Simile in singolare [numero] al P. Rocco Vonsicler [!] Boemo, Minore Osservante riformato in S. Pietro Montorio" (v. supra in annot. 876 et 1005), quam internae allocutiones, quae in his exemplis leguntur, v. gr.: „Gratissimae fuerunt S. Congni de P. F. Domnum Vestrarum literae ∝" (v. infra, num. 12 pag. 51) in primo et „Si contenteranno le Pattà Vostre ∝" in secundo, probant. — Modo eodem neque literae, quarum exemplar verbis: „Per manus de' sri cardinali: Lante, Alessandro Albani, Corsini e Colonna di Sciarra. || 7 Marzo 1759", nec aliae, quarum exemplum verbis: „Alli sri cardinali della S. Congne. || 6 detto [Apr. 1672]" est inscriptum (v. supra in extrema annot. 994) huc pertinent, quia revera unae ad plures homines missae erant.

[1241]) In literarum v. gr. exemplo verbis: „Lettera a tutti li nuntii scritta d'ordine di papa Gregorio XV. e della S. Congne il giorno doppo erettione di detta S. Congne che fu alli 14 Genaro 1622 ∝" inscripto (v. supra in annot. 934) verba: „.... Tutto cio io scrivo a V. Sia, perch' El l' adempia ∝", „.... ma se V. Sia nondimeno darà conto anche a me ∝" (v. infra, num. 1., pag. 5) et alia probant literas ipsas non omnibus sedis apostolicae nuntiis communiter, sed separatim singulis esse inscriptas, quod etiam de aliis literis eiusmodi (v. supra in eadem annot. 934) dictum esse puta idque eo potius, si non omnes literae eiusmodi de una re eodem die ad plures homines scriptae plane iisdem verbis exaratae erant, cuiusmodi v. gr. ex iis, quas in annot. 934 tetigimus, sunt literae verbis: „Rectoribus collegiorum Germanici, Anglorum, Scotorum ∝. Die 20. Augusti [1661]" inscriptae, in quarum exemplaris margine iuxta verba: „.... huius S. Congnis secretario ∝" verba: „Per li collegii d' Italia; in quelli fuori d' Italia: nuncio apostolico" ascripta leguntur (v. supra in annot. 1000.)

missarum tomos relatorum inscriptionibus hucusque dicta sunt, ratione habita, summatim affirmari potest inscriptiones has primis S. Congnis de P. F. temporibus iis inscriptionibus, quae in inferiore literarum ipsarum margine ponebantur, posteriore autem tempore inscriptionibus, quae a literarum tergo vel in involucro scribebantur, propius accedere, quamvis non desint exceptiones.[1242]) Literarum autem inscriptionibus tam iis, quae a tergo vel in literarum involucro, quam iis, quae in inferiore primae vel alius paginae margine leguntur, prorsus dissimiles sunt exemplorum inscriptiones modo, quem supra pagina CCCCXXXI—CCCCXXXII) tetigimus, admodum abbreviatae, sive diem literis ascriptum superadiiciunt, sive non.[1243])

[1242]) Exempli v. gr., cui dies 16. Julii 1622 ascriptus est, inscriptionem: Illmis dominis comitibus Gulielmo Slavatae et Jaroslao Borzitae a Martinicz" (v. supra in annot. 932) perinde ac alius literarum die 25. Martii 1623 missarum exempli inscriptionem: „Illme et Revmo domino cardinali Diatristain" (v. ibidem), cum inscriptionibus: „Al sr cardinal Diatristain", „Al [!] arciduca Leopoldo", „Al principe Loictistein", „Al nuntio dell' imperatore" et aliis, quas in eadem annotatione 932 attulimus, et eae idem Francisci Ingoli, primi S. Congnis de P. F. secretarii, tempus spectant, confer: illae duae inscriptiones profecto inscriptionibus, quae a literarum tergo vel in earum involucro scribi solebant, similiores sunt, ceterae autem inscriptionibus in inferiore literarum margine poni solitis propius accedunt. Tantundem etiam inter inscriptiones: „Vienna. Al Revdo P. D. Francesco Girolamo Oprandi, prefetto delle missioni de' PP. Barnabiti in Silesia. 9 Decembre [1654]" et „A Frà Basilio d' Ayre Capuccino, 15 Giugno 1655" quas in annot. 942 attulimus, interest. Idem etiam de inscriptionibus supra in annot. 963 allatis: „Al P. Giacomo da Albano, Palermo, || 15 Giugno 1697" A „Al P. Giacomo da Albano, Minore Osservante riformato, missionario in Akmim || primo Settembre 1704" dictum esse puta. Item inscriptionem: „Domino archiepiscopo Pragensi, Pragam || 23. Septembris 1775" (v. supra in annot. 985) cum inscriptione: „Revmo domino Augustino Chevers episcopo Mindensi in Hibernia" et „Domino Martino de Lichtenhoff, episcopo Cisamensi, episcopatus Misnensis per Lusatiam administratori, praelato et decano Budissinensi, Budissam. || 25. Januarii 1777" (v. ibidem), inscriptionem: „Revdo P. Victoriano a Cremisio, Cappucino, par[och]o [!] apostolico, per Varsaviam, Rigam, Petersburg, Moscuam. || 16. Martii 1782" cum inscriptione: „Ad P. Raphaelem Zerowniczki [!] ordinis Praedicatorum, Alepum. || 4. Aprilis 1778" (v. in eadem annot. 985) atque inscriptionem „Revdo P. Edmundo, abbati monasterii Cisterciensis Neocellas in Inferiori Lusatia. || 29. Augusti 1795" cum literarum die 28. Maii 1800 datarum exempli inscriptione: „F. Cristiano da Boemia Minore riformato, Praga" (v. supra in annot. 990), quae plurimis ad Francisci Ingoli, primi S. Congnis de P. F. secretarii, tempus pertinentibus exemplorum inscriptionibus sane simillima est, confer.

[1243]) Nullae profecto literae tam a tergo vel in suo involucro quam in inferiore primae vel alius paginae margine verbis: „Al medesimo Monsr nunzio. || 18 detto" (v. supra in annot, 970) vel: „Al medemo Monsr nunzio di Germania 14 Novembre" (v. supra in annot. 957) inscriptae mitti poterant, nedum ut verbis: „Eidem" (v. supra in annot. 915), „Al medesimo" (v. supra in annot. 915, 970), „Al sudetto" (v. supra in annot. 915), „Al medesimo || 6 Maggio 1697" (v. supra in annot. 964), „Al medemo 5 detto" (v. supra in annot. 957); „Al medemo. || Die dicta" (v. supra in annot. 996), „Al medemo die detta [!]" (v. supra in annot. 957) inscriberentur.

Utrum literae, quarum exemplar in aliquo literarum missarum volumine legitur, reapse missae sint, an et quare retineri debuerint, investigator e tomis huiusmodi non semper comperitur: compluribus quidem locis annotationes huic et illi exemplo in margine vel alio loco adiectae eum docent literas, quarum exemplar oculis cernit, non esse missas, aliquando etiam causam, ob quam id factum sit, indicant,[1244]) sed, quia experientia eum monet annotationes, quarum opus erat, non ubique additas esse, investigator etiam hac in re in dubio manet haeretque.[1245]) Idem evenit, quandocunque unarum literarum ad eundem hominem eodem die datarum investigator duo vel plura exempla in literarum missarum tomis reperit non iisdem verbis, sed aut fere iisdem verbis aut in eandem rationem scripta (v. supra, pag. CDXCVIII—DI), nisi annotatio alteri vel uni exemplo adiecta indicat, non hoce sed aliud exemplar literarum re vera missarum commentarium esse;[1246]) ubi, si investigator decreti in congregatione sive generali sive particulari de re, quam literae spectabant, facti rescriptum cum earum exemplis componere potest, quaestio interdum facile solvitur.[1247])

[1244]) V. supra, pag. CCCCXXIX (quae perperam numero CCCCCXXIX signata est).— Exempla, quibus utriusque modi annotationes sunt adiectae, supra in annot. 910, 950, 1189 iam attulimus.

[1245]) V. supra pag. DLXXI, DLXXII, DLXXV, DLXXX–DLXXXII, DXC, DXCI et annot. 1019, 1020, 1176, 1186, 1194, 1198, 1202, 1226, 1228, in quibus annotationum, quae addi debebant, sed desunt, fit mentio. — Hoc loco v. gr. benevoli lectoris animus etiam ad binarum a S. Congne de P. F. ad P. Edmundum, monasterii Novocellensis in Lusatia Inferiore abbatem, alterarum die 13. Septembris 1794, alterarum die 29. Augusti 1795 scriptarum literarum memoriam reducendus est (v. supra in annot. 835), quarum literarum exempla in literarum missarum voluminibus quidem leguntur, literae ipsae autem ad P. Edmunduma bbatem nunquam sunt perlatae, unde quaestio oritur, utrum literae re vera missae interierint, an reapse missae sint. Earum exemplis annotatio non est adiecta, quae omne dubium levet.

[1246]) Nonnullas eius modi annotationes, ex. gr.: „Haec non fuit missa, sed verte paginam", „Non fù poi mandata questa, ma quella a cart. 69", supra in annot. 910 et 1029 iam attulimus. Alias annotationes huc spectantes („E' quì posta per sbaglio", „Non è stata mandata") supra in annot. 1020, 1021, 1189 tetigimus. Alia literarum in eandem rationem scriptarum exempla, quibus annotatio, quae indicet, utrae quaeve (si plura earundem literarum eiusmodi ad eundem hominem datarum exempla in literarum missarum voluminibus leguntur) literae revera missae sint, non est addita, item supra, v. gr. pag. CCCCXLV, CCCCXLVI et in annot. 1019, 1020, 1176, 1178 sunt allata.

[1247]) Huc v. gr. literarum ad [Georgium Spinola] sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium die 4. Aprilis 1718 datarum duo exempla pertinent, quorum alterum in volumine „Lettere della Sac. Congne e di Monsr segretario dell' anno 1718. Num. 107" fol. 45–45 b, alterum in eodem tomo fol. 45 b legitur, non plane iisdem verbis scripta (v. supra in annot. 1176), quin et intitulatione inter se differentia: primo enim exemplo in margine intitulatio: „Ungaria", alteri vero: „Boemia" est adiecta; ubi, quia decreto de re, quam literae spec-

Item investigatoris animum ea literarum exempla suspendunt quae verbis ex. gr.: „Al nuntio cesareo [Gasparus Mattei erat]. Minuta mandata a palazzo alli 6 di Giugno 1642" („Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21u fol. 50 b), „Al nuntio di Germania [idem Gasparus Mattei erat]. Minuta mandata a palazzo 9 Agosto 1642" (ibidem fol. 73 — v. supra in annot. 845) aliisque, quae supra in annot. 845 attulimus, inscripta modum quidem, quo S. Congo de P. F. cupiebat, ut literae exararentur, monstrant, sed nullatenus fidem faciunt literas ipsas, utpote quae in cancellaria alius magistratus postea exarandae erant, re vera iisdem verbis esse scriptas. At non omnia literarum eiusmodi exempla in sua inscriptione verba (ex. gr.: „Minuta mandata a palazzo", „piano annesso"), quae investigatorem hac de re moneant, reapse habent, sed more, qui tempore, quo relata sunt, solitus erat, inscripta cernuntur atque videntur, solaque verba, quae in alio literarum ad aliquem magistratum missarum exemplo leguntur, significant hoc et illud exemplar literarum ab alio perscribendarum esse commentarium; quod si evenit, investigatoris dubium, quod nunc tractamus, crescit; scire enim nequit, utrum exemplar, quod contemplatur, literarum in alius curiae pontificiae magistratus cancellaria perscribendarum, an literarum e S. Congnis de P. F. ipsius cancellaria recta via mittendarum commentarius fuerit, si S. Congo de P. F. animum induxit, ut praeter literas ab alio magistratu scribendas etiam proprias literas ad eundem hominem eadem de re daret; quae si ita sunt, literarum ab alio magistratu scribendarum exemplar in literarum missarum tomis deest.[1248])

tant, in generali congregatione die 4. Aprilis 1718 peracta facto in Actorum S. Congnis tomo („Acta Sac. Congnis de P. F. de anno 1718" fol. 244–245 b) in margine intitulatio: „Ungaria" apposita est, et decreti rescriptum: „Scribatur iterum pro informatione domino nuntio Viennae, et mandet, quod interim nihil innovetur" cum verbis, quae in solo primo literarum exemplo leguntur (v. supra in annot. 1176), congruit, investigator facile sibi persuadebit primum exemplum literarum reapse missarum commentarium esse, alterum vero exemplar, cui intitulatio: „Boemia" perperam est adiecta, commentarium non approbatum, sed reiectum esse.

[1248]) In literarum a [S. Congnis de P. F. secretario Francisco Ingoli] ad [Franciscum Hadrianum] Ceva [status pontificii secretarium] die 2. Maii 1643 datarum exemplo (v. supra in annot. 1234) v. gr. haec leguntur: „Mando a V. Sia Illma un ristretto di quanto s' è risoluto in materia della Carolina, et insieme la congregatione stessa nel medesimo negocio, ... la quale, perchè contiene le più sode raggioni per la sede apostolica e per la chiesa di Praga, stimo, sia bene mandarla al detto Monsre nuntio [Gasparus Mattei, nuntius Vindobonensis, erat] con ordini, quando così parà a S. Beatne, che non la mostrasse ..... Si potrà anche avertire il sudetto Monsre nuntio, che ....

Haec, quae hucusque, quod ad fidem literarum missarum tomis tribuendam pertinet, tetigimus, sufficiunt. E quibus manifeste apparet, quod aliis locis iam diximus, exempla in literarum missarum tomos relata minime esse apta, ut literae, sicut e S. Cong^nis de P. F. cancellaria exiere, redintegrentur.[1249])

Restat, ut quaestionem aggrediamur, num haec literarum missarum series integra sit. S. Cong^nis de P. F. literae initio intelligendae sunt eae, quibus cardinalis praefectus nomen subscripsit et eiusdem S. Cong^nis secretarius sigillum impressit nomenque suum etiam addidit,[1250]) ubi tam cardinalis praefecti quam secretarii vice etiam hac in re alios fungi potuisse supra nonnullis locis iam diximus.[1251]) Praeter has S. Cong^nis literas in tomis, qui ad hanc seriem pertinent, etiam literae codicillique solius cardinalis praefecti nomine dati[1252]) atque literae et codicilli solius secretarii vel prosecretarii vel alius, qui secretarii vices supplebat, nomine scripti legun-

Si potrà dunque scrivere, se così parerà a S. Beatne, conforme l' aggiunta minuta che parimente mando ∝". Ante hoc exemplar in eodem literarum missarum tomo („Lettere volgari della S. Cong. dell' anno 1642 e 1643. Num. 21") fol. 194 b—195 aliud exemplar legitur verbis: „A Monsr nuntio apostolico" inscriptum, cui aeque ac illi dies 2. Maii 1643 ascriptus est et id verbis: „In risposta della lettera scrittami da V. Sia in materia della Carolina sotto la data delli 8 del passato, m' occorre significarle, che ...., perchè, come vedrà dalla congregatione delli 7 Genaro 1638 che sele manda per Sua instruttione solamente...., le suddete scritture furono in detta congregatione riferite per estenso ∝" incipit, nulla tam hoc quam loco alio facta mentione, e qua appareat exemplar hoc non esse literarum recta via a S. Congne de P. F. mittendarum, sed in alia cancellaria scribendarum commentarium. Utrum hae literae a status pontificii secretario ad nuntium Vindobonensem reapsae misae sint, nec ne, investigator pro certo scire non potest, cum quaestio haec ex Urbani VIII. summi pontificis assensu („se così parerà a S. Beatne") pependerit, literas autem ipsas, sicut scriptae sunt, S. Congo de P. F. suo nomine mittere non potuit, quia nuntii literae, quarum literarum ad eum dandarum exemplar, quod tetigimus, mentionem facit, die 8. Aprilis 1643 datae („sotto la data delli 8 del passato") non ad S. Congnem de P. F., sed ad status pontificii secretarium scriptae erant, qui solum earum exemplar transscriptum in S. Congnis cancellariam misit („Lett. di Colonia, Germania, Boemia ∝ 1643. Num. 87" fol. 9).

[1249]) V. supra, pag. CCXCI, CCCCXXX—CCCCXLVI, CCCCXLVIII—CDXCVI, DVI—DXXIV.

[1250]) V. supra, pag. CCCXLI.

[1251]) V. supra, pag. CCCXLI—CCCXLIII, CCCCXXVIII, CCCCXL, CCCCXLII, DLXIX DLXXVIII, annot. 641, 786, 787, 792, 793, 794, 806. — Stephanus cardinalis Borgia solus S. Congnis de P. F. propraefectus (v. pag. CCCCXXVIII) non erat, nam literarum e S. Congnis de P. F. die 25. Maii 1669 missarum exemplar („Registro delle lettere della S. Congne dell' anno 1669. Num. 53" fol. 144) Franciscum cardinalem Barbarini episcopum Ostiensem S. Congnis de P. F. propraefectum vocat.

[1252]) V. supra, pag. CCXCI, CCXCIV, CCCXVII—CCCXIX, CCCXXVII, CCCXXXI, CCCXLII, CCCXLVIII, CCCXLIX, CCCLI, CCCLII, CCCLV—CCCLX, CCCLXIX, CCCLXXII, CCCCXXVI, DLXIX, DLXXVII et annot. 990, 1025, 1067, 1176, 1186.

tur.[1253]) Haec igitur series completa atque integra habenda esset, si omnium tam S. Cong^nis de P. F., quam eius praefecti et secretarii nomine datarum literarum exempla complecteretur, at res ita non est. Nam licet in literarum missarum voluminibus etiam literarum Francisci Ingoli, primi S. Cong^nis de P. F. secretarii, nomine scriptarum exemplaria legantur, qui volumina haec et literarum allatarum tomos inter se confert, perbrevi cognoscet plurima literarum ab hoc primo S. Cong^nis secretario datarum, quarum aut commentarii modo rudiores, modo omnibus fere numeris perfecti et expleti in literarum allatarum tomis reperiuntur, aut saltem dies iis ascriptus notatur, exempla in literarum missarum voluminibus deesse,[1254]) quin etiam

[1253]) V. supra, pag. CCXCI, CCXCIV, CCCVIII—CCCXVI, CCCXXVI—CCCXXXI, CCCXXXVII, CCCXL, CCCXLII—CCCXLIV, CCCXLVIII, CCCXLIX, CCCLI, CCCLIII, CCCLV—CCCLXI, CCCLXIX, CCCLXXII, CCCLXXV, CCCLXXVII—CCCLXXIX, CCCCVI—CCCCXI, CCCCXIII—CCCCXV, CCCCXVII—CCCCXX, CCCCXXVI, CCCCXLII—CCCCXLIV, CCCCLI, CCCCLVI, CCCCLVII, CCCCLIX, CCCXLXI, CCCCLXXIV, CCCCLXXVI, CCCCLXXVIII, CCCCLXXXIV, CDXCV, CDXCVI, DIII, DXXX—DXXXIV, DXXXVII, DXXXVIII, DXLII—DXLIV, DXLVIII, DXLIX, DLI—DLV, DLIX—DLXI, DLXIII—DLXIX, DLXXV—DLXXVII, DLXXXIII - DLXXXV et annot. ex gr. 777, 956, 957, 959, 961—964, 966, 967, 971, 972, 975, 978, 983, 985, 986, 988, 989, 994, 997—999, 1003, 1005 - 1008, 1014.

[1254]) A tergo literarum, quas Don Floridus Cremona [Mediolanensis] Barnabita ad S. Congnem de P. F, die 12. Aprilis 1628 Pragae dedit („Lettere di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 210), et eae in generali congregatione die 20. Junii 1628 peracta recitatae sunt, praeter alia etiam haec verba Francisci Ingoli manu scripta leguntur: „Che il suo parere in materia di moltiplicar gl' operarii per servitio di Boemia con ordinar, non è stato approvato dalla S. Congne per il pericolo che si correrebbe d' ordinar persone inhabili overo incapaci, e quanto al dar licenza alle religioni di vestire de soggetti Boemi è negotio che spetta alla Congne de Regulari", quae responsi Francisci Ingoli nomine ad D. Floridum Cremona missi rudis commentarius, cui ne dies quidem ascriptus est, sunt. — Literis a P. Michaele [Drepanitano], ordinis Minorum Conventualium s. Francisci in Bohemia ministro provinciali, die 6. Decembris 1629 Praga ad Franciscum Ingoli missis („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 197) a tergo Franciscus Ingoli sua manu haec adiecit: „In mio nome. || Il P. generale [Felix Franceschini erat] fece la gratia al P. Giacomo da Ravenna e ne scrisse al sr cardinal d' Harrach; però in questo particolare non ho che dir a S. [!] Pattà di più. Circa li bacillieri è stato tanto grande il concorso de pretendenti, che la S. Congne ha levato mano da questo negotio. E questo è quanto posso dir in risposta della lettera di V. Pattà delli 9 [! — v. supra in annot. 1046] di Dicembre passato", quae responsionis dandae commentarius sunt, eius autem aeque ac responsi ad D. Floridum Cremona dati exemplar in literarum missarum tomis deest. — Aliis ab eodem P. Michaele Drepanitano ad Franciscum Ingoli Pragae die 6. Aprilis 1630 scriptis literis („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 194) idem S. Congnis de P. F. primus secretarius sua manu a tergo haec verba scripto apposuit: „Die 10. Augusti 1630. || In mio nome. || Mi spiace, che V. Pattà riceva disgusto in coteste parti, mà non posso credere, che ∝ [usque ad:] sì come ho sempre desiderato e desidero. E con questo fine mi raccomando alle Sue orationi e mele offero di cuore", quae responsi ad P. Michaelem Drepanitanum dandi sunt commentarius perfectus fere et expletus, cuius exemplar tamen in literarum missarum tomis desideratur. — A tergo literarum a Fr. Augustino Manzoni Senano [ordinis Minorum Conventualium s. Francisci] ad Franciscum Ingoli die 6. Julii 1636 missarum („Lettere d' Italia 1636. Num. 16" fol. 155) eiusdem se-

non sola singula huiusmodi exempla, sed aut totum volumen, aut volumina aliquot literarum eiusdem secretarii nomine scriptarum exempla continentia in S. Cong^nis de P. F. archivio desiderari; annotationes enim, quae a nonnullarum literarum allatarum tergo le-

cretarii manu haec verba sunt adiecta: „Non sarà fatto buono il magisterio a V. Rev^za, se Si tratterà a Gratz ꝛc [usque ad:] Chè per fine mel' offero e raccomando alle Sue orationi. 22 Agosto 1636", at etiam huius responsionis dandae commentarii exemplar in literarum missarum tomis deest. Idem de commentarii a tergo literarum a P. Francisco Polono Capucino die 7. Novembris 1637 Olomutii ad Franciscum Ingoli scriptarum („V. Lettere di Germania, Ungaria, Svizzera 1638. Num. 80" fol. 45—46) appositi verbisque: „Mando a V. Patt^à l' indulgenza ꝛc [usque ad:] Chè per fine mi raccommando alle Sue orationi e de Suoi devoti e Le bacio le mani. Li 23 Gennaio 1638. || Ad Olmitz" exarati exemplo dictum esse puta. — Modo simili duorum commentariorum, qui a literarum a P. Hugone Maria Ninivitico, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci praesidente ad s. Jacobum Pragae, ad Franciscum Ingoli die 8. Maii 1643 Pragae scriptarum („V. Lettere di Colonia, Germania ꝛc 1643. Num. 87" fol. 89) tergo leguntur eorumque alter responsionis ad Fr. Hugonem Mariam dandae („Responsum die 6. Junii. || Non trovandosi in Roma al presente ꝛc [usque ad:] E Le prego per fine ogni bene"), alter literarum eiusdem secretarii nomine ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach mittendarum („Al s^r cardinale d' Harrach, Praga. || Il p. Ugo Maria da Ninive dell' ordine de' Minori Conventuali mi fa così grande instanza di esser raccommandato con mie lettere alla benigna protettione di V. Em^za ꝛc [usque ad:] e Le bacio per fine humilissimamente le vesti") commentarius perfectus expletusque est, exempla in literarum missarum voluminibus desunt. Item literarum Francisci Ingoli nomine ad P. Octavianum Ravennatem ordinis Minorum Conventualium s. Francisci scribendarum commentarium: „Molto Rev^do Padre. || Ho ricevuto le note politiche, ma poco servono; nel punto che si disputa adesso, è necessario lo scritto del P. Basilio che mi spiace l' habbia abbruggiato ꝛc [usque ad:] mandarmela quanto prima. Che per fine a V. Patt^à [sic]", qui a tergo literarum ab eodem P. Octaviano ad eundem S. Cong^nis de P. F. primum secretarium die 24. Decembris 1637 missarum („III. Lettere d' Italia 1637. Num. 20" fol. 44) legitur, in literarum missarum tomis frustra quaereres, quod etiam de responsi ad literas a Vincentio [Zucconi] episcopo Rossonensi die 15. Decembris 1629 ad Franciscum Ingoli scriptas („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 201) commentario, qui ab earum tergo legitur, verbis: „Molto Ill^re e Rev^mo signor mio osservandissimo. || Non si potea sperar altro dalla cortesia di V. S^ia Rev^ma ꝛc" incipiente (v. supra in annot. 697) verbisque: „Con questo a V. Sia Rev^ma offerendomi, Le bacio per fine humilmente le mani" finem capiente dictum esse puta. — Extensiores responsionum Francisci Ingoli nomine mittendarum commentarii etiam a tergo literarum a Gasparo [Mattei] archiepiscopo Atheniensi [sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntio] die 15. Martii 1642 („Lettere di Svizzera, Germania ꝛc 1642. Num. 85" fol. 100) et 23. Augusti (ibidem folio 115—116) ad Franciscum Ingoli ipsum datarum leguntur, quorum primus verbis: „Responsum die 5. Aprilis. || In essecutione del cenno che mene dà V. S^ia Illma ꝛc" incipit verbisque: „e Le bacio per fine humilmente le mani" finem sumit, secundus verbis: „Responsum die 13. Septembris. || Li Valachi promossi nelli tempi adietro al vescovato Venteniense ꝛc" incipiens verbis: „E Le bacio per fine humilmente le mani" finem capit. — Contra literis ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach die 12. Septembris 1640 ad Franciscum Ingoli scriptis („IV. Lettere di Germania, Svizzera ꝛc 1640. Num. 82" fol. 77) a tergo (praeter alia) sola verba: „Responsum die 6. Octobris" sunt adiecta, similique modo a tergo literarum a P. Valeriano [a Magni Mediolanensi Capucino] die 29. Septembris 1640 ad Franciscum Ingoli datarum (ibidem fol. 83) verba: „Responsum die [- -] Novembris" et a tergo literarum a P. Basilio Belga Capucino, P. Valeriani socio, die 23. Martii 1630 missarum („Lettere di Germania e di Boemia 1630. Num. 71" fol. 79) verba: „Responsum die 15. Aprilis" leguntur.

guntur, v. gr.: „Responsum, ut in registro meo" investigatorem docent literarum Francisci Ingoli nomine missarum commentarios saltem nonnullos in tomum proprium vel in tomos proprios referri esse solitos;[1255]) hic autem tomus vel hi tomi in S. Cong^nis de P. F. archivio hucusque non sunt reperti.

Praeter has primi S. Cong^nis de P. F. secretarii nomine datas literas, quarum aut commentarii aut sola vestigia (v. gr.: „Responsum die 15. Aprilis" — v. supra in annot. 1254) a literarum allatarum tergo inveniuntur, in literarum allatarum tomis aut in aliis S. Cong^nis de P. F. archivii partibus etiam aut literae ipsae eiusdem secretarii eiusve successorum nomine missae aut earum sive exempla sive commentarii leguntur, quas vel quae vel quos in literarum missarum tomis frustra quaereres; inter quas literas cernuntur complures a secretario ad S. Cong^nis de P. F. cardinales praefectos aut alios eiusdem S. Cong^nis cardinales aut ministros scriptae et nonnullae eius, ad quem datae erant, responsionem in calce gerunt, aliae ad alios curiae pontificiae magistratus, aliae ad homines alios in Urbe degentes (ex. gr. advocatos) scriptae, aliae etiam, quae foras missae erant.[1256])

[1255]) Verba: „Responsum die 21. Februarii, ut in registro meo" ex. gr. a tergo literarum ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach die 31. Januarii 1637 ad Franciscum Ingoli datarum („IV. Lettere di Germania, Boemia ꝛc 1637. Num. 79" fol. 147) sunt apposita; ea a verbis: „Responsum, ut in registro diei 18", quae literis ab eodem cardinali ad [Carolum Carafa] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium die 14. Augusti 1627 missis („Lettere di Germania, Boemia ꝛc 1627. Num. 67" fol. 90) a tergo sunt adiecta, discernenda sunt: nam ante haec verba ibidem verba: „Lecta cardinali Bandino die 17. Septembris 1627" leguntur, et responsionis a S. Cong^ne de P. F. ipsa ad cardinalem ab Harrach datae exemplar in literarum missarum tomo („Lett. volg. della S. Cong^ne 1627. Num. 6" fol. 145b—146) legitur, cum responsi, si quod etiam Franciscus Ingoli ipse ad eundem cardinalem scripsit, exemplar in literarum missarum volumine desit.

[1256]) In literarum in congregationibus generalibus relatarum tomo: „Memoriali 1640. Num. 401" fol. 301 v. gr.: „Memoria all' Em^mo s^r cardinal [Ant.] Barbarino padrone" Francisci Ingoli manu scripta legitur verbis: „Di trattar con N. S^re del P. Maestro Angelo da Sonino Minore Conventuale, già vicario patriarchale di Constantinopoli e prima missionario in Vallachia e Germania ꝛc" incipiens verbisque: „.... e li missionarii continuamente, si dogliono, che non hanno le risposte" finem sumens (v. supra in annot. 362 pag. CXXXVII). — In volumine „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 259 literae ipsae, quas Franciscus Ingoli sua manu ad [Aloisium] cardinalem Caetani „di casa li 10 Luglio 1631" dedit, verbis: „Em^mo e Rev^mo mio signore, padron sempre colendissimo" inscriptae (v. supra in annot. 451, 752) leguntur, quibus in calce Aloisius cardinalis Caetani suum responsum verbis: „La minuta che V. S^ia dice conforme alla mia, non mi par tale, sì che V. S^ia mi rimandi quella notata di mio pugno, acciò possa formarsi una ꝛc" (v. supra in annot. 681). — In tomo „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318" fol. 135 et 138 literae ipsae, quas Franciscus Ingoli „di casa li 12 Febbraro 1637" ad [Joannem Baptistam] cardinalem Pallotto S. Cong^ni de P. F. ascriptum sua manu dedit, leguntur (v. supra in annot. 697), in vo-

Non meliorem sortem quam literae codicillique secretarii nomine scripti literae atque codicilli a cardinalibus praefectis vel iis, qui eo-

lumine „IV. Lettere di Germania e Svizzera 1640. Num. 82“ fol. 97 aliae ab eodem ipsius manu ad eundem cardinalem die 19. Maii 1639 scriptae leguntur. — In volumine „Memoriali 1640. Num. 401“ fol. 538 investigator literas ipsas, quas Franciscus Ingoli ad [Bernardum] cardinalem Spada „di casa il primo Aprile 1640“ dedit (v. supra in annot. 362, 471), invenire potest. Aliis literis ipsis ab eodem S. Congnis de P. F. secretario ad eundem cardinalem Spada die 30. Septembris 1648 („di casa questa sera dell' ultimo di Settembre 1648“) missis, quas in tomo „I. Lettere diverse d' Italia 1648. Num. 53“ fol. 211 legimus, Bernardus cardinalis Spada sua manu in calce responsionem: „Ho letto per extensum a N. Sre il decreto transmessomi da V. Sia insieme con questo viglietto (v. supra in annot. 458), e S. Stà ha approvato tutto. Questo dì primo Settembre [!] 1648. B. card[inale] Spada“ (v. supra in annot. 362, 692) adiecit. — In volumine „I. Lettere d' Italia 1629. Num. 4“ fol. 143 literae ipsae a Francisco Ingoli ad [Laurentium Azzolini, summi pontificis a secretis] die 7. Julii 1629 scriptae (v. supra in annot. 456, 756), in tomo „III. Cause dell' anno 1637. Num. 318“ fol. 260 aliae ab eodem ad [Marcum Aurelium] Maraldi, literarum ad principes secretarium, die 10. Septembris 1637 missae (v. supra in annot. 687, 765) leguntur, quas idem S. Congnis secretarius a tergo verbis: „All' Illmo e Revmo mio signore osservandissimo. || Monsr Maraldi. || In manu propria e subito. || Carolina [quod verbum literarum intitulatio est, loco non usitato posita]“ inscripsit, leguntur. — Alias literas ipsas in volumine „II. Boemia ab anno 1630 ad 1648. Num. 216“ fol. 19 contentas, a Francisco Ingoli ad [Dominici] Fonthia ministrum, cui Melmi cognomen erat, die 18. Augusti 1642 datas supra in annot. 687 iam tetigimus. Omnium harum, ut alias taceam, literarum exempla in literarum missarum tomis desunt. — Quod ad Francisci Ingoli successores attinet, in volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni de 20 Marzo e 18 Aprile 1673. Num. 439“ fol. 106 literae a Friderico Ubaldi Baldeschi ad [Petrum] cardinalem Ottoboni die 28. Februarii 1673 „dalla Propaganda“ missae et fol. 107 aliae iisdem fere verbis ab eodem secretario ad [Franciscum] cardinalem Barberini (v. supra in annot. 458) eodem die scriptae leguntur; hisce in calce [Francisci] cardinalis Barberini responsum verbis: „Io rimando le scritture ∝“ incipiens est adiectum. — In tomo „Germania, Boemia 23. Num. 327“ fol. 145—146 literae a Mario Alberici, S. Congnis de P. F. secretario, ad curiae pontificiae advocatum quendam, „di casa 23 Febraro 1662“ et fol. 157—158 aliae „di casa 24 Febraro 1662“ ab eodem secretario in eandem rationem ad alium advocatum scriptae, fol. 216 aliae literae anno [1664] ad [Prosperum] Bottini advocatum [consistorialem] et fol. 215 aliae in eandem rationem ac hae eodem anni [1664] die ad alium advocatum missae verbisque: „La S. Congne desidera il parere dei sri avvocati della medesima ∝“ incipientes leguntur. — In volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 7 Maggio e 3 Giugno 1720. Num. 624“ („congne 3. Junii 1720 num. 15“) codicillus a Petro Aloisio Caraffa, S. Congnis de P. F. secretario, ad [Josephum Renatum] cardinalem Imperiali „dalla segreteria di Propaganda 17 Maggio 1720“ datus, in tomo „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1729 al 1735. Num. 8“ fol. 208 alius a [Bartholomaeo Ruspoli] secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra, S. Congnis de P. F. praefectum, die 14. Augusti 1730 missus (v. supra in annot. 653), in volumine „Congregazioni particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia dal 1761 a tutto il 1765. Num. 46“ fol. 204 alius a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli, eiusdem S. Congnis praefectum, „dalla Propaganda 5 Luglio 1763“ datus, cui in calce cardinalis praefecti responsio addita est (v. supra in annot. 681), in tomo „Congregazioni particolari sopra le materie di Boemia dall' anno 1711 fino al 1716. Num. 35“ fol. 27 codicillus ipse a [Silvio de Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario ad [Car. Aug.] cardinalem Fabroni die 15. Julii missus, cui in calce idem cardinalis Fabroni suam responsionem adiecit, leguntur. — In volumine „Miscellanea: Boemia CCXXII“ folio, quod nullo numero est signatum, epistola, quam lingua vulgari ‚polizza‘ vocabant, a [Nicolao Lercari, S. Congnis de P. F. secretario] ad canonicum Carolum [aut Baiardi S. Congnis de P. F. tabularii prae-

rum rationes procurabant, vel aliis cardinalibus S. Congni de P. F. ascriptis, sive in secretarii eiusdem S. Congnis cancellariam sive Roma foras missi erant, habuerunt, quin etiam, quod ad codicillos a cardinali praefecto vel alio ad secretarium datos pertinet, eam peiorem dicere possumus; nam complures literae atque codicilli a cardinalibus, quos diximus, scripti, qui in aliis S. Congnis de P. F. archivii partibus leguntur, in literarum missarum voluminibus desunt, ubi forsitan ne unum quidem codicillum ab aliquo ex illis cardinalibus ad S. Congnis de P. F. secretarium missum reppereris.[1257]) Huc

fectum, aut Uslenghi, qui in eiusdem S. Congnis cancellaria abbreviator erat] his verbis scripta legitur: „Dalla Propa[ga]nda 26 Novembre [1755]. || Il moderno arcivescovo di Praga [Mauritius Gustavus comes a Manderscheid erat] fu eletto alli 18 di Novembre del 1733, onde io desidero, che il sr canonico Carlo favorisca di notificarmi, qual somma di denaro della cassa del sale abbia avuto dalla S. Congne o abbia preso di sua autorità sino a presente per impiegarlo in opere pie della sua diocesi. E senz' altro resto divotamente.“ — In tomum „Scritture originali riferite nelle congni generali de 28 Settembre, 16 e 29 Novembre 1683. Num. 488“ („congo 29. Nov. 1683 numo 16“) codicilli [Odoardi Cybo, S. Congnis de P. F. secretarii] nomine ad [Gasparum] cardinalem Carpegna ante diem 29. Novembris 1683 missi, in volumen „Scritture non riferite dall' anno 1700 a tutto il 1707: collegio Urbano. Num. 3“ fol. 29 literarum a Carolo Augustino Fabroni, S. Congnis de P. F. secretario, „dalla segreteria di Propaganda 14 Giugno 1700“ ad [Bernardinum Panciatici] cardinalem prodatarium scriptarum exemplar relatum est. — In tomo „Visite e colleg. 1632. Num. 10“ fol. 35 literarum a Francisco Ingoli ad [Petrum] cardinalem Pázmány, qui Romae non degebat, die 20. Novembris 1631 datarum (v. supra in annot. 791) exemplar, quod ipse secretarius sua manu scripsit, in volumine „Congne generale [!] d' Ibernia con lett[ere] 1672 al 1676. Num. 19“ fol. 3b—4, 8 et 24b trinarum literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Congnis de P. F. secretario ad [Marium Alberici] sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntium missarum exempla, quorum primo dies 27. Februarii (v. supra in annot. 902) secundo dies 23. Aprilis, tertio dies 10. Septembris anni 1672 ascriptus est, leguntur harum autem literarum codicillorumque omnium exemplaria in literarum missarum tomis desiderantur.

[1257]) In literarum allatarum, de quibus in congregationibus generalibus relatum est, tomo verbis: „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215“ inscripto fol. 253 v. gr. literae ipsae, quas Aloisius cardinalis Caetani (v. supra in annot. 641 et 786) die 11. Julii 1631 ad Franciscum Ingoli, primum S. Congnis de P. F. secretarium, dedit (v. supra in annot. 451), leguntur; in tomum „Scritture originali delle congregazioni particolari d' Ibernia dell' anno 1670. Num. 13“ fol. 63 literarum a [Palutio] cardinali Altieri, S. Congnis de P. F. praefecto, ad [Antonium Pignatelli] nuntium Vindobonensem missarum exemplar verbis: „Copia di risposta fattasi a Monsr nuntio in Vienna dall' Emmo sr cardinal Altieri a dì 26 Agosto 1670“ inscriptum (v. supra in annot. 902) relatum est; in volumine „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 10 Settembre ∝ 1696. Num. 525“ („congne 1o Ottobre numo 12“) literae ipsae a Sebastiano Antonio cardinali Tanara S. Congni de P. F. ascripto ad [Carolum Augustinum] Fabroni, S. Congnis de P. F. secretarium, „di casa“ die 12. Septembris 1696 scriptae, in tomo „Scritture riferite nel congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1712. Num 3“ fol. 26 literarum a Carolo cardinali Barberini, S. Congnis de P. F. praefecto, ad P. Carolum Mauritium Vota Varsaviam die 2. Julii 1701 missarum exemplar legitur, quod verbis: „Copia di lettera scritta .... sotto li 2 Luglio 1701“ inscriptum verbis: „Molto Revdo Padre. || Dalla lettera ∝“ incipit verbisque: „.... Con che Le auguro il colmo d' ogni perfetta felicità. || Di V. Revza || affezzionatissimo“ finem sumit, in volumine „Acta S. Congnis de P. F. de anno

adde responsiones a cardinalibus, quos diximus, ad S. Cong^nis de P. F. secretariorum literas vel codicillos datas iisque in calce vel in margine scripto appositas, sive codicillorum ipsorum exempla in literarum missarum tomos relata sunt, sive in iis desiderantur.[1258])

1705" fol. 405 literae ipsae a Josepho cardinali Sacripanti ad [Carolum Augustinum Fabroni, S. Congnis de P. F. secretarium] „dalla dataria" die 18. Februarii 1705 missae et in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1700 al 1712. Num. 3" fol. 188 aliae ab eodem cardinali praefecto ad [eundem secretarium] die 28. Junii 1705 scriptae, in tomo „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 19 Giugno ∝ 1719. Num. 619": „congo 3. Julii 1719 numo 25" literarum a [Josepho] cardinali Sacripanti, S. Congnis de P. F. praefecto, ad Nicolaum Michetti die 29. Augusti 1718 et aliarum ab eodem cardinali praefecto ad [Petrum] liberum baronem a Šafirov eodem die datarum exemplaria (v. supra in annot. 362) leguntur. In volumen „Udienze di N. Sre ∝. Num. 8" fol. 177 literarum a [Josepho cardinali Spinelli] S. Congni de P. F. praefecto die 26. Augusti 1758 ad [Albericum] cardinalem [Archinto] status pontificii secretarium scriptarum exemplar (v. supra in annot. 289, 328, 341), in tomum „Congregazioni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 41" (post fol. 40) epistola, quae codicillo admodum est similis, a [Vincentio cardinali Petra, S. Congni de P. F. praefecto] ad [Phillippum Monti] S. Congnis secretarium die 21. Martii 1736 missa (v. supra in annot. 271, 681), in volumen „Scritture riferite nei congressi: stato temporale dal 1729 al 1735. Num. 8" fol. 206 codicillus a [Vincentio] cardinali Petra ad [Bartholomaeum Ruspoli] S. Congnis de P. F. secretarium die 14. Augusti 1730 datus (v. supra in annot. 653), in tomum „Scritture riferite nei congressi: Germania ∝. Num. 11" fol. 221 codicillus a [Josepho Maria] cardinali [Castelli] S. Congnis de P. F. praefecto ad [Marium Marefoschi] secretarium die 10. Julii 1764 missus, in volumen „Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 17 Febraro ∝ 1772. Num. 833": „congne 2 Giugno numo 12" codicillus ab eodem [Josepho Maria] cardinali Castelli [S. Congni de P. F. praefecto] ad [Stephanum Borgia, eiusdem S. Congnis secretarium] die 29. Maii 1772 scriptus, in tomum „Scritture non riferite dall' anno 1771 a tutto il 1778: missioni settentrionali e Germania. Num. 12" fol. 571 alius ab eodem cardinali praefecto ad eundem secretarium die 28. Julii 1773 datus, in volumen „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali ∝. Num. 13" fol. 328 epistola codicillo valde similis a [Leonardo cardinali Antonelli S. Congni de P. F. praefecto] ad [Stephanum Borgia, eiusdem S. Congnis secretarium] die 28. Julii 1783 missa (v. supra in annot. 681) et fol. 351 alia ab eodem cardinali praefecto ad eundem secretarium die 22. Julii 1783 scripta (v. supra in eadem annot. 681) relati sunt. Omnium harum literarum horumque codicillorum exempla, ut multas alias literas compluresque codicillos taceam, e quibus nonnullae nonnullique supra v. gr. pag. LXIV et in annotat. 289, 362, 395, 398, 404, 416, 421, 452, 455, 456, 597, 634, 642, 643, 653 allati sunt, in literarum missarum voluminibus desunt.

[1258]) In tomo „Lettere della S. C, di Monsr segr. dell'anno 1761. Num. 90" fol. 178b codicilli a [Carolo Augustino Fabroni] S. Congnis de P. F. secretario ad Carolum cardinalem Barberini [eidem S. Congni praefectum] die 1. Julii 1701 missi exemplar legitur, verbis: „Al sr cardinal Carlo Barberini || primo Luglio 1701" inscriptum; codicillus ipse verbis: „Dalla Propaganda 1o Luglio 1701" inscriptus, in cuius inferiore margine verba: „Sr cardinal Barberini prefetto" leguntur, in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania ∝. Num. 3" fol. 25 reperitur, ubi ei Caroli cardinali Barberini responsio: „Il cardinal Barberini scrive questa sera medesima in esecutione dell' ordine che si compiacque dargli come sopra la S. Congne", in calce est adiecta. — In tomum „Lettere della S. C. e di Monsr segrio dell' anno 1707. Num. 96" fol. 194b codicilli ab [Antonio Banchieri] S. Congnis de P. F. secretario ad [Josephum] cardinalem Sacripanti [eidem S. Congni praefectum] die 9. Junii 1707 dati exemplar relatum est, qui codicillus ipse (v. supra in annot. 634) cum cardinalis praefecti responsione in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania ∝. Num. 3" fol. 219 legitur, in margine inferiore verbis: „Sr cardinal Sacripante prefetto" inscriptus. — In tomum „Lettere della S. C. e di Monsr sego dell' anno 1709. Num. 98" fol. 301b codicilli a [Silvio a Cavalieri] S. Congnis de P. F. secretario ad [Josephum] cardinalem Sacripanti, eiusdem S. Congnis cardinalem praefectum, die 24. Augusti 1709 scripti exemplar relatum est; codicillus ipse, cui cardinalis praefecti responsio in margine est ascripta, in volumine „Scritture riferite nei congressi: Germania ∝. Num. 3" fol. 268 legitur verbis: „Dalla segreteria di Propaganda 24 Agosto 1709" inscriptus. — In tomum „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1737. Num. 147" fol. 276—276b codicilli a [Philippo Maria Monti] S. Congnis de P. F. secretario ad [Vincentium] cardinalem Petra praefectum die 24. Septembris 1737 missi exemplar, quod supra (pag. CCCCXLIV) attulimus, est relatum; codicillo ipsi, qui in volumine „Congni particolari sopra le materie di Boemia ∝. Num. 39" folio, quod numero non est signatum, reperitur (v. eadem pag.), in margine cardinalis praefecti responsio („Mi riporto alla necessità di non potersi fare la congregazione et alla disposizione divina nel di più, non potendosi pretendere l' impossibile") est apposita (v. supra, pag. CCCCXLIII et in annot. 176). — Literas codicillosque nonnullos secretarii nomine scriptos, quibus aut praefecti aut alius cardinalis responsio addita est, literarum codicillorumque exempla vero in literarum missarum tomis desunt, supra in annot. 1256 tetigimus.

Modo simili in aliis S. Cong^nis de P. F. archivii partibus etiam literas S. Cong^nis ipsius nomine scriptas investigator interdum reperit, quarum exempla in literarum missarum voluminibus incassum quaereret.[1259]) At praeter literas, quarum commentarios S. Cong^nis de P. F. cancellariae ministri fortuito in literarum missarum volu-

[1259]) Huc v. gr. binae, S. Congnis de P. F. nomine ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach datae literae pertinent, quae in tomo „V. Boemia ∝. Num. 217" fol. 92 (112) et 85 (100) leguntur, et earum alteri dies 8. Februarii 1649, alteri dies 6. Julii 1649 ascriptus est; utrarumque harum literarum exempla in literarum missarum serie desunt (v. supra in annot. 362). — In volumine „Scritte rifete nei congressi: collegi di S. Maria delle Fornaci dal 1720 al 1819, di s. Norberto dal 1631 al 1817 ∝. Num. 1" fol. 126 literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Societatis Jesu] generalem ministrum [Joannem Paulum Oliva] datarum exemplar legitur, quod verbis: „Revmo Padre (v. supra in annot. 627). || Fù risoluto nella congregatione tenutasi sopra i collegii pontificii, che si liberassero gl'alunni dal obligo di scrivere ciaschedun anno a questa S. Congne e che si dasse la facoltà ai sri cardinali protettori di ciascun collegio ∝" incipit verbisque: „Questa determinatione riferita da Monsr segretario [Fridericus Ubaldi Baldeschi erat] alla Stà di N. Sre, si è S. Beatne degnata d' approvarla. La notifico alla Pattà Vostra et alle Sue orationi mi raccommando. || Roma 29 Decembre 1668. || Al piacer di V. Pattà || Francesco Barberino. || Episcopus Caesariensis secretarius" finem sumit. Harum literarum exemplar in literarum missarum tomis deest. — In tomo „Collegii I. Num. 362" fol. 68 literarum a S. Congne de P. F. ad [collegiorum pontificiorum rectores] die 20. Julii 1661 missarum seu exemplar seu commentarius plene transscriptus literisque ipsis assimulatus legitur, cuius verba sunt, quae sequuntur: „Revme [!] Pater. Ut breve a Smo D. N. anno praeterito promulgatum super iuramento, quod collegiorum pontificiorum alumni praestant, absque difficultate atque haesitatione suum omnino sortiatur effectum, paternaque Stis Suae mens plenius adimpleatur, declarationes aliquae ab Emmis Patribus huic negotio specialiter deputatis die octava Aprilis currentis anni editae sunt et a Ste Sua approbatae, quas iussu S. Congnis de P. F. Revtiae Tuae transmitto, ut eas in isto collegio iuxta praefatum breve affigi ac exponi et ad earum praescriptum ipsum observari cures. Dumque a Te moneri expecto, quod eas receperis, me Tuis orationibus plurimum commendo. Romae 20. Julii 1661. || Revtiae Tuae studiosus," harum vero literarum exemplar in literarum missarum volumen non est relatum.

mina referre obliti sunt, unum S. Cong^nis de P. F. literarum genus in his voluminibus prorsus deest. Quae hic denotantur, literae missionis sunt, quas etiam literas patentes (lingua vulgar. ‚la patente di missionario', seu simpliciter ‚la patente') vocabanti Hae vero literae missionis seu patentes, tametsi iis cardinalis praefectus et S. Cong^nis secretarius nomina subscribebant sigillumque S. Cong^nis de P. F. imprimebatur, S. Cong^nis literae proprie dici non possunt, cum alias a consueta literarum forma abhorreant nilque aliud sint quam congregationis generalis decretum, quo hic et ille S. Cong^nis de P. F. missionarius constituebatur.[1260]) Sed non omnium decretorum eiusmodi exempla, quae in literarum allatarum tomis leguntur, literae patentes ipsae seu earum exempla existimari debent, nam S. Cong^nis de P. F. secretarii decretorum, per quae missionariorum munus regularibus committebatur, exempla, quibus sua manu nomen subscripserunt, ad regularium superiores, si eorum assensus necessarius erat,[1261]) mittere solebant, superiores vero, verbis, quibus assensum suum praebebant, suoque nomine subscripto inter decreti ultima verba et secretarii nomen subscriptum appositis, ea in S.

[1260]) Literas patentes, per quas D[on] Vigilius Battocletus Barnabita S. Cong^nis de P. F. missionarius in Silesia constitutus est, e tomo „IV. Germania, Austria, Moravia e Silesia ad an. 1656. Num. 335" supra in annot. 870 attulimus; in eodem volumine fol. 217 hae missionis literae leguntur: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 23. Februarii 1654. || Ad relationem Em^mi d. cardinalis Antonii praefecti, instante Ser^mo [Carolo Ferdinando] principe Poloniae et Sveciae, administratore [!] episcopatus Vratislaviensis, fuit declaratus a S. Cong^ne coadiutor missionariorum apostolicorum in Silesia ordinis Barnabitarum Gabriel Galatinus, eiusdem ordinis laicus. || Card. Antonius praefectus. || (Locus sigilli.) || Dion. Massarius, S. Cong^nis secretarius". — Aliae literae patentes D. Pium Cassetta Barnabitam missionarium in Silesia eodem die 23. Februarii 1654 constitutum spectantes in eodem volumine fol. 216 reperiuntur. — In tomo eodem fol. 105 missionis literarum exemplar, quod sequitur, legitur: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 6. Novembris 1648. || Referente Em^mo d. cardinali Mattheio, S. Cong^o Wincislao Othic Silesitae, collegii de P. F. alumno et sacrae theologiae magistro, missionem decrevit in Silesiam. || A. cardinalis Capponius. || (Locus sigilli.) || Franciscus Ingolus secretarius." — Decreta vero eiusmodi in S. Cong^nis de P. F. cancellaria reapse literas patentes vel missionis literas (lingua vulgari: la patente) appellari solita esse haec probant: libello supplici pro P. Cornelio Oitweiler Coloniensi ordinis Minorum Conventualium s. Francisci S. Cong^ni de P. F. porrecto („Memoriali 1636. Num. 396" fol. 490) a tergo (praeter alia) congregationis generalis die 30. Decembris 1636 peractae decretum ascriptum est, in quo etiam verba: „Deinde missionem cum solitis facultatibus pro Mag. Fr. Cornelio in totam Silesiam decrevit et literas patentes missionarii ad nuntium Germaniae mitti iussit ꝛc," quod decretum verba: „Si faccia la patente per M. F. Cornelio" sequuntur. Et in literis a S. Cong^ne ad provinciae Austriacae ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ministrum provincialem hac de re die 31. Decembris 1636 datis („Lett. latine della S. C. dell' anno 1630 al 1646. Num. 9" fol. 82) haec leguntur: „.... cuius quidem missionis literas cum his ad Rev^tiam Tuam transmittimus ꝛc." V. supra, pag. CCCXLI, CCCLXXXIII.

[1261]) V. supra, pag. CCCLXXXIII, CCCLXXXIV, CCCLXXXVI.

Cong^nis cancellariam remittebant;[1262]). decreta eiusmodi igitur subscripto cardinalis praefecti nomine atque sigillo S. Cong^nis de P. F. impresso carent, at praeter secretarii nomen subscriptum etiam generalis ministri aut alius, qui regularium ordini, quem spectabat, praeerat, nomen subscriptum eiusque assensum gerunt, quo assensu accepto, S. Cong^o de P. F. ad regularem, quem missionarium constituerat, missionis literas demum dabat. Missionis seu patentibus missionariorum literis simillimae sunt patentes praefecturae literae, quae S. Cong^o de P. F. ad missionum praefectos, quos constituerat, mittebat, et eas lingua vulgari ‚la patente di prefetto' vocabat.[1263]) Quo loco meminisse et commemorare opus est nonnullis literas patentes falsas et corruptas esse allatas.[1264]) Causam, ob quam literae patentes utriusque generis, quod diximus, in S. Cong^nis de P. F. archivio desunt, libellus supplex ab eiusdem S. Cong^nis scriptoribus S. Cong^ni anno 1784 porrectus (v. supra, pag. XXV sqq.) quadamtenus illustrat, ubi harum literarum curam ad primum et secundum cancellariae eiusdem S. Cong^nis scriptorem spectare demonstrat,[1265]) qui scriptores literarum patentium volumina in S. Cong^nis de P. F. archivio fortasse nondum deposuerunt.

Harum (patentium) literarum in literarum missarum tomis defectum „Actorum S. Cong^nis" et „Decretorum" volumina compensant, in quibus decreta, per quae missionarii a S. Cong^ne consti-

[1262]) In tomo „Fedi e mandati [v. supra, pag. CCXXXVIII] 1637. Num. 398" fol. 303 v. gr. haec leguntur: „Decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 22. Septembris 1637. || Referente Em^mo d. cardinali Palotto [sic], S. Cong^o missionem in Bohemiae regnum decrevit Fr. Gregorio de Fassa Capuccino, testimonio Em^mi d. cardinalis ab Harrach quoad scientiam et mores idoneo, accedente tamen consensu P. generalis Capuccinorum et pro facultatibus iussit adiri S. Officium. || [Alia manu:] Ego Fr. Joannes a Montecalerio, minister generalis praedicti ordinis Capuccinorum, meum praesto consensum. || [M. pr.:] Fr. Joannes, qui supra. || [M. pr.:] Franciscus Ingolus secretarius" quae literae patentes non sunt existimandae. V. etiam supra in annot. 536.

[1263]) V. supra, pag. CCCLXXXXII et in annot. 877.

[1264]) Id v. gr. literae a S. Cong^ne de P. F. ad [Camillum Melzi] apostolicae sedis ad imperialem aulam nuntium die 29. Decembris 1652 datae („Lettere volgari della S. C. degl' anni 1652 e 1653. Num. 29" fol. 83b—84) verbis: „Sono restati molto edificati questi miei s^ri cardinali della Cong^ne de P. F. della prudente risolutione di D. Adamo Ignatio Oscherio [iuste: Oschenius ab Aschenthal], paroco di Birnicz nella diocese di Olmutz in Moravia, mentre havendo egli ricevuto una patente di missionario sotto nome della sodetta S. Cong^ne da un certo Antonio Adamo speditioniero, senza punto servirsene, ha prima voluto indicarla alla medesima S. Cong^ne per accertarsi, s' era vera o finta; onde, essendo stata riconosciuta per falza, hanno i sodetti Em^mi miei signori pensato di honorare il merito e la bontà di cotesto soggetto con il vero titolo di missionario apostolico ꝛc" probant.

[1265]) V. supra, pag. XXXIII.

tuebantur, leguntur; nonnullas alias S. Cong^nis^ de P. F. literas, quae in literarum missarum serie desiderantur, literarum allatarum utriusque generis volumina aliqua ex parte supplent, si a tergo literarum allatarum responsionis dandae commentarium, perinde ac paulo superius, ubi de secretariorum literis sermo fit, animadvertimus,[1266]) afferunt; qui literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine scribendarum commentarii nunc verbosiores exemplis, quae in literarum missarum tomis leguntur, simillimi sunt, nunc paucissimis verbis constant;[1267]) alias S. Cong^nis^ de P. F. nomine datas literas in literarum missarum voluminibus deesse nonnullae ex annotationibus, quae in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria literis allatis scripto apponebantur, probant, si in voluminibus, quae diximus, literarum, quas annotatio eiusmodi aut missas esse affirmat aut mittendas esse dicit, investigator exemplum non repperit.[1268]) Modo simili idem, literarum dico a S. Cong^ne^ de

[1266]) V. supra in annot. 1254.

[1267]) A tergo literarum a P. Bonaventura Manhard, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ministro provinciali in Austria, die 26. Septembris 1629 ad S. Cong^nem^ de P. F. datarum („Lettere di Germania e Boemia 1629. Num. 70" fol. 155) v. gr. hic responsi a S. Cong^ne^ scribendi commentarius legitur: „Cum generali Rev^tiae^ Tuae egimus de multitudine superiorum in istis partibus, de quibus conquestus fuisti, et cum nobis ille iustissimas adduxerit causas et praecipue circa deputationem P. [Joannis Bapt.] Sanctii, S. Cong^nis^ missionarii, ob quas hisce temporibus, in quibus de recuperatione conventuum religionis agitur, superiores in partibus istis multiplicare necessse est, defuit nobis, quid in contrarium responderemus; proinde Rev^tia^ Tua recte faciet, si illis, qui istuc mittuntur et praesertim cum litteris S. Cong^nis^, omnem Suum favorem et auxilium praestiterit, nam certo scias Te rem gratissimam eidem S. Cong^ni^ esse facturum. Vale. Die 17. Novembris 1629." Harum literarum exemplar in literarum missarum tomo deest. — A tergo literarum ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach die 24. Aprilis 1628 ad S. Cong^nem^ de P. F. (Ludovicum cardinalem Ludovisi) scriptarum („Lettere di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 138) hic responsionis ab eadem S. Cong^ne^ dandae, cuius exemplum in literarum missarum voluminibus deest, commentarius legitur: „Non si è potuto dar sodisfattione al P. Frà Carlo Francesco Crotta da Voghera raccommandato etc., perchè non ha adempite le conditioni necessarie per haver la precedenza che pretende, et essendo stato fatto capace il Padre che portava il suo negotio, si spera, che lo persuaderà a contentarsi di quanto ha ottenuto e conseguentemente anche V. S^ia^ Illma mi scuserà, se non l' ho potuto servire." — Literis, quas Carolus Carafa nuntius Vindobonensis die 3. Maii 1628 ad S. Cong^nem^ de P. F. misit („Lettere di Germania e Polonia 1628. Num. 69" fol. 38), literarum S. Cong^nis^ nomine scribendarum hic brevis commentarius a tergo est adiectus: „Che non si sono ricevute le scritture, e però che le mandi;" harum autem literarum exemplar in literarum missarum voluminibus deest.

[1268]) A literarum a Caietano [Cavalieri] nuntio Coloniensi die 15. Februarii 1728 ad S. Cong^nem^ de P. F. datarum („Scritture orig. riferite ∝ 1728. Num. 660": „cong^ne^ 15 Marzo num^o^ 19°") tergo — praeter alias — haec annotatio legitur: „L' originale della presente si è rimandato in segreteria di stato col piano per la risposta li 5 Marzo 1728 e scrittos a dirittura dalla S. Cong^ne^ ai 6"; harum literarum a S. Cong^ne^ ad [Caietanum Cavalieri] nuntium die 6. Martii 1728 missarum exemplar revera in tomo „Lettere della S. Cong^ne^ dell' anno 1728. Num. 126" fol. 79b reperitur (v. supra in annot. 769), sed alterarum literarum ad secretarii status cancellariam die 5. Martii 1728 scriptarum exemplum in literarum

P. F. scriptarum exemplar in literarum missarum tomis deesse, interdum ex „Actorum S. Cong^nis^" voluminibus patet, si quo decreto S. Cong^o^ aut ad literas allatas responsum aut suas literas ultro ad quem dari iussit, earum autem exemplum in literarum missarum tomis inveniri non potest;[1269]) exemplar vero eiusmodi revera non deest, si S. Cong^o^ de P. F. aut cardinalis praefectus, decreto tali facto, consilium qualicunque de causa mutavit et negotium alio modo expedire maluit.[1270])

missarum voluminibus deest. — In tomo „Collegii: s. Pietro Montorio, Praga. 28, 29. Num. 377" fol. 319 literae, quas P. Michael Bruno Berbigius parochus Skoroticensis, qui pontificii seminarii Pragensis alumnus fuerat, die 25. Januarii 1660 ad Alexandrum VII. summum pontificem dedit, eaeque literae status (v. supra in annot. 369) sunt, leguntur, quibus a tergo praeter alia etiam verbum: „Respondeatur" scripto est appositum; literarum autem, per quas S. Cong^o^ de P. F. ad has literas status rescripsit, exemplum in literarum missarum tomis desideratur. — A tergo libelli supplicis a P. Fr. Hieronymo de Monte Sion, ordinis Minorum Conventualium s. Francisci ministro provinciali in Bohemia, Caroli principis a Liechtenstein nomine S. Cong^ni^ de P. F. porrecti (v. infra, num. 74) eius sententia decretique ab eadem S. Cong^ne^ in generali congregatione die 13. Junii 1623 peracta facti commentarius, ante quem verba: „Cum generalibus" scripta sunt, legitur; quam sententiam cum decreto, quod diximus, ad singulos religiosorum ordinum generales ministros literarum loco missam esse constat (v. ibid. pag. 338), sed literarum missarum tomi eam non afferunt. — Modo simili in literarum missarum voluminibus desunt literarum S. Cong^nis^ de P. F. nomine ad ordinum religiosorum superiores (ministros generales) missarum exempla, quarum literarum in annotatione literis a P. Nicolao Crusinio, provinciali Germaniae ordinis s. Augustini ministro, ad P. Andream Cortonensem, ordinis eiusdem procuratorem generalem, die 18. Octobris 1624 datis (v. infra, num. 184) a tergo adiecta mentio fit. Quae literae fortasse — perinde ac illae, quas S. Cong^o^ de P. F. in generali congregatione die 13. Junii 1623 habita scribi iussit (v. paulo superius in hac annotatione) — nil aliud erant ac decreti ab eadem S. Cong^ne^ — in generali congregatione 27^a^ die 17. Decembris 1624 peracta — facti decretum. — Inter annotationes literis a Carolo Carafa nuntio Vindobonensi ad [Octavium] cardinalem Bandini die 2. Novembris 1624 datis (v. infra num. 189) a tergo appositas etiam in decreti in generali congregatione 26^a^ die 3. Decembris 1624 peracta facti commentario verba: „Accusar la ricevuta delli conti ecc." leguntur; literarum autem a S. Cong^ne^ de P. F. ad Carolum Carafa nuntium scriptarum exemplar in literarum missarum tomis desideratur.

[1269]) In generali congregatione die 24. Augusti 1624 peracta decreto 5° S. Cong^o^ de P. F. „iussit committi generalibus Praedicatorum, Conventualium, Minorum de Observantia, Augustinianorum et Patrum Soc. Jesu, ut die Martis [27. Augusti] adeant Ill^mum^ d. cardinalem Barberinum ∝" („Acta S. Cong^nis^ anno 1622 ad 1625" fol. 136), literarum autem, per quas hoc decretum ad effectum est adductum, exemplar in literarum missarum tomis deest.

[1270]) In congregatione generali v. gr. die 12. Martii 1624 ‚coram S^mo^' habita Urbanus VIII. „iussit scribi nuntio Germaniae [Carolus Carafa erat], ut cum imperatore de hoc [Norimbergensium] negotio ageret, et archiduci [Carolo], ut eam [iuste: rem] promoveret" („Acta S. Cong^nis^ de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 95), sed literarum tam ad nuntium quam ad archiducem mitti iussarum exempla in literarum missarum tomis desiderantur, quia literae illae utraeque non S. Cong^nis^ de P. F., sed summi pontificis ipsius, quem negotium id aggressum esse constat, nomine datae esse videntur (v. infra, num. 96). — In generali congregatione die 7. Julii 1624 peracta („Acta S. Cong^nis^ ∝ 1622 ad 1625" fol. 116) decreto decimoquarto „Patres zelum et pietatem imperatoris summopere commendarunt

Literarum allatarum tomi etiam alio, ac quem iam diximus, modo in literarum missarum voluminibus exempla deesse probare possunt, si dico in his et aliis literis allatis literarum aut a S. Cong^ne de P. F. aut eius cardinali praefecto vel alio aut eius secretario datarum vel codicillorum fit mentio, harum autem literarum vel codicillorum exemplaria in literarum missarum tomis investigator incassum quaerebat.[1271])

eique immortales agi gratias nomine Sanctissimi per breve et nomine Congregationis per literas praeceperunt" (ibid. fol. 119; — v. infra, num. 118), sed literarum, quae S. Congnis de P. F. nomine ad Ferdinandum II. scribi debebant, exemplar in literarum missarum tomis frustra quaereres, nam S. Congo ipsa non ad eum, sed ad [Carolum Carafa] nuntium die 13. Julii 1624 misit literas, per quas ei negotium dedit, ut imperatori S. Congnis de P. F. gratias redderet (v. infra num. 120).

[1271]) In literis a [Carolo principe a Liechtenstein] duce Opaviensi ad [Octavium] cardinalem [Bandini] die 24. Octobris 1624 datis („I. Boemia ad 1629. Num. 214" fol. 531) v. gr. verba: „Dal P. Francesco Ripa Capuccino ho ricevuto quella di V. Sia Illma per ordine della S. Congne de P. F. ∞" (v. infra, num. 179) et in aliis literis a Paulo Michna die 20. Septembris 1624 ad eundem [Octavium] cardinalem Bandini scriptis (v. infra, num. 160) verba: „Avenghi quello che V. Sia Illma per ordine della S. Congne de P. F. ricorda ∞" leguntur, quae utrique nobili, quem diximus, S. Congnis de P. F. literas, quibus loco cardinalis praefecti Octavius cardinalis Bandini nomen subscripserat, esse allatas probant; harum autem literarum exempla in literarum missarum tomis nullibi reperiuntur, licet etiam in 18o generalis congregationis coram Urbano VIII. summo pontifice die 7. Februarii 1624 peractae decreto verba: „Referente cardinali Zollerano posse Fr. Franciscum Ripa Capucinum censum aliquem annuum S. Congni procurare ex quadam negotiatione, quam pater eius [Franciscus Clari Ripensis] in diversis Germaniae provinciis exercet, si idem Frater ad dictum eius patrem at ad nonnullos alios Germaniae proceres cum literis eiusdem Congregationis dirigeretur, Smus eidem cardinali mandavit, ut cum procuratore generali Capuccinorum de huiusmodi negotio agat oboedientiamque pro dicto Fratre requirat, quia Stas Sua una cum Patribus censuit illud omnino esse peragendum" („Acta S. Congnis de P. F. anno 1622 ad 1625" fol. 86b, 80b—90) legantur, quae significant S. Congnis de P. F. literas, quarum exempla in literarum missarum tomis desiderari diximus, literas commendatitias fuisse (v. infra, num. 160 annot. 1). Idem etiam de literis a Francisco Clari Capucini, quem modo diximus, patre, ad [Octavium] cardinalem [Bandini] die 5. Octobris 1624 datis (v. infra, num. 177), quae verbis: „Da una mandatami dal P. Francesco mio figliolo ho inteso, quanto desidera la S. Congne de P. F. ∞" incipiunt, dictum esse puta, si literae, quas P. Franciscus Clari Capucinus ad patrem suum misit, non ipsius P. Francisci, sed S. Congnis de P. F. erant. — In literis a Carolo [Carafa] nuntio Vindobonensi die 27. Augusti 1625 ad Franciscum Ingoli, primum S. Congnis de P. F. secretarium, scriptis (v. infra, num. 295) verba: „Ringratio V. Sia Revma de favore fattomi con la Sua delli 26 di Luglio" quidem leguntur, in literarum vero missarum tomis literarum a Francisco Ingoli die 26. Julii 1625 datarum exemplar deest. — Modo simili in literis a P. Valeriano a Magni Capucino die 4. Martii 1624 ad [Franciscum] Ingoli secretarium missis („III. Lettere di Polonia, Ungaria, Illirico riferite l' anno 1626. Num. 56" fol. 93—94) verba: „In risposta dell' ultima di V. Sia data sotto li 24 del passato [mensis Januarius significatur] non mi occorre altro ∞" literas a Francisco Ingoli ad P. Valerianum scriptas esse comprobant, sed earum exemplar in literarum missarum tomis desideratur (v. infra, num. 363a). — Codicillus a [Paulo Aloisio] Silva, S. Officii assessore, die 5. Junii 1782 ad [Stephanum] Borgia, S. Congnis de P. F. secretarium scriptus („Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 279) verbis: „Mille obligazioni e mille ringraziamenti al veneratissimo e gentilissimo Monsr Borgia, segretario di Propaganda per la comunicazione degli ordini ricevuti dal Santo Padre di far uso ∞" incipit, codicillus autem, quo Stephanus Borgia summi pontificis mandata Paulo Aloisio Silva nota fecit, in literarum missarum tomis non legitur. Modo simili in iisdem tomis codicillus deest, quem idem Stephanus Borgia secretarius ad eundem Paulum Aloisium Silva, S. Officii assessorem, dedit, et ad eum hic S. Officii assessor codicillo die 17. Junii 1782 misso (ibid. fol. 272), in quo verba: „In corrispondenza del pregiatissimo biglietto dell' Illmo e Revmo Borgia, segretario di Propaganda ∞" leguntur, rescripsit.

In S. Cong^nis de P. F. cancellaria consuetudinem fuisse, ut nonnullae literae, praesertim maioris momenti vel quae longum iter percurrere debebant, iterarentur, superius iam diximus,[1272]) literarum autem missarum tomi investigatori id non semper produnt: nonnullarum quidem literarum, quas S. Cong^o iteravit, duo exempla in tomis, quos diximus, leguntur, aliis literarum iteratarum exemplaribus in calce aliove loco verba adiecta sunt, quae literas iteratas esse indicant,[1273]) sed hic uterque modus, quo investigator comperit literas, quarum exemplum in literarum missarum tomis videt atque cernit, esse iteratas, pro rata admodum rarus est; etiam rarius tomi hi annotationibus alius generis investigatorem de literis iteratis certiorem faciunt.[1274]) Sequitur igitur, ut plurimarum literarum iteratarum, si iis non idem, sed duo, tres, varii dies (is dico, quo literae primum missae sunt, isque vel ii, quo vel quibus iteratae sunt) ascripti sunt (v. supra, pag. CCCXXXV), exempla in literarum missarum voluminibus desint, ubi fieri potuit, ut non literarum primum missarum, sed demum iteratarum literarum, quibus dies posterior ascriptus est, exemplum in literarum missarum tomos referretur.[1275])

Quod ad literas in aliqua congregatione particulari scribi iussas pertinet, earum quidem exempla multa in tomis literarum missarum leguntur,[1276]) sed non omnium; nonnullarum literarum eiusmodi sive

[1272]) V. supra, pag. XXVI, XXXIII, XXXIV, CCCXXXV, CCCXXXVII, CCCLXVII, CCCLXVIII.

[1273]) V. supra, pag. CCCXXXV et in annot. 772.

[1274]) In tomo „Lettere della Sac. Congne dell' anno 1734. Num. 139" fol. 5b in literarum a S. Congne de P. F. ad [Dominicum Passionei] nuntium Vindobonensem die 9. Januarii 1734 datarum (v. supra in annot. 901) margine v. gr. haec nota legitur: „Qui manca altra lettera al medesimo Monsr nunzio per l' assegnamento fatto ai canonici lateranensi d' Olmitz, et è registrata in appresso sotto il dì 29 Aprile in cui fù spedita per duplicato."

[1275]) Id v. gr. literis a S. Congne de P. F. ad [Dominicum Passionei] nuntium Vindobonensem primum die 9. Januarii 1734, iterum die 29. Aprilis 1734 missis, quas in annot. 1274 tetigimus, accidit.

[1276]) Literas a Congregatione particulari de rebus Sinarum et Indiarum orientalium scriptarum aliquandiu in tomos proprios, qui tamen inter cetera literarum missarum volumina locum obtinent, relatas esse supra (pag. CCCCLXXIII, CCCCLXXIV, CCCCLXXVI, DXXXI, DXXXII, DXXXIV) iam diximus.

a S. Cong^ne de P. F. ipsa sive ab eius cardinali praefecto datarum, perinde ac codicillorum ad negotia in congregationibus particularibus tractata pertinentium exempla in congregationum particularium voluminibus quidem reperiuntur,[1277]) nonnullarum autem aliarium literarum v. gr. a cardinali praefecto Congregationis particularis de statu temporali (v. supra, pag. XIV—XV, LXVIII—LXIX) scriptarum ne vestigium quidem idque tam in literarum missarum tomis, quam in alia archivii S. Cong^nis de P. F. parte invenies.[1278])

Tandem ipsi literarum missarum tomi voluminumve, quae literarum tam S. Cong^nis de P. F. quam eius secretarii nomine missarum exempla, sed disparata, continent, partes investigatoris suspicionem movere possunt in iis complura literarum missarum exempla deesse, si foliorum numerus ad foliorum numerum, qui in proximis tomis cernitur, comparatus nimis exiguus in iis cernitur atque videtur, nec ulla causa adest, quae numeri, quem diximus, deminutionem exponat.[1279])

[1277]) S. Cong^nis de P. F. literae, sive ab ea ipsa, sive a cardinali praefecto, sive a secretario sunt datae, quarum exempla in literarum missarum voluminibus desunt, in Congregationum particularium tomis vero leguntur, sunt v. gr. literae a [Palutio] cardinali Altieri ad [Antonium Pignattelli] nuntium Vindobonensem die 26. Augusti 1670 scriptae (v. supra in annot. 902, 1257), quarum exemplar, in tomo „Scritture originali delle cong[regazioni] p[articolari] d' Ibernia dell' anno 1670. Num. 13" legitur, item literae a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Marium Alberici] nuntium Vindobonensem die 27. Februarii, 23. Aprilis et 10. Septembris anni 1672 missae (v. supra in annot 902, 1256), quarum exempla in volumine „Cong^ne generale [!] d' Ibernia con lett. 1672 al 1676. Num. 19" inveniuntur. Codicilli, qui huc pertinent, v. gr. sunt: codicillus a [Vincentio cardinali Petra, S. Cong^nis de P. F. praefecto] ad [Philippum Monti] eiusdem S. Cong^nis secretarium die 21. Martii 1736 datus (v. supra in annot. 271, 681, 1257), alius a [Silvio de Cavalieri] eiusdem S. Cong^nis secretario ad [Carolum Augustinum] cardinalem Fabroni die 15. Julii 1711 scriptus cum eiusdem cardinalis responso (v. supra in annot. 1256), alius a [Mario Marefoschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Josephum Mariani] cardinalem Castelli praefectum die 5. Julii 1763 missus cum responsione a cardinali praefecto ei in calce adiecta (v. supra in annot. 681, 1256). — V. supra, pag. LXIV, XCI—XCIII.

[1278]) Huc ex. gr. literae a [Julio] cardinali Spinola, congregationis particularis de statu temporali praefecto (v. supra, pag. CCCLII) ad Joannem Fridericum comitem a Waldstein archiepiscopum Pragensem die 6. Julii 1689 (v. supra in annot. 772, 776), 26. Julii 1689, 4. Februarii 1690, 1. Aprilis 1690, 15. Julii 1690 (v. supra in annot. 809) datae spectant, quarum exempla nec in literarum missarum tomis nec in alia S. Cong^nis de P. F. archivii parte leguntur.

[1279]) Eiusmodi v. gr. volumen „Lettere volg. della S. C. degl' a n n i 1649, 1650. Num. 27" est, in quo literarum exempla solas 97 paginas contra 262 paginas tomi „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' a n n o 1648. Num. 26" et contra 120 paginas voluminis „Lettere volg. della S. C. dell' a n [n o] 1651. Num. 28" et contra 310 paginas tomi „Lettere volg. della S. C. degli a n [n i] 1652 e 1653. Num. 29" explent. — Causas, quae foliorum numerum in literarum missarum tomis deminuere possunt, supra, pag. DLXII—DLXVI, iam tetigimus. Annis 1649° et 1650°, quos tomus 27us spectat, S. Cong^nis de P. F. cardinales summum pontificem non eligebant, nec alia causa manifesta est, quae literarum mittendarum numerum adeo deminuere potuerit. — Alio loco, in tomo dico verbis: „Lettere, decreti al card.

Eandem suspicionem inferunt loci vacui, qui in multis literarum missarum tomis cernuntur atque videntur, etiamsi inter singulos aut annos aut menses inveniantur,[1280]) eamque ii tomi augent et maiorem faciunt, in quibus exempla relata temporis ordinem non servant, praesertimque ii, in quibus post exempla ad annum totum spectantia aliarum literarum eodem anno inde a mense Januario usque ad mensem Decembrem scriptarum series una vel plures leguntur,[1281]) nam loci vacui ideo missi esse videri possunt, quo facilius literarum scriptarum commentarii, si qui forsitan scriptori iusto tempore non affuerint, loco propiore referri possint, et exemplorum temporis ordo non servatus clare ostendit scriptori, dum commentarios in volumen referebat, non semper omnes uno anno scriptarum literarum commentarios affuisse; ei autem non semper contigisse, ut omnium uno anno missarum literarum commentarios reperiret, tot literae, quarum exempla in literarum missarum tomis desunt, comprobant.[1282])

Praeterea haec literarum missarum series etiam propterea integra non est dicenda, quod non pauca exempla continet, quae literas ipsas totas non reddunt, ubi consuetudinis, quae in S. Cong^nis de P. F. cancellaria erat, ut commentarii non toti integrique in literarum missarum tomos referrentur, sed — et quidem vario modo — abbreviarentur,[1283]) ratio non habetur, sed tantummodo eorum exemplarium, quae aut qualicunque de causa trunca remanserunt,[1284]) aut more,

Borgia in Venezia nel 1798, 1799 al 1800. Num. 278" inscriptio interna, quae folio [5] legitur: „Queste lettere scritte al cardinal Borgia, proprefetto di Propaganda, e relative a detta S. Cong^ne nei tempi in cui il cardinale era a Venezia o a Padova, si è creduto legarle insieme, perchè di quei tempi è piccolo il carteggio che si ha risguardante la Propaganda," explanat, cur tomus ad tres annos spectans, tam tenuis (v. supra in annot. 1119) sit.

[1280]) V. supra, pag. DXXV—DXXVII, DXLIV—DXLVII.

[1281]) V. supra, pag. DXXIV, DXXV, DXLII et in annot. 1068.

[1282]) V. supra in annot. 1254, 1255, 1256, 1257, 1259, 1262, 1267, 1268, 1269, 1271, 1277, 1278.

[1283]) V. supra, pag. CCCCXXX, CCCCXLVI, CCCCXLIX, CCCCL, CCCCLIII—CCCCLV, CCCCLVIII, CCCCLX, CCCCLXII—CCCCLXXXIII, DLXIX, DLXXIV, DLXXXI, DLXXXIII, DXCIII, DXCVII.

[1284]) Huc fortasse tomus „Lettere della S. Cong^e e di Monsr segr^io dell' anno 1682. Num. 71" pertinet, cuius pars prima exemplo, cui dies 14. Decembris 1682 est ascriptus, finem capit, quod exemplar sola alius exempli inscriptio: „A Monsr nuntio di Polonia" sequitur (v. supra in annot. 1104). — In tomo „Lettere di M^r segretario dell' anno 1721. Num. 111" internam inscriptionem: „Minute ritrovate dopo compito il registro" (v. supra pag. DXLII) fol. 502 unum solum exemplar, cui dies 18. Martii 1721 ascriptus est, sequitur, cui in calce verba: „Simile al P. procu [sic]" sunt scripto apposita. — V. supra, pag. CCCCXXXIV, CDXCIV, D.

quem supra tetigimus, tam abbreviata erant, ut ex iis non literarum verba, sed solum earum genus cognosci posset.[1285])

Inter exempla trunca etiam omnia ea literarum exemplaria numerari possunt, quibus vel pagella extrema, quae in literis ipsis legebatur, vel annotatio alia, quae literis ipsis alio loco (v. gr. in margine) vel a cardinali praefecto vel eo, qui eius vices supplebat, vel a S. Cong^nis^ de P. F. secretario addita erat, deest,[1286]) ut exempla, in quibus vel dies literis ascriptus vel alia earum praecipua pars desideratur, hoc loco silentio praetereamus.[1287]) Haec autem exempla trunca cuiusvis generis literarum missarum tomos integros non esse comprobant.

Praeter literarum missarum exempla in hac, quam nunc tractamus, tomorum serie etiam institutiones aliusque generis scriptorum ex. gr. verbis: ‚Memoria', ‚Pro memoria' et aliis inscriptorum exemplaria contineri suo loco dictum est;[1288]) series haec igitur integra habenda esset, si omnium institutionum scriptorumque, quae modo diximus, exempla complecteretur, at non ita res se habet, nam non solum investigator hanc et illam, quam in alia S. Cong^nis^ de P. F. archivii parte repperit, institutionem, frustra in literarum missarum voluminibus quaereret,[1289]) sed interdum etiam ipsi hi tomi annotationibus, quae literarum in eos relatarum exemplis nonnunquam autem perperam adiectae sunt, aperte dicunt institutionem aliudve scriptum, quae literis ipsis addita erant, alibi esse quaerenda;[1290]) alias exemplo-

[1285]) V. supra, pag. CDXCIII–CDXCVI, DLXXIV.

[1286]) V. supra, pag. CCCXL, CCCCXXXI, DIII, DLXIX, DLXXVII DLXXVIII, DXCI.

[1287]) V. supra pag. CCCXLV, CCCLXIX CCCLXXI, CCCCXXVII.

[1288]) V. supra, pag. CCCXLV, CCCLXIX–CCCLXXI, CCCCXXVII.

[1289]) In volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tutto il 1783: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 336 v. gr.: „Instructio secreta da mandarsi quindici giorni prima dell' altra che potrà communicarsi, e questa tener secreta" (v. supra in annot. 840) et folio 335: „Instructio" illa altera (v. ibid.) legitur, quae institutio utraque in literarum missarum tomis deest. — In tomo „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 343–344 „instruttione per Monsr nuntio cesareo sopra l' erettione della nova università in Praga" (v. supra in annot. 374) et in volumine „Colleg. ed università 1628. Num. 6" fol. 166–169 eiusdem institutionis commentarius varie emendatus (v. supra in annot. 651, 843, 900) reperiuntur, in literarum vero missarum tomis institutio haec desideratur. — In volumine „Memoriali del 1631. Num. 391" fol. 83 „memoria all' Emmo sr cardinal Caetano," quam Franciscus Ingoli sua manu ante diem 12. Aprilis 1631 scripsit (v. supra in annot. 687) legitur, quae in litterarum missarum tomis deest. — V. etiam infra in annot. 1290 ea, quae ad institutionem die 12. Octobris 1630 missam pertinent.

[1290]) Exemplo literarum a S. Congne de P. F. ad [Joannem Bapt.] cardinalem Pallotto et ad P. Valerianum a Magni [Capucinum] die 12. Octobris 1630 datarum („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1630. Num. 10" fol. 115b) in calce verba: „Il foglio è nel libro dell' istruttioni fol. 156b" adiecta sunt, et reapse institutionis illius exemplum verbis: „Pro

rum, quae in literarum missarum voluminibus leguntur, verba indicantia literis ipsis institutionem vel aliud scriptum esse inclusum, cuius exemplar autem in volumine deest, probant tomos hos ne in isto quidem genere esse integros.[1291]) Ceterum hac in re, in varii dico generis scriptis, quae literis a S. Cong^ne^ de P. F. missis inclusa erant, in

erectione quatuor episcopatuum in Boemia infrascripta requiruntur" inscriptum in tomo „Istruzioni diverse dej anni 1623–1638. A" folio indicato et 157o legitur; praeterea vero tam literarum ad [Joannem B.] cardinalem Pallotto missarum quam institutionis ipsius exemplar verbis iisdem ac in volumine „Istruzioni diverse ∝" inscriptum etiam in tomo „II. Boemia ab anno 1630 ad 1638. Num. 215" fol. 283–283b reperitur. — Literarum a S. Congne de P. F. ad [Petrum] cardinalem Pázmány die 17. Septembris 1632 scriptarum exemplo („Lett. volg. della S. C. dell' anno 1632. Num. 12" fol. 107) verbis: „Si manda a V. Emza l' inclusa istruttione ∝" incipienti in calce verba: „L' istruttione si troverà a carte 177 nel libro di esse istruttioni" sunt addita, et institutionis huius exemplar re vera folio, quod nota indicat, in tomo „Istruzioni diverse dej anni 1623–1638. A" legitur. — Contra literarum a [Mario Marefoschi] S. Congnis de P. F. secretario ad Alexandrum cardinalem Albani die 29. Martii 1764 datarum verbisque: „Dall' acchiusa memoria che V. Emza è supplicata d' inviare all' imperial corte di Vienna ∝" incipientium exemplo („Lett. di Monsr segretario dell' anno 1764. Num. 205" fol. 47b) annotatio: „La di contro memoria non si rinviene nelle minute" perperam est in margine apposita, nam ‚memoria' illa in volumen „Lettere della Sa Congne dell' anno 1764. Num. 204" fol. 192b–198 relata est, ibique eius exemplar legitur, unde patet literarum S. Congnis de P. F. nomine datarum prius, quam literarum secretarii nomine scriptarum commentarios in sua volumina referri et, postquam relati sunt, abiici esse solitos. Si quis existimet scriptorum verbis: ‚Memoria' vel aliis inscriptorum exempla potius in literarum S. Congnis de P. F. quam secretarii nomine missarum tomos referri debuisse, facile erret: in eodem enim volumine „Lettere di Monsr segretario dell' anno 1764. Num. 205" codicilli ab eodem [Mario Marefoschi] secretario ad eundem Alexandrum cardinalem Albani die 15. Maii 1764 dati exemplar (fol. 74b) „Memoria per il sr cardinal A. Albani 15 Maggio 1764" (fol. 75) subsequitur.

[1291]) In literarum v. gr. a S. Congne de P. F. die 1. Octobris 1715 ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem datarum exemplo („Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1715. Num. 104" fol. 209b–210) verba: „.... Unitamente sele acclude un' istruzzione in ordine a quel di più che si è trattato nella medesima congregazione ∝" leguntur, institutionis vero huius exemplar non in eodem volumine, sed in tomo „Congregazini particolari ∝ di Boemia ∝. Num. 35" (fol. 149–156b) verbis: „Istruzzione per Monsr Spinola, arcivescovo di Cesarea, nunzio in Vienna, per la cassa ecclesiastica del sale di Boemia" inscripta, cui inscriptioni manus alia verba: „Trasmessa a Monsr nuntio sotto il primo Ottobre 1715" adiecit, reperitur (v. supra in annot. 842). — In literarum ab [Oduardo Cybo] S. Congnis de P. F. secretario ad [Joannem Franciscum] cardinalem Albani die 3. Augusti 1692 missarum exemplo („Lettere della S. C. e di Monsr segrio dell' anno 1692. Num. 81" fol. 177b–178) v. gr. verba: „Con occasione ch' il sr cardinal Altieri invia a V. Emza il suo voto (v. supra, pag. LXXXVII) ∝" leguntur, sententia autem ipsa exemplari ipsi adiecta non est. — Literarum a S. Congne de P. F. ad [Vitalianum Borromeo] nuntium Vindobonensem die 30. Martii 1765 datarum exemplar („Lettere della S. Congne dell' anno 1765. Num. 206" fol. 165b–168) verbis: „Dal foglio di resoluzioni (v. supra, pag. LXXVIII et in annot. 246, 248) qui annesso vedrà V. Sia ∝" incipit, responsumque ab eodem nuntio ad [Josephum Mariam] cardinalem Castelli, S. Congnis de P. F. praefectum, die 13. Aprilis 1765 scriptum verbis: „Col pregiatissimo foglio di V. Emza delli 30 Marzo ho ricevuto le risoluzioni di codesta S. Congne ∝" comprobat literis illis scriptum illud revera inclusum esse, sed in literarum missarum tomis scriptum hoc non reperitur.

literarum missarum tomos referendis, eiusdem S. Cong^nis^ cancellariae scriptores minime constantes erant, qui hoc et illo loco etiam literas institutionesve in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria non scriptas vel earum partes in tomos, quos diximus, retulerunt,[1292]) alias autem certa literarum a S. Cong^ne^ ipsa datarum (v. gr. literarum missionis) et scriptorum alibi quidem exaratorum, sed e S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria ad eos, quos spectabant, missorum genera in literarum missarum volumina nunquam referebant, cuius generis, ‚facultates' (v. supra, pag. CCCLXXXV — CCCLXXXVI, CCCCXXII — CCCCXXIV) sunt, quamquam potestates praecipue missionariis vicariisque apostolicis concedendae, antequam res ad S. Officium venit et postquam in S. Cong^nis^ de P. F. cancellariam rediit, non parum laboris scriptori primo imponere solebant, et scriptoris secundi officium erat potestatum eiusmodi (facultatum) aeque ac patentes missionis literas in volumina „per extensum" referre.[1293]) Haec autem aeque ac patentium

[1292]) In tomo „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1773. Num. 223" (fol. 141–142) literarum a [Vincentio] Macedonio, qui summi pontificis libellorum et memoriae magister erat, ad [Stephanum] Borgia, S. Congnis de P. F. secretarium, die 24. Augusti 1773 datarum exemplar, in volumine „Lettere di Monsr segrio dell' anno 1721. Num. 111" fol. 333 literarum a P. Theobaldo Housenka missionario ad S. Congnem de P. F. die 21. Julii 1721 scriptarum pars, in tomo „Lettere della S. Congne dell' anno 1773. Num. 222" (fol. 513–515) „instructionis" in S. Officii cancellaria exaratae exemplum, in volumine „Lettere della S. Congne e di Monsr segrio dell' anno 1709. Num. 98" fol. 292–294 duorum scriptorum in generalis ordinis Capucinorum ministri cancellaria confectorum, quorum alterum verbis: „Memorie al sr cardinal Paulucci", alterum verbis: „Altre memorie al sr cardinal Paulucci" inscriptum est, exemplaria, leguntur (v. supra in annot. 847 et 906, in qua etiam alia exempla eiusmodi sunt allata). — In tomum „Lettere della S. Congne, di Monsr segret. dell'anno 1700. Num. 89" fol. 178–179 decreti a S. Officio facti exemplar, cui dies 23. Januarii 1669 et ascriptus, et ei Franciscus Riccardus notarius nomen subscripsit, est relatum. — Contra autem literarum exemplar, quod S. Congo de P. F. in primis literis ad [Vitalianum Borromeo] nuntium Vindobonensem die 31. Martii 1764 datis („Lettere della S. Congne dell' anno 1764. Num. 204" fol. 191–192b) verbis: „Mando a V. Sia una copia di lettera del sr conte Kaunitz all' Emmo Alessandro Albani ed unisco alla medesima altra copia di memoria responsiva che si è consegnata all' Emza Sua [‚memoria' intelligitur ad Alexandrum cardinalem Albani missa, quam supra in annot. 1290 tetigimus] ad effetto di trasmetterla a cotesta corte ∝" attingit, in literarum missarum tomis desideratur. — Idem etiam de libelli supplicis exemplo, ad quod verba: „La qui annessa supplica originale istruirà bastantemente V. Sia delle nuove proposizioni fatte da Monsr arcivescovo di Praga [Antonius Petrus comes Příchovský erat] a questa S. Congne ∝," quae in primis literis a S. Congne de P. F. die 24. Martii 1759 ad [Ignatium Crivelli] nuntium Vindobonensem missis (v. supra in annot. 605) leguntur, spectant, dictum esse puta, ut alia eius generis multa silentio praetereamus.

[1293]) V. supra, pag. XXXIII. — Quod ad patentes missionis literas pertinet, supra, pag. DCVII–DCIX, dictum est. — Quod potestates missionariis et aliis concedi solitas spectat, hoc loco v. gr. verba ponimus, quae in literarum S. Congnis de P. F. nomine ad P. Leonhardum Leria, Carmelitanum, missionarium in Bohemiae regno, die 13. Octobris 1644 datarum exemplo („Lettere volgari della S. C. dell' anno 1644. Num. 22" fol. 142–142b)

missionis literarum volumina fortasse nondum sunt a scriptoribus S. Cong^nis^ de P. F. archivio tradita.

E literarum variique generis scriptorum iis inclusorum exemplaribus, quae in hac, quam nunc tractamus, tomorum serie desunt, multa, quin et plurima, in aliis S. Cong^nis^ de P. F. archivii partibus

leguntur: „Accluse mando a V. Revza le facoltà, che si sono spedite dal Sant' Offitio per la Sua missione ∝"; potestatum vero exemplar in volumine, quod diximus, deest nec alio literarum missarum loco reperitur. Idem de potestatum forma, quam [Petrus Aloisius Caraffa] S. Congnis de P. F. secretarius una cum suo codicillo die 17. Maii [1720] ad [Marcum Antonium Ansidei] S. Officii assessorem misit (v. supra in annot. 903), et codicillus is non parvi momenti ad modum, quo potestates expediri solebant, est, dictum esse puta. Alia ad potestates (‚facultates') pertinentia supra in annot. 362, 780, 816, 903 sunt allata. Nonnullarum literarum ‚facultates' continentium, quarum exempla in literarum allatarum, in congregationibus generalibus relatarum tomis leguntur, in annot. 352 fit mentio. Alias literas eiusmodi, quae in Audientiarum Smi voluminibus reperiuntur, supra in annot. 291 tetigimus. — In literarum allatarum, de quibus in congressibus cardinalis praefecti cum secretario tractatum est, tomis, v. gr. in volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tto il 1785: missioni settentrionali, Germania. Num. 13" fol. 4–5 „facultates concessae a Smo D. N. Clemente, divina providentia papa XIV., domino Martino Nuckh, decano collegiatae ecclesiae s. Petri Budissinae, pro omnibus locis in Lusatia Superiori contentis", quibus in calce haec verba: „Ex audientia Smi D. N. Clementis pape XIV. habita per me infrascriptum S. Congnis de P. F. secretarium die 27. Februarii 1774. Smus D. N. papa praedictus supradictas facultates ad quinquennium benigne concessit domino Martino Nuckh, decano . . . ., ita tamen, ut iisdem nullo modo uti possit extra fines dictorum locorum" addita sunt et „Stephanus Borgia, S. Congnis de P. F. secretarius" nomen subscripsit sigillumque appossuit. Eaedem ‚facultates' verbo: „Formula 5a" inscriptae ibidem fol. 114–114b repetuntur, easque post literarum S. Congnis de P. F. nomine ad Martinum Nuck decanum die 5. Martii 1774 datarum, quibus ‚facultates' illae inclusae erant, exemplar, quod in literarum missarum tomo „Lettere della Sac. Congne dell' anno 1774. Num. 224" fol. 133 legitur, alius potestatis exemplum verbis: „Ex audientia Smi D. N. Clementis papae XIV. habita per me infrascriptum S. Congnis de P. F. secretarium die 27. Februarii 1774" inscriptum, cui idem Stephanus Borgia secretarius nomen subscripsit, sequitur (fol. 115); hocce folio eiusdem voluminis literarum a S. Congne de P. F. ad Martinum Nuck decanum die 30. Januarii 1779 missarum exemplar, quod etiam in tomum „Lettere della Sagra Congregazione dell' anno 1779. Num. 234" fol. 54 relatum est, legitur, quod decreti in audientia Smi die 24. Januarii 1779 habita facti, quo potestates in formula 5a contentae eidem decano ad aliud quinquennium conceduntur, exemplar, cui Stephanus Borgia nomen subscripsit, et potestatum extraordinariarum eidem decano in eadem audientia a Pio VI. concessarum exemplum, cui dies verbis: „Datum Romae ex aedibus dictae S. Congnis die 30. Januarii 1779" ascriptus est, et ei Stephanus Borgia secretarius nomen subscripsit, sequitur. Ubi notandum est ne in unis quidem potestatum literis ad Martinum Nuck decanum missis ullam S. Officii mentionem fieri. — Contra facultatum literarum formae typis exscriptae, quae in eodem volumine „Scritture non riferite dall' anno 1779 a tto il 1785 ∝. Num. 13" fol. 280 verbis: „F[ormula] 3. || Facultates concessae a Smo D. N. d." inscripta (v. supra in annot. 629) legitur, in calce verba: „Feria quinta die [- - -] in congregatione generali S. Romanae et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico apud sanctum [- - -]" sunt adiecta, et in facultatum literarum exempli verbis: „Facultates concessae a Smo D. N., domino Clemente, divina providentia papa X., Fr. Emerico Commorensi, ordinis Capuccinorum missionario, ad beneplacitum S. Congnis de P. F. in omnibus provinciis hereditariis Sac. Caesae Mtis, in quibus tamen non sunt missionarii eiusdem ordinis" inscripti („Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali dal 1622 al 1680. Num. 1" fol. 404–405b) calce verba: „Feria Va die 19. Junii 1670. || In congregatione generali S. Romanae et uni-

reperiri posse nonnullis locis iam diximus,[1294]) at vero eorum exemplorum, quae in eodem archivio omnino desiderantur, numerus non est contemnendus. Contra literarum missarum tomi interdum integriores sunt, quam alius S. Cong^nis de P. F. archivii partis, quod ad hanc rem pertinet, volumina,[1295]) alias non integri esse tantummodo videntur, si literarum exemplar, quod in alia eiusdem archivii parte legitur, literas reddit ceteroqui S. Cong^nis de P. F. literis simillimas, quae tamen non e S. Cong^nis de P. F. cancellaria, sed ex alia exiere.[1296])

versalis Inquisitionis habita in palatio apostolico apud s. Mariam Maiorem S^mus D. N. Clemens papa X. praedictus concessit supradictas facultates praefato Fr. Emerico Commorensi, ordinis Capuccinorum missionario, ad beneplacitum S. Cong^nis de P. F. ∝ [ut supra usque ad:] ordinis. || A. cardinalis Barberinus. || L. s. || Franciscus Riccardus, S. Romanae et universalis Inquisitionis notarius" scripto sunt apposita. — Formularum ad ‚facultatum' literas spectantium exempla in S. Cong^nis de P. F. typographia typis describi solitas esse codicillus a [Paulo Aloisio] Silva [S. Officii assessore] ad [Stephanum] Borgia, S. Cong^nis de P. F. secretarium, die 21. Junii 1782 missus (v. supra in annot. 625) probat, qui ita scriptus est: „Avendo Silva presentati questa mattina a N. S^re [Pius VI. erat] gli esemplari della formola terza per spedirli a Monsr nunzio di Vienna [Josephus Garampi erat], lo ha richiesto di altri esemplari per trasmetterli a Monsr nunzio di Fiandra [Ignatius Busca erat] per i vescovi di quei stati Austriaci. Prega intanto Monsr Illmo e Rev^mo Borgia a consegnare al latore del presente almeno altri 20 esemplari a fine di farli avere con sollecitudine a S. Beat^ne. E rinovando a S. S^ia Illma gli attestati ∝"; cui codicillo a tergo (fol. 278b) in S. Cong^nis de P. F. cancellaria haec addiderunt: „R[escritto] 21 Giugno 1782. || Mandati 28 esemplari."

[1294]) V. ex. gr. supra, pag. DCI, DCIII–DCX, DCXIII, DCXIV, DCXVI et in annot. 1293.

[1295]) In tomo „Lettere della S. Cong^ne e di Monsig^r segretario dell' anno 1714. Num. 103" fol. 238–239 literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Georgium Spinola] nuntium Vindobonensem die 27. Augusti 1714 datarum exemplar legitur, quod verbis: „Monsr arcivescovo di Praga [Ferdinandus comes Khünburg erat] ha supplicato questa S. Cong^ne ∝" incipiens verbis: „.... purchè sia puntuale, al che V. S^ià non mancherà di stimolarlo et insistere efficacemente, premendo molto alla S. Cong^ne et alla S^tà di N. S^re, che la detta cassa venga redintegrata. — Nel rimanente circa l' impiego e rinvestimento del denaro esistente nella medesima cassa et altro che s' anderà esigendo, mi riporto a quel tanto che Le motivai coll' antecedenti. Con che per fine mele offro" finem sumit, cui exemplo intitulatio: „Boemia" est in margine adiecta. Earundem literarum exemplar aliud in tomo „Scritture riferite nei congressi: Germania e missioni settentrionali ∝. Num. 4" fol. 178—178b legitur, quod verbis: „.... venga redintegrata" finem capit caretque intitulatione. Nisi igitur verba: „Nel rimanente ∝ [usque ad:] motivai coll' antecedenti" tantummodo in commentario legebantur, in literis ipsis autem ommissa sunt, et nisi exemplari in literarum missarum tomo Num^o 103° signato contento annotatio, quam in literarum a S. Cong^ne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach die 22. Novembris 1636 scriptarum exemplo animadvertimus (v. supra in annot. 922 et pag. CCCCXXXVII) deest, literarum missarum tomus, quem diximus, hac in parte integrior est, quam literarum allatarum volumen.

[1296]) In tomo „Congni particolari sù la cassa del sale di Boemia: 1767, 1769 e 1771. Num. 47" fol. 181–182 v. gr. exemplar legitur verbis: „A Mons^re nunzio in Vienna [Antonius Eugenius Hannibal Visconti erat]. || 14 Luglio 1770" inscriptum, quod verbis: „Il progetto del S. Padre ∝" incipiens et verbis: „.... avuto il loro corso. E con ciò etc." finem sumens literarum a S. Cong^ne de P. F. scriptarum exemplis quidem simillimum est, reapse vero literarum in status pontificii secretarii cancellaria exaratarum exemplar

Non pauca S. Cong^nis de P. F. literarum exempla ex iis, quae in literarum missarum tomis in eiusdem S. Cong^nis archivio asservatis desiderantur, modo alio suppleri possunt, nam multae S. Cong^nis de P. F. literae non in sola eiusdem S. Cong^nis cancellaria, sed etiam in aliis curiae pontificiae cancellariis in tomos referri solebant. E quibus praecipua secretarii status pontificii cancellaria erat, quae in suos literarum missarum tomos non solum earum literarum commentarios, quos vel eorum materiem a S. Cong^ne de P. F. cancellaria acceperat, sed etiam tales literas ad sedis apostolicae nuntios datas, quibus S. Cong^nis de P. F. cardinalis praefectus et secretarius nomen subscripserant, referebat.[1297]) Id propterea fieri poterat, quod S. Cong^o, quam diximus, literarum aeque ac institutionum aliusque generis scriptorum ad nuntios eorumve ministros mittendorum commentarios, quin et literas ipsas ad secretarii status cancellariam mittere consuevit[1298]) eo consilio, ut et status pontificii secretarius com-

est, quod praeter verba: „.... che si legge nella memoria che sotto li 21 Maggio prossimo passato diressi al s^re principe Kaunitz ∝", quae in mediis literis leguntur, hic codicillus (ibid. fol. 176) manifeste comprobat: „Dalla segreteria di stato || 13 Luglio 1770. = Si communica a Monsr segretario della S. Cong^ne di Propaganda l' annesso dispaccio di Monsr nunzio in Vienna sull' affare della cassa del sale di Boemia che ha avuto pur troppo un' esito infelice, posto il quale, sembra a N. S^re, che non vi sia luogo a replicare diversamente da quello che Mons^re segretario vedrà dalla minuta, che pur si aggiunge per lume della S. Cong^ne intorno alla mente medesima di S. S^tà. Questi stessi fogli che Gli si mandano, sarà contento di ritornarli al s^re cardinale segretario di stato [Laz. Opitius Pallavicino erat], trane che ne avrà le copie che crederà necessarie per notizia della medesima Cong^ne". Quae e secretarii status cancellaria ad [Marium Marefoschi] S. Cong^nis de P. F. secretarium die 13. Julii 1770 missa erant, hic die 14. Julii 1770 codicillo, quem hoc die scripsit, teste („Lettere di Monsr segr^io del 1770. Num. 217" fol. 104b) restituit. — Eius generis plura exempla in S. Cong^nis de P. F. archivio reperiri possunt.

[1297]) Id. v. gr. literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Fridericum] Borromeo, status pontificii secretarium, die 18. Octobris 1670 datarum exemplar („Lettere scritte da Monsr secretario 1670. Num. 56" fol. 132b–134; — v. supra in annot. 845) his verbis comprobat: „.... Prima di mandar le speditioni di questo concertato, fù stimato bene di dare ragguaglio a Monsr nuntio [Antonius Pignatelli nuntius Vindobonensis erat], come fù fatto con lettera de 2 Agosto [v. supra in annot. 734, 736] che V. S^ia Illma troverà ne registri di cotesta segreteria ∝".

[1298]) Quod v. gr., ut multa alia silentio praetereamus, ex earundem literarum a [Friderico Ubaldi Baldeschi] S. Cong^nis de P. F. secretario die 18. Octobris 1670 ad [Fridericum] Borromeo, status pontificii secretarium, missarum verbis: „Oltre quanto scrivo nell' aggiunta lettera a Mons^re nuntio di Vienna [Antonius Pignatelli erat], ho stimato convenevole d' informare distintamente V. S^ia Illma di tutto l' accaduto ∝" (v. supra in annot. 845) aeque ac aliis: „.... per non dar occasione a quegl' inconvenienti che vengono da me rappresentati a Mons^re nuntio nella lettera aggiunta ∝" atque his: „.... di che n' haverà un' aperta riprova colla patente [patentes missionis literae significantur], che per ordine del s^re cardinal Altieri padrone ho fatto spedire, della quale mando a Lei la copia, acciò Si degni farla vedere a S. Em^za [sic—iuste: S^tà], e Gli mandarò anche questa sera l' originale, se il s^re cardinal Barberino [Antonius cardinalis

periret, quid S. Cong° a nuntiis exigeret, et literae ipsae tutius ad nuntios perferrentur, et ea, quae S. Cong° cupiebat, a nuntiis promptiore animo expedirentur. Literarum e secretarii status perinde ac secretarii brevium (v. supra, pag. CCCLXXII) cancellaria missarum tomi etiam earum literarum et alius generis scriptorum exempla continent, quorum commentarios seu saltem materiem literis exarandis idoneam iisdem cancellariis S. Cong^nis de P. F. cancellaria suppeditavit, cuius S. Cong^nis literarum missarum series investigatorem ipsa talium literarum verba edocere non potest.[1299]) At utraque, quam diximus, status pontificii atque brevium secretarii cancellaria non erat sola, quae S. Cong^nis de P. F. literas aut in suos literarum missarum tomos referebat aut suis literis adiungebat: codicillus enim a [Stephano] Borgia, S. Cong^nis de P. F. secretario, ad [Paulum Aloisium] Silva, S. Officii assessorem, die 19. Augusti 1783 scriptus, quem in extrema annot. 891 tetigimus, ostendit nonnullarum literarum a S. Cong^ne de P. F. datarum exempla ad S. Cong^em Romanae et universalis Inquisitionis mitti esse solita, ut in huiusce S. Cong^nis archivio asservarentur.[1300])

Quot tomi in literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum serie usque ad annum 1800 sint, ex iis, quae supra (pag. DXXVII—DXXXV) diximus, patet. Ii, quibus in hoc primo tomo nos usi sumus, sunt: „Lettere latine della S. Cong^ne dall' anno 1622 al 1623. Num. 1", „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1622, 1623. Num. 2", „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1623, 1624. Num. 3", „Lettere volgari della S. C. dell' anno 1625. Num. 4", „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1626. Num. 5".

Literarum missarum tomis, quas modo absolvimus, institutionum volumina duo verbo: „Istruzioni" inscripta proxime accedunt: „A. Istruzioni diverse dej anni 1621—1638", „[B.] Istruttioni dall'anno 1639 sin 1648". Tomus primus (A) antea a tergo verbis: „Istruzioni diverse deg[li] anni 1622 sino al 1633" inscriptus erat, ad quae posterius numeri: „34, 3[5], 36" adiecti sunt. Intus, folio [1°], tomus hic verbis: „Istruttioni diverse degl' anni 1623, 1624, 1625 e 1626 [verba autem inde a numero 1624 usque ad numerum 1626 ducta linea sunt deleta] sino al 1638" est inscriptus. Plurimis institutionum in hoc volumen relatarum, quae autem non omnes in S. Cong^nis de P. F. cancellaria exaratae erant (v. gr. „Instructio pro reformatione eorum hereticorum, qui sunt ex statu equitum et baronum", quae folio 85—88 legitur, non Romae, sed Pragae conscripta est), exemplis nullus dies ascriptus est; exempla, quibus dies ascriptus non deest, temporis ordinem non semper servant. Folio 2 b v. gr. institutio: „A Monsr Ciampoli .... 20. Aprilis **1626**", folio 41 b alia: „Instruttione per Monsr Ciampoli .... 16. Junii **1626**", folio 62 b alia, cui dies 24. Aprilis **1624**, folio 98 alia, cui dies 1. Aprilis 1627, folio 108 alia, cui dies 1. Martii 1627 ascriptus est. Folio 113° inscriptio: „Instruttioni spedite l'anno 1628", folio 134° alia: „Istruttioni dell' anno 1629" legitur. — Tomus alter verba, quae superius allata sunt, in cooperculo superiore gerit; a tergo ei — novissime — verba: „Istruzioni dell' anno 1648" ascripta sunt; intus (fol. [2°]) his verbis: „Instruttioni diverse dell' anno 1639. || Instruttioni diverse dell' anno 1639" inscriptus est, quibus Franciscus Ingoli sua manu verba: „sin l'anno 1646", aliaque manus verba: „e 1648" adiecit. Huius tomi prima pars primi „Institutionum" voluminis, cui folia 236 sunt, continuatio est, nam folio 242° incipit — folia 238—241 non insuta, in tomum extremum sunt imposita — et 6 folia sequentia numeris 243—248 signata sunt; loco folii 249^i folium 1um cernitur, quod folia 2—113 atque folia 314[!]—321 subsequuntur. In utroque tomo hoc institutiones leguntur, e quibus nonnullae etiam in literarum missarum codicibus aliae in aliis archivii S. Cong^nis de P. F. partibus inveniuntur. Utrique volumini index est additus folia bina explens.

Barberini erat, v. supra in annot. 1293] si degnarà sottoscriverlo, per qual fine tengo un mio di casa alla cancellaria, acciò aspetti il ritorno di S. Em^za ꝛc" luculenter patet.

[1299]) E codicilli v. gr. a [Philippo Monti] S. Cong^nis de P. F. secretario ad secretarii status cancellariam („Alla segreteria di stato") die 2. Maii 1738 dati („Lettere di Monsr segrio dell' anno 1733. Num 149" fol. 69—70) verbis: „In riscontro della lettera che si rimanda annessa, dell' uditore della nunziatura di Vienna [Julianus Piersanti erat] toccante il noto affare della visita de' Minori Osservanti Ibernesi di Praga, altro non occorre a Monsr segretario di suggerire alla segreteria di stato, se non che sarà bene di confermare allo stesso uditore gl' ordini già avvanzatigli due ordinarii sono [v. supra, pag. CCIX] cioè, che rimuova l' impedimento già posto alla celebrazione del solito capitolo di quei religiosi e dello scrutinio de' soggetti da insinuarsi al superiore generale per la guardiania di quella communità, che proveda ed invigili, che non s' innovi da veruna parte cos' alcuna, e che il P. Guglielmo Hogan fino a nuovo ordine debba continuare nell' attuale esercizio della guardiania, e finalmente che si dia ogni premura per transmetter quà con sollecitudine gl' interi atti della sopradetta visita ꝛc" literarum a secretario status pontificii, quo munere tunc Josephus cardinalis Firrao fungebatur, ad Julianum Piersanti auditorem scriptarum verba colligi sane non possunt — V. supra, pag. DXCIX et ann. 845.

[1300]) V supra in annot. 981.

Praeter hos duos alii Institutionum tomi in proxima archivii S. Cong^nis^ de P. F. parte, quam „Miscellanea et varia“ vocant, reperiuntur.

7. „Miscellanea et varia.“

Haec, quae fortasse in nullo archivio deest, series ne inter S. Cong^nis^ de P. F. quidem archivii partes desideratur. Quae in ea leguntur, ad omnes fere praecipuas eiusdem archivii partes pertinent: tomi enim literarum e Germania ad S. Cong^nem^ de P. F. a P. Pallavicini annis 1717—1727 et ab Aug. Stefani, generali missionum septentrionalium vicario, seculo XVIII° ineunte missarum, perinde ac volumina literas ex Italia aliisque regionibus seculo XVII° exeunte et seculo XVIII ineunte S. Cong^ni^ de P. F. allatas continentia ad utramque literarum allatarum seriem, „Lettere originali riferite“ dico et „Scritture non riferite“, tomi, qui a tergo verbis: „Diversi paesi“ sunt inscripti et literarum a S. Cong^ne^ de P. F. in regiones varias seculo XVIII° ineunte missarum exempla complectuntur, ad seriem „Lettere della S. Cong^ne^“ manifeste spectant; volumina a tergo verbis: „Ristretti originali di congregazioni generali“ inscripta ad „Acta S. Cong^nis^“ annorum 1744—1756 pertinent; codices verbo „Istruzioni“ a tergo inscripti[1301]) ad literarum missarum seriem („Lettere della S. Cong^ne^“) sine ullo dubio spectant[1302]), alii verbis: „Miscellanea: Boemia CCXXII“ et „Miscellanea: Congr. de Prop. Fide. Capsa salis Bohem.“ inscripti ad seriem: „Congregazioni particolari“ pertinent.

Praeter hos et alios tomos in hac serie etiam volumina inveniuntur, quae S. Cong^nem^ de P. F. ne attingunt quidem, sed aliunde, ex archivio alio, ubi orta sunt, in S. Cong^nis^ de P. F. archivium translata sunt. Qui huc praecipue pertinent, tomi sunt verbis: „Informationes x“ inscripti, quorum maxima pars ad res Sinenses atque Indiarum Orientalium pertinens a tergo inscriptionem: „Informationes pro missione Sinensi“ aut: „Informationes pro missione Ind. Orient.“ gerit, unus autem verbis: „Information[um] lib[er] 136. pro mission. diver.“ a tergo inscriptus, intus, folio [2°], inscriptionem: „Informationum liber 136. pro missionibus diversis collectus anno 1701“ habet. Codicem hunc perinde ac alios „Informationum“ tomos, quos modo tetigimus, in Societatis Jesu archivio originem habuisse, non solum

[1301]) V. supra, pag. DCXXIII.

[1302]) V. supra, pag. CCLXXXII, CCCLXIX—CCCLXXI, CCCLXXXXII, CCCCXII, CCCCXIII, CCCCXXVII, DCXVI, DCXVII, DCXXIII.

ex iis, quae tomi hi continent, sed etiam e verbis, quae [1°] voluminis numero 136° signati folio leguntur: „Accepi a S^to^ P. Pio VI. die 28. Junii 1786“, apparet; quae verba simul et tempus, quo tomi ii in S. Cong^nis^ de P. F. archivium allati sunt, et muneris auctorem, summum pontificem, qui Societatem Jesu aboleverat, indicant[1303]). Ab his discernendi sunt codices verbis: „Informationes pro S. Cong^ne^ de P. F.“ a tergo inscripti, qui tres sunt: „Informationes pro Sac. Cong^e^ de Propagan. Fide. Tom. I.“, „Informationes pro Sac. Cong^e^ de Prop^a^ Fide. Tom. II“, „Informationes pro Sac. Cong^e^ de Prop. Fide. Tom. III“, quibus paginae 1643 (1647), 710 (1530) et 1526 (1537) sunt, iique literas et literarum S. Cong^ni^ allatarum exempla continent.

Cum res ita se habeant, difficile est dicere, quid tota haec tomorum series contineat et quomodo instituta sit; nonnulli enim eius codices literas ipsas S. Cong^ni^ de P. F. allatas, alii earum exempla, alii tam illas quam haec complectuntur, alii actorum congregationum generalium partes, alii nonnullarum congregationum particularium acta cum libellis supplicibus vel eorum aliorumve scriptorum allatorum exemplis, alii literarum, alii institutionum in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria exaratarum exemplaria, sive in aliis S. Cong^nis^ de P. F. voluminibus leguntur, sive desiderantur, continent, quapropter, plurimis tomis his silentio praetermissis, de iis solis, qui res gestas Bohemicas spectant, pauca dicemus.

Tomus: „Miscellanea: Boemia. CCXXII“, quem ad „Congregationum particularium“ seriem pertinere paulo superius diximus, folio [1°] verbis: „Boemia, cassa del sale“ inscriptus est et ad congregationes particulares annis 1749, 1755, 1756, 1764, 1765, 1768 peractas pertinens, ante folium [1] ‚oratiuncula‘ lingua vulgari anno 1719 confecta („Discorso sopra la Cong^ne^ di Propaganda“) incipit, quae, verbis: „Boemia. ‖ Congregazione particolare“ inscripta, officia S. Cong^ni^ particulari de rebus Bohemicis institutae incumbentia originemque eius describit atque cardinales ei ascriptos enumerat. Verba:

[1303]) Quaestionem, cur omnes fere Informationum harum tomi ad Sinenses et Indiarum Orientalium missiones, unus autem solus ad alias missiones spectet, voluminum ipsorum origo et S. Cong^nis^ de P. F. archivium ipsum compluribus locis explanat; ea enim, quae Societatis Jesu missionarii in Sinensibus et Indiarum Orientalium potissimum missionibus gesserunt, non uni inter Societatem et S. Cong^nem^, quas diximus, contentioni locum dederunt; id, quod neque summum pontificem donum dantem, neque S. Cong^nem^ de P. F. accipientem latuit.

„Discorso ɔc“, quae modo attulimus, scripto huic a tergo sunt adiecta. Quae codex hic continet, iis, quae in congregationis particularis de rebus Bohemicis instituae tomis repperimus,[1304]) aut simillima aut eadem ac illa sunt. In iis enim tam congregationum particularium, quas diximus, acta sive integra sive singulas eorum partes, [1305]) literas tam S. Cong^ni^ de P. F. ipsi allatas, sive eidem

[1304]) V. supra. pag. LXVI—LXVIII.

[1305]) Ad congregationem particularem de rebus Bohemicis v. gr. die 29. Augusti 1749 habitam pertinent: 1.) scriptum verbis: „29. Augusti 1749. || Cassa generale“ inscriptum, quod praeter inscriptionem modo allatam decretum (et quidem summarium cum rescripto, quod verbis: „Cassa generale 29 Agosto 1749“ inscriptum est) continet; idem decretum in tomo „Congregationi particolari sopra le materie di Boemia dell' anno 1749 all' anno 1751. Num. 43“ pag. 182—212 legimus; 2.) scriptum verbis: „29. Augusti 1749. || Cassa dei parochi“ incipiens, quod altera decreti eiusdem congregationis particularis pars, tam summarium quam rescriptum complectens, quae in congregationum particularium tomo numero 43o signato paginas 220—264 explet, est et in chartae scidula paginae 18. adiecta additamentum: „Li frutti delli fiorini 50 milla ceduti ɔc [usque ad verba:] generale fol. 7 et 8“ habet, quod in congregationum particularium tomo, quem diximus, desideratur; contra tam primae quam alteri decreti, quod modo tetigimus, parti secretarii nomen subscriptum („Nicolaus Lercarius secretarius“), quod in tomo 43o utroque loco legitur, deest; 3.) eiusdem congregationis particularis decretum in forma authentica (v. supra, pag. LVI—LX) verbis „Boemia. || Con duplicato. || Decretum S. Cong^nis^ particularis de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habitae die 29. Augusti 1749“ inscriptum et verbis: „In commissione habita die 3. Aprilis 1748. Datum Romae ex aedibus praedictae S. Cong^nis^ die 27. Septembris 1749“ finem sumens. Huius igitur particularis congregationis acta fere integra in Miscellaneorum, quem tractamus, tomo habentur, quae autem ad congregationem particularem de rebus Bohemicis die 15. Aprilis 1749 peractam spectant, in eodem volumine haec sunt: 1.) scriptum verbis: „Istanze che si possono per ora lasciare in sospeso, finchè ɔc“ incipiens verbisque: „non ha verun titolo per partecipare della cassa“ finem sumens, quod parvam summarii partem efficit etiamque in tomo „Congregazioni particolari ɔc. Num. 43“ pag. 101—106 legitur; 2) rescripta eiusdem congregationis particularis verbis: „Cong^ni^ particolari della cassa del sale di Boemia tenute li 15 Aprile e 29 Agosto [!] 1749. || Rescripta S. Cong^nis^ particularis de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habitae die 15. Aprilis 1749“ inscripta, quae in congregationum particularium tomo 43o pag. 108—109 leguntur solo verbo: „Rescripta“ inscripta, ubi eis „Nicolaus Lercarius secretarius“ nomen, quod in Miscellaneorum volumine deest, subscripsit; 3.) decretum in forma authentica verbis: „Boemia. || Con duplicato. || Decretum S. Cong^nis^ particularis de P. F. super rebus ecclesiasticae capsae salis regni Bohemiae habitae die 15. Aprilis 1749“ incipiens atque verbis: „.... die 27. Septembris anno, quo supra“ finem capiens. Huius igitur particularis congregationis actis in „Miscellaneorum“, quem nunc tractamus, tomo exordium (v. supra, pag. LXXII, LXXV—LXXVIII) summariumque, quod prima decreti pars est (v. supra, pag. LXXII, LXXVIII—LXXX), deest. — E congregationis particularis die 19. Decembris 1755 habitae actis in hoc „Miscellaneorum“ volumine haec reperiuntur: 1.) summarii pars verbis: „Boemia. || Cassa generale. || Parte prima“ inscripta paginas 1—35 explens, quae etiam in tomo „Congreg^ni^ particolari sopra le materie di Boemia degl' anni 1755 e 1756. Num. 44“ fol. 1 - 18 legitur, ubi verbis: „.... l'altra de' parochi restar più segreti“ finem sumit, quibus verbis in „Miscellaneorum“ tomo manus alia haec in calce adiecit: „Nota. Quì termina la parte prima, e del restante che si vede cancellato, se n'è fatto ristretto a parte par la Stà di N. S^re^ che ne ha riservata a se la risoluzione da prendersi in una congregazione particolare de tenersi alla sua persona.“ et reapse ea, quae in hoc tomo (pag. 35—58 et sq.) sequuntur, in „Congregationum particularium“ autem tomo numero 44o signato desunt, inde a verbis: „IX. Nelle sopramentovate congregationi del 1749 furono fatte ɔc“ usque ad verba: „.... l' allegata cessione dei Crociferi“ ductis lineis deleta cernuntur atque videntur; 2.) summarii pars secunda verbis: „Cassa de' parrochi. || Parte seconda“ inscripta, quae paginas 35 [bis]—48 [bis] explet atque eadem est, quae in „Congregationum particularium“ tomo 44o folio 19—30 b legitur, ubi primae summarii parti continuata et iuncta est, in „Miscellaneorum“ autem volumine a prima parte, cui (folio post pag. 58) a tergo verba: „Boemia. Parte prima“ scripto sunt apposita, separata a tergo verba: „Boemia. Parte 2a“ gerit; 3.) eiusdem summarii pars tertia verbis: „Istanze di assegnamenti su la cassa generale. || Parte terza“ inscripta, quae paginas 49 [bis] - 69 explet atque etiam in „Congregationum particularium“ tomo 44o fol. 31—40 legitur, ubi autem ea, quae parti tertiae in hoc „Miscellaneorum“ volumine a tergo adiecta sunt: „Cassa del sale di Boemia. 19 Dicembre 1755. || Relazione 1a: 30 Giugno 1749. || Relazione 2a: 16 Marzo 1750. || Relazione 3a: 22 Dicembre 1752. || Relazione 4a: 17 Aprile 1753,“ desiderantur; 4.) scriptum, quod congregationis particularis die 19. Decembris 1755 peractae inscriptionem (v. supra, pag. LXXII—LXXV), quae in „Congregationum particularium“ tomo 44o fol. [3] legitur, ubi verbis: „Spedita li [- -] Agosto 1756“ (v. supra in annot. 213) aucta est, exordium, quod autem hic brevius, quam in „Congregationum particularium“ volumine 44o (fol. [5]) est, verbis: „Interfuerunt Em^mi^ Spinellus ɔc“ incipiens verboque: „.... secretarius“ finem sumens, rescripta (v. supra, pag. LXXX—LXXXVI) verbis: „Copia. || Rescriptum ad primam partem capsae generalis“ inscripta, quae in tomo 44o, quem diximus, fol. 41—42 sine verbo ‚copia' leguntur, iisque utroque loco audientiae S^mi^ die 4. Januarii 1756 habitae decretum additum est, continet; 5.) scriptum verbo: „Debito dell' imperatore Leopoldo ɔc“ incipiens verbisque: „.... in moneta Romana scudi 436.068·90“ finem sumens, de quo in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria opinor confecto S. Cong^o^ de P. F. in congregatione particulari, quam diximus, deliberabat. Ad eandem congregationem particularem denique scriptum pertinet verbis: „Boemia. || Beat^mo^ Padre. || Il vivo desiderio che ebbe l'imperatore Ferdinando II. di provedere ɔc“ incipiens, verbisque: „.... equivagliono a fiorini 8 milla in circa“ finem sumens, quod nil aliud ac summarium (‚ristretto') pro Benedicto XIV. summo pontifice teste nota primae summarii eiusdem congregationis particularis parti in calce apposita, quam paulo superius in hac annotatione attulimus, confectum est, in „Congregationum particularium“ tomo autem deest; ei a tergo reapse verba: „Ristretto per N. S^re^“ sunt ascripta. — E congregationis particularis die 26. Aprilis 1756 habitae actis, quae in „Congregationum particularium“ tomo 44o foliis 265, 267—268 leguntur, noster „Miscellaneorum“ codex solum summarium solo verbo: „Boemia“ inscriptum, cui ne a tergo quidem dies ascriptus est, habet. — Ad congregationis particularis die 16. Martii 1765 habitae acta in hoc „Miscellaneorum“ volumine pertinent: 1.) summarium verbis: „Boemia. || Ristretto“ inscriptum, quod non eo loco solo, quem in annot. 276 attulimus, sed etiam uno alio („.... nella congregazione dei 24 Marzo 1764 ɔc“ contra: „.... nella congregazione de' 24 Marzo prossime passato ɔc“) tempus melius quam acta, quae in „Congregationum particularium“ tomo („Cong^ni^ particolari sù la cassa ecclesiastica del sale in Boemia dal 1761 a tutto il 1765. Num. 46“) fol. 243, 246 - 255 leguntur, reddit; 2.) rescripta verbis: „In congregatione particulari super rebus capsae ecclesiasticae salis regni Bohemiae habita die 16 Martii 1765 Em^mi^ Patres decreverunt, ut infra ɔc“ incipientia, quae cum consuetudine, quae erat, ut rescripta lingua latina perscriberentur (v. supra, pag. LXXXI), melius conveniunt, quam rescriptum lingua vulgari scriptum, quod in „Congregationum particularium“ tomo 46o (fol. 255—257) legitur verbis: „Nella congregazione particolare dei 16 Marzo 1765. || 1o. Si è risoluto, che si abbia ɔc“ incipiens (v. supra in annot. 241). — Quod ad congregationem die 13. Junii 1768 habitam pertinet, „Congregationum particularium“ tomus numero 47o signatus praeter summarium verbis: „In congregatione generali [!] 13. Junii 1768. || Boemia“ inscriptum (fol. 17—23) nil aliud affert, noster autem „Miscellaneorum“ codex, quem tracta-

S. Cong sive aliis v. gr. sedis apostolicae nuntiis, principum regnantium legatis inscriptae sunt, quam ab ea (eius secretario) missas,

alius generis (v. gr. testimoniales) literas, libellos supplices, sive eidem S. Cong^ni sive summis pontificibus porrecti sunt,[1306]) institutiones et scripta verbo ‚Memoria' aut alio modo inscripta, in S. Cong^nis de P. F. cancellaria confecta, annuas ecclesiasticae salis datii capsae, quam vocabant, rationes,[1307]) quin et „Urbani papae VIII. breve confirmationis transactionis inter commissarios pontificios et Ferdinandi II., in imperatorem electi ac Bohemiae regis, initae, qua redditus quidam, quem salis appellant, clero seculari et regulari Bohemiae regni pro compensatione bonorum ecclesiasticorum ab

mus, eidem summario, quod verbis: „Boemia. || Cassa del sale. || Boemia. || Ristretto" inscribit, in calce rescriptum, quo dubium inscriptione in tomo 47o contenta natum (v. supra in annot. 275) tollitur, addit: „In congregatione particulari habita post generalem die 13. Junii 1768 rescriptum fuit: Formetur instructio communicanda Emmo dom. cardinali Alexandro Albani et nuntio apostolico Viennensi [Ant. Eug. Hann. Visconti erat]."

[1306]) In tomo hoc v. gr. literae ab Ignatio [Crivelli] nuntio Vindobonensi die 19. Februarii 1757 ad [Josephum] cardinalem Spinelli, S. Congnis de P. F. praefectum, datae, quibus a tergo verba: „Boemia. || Risposto 12 Marzo 1757" sunt addita (v. supra in annot. 200), item aliae ab eodem nuntio ad eundem cardinalem praefectum die 17. Aprilis 1756 missae, a quarum tergo verba: „Boemia. || Risposto 15 Maggio 1756" leguntur, literarum a Maria Theresia, Romanorum imperatrice et Bohemiae regina, ad Marium cardinalem Millini, ipsius apud sedem pontificiam legatum, diebus 17. Decembris 1750, 12. Martii, 10. Maii, 31. Decembris 1753, 28. Martii et 15. Aprilis 1754 datarum aliarumque ab ea ad Fabritium Serbelloni, sedis apostolicae ad imperialem aulam nuntium, die 5. Maii 1753 missarum exempla, e quibus nonnulla in nulla archivii S. Congnis de P. F. parte alia inveniuntur, item testimoniales literae ab archiepiscopali consistorio Pragensi de damnis „ab hoste Gallico" decani collegiatae capellae ad Omnes Sanctos in arce Pragensi, Antonii Petri Příchovský, aedibus illatis die 15. Octobris 1754 scriptae, item epistola a [Nicolao Lercari, S. Congnis de P. F. secretario] ad canonicum Carolum (v. supra in annot. 1256) die 26. Novembris [1755] missa, item libelli supplices tres (e quibus unus verbis: „Pro memoria" est inscriptus) Antonii Příchovský episcopi Reginohradecensis nomine summo pontifici Benedicto XIV., item alius a Venceslao Francisco Walprecht, praeposituae Zderaziensis administratore, eidem summo pontifici datus aliusque abbatis Sedlecensis nomine S. Congni de P. F. porrectus, qui verbis: „Pro gratiosa memoria" est inscriptus, leguntur.

[1307]) Huc v. gr. literarum S. Congnis de P. F. nomine ad [Ignatium Crivelli] nuntium Vindobonensem die 27. Septembris 1749 datarum, quae nil aliud ac institutio ad eundem nuntium missa sunt, exemplar, scriptum verbis: „L' odierno Monsr arcivescovo di Praga [Mauritius Gustavus comes a Manderscheid intelligitur] non ha percetto ∝" incipiens, cui a tergo verba: „Memoria per il sr cardinal Millini 28 Dicembre 1755" adiecta sunt, scriptum aliud verbis: „Il giusto desiderio che ebbe ∝" incipiens, cui a tergo verba: „Memoria per il sr cardinal Millini li [---] 1754" sunt addita, eiusque exemplar in literarum missarum tomis deest, porro scriptum aliud verbis: „Siccome il motivo principale" incipiens pertinet, cui in margine verba: „Questa risposta è stata rimessa da Monsr segretario [Nicolaus Lercari erat] all' Emmo sr cardinal prefetto [Silvius Valenti-Gonzaga erat] li 21 Marzo 1751 e da S. Emza fù consegnata al sr cardinal Millini" sunt apposita; hocce scriptum etiam in „Congregationum particularium" volumine 43o (fol. 308a–308i) legitur, ubi ei in margine similis annotatio, quae autem verbis: „21 Marzo 1751" finem sumit, est adiecta. — Alio nostri „Miscellaneorum" voluminis loco „computus cassae ecclesiasticae datii salis in regno Bohemiae pro anno 1753" legitur, cui similes rationes ad annos 1754 et 1755 spectantes sunt additae et dies: „Pragae die 31a seu ultima Decembris 1755" ascriptus est.

ipso Ferdinando ex haereticorum manibus vindicatorum addicitur. Romae MDCCLIV typis S. Cong^nis de P. F." eiusdemque ‚transumptum', quod ipsius brevis exordium („Sancta mater ecclesia ɔc") praetermittit verbisque: „Alias siquidem cum concitato rectroactis temporibus ɔc" incipit,[1308]) legimus. Ex annotationibus ea, quae tomus continet, spectantibus patet eum nonnullis locis plura, quam in „Congregationum particularium" voluminibus repperimus, complecti.

Tomus alter, verbis „Miscellanea: Congr. de Prop. Fide. — Capsa salis Bohem." inscriptus, priori, quem modo absolvimus, est similis, similia continens, at una re ab eo abhorret: non enim omnia folia, quae habet, insuta, sed multa ei tantummodo imposita sunt. In eo congregationum particularium die 15. Aprilis et 29. Augusti 1749, 19. Decembris 1755, 7. Januarii 1759 atque 22. Martii 1771 habitarum summaria partim cum rescriptis, partim sine eis[1309]) et decreti in generali congregatione die 12. Septembris 1774 peracta summarium solis verbis: „Boemia. || 12. Septembris 1774" inscriptum legitur, cui rescriptum a tergo est additum, ubi perperam verbis: „Boemia. || In congregatione particulari [!] 12. Septembris 1774"

[1308]) Idem transsumptum v. gr. in „Congregationum particularium" tomo 44o fol. 49—57 legitur.

[1309]) E his summariis nonnulla, v. gr. congregationum particularium die 29. Augusti 1749 et 19. Decembris 1755 peractarum summaria etiam in „Miscellaneorum" volumine „Boemia. CCXXII", omnia autem in „Congregationum particularium" tomis, qui numero 43o, 45o et 47o signati sunt, leguntur. In summariorum ad congregationem particularem die 29. Augusti 1749 et 19. Decembris 1755 habitam pertinentium (et quidem in prima primi et in omnibus tribus alterius summarii partibus) margine in tomo „Capsa salis Bohem." breves annotationes cernuntur, quas Nicolaus Lercari secretarius sua manu ascripsit eaeque rescripti commentarium brevissimum efficiunt; in tertii primae partis capitis summarii ad congregationem die 29. Augusti 1749 pertinentis margine v. gr. sola verba: „sei mila," in quarti capitis margine ibidem verba: „per 10 mila coll' obligo" leguntur, cum in rescripto eidem summario in volumine „Boemia. CCXXII" in calce adiecto haec legamus: „.... Ad 3. annuerunt pro florenorum sex millibus. || Ad 4. annuerunt pro aliis florenorum decem millibus investiendis ad propositum, de quo agitur, in effectibus tutis cum domini nuntii [Fabritius Serbelloni erat] consensu et approbatione iuxta alia decreta sub die 31. Januarii 1738, firma remanente obligatione servitii quotidiani." Quod ad summarii congregationis particularis die 19. Decembris 1755 peractae partem tertiam („Istanze di assegnamenti su la cassa generale") pertinet, eius exemplar primum, tomo insutum, integrum est, duo autem eius exemplaria, eidem tomo tantummodo imposita, integra non sunt, ultimo enim capite carent. Praeterea in eundem tomum etiam rescriptum primam summarii ad congregationem die 29. Augusti 1749 habitam pertinentis spectans impositum est. — Summario congregationis die 7. Januarii 1759 peractae verbis: „Cassa del sale di Boemia" inscripto, quod in codicem tantummodo impositum est, a tergo inscriptio („Congregatio particularis habita die 7. Januarii 1759 super capsa salis Bohemiae") et rescriptum addita sunt. Summarium congregationis die 22. Martii 1771 peractae tomo etiam impositum rescripto caret.

inscribitur.[1310]) Modo simili ea, quae in nostro „Miscellaneorum“ tomo verbis: „Ristretto delle ponenze che si son distribuite ai s^ri cardinali per la prossima congregazione.... li 12 Marzo 1759“ inscripta cernuntur atque videntur, non ad particularem, sed ad generalem congregationem die illo celebratam pertinent.[1311])

Cetera, quae in eodem volumine leguntur, ad congregationem particularem de rebus Bohemicis institutam spectantia, libelli supplices sunt sive manu scripti sive typis descripti scriptaque varii generis iis addita ad congregationes particulares die 20. Martii 1736, 31. Januarii 1738, 18. Septembris 1747, 19. Decembris 1755, 7. Januarii et 3. Septembris 1759 habitas pertinentes;[1312]) inter ea etiam lite-

[1310]) Idem decretum in volumine „Acta S. Congnis de P. F. de anno 1774“ fol. 268 al 269 b inter congregationis generalis die 12. Septembris 1774 habitae acta legitur, literaeque et scripta alia (v. gr. annuae utriusque ecclesiasticae capsae rationes annum 1773 spectantes) omnia in tomo „Scritture originali riferite nella congne generale de' 12 Settembre 1774. Num. 840“: „conge 12 Settembre numo 1“ reperiuntur. — Cum mendo, quod in „Miscellaneorum“ codice, quem nunc tractamus, reprehendimus, menda, quae supra in annot. 275 attulimus, conferri possunt.

[1311]) Huius congregationis generalis acta in volumine „Acta S. Congnis de P. F. de anno 1759“ fol. 53 sqq. leguntur. — Inter ‚positiones‘ (v. supra, pag. XLII), quas noster „Miscellaneorum“ codex affert, ne una quidem est, quae ad res Bohemicas spectet.

[1312]) Libello supplici v. gr. monasterium Landscronense spectanti Romae in „typographia Rev. Camerae apostolicae 1746“ typis descripto testimoniales literae a Benedicto Koblicz, canonico seniore et titulari monasterii ad Omnes sanctos Olomucii abbate, die 4. Augusti 1746 datae, „oracolo di detto sommo pontifice Urbano VIIIo dell'anno 1624 al P. Martino Becano sopra la restituzione da farsi a detti monasterii spogliati,“ „breve della santa memoria di Urbano VIIIo sotto li 5 Maggio 1629 di lode al detto imperatore per l' erezzione della cassa del sale,“ literarum a Ferdinando II. ad [Paulum] principem Savelli, imperatoris ad pontificiam curiam oratorem, die 27. Martii et 28. Octobris 1629 missarum exemplaria, literarum a Jacobo Ernesto principe a Liechtenstein archiepiscopo Olomucensi ad S. Congnem de P. F. die 25. Julii 1744 datarum exemplar, canonicorum ad Omnes sanctos Olomucensium die 1. Augusti 1746 confectum album, transactionis de abalienatis cleri Bohemici bonis inter summum pontificem Urbanum VIII. et Ferdinandum II. imperatorem initae exemplar cum eiusdem summi pontificis imperatorisque confirmatione sunt addita, quae scripta omnia typis descripta sunt; ad eandem congregationem particularem die 18. Septembris 1747 peractam, ad quam libellus supplex atque scripta, quae modo tetigimus, spectant, etiam „extractus gabellarum et praestationum exactarum et deductarum ex domo civili dicta Mayerswaldiana ac dein cum residentia canonica capituli cathedralis ecclesiae permutata cum conditione traductarum in canoniam ad Omnes sanctos praestationum ex memorata domo conformiter annuis ratiociniis probatis“ et supplices libelli non ad S. Congnem de P. F. sed ad Alexandrum cardinalem Albani, qui Mariae Theresiae reginae tunc in curia pontificia orator erat, scripti pertinent. Inter libellos supplices ad congregationem particularem die 19. Decembris 1755 habitam spectantes plurimi quidem ipsi S. Congni de P. F., unus autem eidem Alexandro cardinali Albani porrectus erat, hic manu, illi typis (de Comitibus 1747) descripti. Singulis libellis supplicibus ad congregationem particularem die 3. Septembris 1759 spectantibus a tergo singula rescripta (v. gr.: „In congregatione particulari die 3. Septembris 1759. || Gaudeat impetratis“) sunt addita. — Unus libellus supplex S. Congni de P. F. aut anno 1759, quem modo diximus, aut brevi post porrectus verbis: „Pragensis affrancationis. || Emme et Revme domine“

rarum a Vincentio cardinali Petra, S. Congnis de P. F. praefecto, ad archiepiscopum Ephesinum, nuntium Vindobonensem [Dominicus Passionei erat] die 9. Januarii 1734 missarum exemplar legitur.

Et praeter haec omnia etiam in hoc „Miscellaneorum“ codice „Urbani papae VIII. breve confirmationis ɔc“ Romae typis S. Congnis de P. F. 1744 descriptum, quod in tomo „Boemia CCXXII“ repperimus, legitur.[1313])

Modo alio dispositus est tomus „Conti della cassa ecclesiastica del datio del sale di Boemia“, qui e duobus partibus constat: „Conti della cassa ecclesiastica del datio del sale di Boemia. Miscellanea tom. I. [Num.] 13“ et „Conti della cassa ecclesiastica del datio del sale di Boemia. Miscellanea tom. I.“ et e S. Congnis de P. F. computistae cancellaria, ubi diu assservabatur, novissime in eiusdem S. Congnis archivium translatus est. Qui salis capsam in Bohemiae regno constitutam spectans,[1314]) annuas eiusdem capsae rationes tam Praga Romam missas quam Romae a computista ipso retractatas seu annuarum rationum Praga allatarum breviores summas (‚ristretto‘, ‚ristretto generale‘),[1315]) literas allatas ad rationes

inscriptus, a tergo verba: „S. Congne de P. F. || Pragen. affrancationis pro Revmo archiepiscopo Pragen. [Mauritius Gustavus comes a Manderscheid erat]. Memoriale“ gerit. — Alius supplex libellus verbis: „Emmi e Revmi signori. || Considerandosi ɔc“ incipiens et „typis Mainardi 1736“ descriptus ad congregationem particularem die 20. Martii 1736 peractam, alius verbis: „Emmi e Revmi signori. || Il capitolo dell' insigne collegiata di Wissehrad ɔc“ incipiens eisdemque typis („1737“) descriptus ad particularem congregationem die 31. Januarii 1738 habitam spectat.

[1313]) V. supra pag. DCXXVIII.

[1314]) V. supra in annot. 269.

[1315]) Prima ex annuis capsam salis spectantibus rationibus Praga Romam missarum, quae in hoc codice reperiuntur, ad annos 1630—1635, secunda ad annum 1635, tertia ad annos 1630—1636, quarta ad annum 1636, alia ad annos 1630—1645 pertinet etc. Quae rationes modo vario inscriptae sunt; prima v. gr. verbis: „Entrata del censo del sale ceduto dall' imperatore alli ecclesiastici di Boemia a ragione di 15 karantani per ogni vaso che si vende,“ quarta sic: „Conto del sale del regno di Boemia spectante a clero dell' anno 1636,“ alia ita: „Conto generale e preciso dell' entrata et uscita della cassa ecclesiastica del datio del sale, comminciando dal primo di Marzo del 1630 sin' all' ultimo di Decembre dell' anno 1645 a ragione di 15 karantani per ciascun vaso di sale esitato nel regno di Bohemia,“ alia verbis: „Conto per l' anno 1640,“ alia ita: „Conto dell' anno 1642.“ — Ratio annua in S. Congne de P. F. retractata, cui „Apollonio Guidonij, computista della S. Congne de P. F., mano propria“ nomen subscripsit, solis verbis: „A di 12 Aprile 1645“ est inscripta, alia, cui „Giuseppe Cornetti computista“ nomen subscripsit, verbis: „1650 a di 2 Maggio in Roma. Ristretto generale delli conti dell' anno 1648 della cassa ecclesiastica del datio del sale del regno di Boemia sotto la direttione dell' Emmo et Revmo sr cardinale d' Harach tenuti e resi dal sr Tomaso Javornici[o], nuovo ministro registratore della cassa, con tutte le sue giustificationi restate nella computisteria della Sagra Congne de P. F.“, alia sine nomine subscripto verbis: „1651 a di 20 Marzo in Roma. Ristretto generale delli conti dell'anno 1649 della cassa ecclesiastica del datio del sale del regno di Boemia sotto la diret-

ipsas pertinentes, e quibus multae in literarum missarum tomis desiderantur, apochas, syngraphas aliusque generis scripta (v. gr. documenta a tabellionibus exarata, annuas rationes a regiis officialibus scriptas salisque cuparum in Bohemiam importatarum numerum indicantes, annuas fundi bohemice Stolinky dicti et pro episcopo Litomericensi comparati rationes, alias pecuniam e capsa salis imperatori mutuam datam spectantes),[1316]) quin et S. Cong^nis

tione dell' Emmo et Revmo sr cardinale d' Harrach tenuti et resi dal sr Tomaso Javornici[o], ministro registratore della cassa ꝛc [ut supra]," alia sine nomine subscripto verbis: „Copia. || 1655 a di primo Maggio in Roma. Ristretto generale delli conti degl' anni 1652 e 1653 della cassa ꝛc [ut supra]" inscripta est. — Rationes annuae salis datii capsam spectantes, Praga Romam missae, in hoc volumine contentae, ad annos 1630 - 1670 pertinent et plurimae eae ipsae sunt, quae Praga S. Congni de P. F. allatae erant atque in aliis Sacrae Congnis de P. F. archivii partibus desiderantur.

[1316]) In tomo „Conti della cassa ecclesiastica ꝛc. Miscell. tom. I. Num. 13" v. gr. literarum ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach ad P. Basilium Belgam Capucinum die 15. Martii 1647 datarum et aliarum a P. Basilio, quem modo diximus, ad cardinalem ab Harrach die 17. Martii 1647 scriptarum exempla, item aliarum ab eodem cardinali ad S. Congnem de P. F. die 20. Martii 1647 missarum exemplar et literae ipsae ab eodem cardinali ad [Aloisium] cardinalem Capponi die 22. Januarii 1650 scriptae, in altera tomi parte („Miscell. tom. I") aliarum ab eodem cardinali ad S. Congnem de P. F. die 31. Octobris 1646 missarum et aliarum ab eodem ad Antonium cardinalem [Barberini] die 17. Septembris 1659 datarum exempla atque literae ipsae ab eodem ad [Aloisium] cardinalem Capponi die 21. Augusti 1649 scriptae, ut alias silentio praetereamus, leguntur. In eodem tomo „Miscellanea tom. I" etiam libellus supplex eiusdem cardinalis ab Harrach nomine Mario Alberici, S. Congnis de P. F. secretario, ante diem 27. Maii 1659 porrectus, cui a tergo in S. Congnis de P. F. cancellaria verba: „Fiat duplicatum. || 29. 5. 10 [qui numeri ad generalem congregationem die 27. Maii 1659 peractam („Germania. Numo 332" fol. 36b) spectant; — v. supra, pag. CIC]. || Al computista" sunt adiecta, reperitur. – In eodem „Miscellaneorum" volumine apocha, qua P. Joannes Benno abbas et P. Alexius Hübner, prior monasterii Břevnoviensis ordinis s. Benedicti, fatentur se ab [Ernesto Adalberto] cardinali ab Harrach e datii salis capsa pecuniam pro annis 1631—1645 ordini, quem diximus, debitam accepisse, et ei dies 1. Januarii 1645 ascriptus est, item alia similis eodem die 1. Januarii 1645 a P. Joanne, monasterii Aulae Regiae ordinis Cisterciensium abbate eiusdemque ordinis per Bohemiam vicario generali, scripta, alia a Crispino [Fuk] a Hradiště, archiepiscopo Trapezuntino, suffraganeo Pragensi, abbate Strahoviensi, Milevicensi ordinisque Praemonstratensium vicario generali, die 7. Junii 1652 data et pecuniam ordini anno 1652 debitam spectans, item, ut multas alias similes silentio praeteream, apocha ab Isidoro [de Cruce] abbate Carloviensi ordinis canonicorum regularium Lateranensium s. Augustini pro anno 1674 die 1. Aprilis 1674 scripta leguntur. Alius generis sunt apocha, qua Polixena principessa a Lobkovicz nata a Pernstein anno 1633 testatur sibi ab Ernesto [Adalberto] cardinali ab Harrach pro duabus domibus illi a filio Venceslao principe a Lobkovicz venditarum pretium esse solutum, et alia, qua Leopoldus I. imperator pecuniam 30.626 florenorum a se datii salis capsae debitam, quam Clemens X. summus pontifex ipsi condonaverat, acceptam 23. Januarii 1675 testatur, ibidem reperiuntur. — Idem de syngrapha, qua Isabella Catharina, ducissa Fridlandiae, nata comitissa ab Harrach, se ab Ernesto [Adalberto cardinali] ab Harrach, fratre germano, 10.000 florenorum Rhenensium e salis datii capsa die 21. Maii 1643 fenore sumpsisse fatetur, et de alia, qua Ferdinandus III. Romanorum imperator die 13. Maii 1642 profitetur sibi 50.000 florenorum pecuniam ab Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach e salis datii capsa mutuam esse datam, dictum esse, ut alias eiusmodi silentio tegamus, puta — In eodem tomo instrumentum a Joanne Jacobo Rincolin, publico caesarea aucto-

de P. F. decreta ad annuas salis capsae rationes pertinentia, e quibus nonnulla ipsis rationibus in calce aliove loco sunt addita, item literarum a S. Cong^ne de P. F. missarum exemplaria et literarum ab eadem S. Cong^ne mittendarum commentarios, non in eius, sed in alia cancellaria confectos continet.[1317]) Tempore tomus hic, qui annos 1635—1678 spec-

ritate notario, die 24. Julii 1648 confectum, omnium contractuum apocharumque ad salis datii capsam pertinentium breves sententias continens, perinde ac annuae rationes cuparum in Bohemiae regnum importatarum numerum spectantes inde ab anno 1653 usque ad annum 1675 scriptae, quibus Zacharias Plawe primo, posterius Joannes Georgius Hoch nomen subscribebant, raro autem diem ascripserunt, leguntur. — Annuae fundi, quod bohemice Stolinky vocatur, rationes ad annum 1648 pertinent; ad eas etiam literae P. Francisci Visintainer, Ratisbonensis et Tridentini canonici, quae pecuniam in dicti fundi emptione ab ipso expensam enumerant, spectant, quibus dies non est ascriptus, et Cyrilli Agricolae, tabularum regni Bohemiae declamatoris, literae alias expensas spectantes, quibus dies 26. Februarii 1649 est ascriptus. — Ad pecuniam e datii salis capsa imperatori mutuam datam rationes v. gr. anno 1657 exeunte, 1658, 1660, 1661 et 1671 exeunte in S. Congnis de P. F. cancellaria scriptae pertinent.

[1317]) In tomi huius („Conti della cassa ecclesiastica del datio del sale ꝛc") utraque parte v. gr. decretorum a S. Congne de P. F. die 11. Decembris 1637, 13. Martii 1645, 25. Aprilis, 16. Julii 1647, 17. Septembris 1647, 26. Septembris 1650 (in forma authentica), 23. Januarii 1668 (in forma authentica), 5. Septembris 1672 factarum exempla, e quibus nonnulla ad archetypi fidem publice signata sunt, leguntur. — Annuis salis datii capsam spectantibus rationibus, quae v. gr. simul ad annos 1646 et 1647 pertinent, decretum in generali congregatione die 17. Februarii 1648 coram summo pontifice peracta factum ipsarum rationum inscriptionem subsequitur; brevi annuarum eiusdem capsae rationum ad annum 1648 spectantium summae in S. Congnis de P. F. cancellaria a Josepho Cornetti (v. supra in annot. 1315) confectae in calce decretum a particulari congregatione de statu temporali factum, cui Dionysius Massari nomen subscripsit, dies autem nullus ascriptus est, additum cernitur; summae simili ad annuas eiusdem archae rationes annos 1652 et 1653 spectantes pertinenti decretum in particulari congregatione de statu temporali die 15. Martii 1657 habita factum, cui A[loisius] cardinalis Capponi et Dionysius Massari secretarius nomina subscripserunt, in calce est adiectum; modo simili etiam brevi rationum eiusmodi ad annos 1654 et 1655 pertinenti summae decretum in particulari congregatione, quam diximus, die 13. Julii 1658 habita factum, cui Antonius cardinalis [Barberini] praefectus et Marius Alberici secretarius nomen subscripserunt, in calce est additum, quod verba: „A di 17 Agosto 1658 Roma. || Io infrascritto come agente del sr cardinal d' Harrach ho ricevuto l' originale delle soprascritte partite. In fede etc. || Michele Orsucci" subsequuntur. – Decretum, quod annuis salis datii capsae rationibus ad annos 1646 et 1647 spectantibus esse additum paulo superius diximus, apochae a S. Congne de P. F. ad [Ernestum Adalbertum] cardinalem ab Harrach missae exemplum, cui Aloisius cardinalis Capponi et Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt, subsequitur. — Nota, quae in tomo „Miscell. Tom. I. Num. 13" legitur, verbis: „Devesi avvertire, che li 700 fiorini ꝛc" incipiens verbisque: „.... residua che 29.797, 10 3/4" finem sumens, a quodam S. Congnis de P. F. rationario ad Franciscum Ingoli secretarium, qui eam in margine emendavit, missa esse videtur; ei in calce congregationis particularis de statu temporali die 16. Julii 1647 peractae decretum additum est. Cui notae literae a Juliano Bozello [S. Congnis de P. F. rationario ('computista')] ad Joannem Liberati [eiusdem S. Congnis procuratorem] „di Propaganda li 17 Giugno 1647" missae in tomo proximae sunt. Alio eiusdem voluminis loco literarum a S. Congne de P. F. ad [Sebastianum Zbraslavský, metropolitani capituli Pragensis decanum] die 4. Februarii 1668 datarum, quibus Antonius [iunior] cardinalis Barberini et Hieronymus Casanate secretarius nomen subscripserunt, item locis aliis aliarum ab eadem S. Congne ad [Matthaeum Ferdin.

tat, prior est, quam codices „Boemia CCXXII“ et „Capsa salis Bohem.“

Tomi, quos nunc absolvimus, ad nihil aliud nisi ad res Bohemicas pertinent; nonnulli alii „Miscellaneorum“ codices praeter eas etiam alias spectant.

Ex eorum numero volumen „Fedi ed attestati fino al 1645. Miscellanee tom. 15“ est, cui folia 363 (369) sunt praeter indicem 4 folia explentem. Qui tomus tam literas S. Cong^ni de P. F. allatas easque non solas et unas testimoniales, quam literarum ab eadem S. Cong^ne missarum, quin et decretorum a S. Cong^ne de P. F. factorum exemplaria et praeter haec omnia etiam potestatis missionariis a S. Officio datae exempla continet, temporis ordinem non servans ita, ut literas die 9. Februarii 1645 datas, quae folio 91° et 96° leguntur, aliae die 19. Maii 1641 scriptae (fol. 96b), has aliae die 5. Februarii 1639 (fol. 114), aliae die 15. Novembris 1638 datae (fol. 115) hasque aliae, quibus dies 23. Decembris 1638 ascriptus est (fol. 116), et aliae die 10. Julii 1643 datae sequantur.[1318])

Zoubek] archiepiscopum Pragensem die 14. Decembris 1671 missarum, quibus Palutius cardinalis Altieri nomen subscripsit, et aliarum ab eadem S. Cong^ne ad archiepiscopum eundem die 5. Septembris 1672 scriptarum, quibus idem Palutius cardinalis Altieri praefectus nomen subscripsit, exempla ad fidem archetypi partim a Joanne Christophoro Mandera, archiepiscopalis consistorii Pragensis notario publico, partim a Nicolao Joanne Alexio Causalio notario publico signata leguntur. — Item in tomo hoc formulae (eaeque duae) apochae a S. Cong^ne de P. F. Ernesto Adalberto cardinali ab Harrach dandae inveniuntur, quae formulae in cardinalis, quem diximus, cancellaria lingua italica sunt confectae, et praeter eas eiusdem apochae commentarius latine in congregatione particulari die 17. Februarii 1648 habita exaratus et in congregatione generali coram summo pontifice celebranda recitandus ibidem legitur a formulis, quas tetigimus, plane abhorrens.

[1318]) Literae v. gr., quae folio 121 leguntur, sunt literae testimoniales, per quas, die 10. Julii 1643 datas, P. Joannes Franciscus ab Assumpta [Virgine] et P. Petrus a s. Augustino, uterque Matris Dei scolarum piarum sacerdos, testantur sui ordinis scholas in Moravia etiam a hereticorum filiis frequentatas esse. — Per alias literas die 9. Februarii 1645 ad Franciscum Ingoli secretarium missas (fol. 91) P. Honuphrius a sanctissimo Sacramento, eiusdem ordinis sacerdos, eum rogat, ut ipsum contra adversarios tueatur atque commissarii apostolici in Poloniae regno munus ipsi impetret. — Folio 114 S. Cong^nis de P. F. literae ipsae, quae ad P. Augustinum Biscareto, ordinis Carmelitarum missionarium in Bohemiae regno, die 5. Februarii 1639 datae sunt, iisque Antonius cardinalis Barberini et Franciscus Ingoli secretarius nomina subscripserunt, inveniuntur, in quarum inferiore margine verba: „P. Agostino Biscareto Carmelitano, in Boemia missione e facolta“ leguntur; harum literarum exemplar (non integrum) in volumine „Lettere volgari della S. Cong^ne dell' anno 1639. Num. 19“ fol. 14b reperitur. Iis proximae (fol. 115) sunt literae S. Cong^nis de P. F. nomine die 15. Novembris 1638 scriptae itidem ipsae, quibus Antonius cardinalis Barberini praefectus et Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripserunt, sigillumque eiusdem S. Cong^nis impressum est, per quas Urbanus VIII. P. Augustinum Biscareto missionarium in Bohemiae regno constituit; iis a tergo manus alia verba: „25. Februarii 1639 praesentatae fuerunt archiepiscopali cancellariae Pragae“, itemque alia manus verba: „Fede e scritture del P. Agostino Biscareto Carmelitano“ adiecit. — Folio 148 in eodem codice „decretum S. Cong^nis de P. F. habitae die 27. Maii 1644“ P. Leonardum Leria, ordinis Carmelitarum in Bohemiae regno vicarium generalem, spectans, cui Franciscus Ingoli secretarius nomen subscripsit et E[rnestus Adalbertus] cardinalis ab Harrach in calce verba: „Pater supradictus tam ex relatione aliorum, quam proprio meo experimento est dignissimus eo honore, super quo ipsi conferendo S. Cong° deliberat et meum desuper sensum requirere benigne dignatur. Romae 18. Junii 1644“ sua manu apposuit; a huius decreti tergo Franciscus Ingoli verba: „All' Emm^o s^r cardinal d' Harrach || per Frà Leonardo Leria Carmelitano. || Al s^r cardinal Matthei. || Placet. || Die 21. Junii 1644. Cong° 316. Num° 41. || Referente Emm^o domino cardinali Mattheio sententiam domini cardinalis de Harrach ∞. || Mandar il decreto che se li manderà la facoltà“ adiecit; unde patet decretum, cui dies 27. Maii 1644 est ascriptus, literarum a S. Cong^ne de P. F. ad cardinalem ab Harrach mittendarum locum obtinuisse, id quod iam aliis locis (v. ex. gr. supra, pag. DCVIII–DCIX) animadvertimus. — Folio 116° ‚facultates‘ P. Augustino Biscareto a S. Officio die 23. Decembris 1638 concessae, quibus [Antonius] cardinalis Barberini et Joannes Ant. Thomasius notarius nomen subscripserunt et sigillum impresserunt, leguntur. — Tomi huius inscriptionem cum tomi ad literarum allatarum, de quibus in generalibus congregationibus relatum est, seriem pertinentis et verbis: „Fedi e mandati 1637. Num. 398“ inscripti (v. supra, pag. CCXXXVIII) confer.

Plures literas ad res Bohemicas seu potius Silesiacas spectantes quam hic codex tomus: „Biglietti di Benedetto XIV° al cardinal Petra. Miscell. varie tom. XII“ continet, qui indice carens 244 folia, quae numeris non erant signata, habet folioque [1°] verbis: „Biglietti di Benedetto XIV. al card. Petra“ inscriptus est. Verba autem, quibus codex hic tam foris quam intus inscribitur, cum iis, quae complectitur, haud plane consentiunt: nam praeter epistolas a summo pontifice ad Vincentium cardinalem Petra annis 1743—1747 scriptas, quae maximam quidem tomi partem occupant, in eo etiam responsiones literaeque a Vincentio cardinali Petra ad summum pontificem datae, quin et literarum ab eodem cardinali ad alios missarum exempla leguntur.[1319]) Quo maioris ad Benedictum XIV. cog-

[1319]) Summi pontificis epistolae, quarum maxima pars paucis verbis constat, sine ulla allocutione incipientes rem ipsam statim aggrediuntur brevique salutatione finem sumunt; dies iis aut in calce, aut in margine, aut in fronte, nonnullis a tergo ascriptus cernitur; singulae epistolae verbis: „S^r card. Petra“ aut „Al s^r cardinal Petra“ in calce aut in margine inferiore positis inscriptae sunt (v. etiam infra in annot. 1321), nonnullae autem omni inscriptione aeque ac die ascripto carent. Epistola v. gr., quae folio 218 legitur, ita scripta est: „Ricevemmo ieri sera il biglietto del nostro cardinal Petra unitamente colla lettera e col breve pel cardinale di Sinzendorf a cui subito l' inviammo. Noi leggemmo prima tutta la lettera, la quale stava benissimo e di tutto rendiamo grazie al predetto cardinale Petra, a cui diamo l' apostolica benedizione. [In calce:] 10 Luglio 1746. [Inferius:] S^r card. Petra.“ Alia epistola (fol. 139), quam Benedictus XIV. sua manu scripsit, ita habet: „Il nostro s^r cardinal Petra con suo commodo può legere le annesse carte che riceviamo dal cardinale di Sizindorff, per parlarcene giovedì prossimo. Con che li diamo l' apostolica benedizione. [In marg.:] 27 Novembre 1744“ (v. supra in annot. 398); huic igitur epistolae inscriptio omnino deest. — Alia verbis: „Mandiamo al nostro s^r cardinal Petra le annesse due carte ∞“ incipiens et verbis: „.... Compatisco l' incomodo, restando col dargli l' apostolica benedizione“ finem sumens diem ascriptum: „2 Decembre 1743“ in margine sinistro et in margine inferiore inscriptionem: „S^r card. Petra“ gerit (fol. 59); a tergo (fol. 62b) huic epistolae verba: „Dispense matrimoniali per Breslavia. || 2 Decembre 1743“ scripto sunt ap-

noscendum momenti hae epistolae sunt, et quo maior S. Cong^nis de P. F. erga summos pontifices erat reverentia, eo magis mirandum est eius generis unicum codicem eumque inter „Miscellanea et varia“ in eiusdem S. Cong^nis archivio inveniri. Huius autem rei causa facile enucleatur, si eorum, quae tomus hic continet atque munerum, quibus Vincentius cardinalis Petra fungebatur, iusta ratio simul habetur: quamquam enim negari non potest de plurimis rebus quae in hoc volumine leguntur, etiam in S. Cong^ne de P. F. tractari potuisse,[1320]) omnia tamen potius eius generis sunt, quae ad poenitentiarii maioris officium pertinent, id quod non una sola epistola ipsis verbis

posita. — Epistola alia (fol. 204–204b) verbis: „10 Giugno 1746. || Accusiamo il biglietto, le dispense ed i fogli del nostro s^r cardinale Petra ringraziandolo distintamente ꝛc“ incipiens verbisque: „.... restando intanto col darle l' apostolica benedizione“ finem capiens in margine folii 204 verbis: „Al s^r card. Petra“ est inscripta. — Alii epistolae (fol. 203—203b) in foiii 203 margine dies verbis: Castel Gandolfo 1° Giugno 1746“ ascriptus atque inscriptio: „S^r cardinal Petra, Roma“ sunt additi. — Epistolae alii (fol. 3–4), quae verbis: „Resterà facilmente d' accordo con noi il nostro s^r card. Petra ꝛc“ incipit et verbis: „.... e cio col mezzo d' indagine da farsi da persona nel luogo“ finem capit, nec dies ascriptus nec ulla inscriptio addita est; praeterea in extrema epistola salutatio, quae semper fere eo loco legitur, deest; a tergo huic epistolae verba: „Trassmissione impedita di Monsr Archinto a Breslavia per l' affare del coadiutore. || Senza data“ ascripta sunt. — Folio 198—198b codicillus a [Vincentio] cardinali Petra ad summum pontificem Benedictum XIV. scriptus legitur verbis: „Beatissimo Padre. || Il cardinal Petra trasmette alla Stà Vostra l' annessa minuta della lettera responsiva a quella mandata ad esso cardinale come prefetto di Propaganda, e perciò la risposta deve essere a nome della Cong^ne ꝛc“ incipiens verbisque: „.... E Le bacia i sacri piedi“ (v. supra in annot. 394) finem sumens, cui dies: „Li 3 Marzo 1746“ in margine est ascriptus, ubi etiam summus pontifex sua manu responsionem apposuit, quae verbis: „Abbiamo letta la minuta della lettera ꝛc“ incipit atque verbis: „.... et intanto Le diamo l' apostolica benedizione“ (v. ibid.) finem sumit. Modo simili literis ab eodem Vincentio cardinali Petra ad Benedictum XIV. die 23. Decembris 1743 missis (fol. 67–68b), quae autem aliter inscriptae sunt (v. infra in annot. 1321), in margine folii 67b summi pontificis responsio: „Il lectum è assai crudo ꝛc [usque ad:] dandole le facoltà opportune e necessarie“, quam manu sua scripsit, et in marg. folii 68b dies huic responso ascriptus: „23 Decembre 1743“ additi cernuntur. — Sine ullo summi pontificis additamento codicillus est ab eodem cardinali Petra ad eundem summum pontificem missus (fol. 124—125), qui verbis: „Casa 22 Agosto 1744. || Nel primo paragrafo della lettera scritta a V. Stà dal card. Sinzendorff ꝛc“ incipit et verbis: „.... che V. Stà voglia degnarsi di significare a detto cardinal Petra, come debba in ciò regolarsi“ finem capit. Idem de literis, quae verbis: „A dì 10 Giugno 1746. || Si trasmettono alla Stà Vostra ꝛc“ incipiunt verbisque: „.... e Li bacio li santissimi piedi“ finem sumunt (fol. 205), et de aliis, quae verbis: „Supplica il s^r card. Zizindorff [!] vescovo di Wratislavia seu Breslavia ꝛc“ incipientes die ascripto et fine carent (fol. 77–78b), dictum esse puta. — Folio 210—211b literarum a [Vincentino cardinali Petra] ad [Philippum] cardinalem Sinzendorf die 29. Augusti 1744 datarum exemplar legitur.

[1320]) Complures huius codicis epistolae v. gr. ad gratiam impedimenti matrimonii impetrandam pertinent, quam S. Congo de P. F. concedere quidem non poterat, sed, ut concederetur, saepe se interponebat, ad quam rem etiam potestates (‚facultates‘). quas episcopis missionariisque prospiciebat, pertinent. V. etiam ea, quae e Vincentii cardinalis Petra, codicillo die 3. Martii 1746 scripto supra in annot. 1319 sunt allata.

probat;[1321]) et quia Vincentius cardinalis Petra non solum S. Cong^nis de P. F. praefectus, sed etiam inde a die 26. Aprilis 1730 usque ad diem 21. Martii 1747, quo morti occubuit, poenitentiarius maior erat,[1322]) manifeste apparet tomum hunc non ad S. Cong^nis de P. F. sed ad poenitentiarii maioris archivium pertinuisse et post Vincentii cardinalis Petra, qui in S. Cong^nis de P. F. aedibus habitabat, ibidem remansisse et in eiusdem S. Cong^nis archivium esse collocatum.

[1321]) Quia matrimoniorum impedimentis solvendorum potestatem poenitentiarius maior habebat, et plurimae huius tomi epistolae ad hanc gratiam impetrandam spectant, investigatori suspicari fas est codicem hunc ad poenitentiarii maioris officium pertinuisse. Id tomus ipse multis locis comprobat: in literis v. gr. a [Vincentio cardinali Petra] ad [Philippum] cardinalem Sinzendorf die 29. Augusti 1744 datis (v. supra in extrema annot. 1319) haec legimus: „.... Essendosi degnata la bontà di N. S^re communicarmi li dispacci di V. Em^za e l' attestato del Suo officiale di ritrovarsi una povera donzella cattolica in linea d' un eretico che si indurebbe a prenderla per sposa, mà essendovi l' impedimento per 3° e 4° grado di consanguinità, si richiede la dispensa che può concedersi secondo le di Lei facoltà apostoliche, mà essendosi fatte molte diligenze, non è stato possibile indurre l' uomo ad abiurare l' eresia avanti di poter godere detta dispenza: perciò s' implorava la pietà di N. S^re di permettere detta dispenza, senza che l' uomo abiuri l' eresia. La Stà Sua .... ha stimato non ributtare l' istanza da se, mà sentire il pare [sic] della segreteria della Penitenzieria, dove martedì [25. Aug.] mattina nel congresso fatto, considerate tutte le circostanze ...., furono tutti questi signori della Penitenzieria una mecum capo di parere non convenire far tal grazia ꝛc“; in epistola a Benedicto XIV. ad [Vincentium] cardinalem Petra die 25. Augusti 1744 missa (v. supra in annot. 398) haec: „25 Agosto 1744. || Avisiamo il biglietto del nostro s^r cardinal Petra colle carte annesse ed approviamo in tutto e per tutto il savio parere della Penitenzieria. .... Aggiungeremo aver commesso l' affare alla Penitenzieria ed esser essa stata contraria alla domanda, e che dal s^r cardinale sommo penitenziere intenderà i motivi, e così il nostro s^r cardinale si prenderà l' incomodo di far la lettera [literae intelliguntur die 29. Augusti 1744 scriptae, quas paulo superius attulimus] e mandarla al detto cardinal di Sinzendorf ꝛc“ in codicillo a [Vincentio] cardinali Petra ad summum pontificem die 22. Augusti 1744 scripto (v. supra in annot. 1319) haec: „.... Sopra tale istanza non sà il cardinal Petra maggior penitenziere, qual provedimento ꝛc,“ et in epistola a Benedicto XIV. ad cardinalem Petra die 30. Augusti 1746 missa (fol. 224) haec: „Mandiamo al nostro buon s^r cardinal Petra l' annessa dispensa, ... acciò favorisca di farla spedire secondo il solito per Penitenzieria pro utroque foro ꝛc“ et in alia ab eodem summo pontifice ad eundem cardinalem die 26. Martii 1745 data (fol. 177) haec: „.... quanto ci avisa il nostro s^r cardinal Petra del congresso de esso tenuto coi penitenzieri Unghero e Tedesco ꝛc“, et in alia die 4. Decembris 1744 scripta haec: „Aggiungeremo, che l' affare stà rimesso alla Cong^ne che noi intendiamo la Penitenziera ꝛc.“ Praeterea epistola a Benedicto XIV. ad eundem cardinalem die 5. Decembris 1743 data (v. supra in annot. 427, 458), in qua verba: „.... Abbiamo pur ricevuto i tre libri appartenenti alla Penitenziaria ꝛc“ leguntur, in margine inferiore verbis: „S^r cardinal Petra sommo penitenziere“ inscripta est, perinde ac literae ab eodem cardinali ad summum pontificem die 23. Decembris 1743 datae (v. supra in annot. 1319) verbis: „Dal cardinal Petra maggior penitenziere li 23 Decembre 1743“ inscribuntur; et folio 206 scriptum legitur, quod verbis: „Rapresentanza della Sagra Penitenzieria che devesi fare al s^r cardinale Sinzindorf ꝛc“ inscriptum est.

[1322]) V. supra in annot. 641. — Conf. G. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica ꝛc“, tom. 52 pag. 64, 244 245.

Tomus, qui subsequitur, verbis: „Stato della relig. cattol. in tutto il mondo nell' 168[-] prop. da Urbano Cerri. Miscell. varie t. XIII“ operis, quod Urbanus Cerri, ipsius S. Cong^nis de P. F. secretarius, anno 1677 conscripsit, exemplar est; in eo folia 149 numeris signata numerantur. Folio [2°] verba: „Informatione della religione cattolica in tutto il mondo data alla S^tà di N. S^re Innocentio XI. per l'augumento della christianità et modo di ridurre facilmente gl'infedeli alla fede cattolica“ leguntur; folio 1° tomus verbis: „Beat^me Padre. || Porgo avanti gl' occhi della S^tà Vostra una breve relatione dello stato ɔc“ incipit et fol. 149° verbis: „.... Finirò dunque Beat^me Padre, questo mio lungo discorso ɔc“ finem sumit. Folium 149um index sequitur. Codex hic Bohemiae regnum paucis verbis (fol. 50b) tangit.[1323])

Ex institutionum tomis, quos editor inter „Miscellaneorum“ codices repperit, ii autem omnes ad Institutionum parvam seriem (v. supra, pag. DCXXIII) pertinerent, ad eam volumen „C. Istruzioni per l'amministrazione de' sacramenti“ proxime accedit, qui interna inscriptione carens, folia 403 habet, ante quae index legitur. Modo alio tomi, qui sequuntur, a tergo sunt inscripti:

„T[omus] 1.: Istruzioni“ folio [1°] hanc inscriptionem gerit: „5. — Istruzzioni. Tom. 1“, quam fol. [2°]: „Indice d' istruzioni raccolte nel 1836[!]—1“ sequitur. In tomo hoc folia 696 numerantur. Institutiones, quas continet, etiam in aliis archivii S. Cong^nis de P. F. voluminibus, leguntur.[1324])

„T. 2.: Istruzioni“, cui folio [1°] haec inscriptio interna est: „18. — Istruzzioni per visite [alia manus addidit:] ed altro, come dall' indice che segue“, post indicem folia 667 (resp. 690) habet. Etiam ex institutionibus in hoc codice contentis plurimae in aliis S. Cong^nis de P. F. tomis reperiuntur.[1325])

[1323]) Tomi verba haec sunt: „Bohemia. || In Bohemia la Cong^ne [de P. F.] può usar maggior auttorità [quam in Germania, de qua folio 50—50b et 50b sqq. sermo fit], perchè doppo haverla Ferdinando II. ricuperata dal Palatino che l' haveva occupata, furono dalla santa sede eretti li vescovati di Chinisgratz e Litmeritz con le rendite del datio del sale assegnato dall' imperatore in ricompensa de beni ecclesiastici usurpati dagl' eretici, e con la medesima entrata sene devono fondare due altri, tutti però restando sufraganei dell'arcivescovo di Praga, quale ha l' amministrazione di quelle rendite et ogn' anno deve mandare in Cong^ne il bilancio.“ — Conf. Dr. O. Majer, Die Propaganda, ihre Provinzen und ihr Recht, tom. I. pag. 137.

[1324]) Institutio v. gr. ad nuntium Vindobonensem die 20. Augusti 1767 missa (fol. 86—89) in tomo „Lettere della S. Cong^ne dell' anno 1767. Num. 210“ fol. 258b sqq. legitur.

[1325]) „Istruzione della S. Cong^ne di P. F. per il P. Raffaello di Orleans dell' ordine de' Cappuccini“ (fol. 52 sqq.) iisdem verbis inscripta in volumine „Lettere della S. Cong^ne

T. 3.: Istruzioni“, tomus 669 (759) foliorum, qui folio [1°] verbis: „19. — Istruzioni per i nunzi ed ambasciatori pontificii nelle diverse corti estere ed in fine osservazioni sopra i trattati pubblici con indice. — Tomo 3°“ est inscriptus, quam inscriptionem index subsequitur.

„T. 4.: Istruzioni“ sine inscriptione interna sineque indice est et sola 128 folia habet. Tomus hic maxima ex parte ad seculum XIX^um pertinet.

Haec de „Miscellaneis et variis“ retulisse sufficiat.

Praeter hos codices sunt in S. Cong^nis de P. F. archivio alii tomi, qui verbo ‚Miscellanea‘ designantur et ad literarum allatarum, de quibus in congressibus cardinalis praefecti relatum est, seriem spectant.[1326]) Tomi alii aliquandiu inter „Miscellaneorum et variorum“[1327]) volumina erant, nunc autem alio loco inveniuntur.[1328])

Ex iis, quae hucusque dicta sunt, apparet, licet S. Cong^nis de P. F. archivium satis integrum existimandum sit, ne unam quidem eius partem integram esse, et quamvis pars alia aliam saepe suppleat, tamen non omnia, quae desunt, compleri posse.[1329]) Non reparata hodie quoque manet iactura illorum duodeviginti tomorum, quam archivium hoc fecit tempore, quo e captivitate Gallica Lutetia Parisiorum Romam revertebatur, et ii in aulico archivio Vindobonensis, cuius non sunt, etiam nunc asservantur.[1330])

Quae in S. Cong^nis de P. F. archivio desunt, non solae singulae literae, sive S. Cong^ni allatae, sive ab ea missae sunt, neque soli singuli literarum allatarum tomi sunt, sed etiam scripta, quae ad

dell' anno 1758. Num. 192“ fol. 110 sqq. invenitur, ubi dies ei non est ascriptus, cum in hoc Institutionum tomo manus alia ei verba: „Aprile 1758“ adiecerit.

[1326]) V. supra, pag. CCLXVI, CCLXIX, CCLXX, CCLXXII—CCLXXIV.

[1327]) V. supra, pag. LXI, CCXXXVIII cum annot. 575, CCLX, CCLXXIX.

[1328]) Tomi significantur, qui nunc inter „Decretorum“ volumina locum obtinent: „Scripta varia: decreta S. Cong^nis, multa ad mission. ordinis spectant. 1700. 1622. [Num. 2]“ et „Decret. Sac. Con. ab ann. 1622 ad 1641. [Num. 1]“, quae supra, pag. LXI tetigimus, e quibus codex primus non in S. Cong^nis de P. F. cancellaria, sed alio loco ortus esse videtur.

[1329]) V. supra, pag. LII—LVIII, LXI, LXXXIX—XCVI, CXXI—CXXIV, CXXXIX, CXL, CCXIX — CCXXXI, CCXLIV — CCLII, CCLXI, CCLXII, CCLXIV — CCLXVI, CCLXXI, CCLXXVIII, CCLXXIX, DXCI, DC — DCXXII, DCXXIV.

[1330]) V. supra, pag. V et annot. 7. — Tomi illi literas S. Cong^ni de P. F. e regionibus maxima ex parte extra Europam sitis allatas continent.

modum ipsum, quo S. Cong° negotia sibi commissa tractabat, pertinent: desunt singula congregationum generalium decreta, desunt congregationum generalium decreta, desunt fortasse integra singularum congregationum huiusmodi acta, desunt congregationum particularium acta tam integra quam earum partes, desunt Audientiarum S^mi acta, congressum autem cardinalis praefecti cum secretario aeque ac officialium congressum acta paucissima adsunt ita, ut ne dies quidem, quo longe plurimi utriusque generis congressus habiti sunt, constet.[1331]) Hic defectus reparari posset, si ea, quae in S. Cong^nis cancellaria literis allatis aliquamdiu adiici solebant, omnia omnibus literis scripto apposita essent, sed hac in re S. Cong^nis cancellaria sibi non constitit.[1332])

Contra in eiusdem S. Cong^nis archivio tomi nonnulli inveniuntur, qui ad eam non pertinent. Tales aliqua ex parte sunt tomi, qui collegium Germanicum (Ungarico-Germanicum) spectant atque prius S. Cong^nis cardinalium collegii Germanici et Ungarici Urbis protectorum erant.[1333]) Quatuor e tomis his ipsa acta Congregationis, quam modo diximus, continentes in literarum non relatarum serie inveniuntur verbis: „Cong^ne del collegio Germanico tomo I. 1697 al 1723. Miscell. collegi t. II", „Decreti del coll° Germ^co. Tom. 2°. Miscell. collegi t. III", „Miscell. collegi t. IV.: Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici tom. III," „Miscell. colleg. t. V.: Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici tom. IV." a tergo inscripti (v. supra in annot. 56). Primus ex iis etiam intus, folio [1°], inscriptionem: „Acta Cong^nis Em^morum .... cardinalium protectorum collegii Germanici et Hungarici Urbis" gerit, quam primae congregationis inscriptio: „Congregatio habita die 13. Martii 1697" subsequitur. Tomi huius (perinde ac secundi codicis) folia nullis numeris signata erant, sunt autem 212. Tomus praeter congregationum acta nil aliud continet. Singularum congregationum, quae singulae, raro binae vel plures, singulis annis peragebantur,[1334]) acta

[1331]) V. supra, pag. XXI–XXIII, LXVIII, LXIX, CCLXIV, CCLXV, CCLXXV, CCLXXVIII, CCCCVIII, DLXX.

[1332]) V. supra, pag. LXX–LXXII, CXVII–CXIX, CXXI, CLXXXII–CCVI, CCXIX–CCXXXI, CCLIX, CCLXXV–CCLXXVIII.

[1333]) V. supra, pag. XXIV, CCCCXIV.

[1334]) Congregationes ordinariae semel in anno haberi solebant; si opus erat, cardinales protectores bis, ter in anno congregabantur, at sola una congregatio ordinaria erat; extraordinariarum congregationum acta brevi scriptura in tomos referebantur, v. gr. ita: „Die Lunae 2. Octobris 1713 || Em^mi Marescottus, Spada, Panciaticus et Albanus admiserunt

sine ulla inscriptione (quae autem actis primae congregationis non deest) exordio incipiunt, quod diem, nonnunquam etiam horam, quibus congregatio haberi coepta est, saepe loci, quo congregatio celebrata est, indicationem, cardinalium, qui interfuerunt, et S. Cong^nis de P. F. secretarii, qui simul Congregationis cardinalium protectorum collegii Germanici secretarius erat, nomina, quibus interdum nota indicans, cur hic et ille cardinalis interesse non potuerit, addita est, refert.[1335]) Ipsa vero

dominum Georgium Sigismundum barmem [iuste: baronem] Schifer de Dachsberg natus [!] Lentiae [! — iuste: Lincii]. || S. archiep[iscopus] Ath[enarum] secretarius" (fol. 80). Anno 1713, quo haec extraordinaria congregatio habita est, congregatio ordinaria die 28. Maii peracta est, cuius acta in volumine nostro folia 67b–78 explent. – Conf. A. Steinhuber, Geschichte des Kollegium Germanikum Hungarikum in Rom, ed. II. (Freiburg i. B. 1906) tom. II. 147.

[1335]) Folio 11 in nostro codice („Cong^ne del collegio Germanico tom. I. 1697 al 1723. — Miscell. collegi t. II.") v. gr. hoc exordium legitur: „in congregatione [cardinalium protectorum collegii Germanici et Hungarici Urbis] habita die 26. Augusti 1699 interfuerunt Em^mi ac Rev^mi domini cardinales [Galeatius] Mariscottus [conf. A. Steinhuber l. c. II. pag. 32, 37, 149] et [Petrus] Othobonus [conf. ibid. II. pag. 17, 18, 33, 149], absentibus ceteris, et decretum fuit, ut infra ∞"; folio 20 exordium ita scriptum est: „In congregatione habita die 3^a Augusti 1703 interfuerunt Em^mi et Rev^mi domini cardinales Mariscottus, [Fabritius] Spada et [Bandinus] Panciaticus, absente Ottobono", folio 34 ita: „Die dominico 8. Julii 1708 || in collegio Germanico fuit congregatio, intervenientibus Em^mis et Rev^mis dominis Mariscotto, Spada, Panciathico, Otthobono et me [Silvio de Cavalieri] infrascripto S. Cong^nis de P. F. secretario," fol. 40 hoc modo: „Habita fuit congregatio die dominico 13. Julii 1710 intervenientibus Em^mis et Rev^mis dominis Spada, Mariscotto, Panciatico, Otthobono et me secretario," folio 48b ita: „Die dominico 5. Julii 1711 hora 21^a || in collegio Germanico habita fuit solita congregatio, intervenientibus Em^mis et Rev^mis dominis Mariscotto, Panciatico et Otthobono cum me secretario, Em^mo autem Spada absente", folio 57 hoc modo: „Die Lunae 18. Julii 1712 hora 21^a habita fuit congregatio in collegio [Germanico] cum interventu Em^morum dominorum Spadae, Mariscotti et [Hannibalis] Albani, novi protectoris a Ste Sua deputati, Em^mi vero Panciaticus et Otthobonus impediti non interfuerunt", folio 67b ita: „Die dominico 28. Maii 1713 habita fuit congregatio in collegio Germanico intervenientibus Em^mis et Rev^mis dominis Marescotto et Albano, ceteris Em^mis protectoribus impeditis, et me infrascripto secretario", fol. 85b sic: „Die dominico 8. Julii 1714 fuit congregatio in collegio Germanico, et interfuere Em^mi et Rev^mi domini cardinales Spada et Panciaticus, aliis autem Em^mis absentibus vel impeditis, et ego infrascriptus secretarius," fol. 104b ita: „Die dominico 30. Junii 1715 hora 21^a fuit congregatio in collegio Germanico, et interfuerunt Em^mi et Rev^mi domini Spada, Otthobonus et Albanus, Em^mi Mariscottus et Panciaticus vero se excusarunt," fol. 119 hoc modo: „Die dominico 4. Julii 1717 hora 21^a fuit congregatio in collegio Germanico cum interventu Em^morum Otthoboni, Panciatichi,[Josephi Renati] Imperialis [conf. Steinhuber l. c. II. pag. 149] et mei secretarii [Petrus Aloisius Caraffa erat], Em^mi autem Marescottus et Albanus se excusarunt," fol. 160 ita: „In congregatione habita in collegio Germanico et Hungarico die 10. Julii 1721, in qua interfuerunt Em^mi et Rev^mi domini cardinales [Bernardus] Scottus [conf. Steinhuber tom. II. pag. 150], Otthobonus, Imperialis et Albanus, praesente Illmo et Rev^mo domino Caraffa, archiepiscopo Larissae, secretario de P[ropaganda Fide]." E his exemplis allatis apparet protectorum collegii Germanici et Hungarici congregationes tempore, quod hic, quem tractamus, codex spectat, non amplius in S. Cong^nis de P. F. domo

acta annuas collegii rationes, eorum, qui inter alumnos assumi cupiebant et a collegii rectore proponebantur, eorumque, qui recepti sunt, album praeter nonnulla alia complectuntur.[1336]) Rescripta aut summarium nullo medio subsequuntur aut ei in margine adiecta et quidem seorsum posita cernuntur.[1337]) Singularum congregationum actis (non autem omnibus) inde a die 8. Julii 1708 S. Cong^nis de

(v. supra, pag. XXIV; conf. Steinhuber l. c. tom. II. pag. 6, 11, 37, 147), sed in ipso collegio Germanico peragi esse solitas. Praeterea patet in exordiis S. Cong^nis de P. F. secretarii, qui tamen eo tempore omnibus cardinalium collegii Germanici et Hungarici protectorum congregationibus pro magistratu interesse debebat, non semper mentionem fieri.

[1336]) Folio 28 tomi, quem tractamus, v. gr. congregationis die 26. Julii 1706 habitae exordium acta ipsa (decreta) hoc modo subsequuntur: „Expenso diligenter statu oeconomico collegii inspectisque rationibus dati et accepti constitit collegium esse iam in totum liberum ab aere alieno, ac proinde decretum fuit tot alumnos recipiendos esse, ut compleant circiter numerum nonaginta, computatis iis, qui anno proxime sequenti remanere debent in collegio, ac proinde admitti posse 32 alumnos. || Propositi itaque fuerunt per P. rectorem [Angelus Alamanni erat; Steinhuber, l. c. t. II. p. 150] infrascripti candidati videlicet ∞." — Congregationis 30. Junii 1715 peractae exordium, quod supra in annot. 1335 attulimus, acta hoc modo sequuntur: „Catalogus eorum, qui admitti petunt ut alumni ad collegium Germanicum et Hungaricum pro initio studiorum huius anni 1715 et iuxta eorum examina et alias attestationes missas a viris fide dignis habent omnia requisita praescripta in bulla Gregorii XIII.: ∞." — Acta congregationis „die Mercurii 21. Julii 1718" habitae post exordium (fol. 128) ita incipiunt: „Actum fuit super credito ∞".

[1337]) Summarium ad congregationem die 26. Julii 1706 peractam spectans (v. supra in annot. 1336) fol. 31 rescriptum sequitur, quod ita habet: „Quorum candidatorum requisitis, quae per manus data sunt, expensis, Em^mi ac Rev^mi domini cardinales admiserunt in alumnos infrascriptos ∞." — Illam summarii ad congregationem die 21. Julii 1705 habitam pertinentis partem, quae (fol. 26) verbis: „P. rector [aut P. Gabriel de Grassis aut P. Angelus Alamanni erat; conf. Steinhuber l. c. II. pag. 150] dixit ex alumnis hoc anno, completis studiis, abire debere undecim et alios quatuor vel saltem tres extra ordinem dimittendos ∞" incipit, rescriptum: „Quapropter Em^mi admittendos in collegium censuerunt pro nunc infrascriptos videlicet ∞" nullo medio subsequitur. Modo alio simile decretum in congregationis die 8. Julii 1708 habitae actis (v. supra in annot. 1335) exaratum est et quidem ita: „Deinde deventum fuit ad electionem aliquorum alumnorum iuxta cathalogum traditum a P. rectore [P. Angelus Alamanni erat], et admissi remanserunt quindecim ex triginta tribus, scilicet 9 ex Germania, 3 ex Hungaria et alii 3 ex Croatia, et sunt infrascripti ∞" (fol. 35—35b). — Congregationis die 18. Julii 1712 peractae (v. supra in annot. 1335) summario alumnos in collegium recipiendos spectanti singula rescripta in margine sunt adiecta: „Lectus fuit cathalogus admittendorum, qui sunt numero 36, ex quibus fuerunt admissi infrascripti; reliqui autem, qui in praesenti admissione remanserunt exclusi seu non admissi, adnotantur in margine: 1 ∞ [fol. 59]. || 2° Dominus Tobias Adalbertus Oppith [iuste: Opitz; Steinhuber, l. c. II. pag. 313] Lippensis ad confinia Saxoniae dioecesis Litomericensis civis, annorum 21, theologus primi anni; proponitur a praelato infulato et archidiacono Pragensi [Tobias Adalbertus Opitz erat]. Habet requisita. || [Quibus verbis in margine scripto appositum est verbum:] Admiserunt. || 3. Dominus Joseph Romedius Hauguuith [iuste Haugwitz] Praehoviensis [!] dioecesis Hraderensis [!] in Silesia prope tractus haereticorum, nobilitatis equestris et cathedralis, annorum 20, theologus primi anni; proponitur a Patribus collegii Pragensis. Habet requisita. || [His verbis item in margine adiectum est verbum:] Admiserunt. || 4. ∞" (fol. 59b).

P. F. secretarius nomen subscribere solebat.[1338]) Congregationibus eiusmodi praeter cardinales protectores et S. Cong^nis de P. F. secretarium etiam collegii Germanici et Hungarici rector interesse solebat, eius autem nomen actorum exordium silentio praeterit.[1339]) Modus, quo singularum congregationum acta perscribebantur, non semper idem erat: alumnorum assumi cupientium album nunc totum atque integrum actis inserebatur, nunc omittebatur, solaque aut eorum, qui a rectore proponebantur, aut eorum, qui a cardinalibus protectoribus sunt recepti, nomina in actorum volumen referebantur.[1340]) Tomus primus, quem tractamus, ad annos 1697—1724 pertinet.

[1338]) Actis congregationis die 8. Julii 1708 peractae secretarius hoc modo sua manu nomen subscripsit: „S. de Cavaleriis, secretarius S. Cong^nis de P. F." (fol. 36b). Item in congregationis die 18. Julii 1712 habitae actorum calce (fol. 66) ita legimus: „S. de Cavaleriis, S. Cong^nis de P. F. secretarius." Congregationis die 5. Julii 1711 celebratae actis (fol. 54b) idem secretarius nomen suum sic addidit: „S. de Cavaleriis secretarius." Eius successor singularum congregationum actis nomen suum saepissime hoc modo adiiciebat: „P. A. archiepiscopus Larissae secretarius" (fol. 125b, 128, 133b, 159, 172, 178, 183b); congregationis vero die 10. Julii 1721 habitae actis (fol. 160—163) nomen non subscripsit.

[1339]) Id ex. gr. e verbis: „P. rector dixit ∞," quae supra in annot. 1337 attulimus, aeque ac ex aliis, quae in congregationis die 13. Julii 1710 celebratae actis (v. supra in annot. 1335) leguntur: „3° Asserente P. rectore [Angelus Alamanni aut Joannes Bapt. Tolomei erat, conf. Steinhuber l. c. tom. II. pag. 150] ipsum scripsisse superioribus Soc. Jesu ∞" (fol. 41) apparet.

[1340]) In congregationis die 26. Augusti 1699 habitae actis (fol. 11 sq.) ita legimus: „Propositis per P. rectorem [P. Michael a Rossi erat] in alumnos admittendos pro anno sequenti infrascriptis [19 erant] videlicet: 1. Rodulpho Fortunato Troyer Tyrolensi ∞, 2. Joanne Leopoldo de Dobschitiz ∞ ∞, [fol. 12] Em^mi Patres decreverunt approbandos dumtaxat infrascriptos videlicet: Ferdinandum Ludovicum Wilage [iuste: Willag, conf. Steinhuber l. c. II. 50] nobilem Westphalum theologum, Joannem Leopoldum de Dobschitiz ∞." Modo simili congregationis die 26. Julii 1706 celebratae acta scripta sunt (v. supra in annot. 1336). — In congregationis die 8. Julii 1708 habitae actis tantummodo eorum, qui in collegium admissi sunt, nomina leguntur (v. supra in annot. 1337). — In actis congregationis die 28. Maii 1713 peractae eorum omnium, qui in collegium recipi cupiebant, album hoc modo insertum legitur: „Deventum fuit, absolutis dubiis propositis, ad electionem alumnorum, ut in catalogo distributo a P. rectore [Joannes Bapt. Spinola erat], qui sunt numero quadraginta, ut in foliis, et fuerunt hoc ordine admissi, ut notantur in margine eiusdem catalochi, cuius tenor est: Catalogus eorum, qui petunt admitti ad collegium Germanicum et Hungaricum pro initio studiorum proxime sequenti, qui iuxta attestationes missas a viris fide dignis habent requisita praescripta in bulla Gregorii XIII. anni 1584 cum differentiis, quae in singulis recensendis infra nominantur: 1. ∞" (fol. 70—70b). Modo simillimo eorum, qui in collegium recipi cupiebant, album congregationis die 8. Juiii 1714 celebratae actis insertum est: „Deventum fuit ad examen admittendorum, et candidati sunt numero 37, ex quibus admissi fuerunt viginti, ut notatur in margine cathaloghi per manus distributi, et dictus numerus admissorum sufficit pro implendis locis aliorum, qui studia absolverunt, cuius tenor est sequens: || Catalogus eorum, qui petunt admitti ut alumni ad collegium Germanicum et Hungaricum pro initio studiorum proxime sequenti et iuxta eorum examina et alias attestationes missas ex Germania a viris fide dignis habent omnia requisita praescripta in bulla Gregorii XIII ∞" (fol. 86b). — In congregationis die 30. Junii 1715 habitae actis albi inscriptio „Catalogus eorum, qui admitti petunt ∞" actorum exordium

E tomis, qui sequuntur, volumen verbis: „Decreti del collegio Germanico. Tom. 2°. Miscell. collegi t. III." inscriptum anno 1725, codex: „Miscell. collegi t. IV.: Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici tom. III." anno 1738, tomus ultimus verbis: „Miscell. colleg. t. V.: Decreta congregationum collegii Germanici et Hungarici tom. IV" inscriptus, anno 1771 incipit.

Tomi primi folia, quae 216 sunt, numeris signata non erant; tomo secundo paginae numeris signatae 357 et 20 nullis numeris signatae sunt; in codice ultimo primae 45 paginae numeris signatae cernuntur, quas folia 177 numeris non signata eaque vacua sequuntur; in volumen autem hoc 62 folia, in quibus cardinalium collegii Germanici et Hungarici protectorum congregationum acta leguntur, sunt imposita. Indicem solus codex „Miscell. collegi t. IV" habet.

Modus, quo singularum Congregationis cardinalium collegii Germanici et Hungarici Urbis protectorum congregationum acta in haec volumina referebantur, a priore non valde abhorret. Singula acta omnia fere sine ulla inscriptione[1341]) exordio incipiunt, quod, perinde ac in tomo primo animadvertimus, raro ipsius Congregationis cardinalium protectorum mentionem faciens,[1342]) diem semper, saepe etiam

supra in annot. 1335 allatum folio 104 b nullo medio subsequitur (v. supra in annot. 1336). Modo eodem congregationum diebus 9. Julii 1722, 23. Julii 1723, 14. Julii 1724 habitarum acta scripta sunt. Alio modo album simile actis congregationis die 12. Julii 1716 peractae insertum est: eorum enim exordium verbis: „ .... Marescottus ac Panciaticus se excusarunt" finem capiens, nullo medio haec verba fol. 112—112 b sequuntur: „Primo actum fuit de admissione, et, lecto ac examinato catalogo suplicantium in numero 49, fuerunt admissi viginti septem, ut in margine [v. supra in extrema annot. 1337], nempe: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 12, 14, 15, 16, 18, 22, 23, 24, 25, 26, 28, 29, 32, 37, 38, 43, 45, 47, 49. || 2°. Approbatum fuit ꝛc"; aliud decretum subsequitur, et folio 113 demum: „Cathalogus eorum, qui ex Germania petunt admitti in collegium Germanicum et Hungaricum Urbis pro initio studiorum proxime futuro" legitur.

[1341]) In tertio Decretorum congregationum collegii Germanici et Hungarici tomo („Miscell. collegi t. IV.") ante primae congregationis acta (pagina 1a) inscriptio: „J[esus] M[aria] J[oseph]" legitur. — In eodem codice nonnullarum congregationum acta anni numero in eorum fronte posito inscripta esse videntur, sed quia eum nullo medio dies, quo congregatio est habita, sequitur, numerus is inscriptio non est existimandus; v. gr.: „1751. Die dominica 11. Julii fuit ꝛc" (pag. 207), 1752. „Die dominica 2. Julii hora ꝛc" (pag. 216).

[1342]) Eiusmodi exordia sunt v. gr. haec: „Die 10. Augusti 1740 ab Emmis et Revmis dominis cardinalibus S. Clementis [Hannibal Albani significatur], [Nicolao] Lercario, Alexandro Albani, [Neri Maria] Corsino et [Bartholomaeo] Ruspoli, protectoribus collegii Germanici et Hungarici habita fuit congregatio ꝛc" („Decreta congregationum collegii Germ. et Hung. tom. III." pag. 69), „Die dominica 13. Augusti 1747 hora 13½ fuit congregatio Emmorum cardinalium protectorum in collegio Germanico et Hungarico, in qua ꝛc" (ibid. pag. 181), „Die dominica 28. Julii 1748 fuit congregatio Emmorum protectorum in collegio Germanico et Hungarico, in qua ꝛc" (pag. 185), „Die dominica 3. Augusti 1749 fuit congregatio Emmorum dominorum protectorum in

horam, locum (atque eum semper fere), quibus congregatio peracta est, cardinalium protectorum tam eorum, qui interfuerunt, ubi etiam cardinalium recens protectoribus ascriptorum fit mentio, quam eorum, qui interesse non potuerunt, ubi interdum etiam causa, quae hunc et illum cardinalem protectorem impedivit, quominus interesset, significatur, atque S. Congnis de P. F. secretarii, nunquam autem collegii ipsius ministrorum, qui interfuerunt, nomina indicat.[1343]) Locus,

collegio Germanico et Hungarico, in qua ꝛc" (pag. 191), „1751. Die dominica 11. Julii fuit congregatio Emmorum ac Revmorum cardinalium protectorum in collegio Germanico et Hungarico, in qua ꝛc" (pag. 207), „1752. Die dominica 2. Julii hora 13. in aula collegii Germanici et Hungarici habita fuit solita congregatio Emmorum cardinalium eiusdem collegii protectorum, in qua ꝛc" (pag. 216), „Die dominica prima Julii 1753 hora 13a in collegio Germanico habita fuit congregatio Emmorum cardinalium protectorum, in qua ꝛc" (pag. 220), „Die dominica 5. Julii 1761 habita fuit congregatio Emmorum cardinalium protectorum in collegio Germanico et Hungarico, in qua ꝛc" (pag. 273), „Die dominica 3a Julii 1763 habita fuit congregatio Emmorum cardinalium protectorum in hoc collegio, in qua ꝛc" (pag. 287); quadamtenus huc etiam haec exordia pertinent: „Die dominica 26. Julii 1744 hora 12a cum dimidia habitia fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico, in qua interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales [Dominicus] Passionei, [Silvius] Valenti Gonzaga, Alexander Albani et [Neri Maria] Corsini protectores ꝛc" (pag. 159) et „Die dominica 4. Julii 1762 habita fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico, in qua interfuerunt omnes Emmi et Revmi domini cardinales protectores, nempe ꝛc" (pag. 280). V. etiam infra in annot. 1343, 1344.

[1343]) Quae supra diximus, e his exordiis patent: „In congragatione habita die dominico 13. Julii 1727 hora 13a interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales [Petrus] Otthobonus, [Josephus Renatus] Imperialis, Alexander Albanus et ego secretarius, absentibus Emmis S. Clementis et [Bernardo Maria] de Comitibus" („Decreti del coll. germ. ꝛc. Tom. 2" fol. 43); „In conregatione habita die dominico 18a Julii 1728 hora 13a cum dimidia in collegio Germanico et Hungarico interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales Otthobonus, Imperialis, de Comitibus, [Nicolaus] Lercari, Alexander Albani et ego secretarius, absente Emmo S. Clementis" (ibid. fol. 57 b); „In congregatione habita in collegio Germanico et Hungarico die dominico 6. Augusti 1730 hora decima tertia interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales Imperialis et Lercari et ego infrascriptus S. Congnis de P. F. secretarius, Emmi autem Otthobonus, S. Clementis et Alexander Albanus se excusarunt" (ibid. fol. 93); „In congregatione habita die Veneris 19a Julii 1726 interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales [Bernardus] Scottus, Imperialis et Alexander Albanus loco bonae memoriae [Galeatii] cardinalis Mariscotti noviter deputatus et ego secretarius; Emmi Otthobonus, S. Clementis et de Comitibus abfuerunt" (ibid. fol. 23); „Die dominico 18. Julii 1734 hora 13a cum dimidia habita fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico, in qua interfuerunt omnes Emmi domini cardinales protectores praeter Emmum Otthobonum, qui se excusavit, necnon ego infrascriptus S. Congnis de P. F. secretarius" (ibid. fol. 137); „Die dominico 28. Julii 1737 hora 13a fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico, in qua interfuerunt Emmi et Revmi domini cardinales Otthobonus, Lercarius, Albanus, Corsinus et [Bartholomaeus] Ruspolus pro prima vice loco bo. me. domini cardinalis Imperialis a Smo D. N. noviter deputatus necnon ego infrascriptus S. Congnis de P. F. secretarius, Emmo domino cardinale S. Clementis absente" (ibid. fol. 199); „Die 16. Julii 1741 habita fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico cum interventu Emmorum et Revmorum cardinalium S. Clementis, [Alexandri] Albani et [Dominici] Passionei in locum Emmi Ruspoli

quo congregationes hae peragebantur, non semper collegium Germanicum et Hungaricum erat: anno 1740 cardinales collegii ipsius protectores in conclavi, dum Benedictus XIV. eligebatur, anno 1742 in cardinalis status pontificii secretarii, quo munere tunc Silvius cardinalis Valenti Gonzaga fungebatur, domo congregationem habuerunt.[1344]) S. Cong^nis de P. F. secretariorum, qui singulis congregationibus pro magistratu intererant, modo in prima pronominis (interdum etiam verbi), modo in tertia persona fit mentio;[1345]) congregationis in con-

defuncti suffecti et mei infrascripti secretarii S. Congnis de P. F., Emmis Lercario et Corsino absentibus ab Urbe" („Decreta cong. coll. Germ. ∞ tom. III. pag. 99); „Die dominica 26. Julii 1744 hora ∞ [v. supra in annoot. 1342 usque ad:] protectores necnon ego infrasctriptus S. Congnis de P. F. secretarius, non intervenientibus Emmo Lercari podagra laborante et Emmo [Hannibale] Albani camerario ab Urbe absente" (ibid., pag. 159–160); „Die dominica 31. Julii 1746 hora 13½ fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico Emmorum et Revmorum cardinalium protectorum, in qua interfuerunt Emmi domini S. Clementis, Lercari, Valenti, Alexander Albanus et Corsini et ego infrascriptus [S.] Congnis de P. F. secretarius. Emmus Passionei ob infirmam valetudinem se excusavit" (ibid. pag. 178).

[1344]) Ad congregationis die 10. Augusti 1740 habitae actorum exordii verba, quae supra in annot. 1342 attulimus, adde: „ . . . in conclavi apostolico [conf. supra, pag. CCCCX] super rebus collegii eiusdem, defuncto iam ante aliquot menses cardinali Otthobono." — In alterius congregationis exordio haec leguntur: „In congregatione habita die 12. Augusti [1742] hora 13½ in palatio apostolico Quirinali in aedibus Emmi d. cardinalis secretarii status super rebus collegii Germanici et Hungarici interfuerunt Emmi et Revmi domini S. Clementis, Lercari, Passioneus, Corsinus, Albani, Valenti et Revmus P. d. Philippus de Montibus, S. Congnis de P. F. secretarius" („Decreta cong. coll. Germ. ∞ tom. III." pag. 146). — Exordium congregationis die 17. Julii 1735 peractae, cui collegii rectorem [P. Franciscum Piccolomini] interfuise verba: „In ea P. rector collegii exposuit graves, quas a nonnullis collegii huius alumnis in dies audit, querelas ∞" testantur, nullam eius mentionem iniicit: „Die dominico 17. Julii 1735 hora 13a habita fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico, in qua interfuerunt omnes domini cardinales protectores necnon Illmus et Revmus d. Monti, S. Congnis de P. F. secretarius." — Congregationis die 6. Augusti 1730 peractae, cui collegii procuratorem interfuisse verba: „ . . . . Demum asserente P. procuratore, quod pro proximo anno futuro uberiores redditus sperari poterunt, decretum fuit ∞" attestantur, exordium, quod supra in annot. 1343 attulimus, nullam procuratoris, quem diximus, infert mentionem.

[1345]) Longe saepius exordium S. Congnis de P. F. secretarii mentionem in prima quam in tertia persona iniicit; ad exempla, quae prima persona utuntur et ea supra in annot. 1343 attulimus, hoc adde: „Die dominico 29. Julii 1731 hora 13a cum dimidia habita fuit solita congregatio in collegio Germanico ab Emmis dominis, dominis cardinalibus Imperiali, Otthobono, S. Clementis, Lercario et Alexandro Albano, in qua ego infrascriptus secretarius interfui" („Decreti del collo germo. Tom. 2o" fol. 102 b). — Ubi exordium secretarium attingens tertia persona utitur, titulum (v. gr.: Illmus et Revmus) adhibet. Ad exempla supra in annot. 1344 allata et ad congregationes annis 1735 et 1742 peractas spectantia haec adde: „Die dominica 30. Junii 1754 hora 13a habita fuit congregatio in collegio Germanico et Hungarico cum interventu Emmorum et Revdorum dominorum Passionei, Alexandri Albani, Corsini et Hieronymi Columnae ac Revmi P. d. Lercari, archiepiscopi Rhodiensis, S. Congnis de P. F. secretarii, absentibus Emmis dominis Valenti et Lercari, qui impediti non interfuerunt" („Decreta congreg. coll. Germ. ∞. tom. III" pag. 229) et: „Die dominica 2. Julii 1769 in congregatione habita in collegio Germanico et Hungarico inter-

clavi anno 1740 celebratae actorum exordium secretarium, qui nimirum ei interesse non potuit, silentio praetermittit.[1346])

Actorum decreta in his voluminibus modo simili ac in primo scribebantur: decreta exordium nullo medio subsequuntur,[1347]) et ex iis ea, quae ad alumnos recipiendos pertinent, longissima esse solent, exceptis tamen congregationis die 12. Augusti 1742 habitae actis, quia tunc propter sacrae s. Apollinaris aedis exstructionem novi alumni non sunt recepti.[1348]) Decreta alumnos recipiendos spectantia aut sola eorum, qui recepti sunt, nomina, aut omnium, qui in collegium recipi cupiebant, album reddunt, ubi rescriptum receptos indicans in margine appositum legitur.[1349]) Nonnullis congregationum

fuerunt Emmi et Revmi domini cardinales protectores [Carolus Albertus] Cavalchini, [Fabritius] Serbelloni, [Carolus] Rezzonico, Alexander Albani, Nerius Corsini et [Aloisius Maria] Torrigiani necnon Illmus et Revmus S. Congnis de P. F. secretarius [Marius Marefoschi]" (ibid. pag. 337), vel: „Die dominico 30. Julii 1771 hora 13 fuit solita congregatio, intervenientibus Emmis et Revmis dominis cardinalibus Cavalchini, Serbelloni, Rezzonico, Marefoschi, Alexandro Albani, Torrigiani et Illmo ac Revmo d. Borgia, S. Congnis de P. F. secretario" („Miscell. colleg. t. V: Decreta congregationum collegii ∞. Tom IV" pag. 1).

[1346]) V. supra in annot. 1344.

[1347]) Exordium congregationis die 19. Julii 1726 habitae, quod supra in annot. 1343 attulimus, haec verba sequuntur: „In ea electi fuerunt novi aiumni ∞". Congregationis die 18. Juli 1728 peractae exordium supra in annot. 1343 allatum decreta ita sequuntur: „In ea decretum ∞". Congregationis die 6. Augusti 1730 celebratae (v. supra in annot. 1343, 1344) exordium decreta hoc modo subsequuntur: „Primo loco ∞". Post congregationis die 27. Julii 1738 habitae exordium, quod verbis: „ . . . . Emmus d. cardinalis Lercarius se excusavit" finem capit, verba: „In ea relatum ∞" leguntur („Decreta congregationum ∞ tom. III" pag 1). Actorum congregationis die 12. Augusti 1742 peractae exordium (v. supra in annot. 1344) decreta ita sequuntur: „Actum fuit ∞". Post actorum congregationis die 13. Augusti 1747 habitae exordium (v. supra in annot. 1342) verbis: „ . . . . absentibus Emmis dominis cardinalibus S. Clementis et Lercari" finem sumens decreta verbis: „Emmus cardinalis Valenti proposuit ∞" incipiunt.

[1348]) Huius congregationis, quae non in collegio Germanico sed in apostolico palatio Quirinali (v. supra in annot. 1344) habita est, acta alumnorum hanc eamque lingua vulgari scriptam, licet exordium et cetera decreta latine sint scripta, iniiciunt mentionem: „Per ultimo fu differita per cagione della fabrica l'accettazione di nuovi alunni" („Decreta congregationum ∞ tom. III" pag. 153).

[1349]) In congregationis v. gr. die 19. Julii 1725 celebratae actis haec leguntur: „ . . . . Deventum fuit ad electionem novorum alumnorum, qui fuerunt admissi eo ordine, qui notatur in margine catalogi a Revdo P. rectore [P. Hieranymus Febeo Soc. J. erat] distributi, cuius tenor est: || Catalogus eorum, qui petunt admitti in alumnos collegii Germanici et Hungarici pro initio studiorum anni 1725 ∞" („Decreti del collo Germco tom. 2o" fol. 1). Modo simili congregationum annis 1726–1741 habitarum acta scripta sunt (v. etiam supra in annot. 1336, 1337, 1340). In congregationis autem die 4. Augusti 1743 celebratae actis decretum tale sine albo ita scriptum est: „ . . . . Lecto primo loco catalogo eorum, qui petebant admitti pro initio studiorum proxime sequenti, ex 34 Emmi domini 13 admiserunt, scilicet ∞" („Decreta congregationum ∞ tom. III" pag. 154), et in congregationis die 28 Julii 1748 habitae actis (v. supra in annot. 1342) sic: „Lecto catalogo eorum, qui petebant admitti in alumnos ex 17 undecim selegerunt, nimirum ∞" (ibid. pag. 189), et in congregationis die 3. Augusti 1749 celebratae (v. supra in annot. 1342) actis ita: „ . . . . Lecto a me secretario

actis libellorum supplicum, qui in congregatione recitati sunt, exempla ea lingua, qua libelli ipsi scripti erant, inserta sunt, quibus rescripta in calce sunt adiecta.[1350]) Singularum, at non omnium congregationum actis S. Cong^nis de P. F. secretarius nomen subscribebat, cui semper verbum: ‚secretarius' aut ‚segretario', nonnunquam etiam aut titulum episcopalem aut verba: ‚S Cong^nis de P. F.' addebat.[1351])

Tomus, qui ante hos quatuor codices in S. Cong^nis de P. F. archivio collocatus est, verbis: „Miscell. colleg. — T. I.: visit[atio] apost[olica] eccles[iae] et coll[egii] s. Apollinar[is] 1696" inscriptus (v. supra in annot. 656), iure meliore ad S. Cong^nis de P. F. quam ad collegii Germanici et Hungarici archivium pertinet, quia collegii

catalogo eorum, qui petebant admitti in alumnos pro initio studiorum anni currentis, ex 29 tredecim selegerunt, videlicet ∝" (ibid. pag. 198).

[1350]) In congregationis v. gr. die 22. Julii 1736 habitae actis ex. gr. haec legimus: „.... Lecto libello supplici a S^mo D. N. arbitrio Em^morum protectorum remisso tenoris sequentis: || Filippo Lachmann, sacerdote professo dell' ordine Gisterciense [conf. Steinhuber, l. c. tom. I. pag. 485], da cinque anni alunno del collegio Germanico et Ungarico di Roma, devotissimo oratore di V. S^tà, avendo il padre decrepito ∝ [usque ad:] facoltà necessarie. Et Deus. || Em^mi Patres decreverunt, veris existentibus narratis, pro gratia" („Decreti del coll^o Germ^co tom 2° " fol. 178b—179) et in congregationis die 19. Julii 1739 celebratae actis haec: „.... Ad instantiam domini Francisi Troylo [conf. Steinhuber, l. c. tom. II. pag. 320] contentam in sequenti supplici libello videlicet: || L'alunno Francesco Troylo desiderando partire dal collegio, benchè non abbia terminato i studii, supplica l'Em^ze Vostre ∝ [usque ad:] chè si tratta di sei o sette mesi, || fuit rescriptum: pro gratia cum S^mo, attentis expositis circumstantiis et praecipue infirmitatis matris ∝" (Decreta congregationum ∝ tom. III" pag. 44—45).

[1351]) Sub congregationis die 29. Julii 1731 peractae (v. supra in annot. 1345) actis verba: „N. Forteguerra secretarius", sub congregationis die 18. Julii 1734 habitae (v. supra in annot. 1343) actis verba: „Philippus de Montibus secretarius", sub congregationis die 30. Junii 1771 peractae actis („Miscell. colleg. t. V: Decreta congregationum collegii Germanici ∝. tom. IV" pag. 1—15) verba: „Stephanus Borgia secretarius", sub congregationis die 1. Julii 1753 celebratae (v. supra in annot. 1342) actis verba: „Nicolaus Lercarius secretarius", sub congregationis die 30. Junii 1754 peractae (v. supra in annot. 1345) actis verba: „Nicolaus archiepiscopus Rhodiensis secretarius", sub congregationis die 2. Julii 1769 habitae actis verba: „M. Marefoschi segretario" („Decreta congregationum ∝ tom. III" pag. 348), sub congregationis die 19. Julii 1725 celebratae (v. supra in annot. 1349) actis verba: „B. Ruspolus, secretarius S. Cong^nis de P. F.", sub congregationis die 18. Julii 1728 habitae (v. supra in annot. 1343, 1347) actis verba: „B. Ruspolus, S. Cong^nis de P. F. secretarius" leguntur. — Congregationis die 19. Julii 1733 peractae actis („Decreti del coll^o germ^co tom. 2°" fol. 123—136b) Nicolaus Fortiguera secretarius, congregationum die 28. Julii 1737 (ibid. fol. 199—212), 27. Julii 1738 („Decreta congregationum ∝ tom. III" pag. 1—33) habitarum et earum, quae usque ad diem 4. Augusti 1743 secutae sunt, actis, licet in eorum exordio verba: „necnon ego infrascriptus secretarius" (v. supra in annot. 1343) vel: „necnon [seu: et] ego infrascriptus S. Cong^nis de P. F. secretarius" („Decreta congregationum ∝ tom. III" pag. 1, 33, 154) vel: „et mei infrascripti secretarii S. Cong^nis de P. F." (v. supra in annot. 1343) legantur, Philippus Monti, congregationum die 3. Julii 1757 et 30. Julii 1758 celebratarum actis, in quorum exordio verba: „et ego infrascriptus S. Cong^nis de P. F. secretarius" leguntur („Decreta congregationum ∝ tom. III" pag. 246 et 255), Nicolaus Antonelli, S. Cong^nis de P. F. secretarii, suum nomen non subscripserunt.

et ecelesiae, quae diximus, perscrutationi ab Innocentio XII. die 9. Februarii 1696 institutae praeter Galeatium cardinalem Marescotti, qui S. Cong^ni de P. F. ascriptus non erat, Marius Marefoschi, S. Cogn^nis de P. F. secretarius, intererat,[1352]) et plurima perscrutationum similium acta in S. Cong^nis de P. F., ad quam omnium collegiorum pontificiorum, e quibus etiam collegium Germanicum et Hungaricum erat, perscrutationes (visitationes) spectabant, archivio reperiuntur.[1353]) Jure sane eodem (et merito) ad S. Cong^nis de P. F. archivium pertinet volumen verbis: „Congreg. particu. 1667 etc.: Smirne, Olanda, Transilv., Ungar., stato temp., Terra Sta, Arcipela. [----] collegii e visite, coll^o Urb^o, Moscov. Num. 21" inscriptum, cuius folia 156—161 collegium Germanicum spectant, perinde ac tomi: „Congregazioni particolari e visite de collegii pontificii: Germanico et altri oltramarini degli anni 1697 e 1698 con altre scritture posteriori pertinenti a medesimi. Num. 36" et „Residuo della visita di Dalmazia e visite de colegii referite l' anno 1626. Num. 4,"[1354]) cuius pars ad collegii Germanici et Hungarici perscrutationem annis 1623 et 1624 peractam (conf. Steinhuber, l. c. tom. I. pag. 387 sqq.) pertinet, atque tomi „Colleg. 10: c. German^co et Ungar^co. Num. 368" et „Collegii 10: colleg. German^co et Ungarico in Roma. Num. 369," qui e literarum allatarum, de quibus in generalibus congregationibus relatum est, serie sunt.[1355])

Modo simili S. Cong^nis de P. F. archivii semper erat codex „Scritture riferite nei congressi: collegio Germanico dal 1584 al 1740. Num. 1," qui eodem modo ac multi alii S. Cong^nis de P. F. tomi a tergo inscriptus est;[1356]) nonnulla quidem ex iis, quae in eo continentur, potius ad collegii Germanici archivium pertinere videri possunt, cuius generis v. gr. eorum, qui in collegium recipi cupiebant, alba, talia vel eadem, qualia vel quae in Congregationis cardinalium collegii Germanici et Hungarici protectorum

[1352]) Conf. Steinhuber l. c. tom. II. pag. 32 sqq.

[1353]) V. supra, XXIII, XCVIII, XCIX, CCLXXI, CCLXXII, CCLXXX, CCCCXI—CCCCXIV et annot. 279, 662, 895.

[1354]) V. supra in annot. 279, 652.

[1355]) V. supra, pag. CCXXXVIII et in annot. 574. — In volumine numero 369° signato v. gr. literae status a Leopoldo Guilielmo a Tharoul die 30. Novembris 1667 et a Wolfgango Carolo a Kriechpaum (‚Kriechpaumb') die 15. Novembris 1668 ad S. Cong^nem de P. F. missae (fol. 396, 361) leguntur.

[1356]) V. supra in annot. 648, 649, 650.

actis (‚decretis') leguntur,[1357]) alia collegii eiusdem alumnorum alba, quae singulorum alumnorum nomina, dioecesim, e qua oriundi erant, indolem, diem, quo ad collegium venerunt, vel eum, quo discesserunt, vel eum, quo ius iurandum (v. supra in annot. 369) dederunt, eorumque, qui eos commendarunt, nomina indicant,[1358]) cardinalium collegii protectorum codicilli ad S. Cong^nis^ de P. F. secretarium missi, qui collegii ipsius negotia spectant, aeque ac codicilli a hoc secretario ad cardinales et collegii rectorem et a rectore, quem diximus, ad secretarium scripti,[1359]) quin et congregationum a car-

[1357]) Folio 114—121 v. gr. „catalogus eorum, qui ex Germania et Hungaria petunt admitti in alumnos collegii Germanici et Hungarici pro initio studiorum proxime futuro anni 1720," idem, qui in tomo „Cong^ne^ del collegio German^co^ tomo I. 1697 al 1723" fol. 152 b sqq. reperitur, fol. 131—134 „catalogus eorum, qui petunt admitti in alumnos collegii Germanici et Hungarici pro initio studiorum anni 1721 et habent omnia requisita, nisi aliter notetur", qui in tomo, quem modo diximus, deest, fol. 135—140 „catalogus eorum, qui petunt admitti ∝," idem, qui in volumine „Cong^ne^ del collegio ∝ 1697 al 1723" fol. 166 b sqq. reperitur, fol. 144—149 „catalogus eorum, qui petunt admitti in alumnos collegii Germanici [et] Ungarici pro initio studiorum anni 1723 et habent omnia requisita, nisi aliter notetur" (v. supra in annot. 1340), folio 153—160 album simile ad annum 1724 pertinens (v. supra in eadem annot. 1340), folio 167—174 et 175 album simile ad annum 1725 spectans (v. supra in annot. 1349), sed in duas partes divisum, ut alia (usque ad annum 1740) silentio praeteream, leguntur.

[1358]) Folio 18—19 ex. gr. alumnorum album legitur verbis: „Collegium Germanicum et Ungaricum" inscriptum, in quo praeter alia haec scripta sunt: „ . . . . Joannes Baptista Tosi [conf. Steinhuber, l. c. tom. II. 114] dioecesis Viennensis. Emisit iuramentum 11. Januarii 1669, destinatus ad theologiam. Commendatus ab Em^mo^ ab Harrach [fol. 18 b] . . . . Joannes Georgius Ottislaw a Kopenitz [conf. ibid. II. 117] Moravus dioecesis Olomucensis, convictor. Venit ad collegium 23. Octobris 1668. [fol. 19]. . . . . Carolus Julius Orlich [conf. ibid. II. 44] dioecesis Olomucensis. Venit ad collegium 29. Decembris 1668. Fecit iuramentum ut supra [30. Aprilis 1669]" (fol. 19 b). — In albo, quod folio 11—14 modo eodem inscriptum legitur, fol. 13 b haec scripta sunt: „Franciscus Ignatius comes a Pottingh [conf. ibid. II. 44, 118] dioecesis Pragensis. Discessit 6. Februarii 1669, postquam studuisset tribus annis philosophiae modico profectu ob defectum studii, cum alias haberet ingenium et praeclara talenta. Est canonicus in cathedralibus ecciesiis Olomucensi ac Tridentina". — Folio 37 haec leguntur: „Nomina alumnorum, qui ex collegio discesserunt anno 1683 . . . . || Wolffgangus Hannibal comes a Schrattenbach dioecesis Seccoviensis, convictor, canonicus metropolitanae Salisburgensis et cathedralis Olomucensis [conf. Steinhuber, l. c. t. II., pag. 115, 116], clericus quatuor ordinum minorum, tertio anno theologiae discessit 24. Februarii 1683 ∝". — Folio 44 inscriptio: „Nomina alumnorum, qui collegium Germanicum et Hungaricum sunt ingressi anno 1685", folio 44 b inscriptio: „Nomina alumnorum, qui a collegio discesserunt anno 1685" legitur, quam praeter alia haec verba folio 46 b sequuntur: „Leopoldus Sigismundus liber baro de Franckenberg Wratislaviensis dioecesis [Steinhuber, II. 120] 25. Aprilis 1685 minorista, quarti anni theologus ∝" et folio 45 haec: „Antonius Ignatius Müntzer dioecesis Wratislaviensis [ibid. II. 119] discessit 25. Aprilis 1685, sacerdos, quarti anni theologus || Joannes Adamus Caspar Wratislaviensis discessit 25. Aprilis 1685, sacerdos, quarti anni theologus ∝. || Joannes Ludovicus liber baro de Skrawartz [iuste: Kravař] et Turkaw [iuste: Tvorkov] dioecesis Olomucensis [Steinhuber II. 117] discessit 11. Novembris 1685, minorista, tertii anni theologus ∝".

[1359]) Folio 253 codicillus a [Nicolao Maria] cardinali Lercari die 10. Augusti 1729, fol. 254 alius a [Hannibale Albani] tituli s. Clementis cardinali eodem die 10. Augusti 1729, fol.

dinalibus collegii Germanici et Hungarici Urbis habitarum actorum partes, sive actorum ipsorum speciem prae se ferunt, sive libelli supplices sunt, qui in congregatione aliqua recitati erant, et iis rescriptum in congregatione cardinalium protectorum factum adiectum est,[1360]) contra vero alia, quae in tomo hoc leguntur, aperte osten-

255 alius ab Alexandro cardinali Albani die eodem, fol. 256 alius a [Bernardo Maria] cardinali Conti die 11. Augusti 1729 et fol. 257 alius a [Petro] cardinali Ottoboni eodem die 11. Augusti 1729 ad [Bartholomaeum] Ruspoli missi, qui omnes — aeque ac codicillus ab [Alvaro] cardinali Cienfuegos, qui collegii Germanici protector non erat, die 26. Julii 1729 ad eundem S. Cong^nis^ de P. F. secretarium scriptus (fol. 262). — Joannem Sigismundum comitem a Götzen in collegium Germanicum recipiendum spectant, leguntur; folio 264 codicillus a [Bartholomaeo] Ruspoli secretario ad [Alvarum] cardinalem Cienfuegos die 26. Julii 1729 et fol. 258 alius ab eodem secretario ad eundem cardinalem die 12. Augusti 1729 datus reperitur, qui codicillus uterque eundem comitem a Götzen attingens praeter inscriptionem („Dalla Propaganda li 26 Luglio 1729", „Dalla Propaganda li 12 Agosto 1729") etiam allocutionem („Em^mo^ e Rev^mo^ signore") in fronte gerit (v. supra, pag. CCCLVII); fol. 259 codicillus a [Bartholomaeo] Ruspoli ad P. [Michaelem] Imperiali, collegii Germanici et Hungarici rectorem, die 12. Augusti 1729 et fol. 263 alius ab eodem S. Cong^nis^ de P. F. secretario ad eundem rectorem die 2. Augusti 1729 missus eundem comitem attingens legitur; fol. 264 bis codicillus sequitur, quo P. [Michael] Imperiali rector [Bartholomaeum Ruspoli] certiorem facit cardinalium collegii Germanici et Hungarici Urbis protectorum congregationem die 26. Julii [1729] habitum iri, cui codicillo ne dies quidem ascriptus est.

[1360]) Folio 290 v. gr. congregationis a cardinalibus collegii Germanici et Hungaric Urbis protectoribus die 20. Julii 1732 habitae acta leguntur non quidem integra neque ad verbum cum actis, quae in tomum „Decreti del coll^o^ Germ^co^. Tom. 2°" fol. 114 b—122 relata sunt, congruentia, quae exordio incipiunt: „Die 20. Julii 1732 die dominico fuit congregatio in collegio Apollinaris, in quo interfuerunt Em^mi^ Othobonus, Imperiali, Lercarius, Alexander Albanus ∝", quod exordium in „Decretorum" tomo 2do, quem diximus, ita scriptum est: „Die dominico 20. Julii 1732 hora 13 cum dimidia habita fuit solita congregatio in collegio Germanico, in qua interfuerunt Em^mi^ et Rev^mi^ domini cardinales Otthobonus, Imperialis, Lercarius, Alexander Albanus ∝". In actis illis (fol. 290) hoc rescriptum legitur: „Fr. Lachemanno [v. supra in annot. 1350] permittatur discessus, quatenus bullae non obstent, si vero obstabunt, supplicandum S^mo^ pro gratia et ad Em^mum^ Imperiali pro deputatione alicuius collegialis in locum dicti Lachemanni." — Folio 326 [bis] supplex libellus a Philippo Lachman, sacerdote ordinis Cisterciensis, collegii Germanici alumno, Clementi XII. summo pontifici anno [1736] porrectus legitur idem, qui in volumine „Decreti del coll^o^ Germ^co^. Tom. 2°" fol. 178 b—179 reperitur, cui in calce manus alia verba: „All'arbitrio dei s^ri^ cardinali protettori" itemque alia manus rescriptum: „Veris existentibus narratis, pro gratia 22 Luglio 1736", quod cum rescripto in annot. 1350 allato confer, adiecit. — Folio 315 libellus legitur a P. rectore collegii Germanici et Hungarici ad cardinales [eiusdem collegii protectores] datus, qui verbis: „Em^mi^ e Rev^mi^ signori. || Il rettore del collegio Germanico et Ungarico di Roma [Franciscus Piccolomini erat] umilmente espone ∝" incipiens verbis: „ . . . . etiam extra legitima ordinationum tempora" finem sumit; cuius libelli in congregationis a cardinalibus collegii Germanici protectoribus die 17. Julii 1735 habitae actis brevis summa (v. supra in annot. 1344) legitur, bullae autem a Gregorio XIII. eidem collegio die 20. Martii 1584 datae verba omnia in eodem libello supplici allata etiam in actis afferuntur („In ea P. rector collegii exposuit graves, quae a nonnullis collegii huius alumnis ∝ [usque ad:] etiam extra legitima ordinationum tempora"). In ipsius libelli supplicis calce verba, quae manus alia ei apposuit, leguntur: „Scribatur Em^mo^ d. cardinali de Zinzendorff eique communicetur paragraph[us] bullae Gregorii XIII., prout supra"; in „Decretorum" vero volumine 2° (fol. 147 b) summarium

dunt eum ad S. Cong^nis de P. F. archivium pertinere, e quorum numero non solum literae status ad S. Cong^nem de P. F. missae,[1361]) sed etiam ea sunt, quae his et illis scriptis in tomo hoc contentis a tergo sunt addita, quae eiusdem modi sunt, quem in S. Cong^nis de P. F. archivio cognovimus, iisque in collegii Germanici archivio nihil loci est.[1362])

Tomos alios in S. Cong^nis de P. F. archivio repertos, qui non in S. Cong^nis de P. F. cancellaria, sed alibi ortum habuerunt, supra variis locis iam tetigimus; qui sunt: „Scripta varia: decreta S. Cong^nis, multa ad mission. ordinis spectant. 1700. 1622. [Num. 2]“ (v. supra, pag. LXI et in annot. 1328), „Informationum“ tomi aliquot, non autem omnes,[1363]) „Biglietti di Benedetto XIV° al cardinal Petra. Miscell. varie tom. XII“[1364]) et quadamtenus, licet opus a S. Cong^nis de P. F. secretario sit conscriptum et S. Cong^nis de P. F. archivio nitatur, codex: „Stato della relig. cattol. in tutto il mondo nell' 168[-] prop. da

haec verba sequuntur: „Super quo decretum fuit: Scribatur Em^mo domino de Zinzendorff, eique comunicetur articulus bullae Gregorianae“.

[1361]) Folio 27 literae status a P. Wolfgango Carolo a Kriechpaum, parocho in Schnobelin, Olomucii 16. Octobris 1670 ad S. Cong^nem de P. F. datae leguntur. Quod ad literas status attinet, v. supra in annot. 369, 636.

[1362]) A tergo collegii Germanici alumnorum albi, cuius partem supra in annot. 1358 attulimus, verba: „Collegio Germanico. || Alumni. || 1669“ leguntur, quae quidem iis, quae S. Cong^nis de P. F. cancellaria literis scriptisque allatis adiicere solebat, sunt simillima, sed etiam in Congregationis cardinalium collegii Germanici et Hungarici protectorum cancellaria — nimirum sine verbo: „Germanico“ — apponi potuissent; alius autem generis sunt verba, quae ab albi verbis: „Nomina alumnorum, qui ex collegio discesserunt anno 1683“ inscripti (v. supra in annot. 1357) tergo reperiuntur et sunt haec: „1683. || Collegii. || Nota degli alumni che sono partiti“, ubi verbum: „Collegii“ manifeste prodit annotationem illam in cancellaria, quae plurium collegiorum curam habebat, et eius generis S. Cong^nis de P. F., non autem collegii Germanici cancellaria erat, albo illi additam esse. — Modo simili a tergo albi verbis: „Nomina alumnorum, qui collegium Germanicum et Hungaricum sunt ingressi anno 1685“ inscripti (v. supra in annot. 1357) verba: „Collegii: || Germanico. || 1685. || Nota degli alunni che sono entrati in collegio e che ne sono partiti“ scripto apposita idem monstrant. — Item ab albi verbis: „Catalogus eorum, qui petunt admitti in alumnos collegii Germanici et Hungarici pro initio studiorum anni 1726 et habent omnia requisita, nisi aliter notetur“ inscripti („Scritture riferite nei congressi: collegio Germanico dal 1584 al 1740. Num. 1“ fol. 184—195b) tergo verba: „Germanico. || Collegj. || Die 19. Julii 1726. || Catalogo di quelli che chiedono essere ammesi“ et a tergo albi similis ad annum 1728 pertinentis (ibid. fol. 232—239b) verba: „Germanico. || Collegii. || 18 Luglio 1728. || Catalogo di quelli che chiedono essere ammessi“ et a tergo albi alius annum 1735 spectantis (ibid. fol. 302—310 bis b) verba: „Germanico. || Collegii. || 17 Luglio 1735. || Collegio Germanico. || Catalogo di quei che chiedono di essere ammessi“ et a tergo libelli supplicis P. [Francisci Piccolomini] collegii Germanici et Hungarici rectoris nomine scripti (v. supra in extrema annot. 1360) verba: „Collegj. || Germanico. || 17 Luglio 1735. || Il rettore reclama l'osservanza dei privilegi degli alunni circa l'ordinazione“ leguntur, quae idem probant

[1363]) V. supra, pag. DCXXIV—DCXXV.

[1364]) V. supra, pag. DCXXXV—DCXXXVII.

Urbano Cerri. Miscell. varie tom. XIII.“[1365]) In prima voluminis „Scritture riferite nei congressi: missioni, miscellanee [v. supra. pag. CCLXIX]. Tom. 1“ parte,[1366]) qui tomus antea a tergo numerum: „20“, nunc erasum, gerebat, index verbis: „Indice generale di manoscritti di materie spettanti alla propagazione della fede“ inscriptus [fol. 1] legitur, qui ita habet: „A. Delle sagre missioni e provvedimenti spirituali ed economici. — Notizie generali delle religioni, le quali si professano in ciascheduna delle 4 parti del mondo. — Germania. — Provincie unite. — B. Inghiltera, Scozia, Irlanda. — C. Clero illirico, chiesa rutena, Gran Rossia. — D. Chiese orientali ꝛc.“ Qui index ad opus pertinet, cuius autores Urbanus Cerri (1675—1679), quem paulo superius tetigimus, et Nicolaus Forteguerri (1730—1735), S. Cong^nis de P. F. secretarii, erant.

Hos et iis similes labores indices expediebant, quibus plurimos S. Cong^nis de P. F. archivii tomos instructos esse diximus,[1367]) ita ut codices alii singulos, alii binos, sive varii sunt sive eodem exemplo scripti, alii ternos eosque varios indices habeant, et praecipue indices generales, quorum mentionem supra in annot. 147 iniecimus. Ex iis primus, qui maxima ex parte sola „Actorum S. Cong^nis“ volumina spectabat, a Fr. Hieronymo Nicolio[1368]) ordinis Eremitarum s. Augustini, qui anno 1662 generalis eiusdem ordinis congregationis in Gallia Cisalpina procurator erat („Acta S. Cong^nis de P. F. anni 1661“ fol. 228) eodemque anno diem supremum obiit, anno 1660 mense Maio perfectus est („Acta S. Cong^nis de P. F. anni 1660“ fol. 127), ultimus ultimo seculi XIX^i decennio a S. Cong^nis de P. F. archivii ministris, quorum munus iam seculo XVIII° id erat (v. supra, pag. XXIX), praecipue a P. Francisco Tordella est absolutus.

Hunc laborem aliquando etiam extraneorum curae commissum

[1365]) V. supra pag. DCXXXVIII.

[1366]) Pars altera scripta varia ad sacras missiones seculi XVIII^i et XIX^i spectantia complectitur.

[1367]) V. supra, pag. XXVII, XXIX, XXXI, LIV, LV, LXI, XCIX, CXXIV, CXXV, CCXXXV, CCLXXVI, DLIII—DLX, DCXXIII, DCXXXVIII, DCXXXIX, DCXLIV et in annot. 70, 281, 566, 567, 568, 662.

[1368]) Fr. Hieronymus Nicolio Romanus, qui praesertim iuri suam dedit operam, duorum operum iuridicorum autor est, qui „Lucubrationes utriusque iuris ad theoriam et praxim 4 libris institutionum moralium conformes“ (Romae 1662; 1679, 1700) et „Flosculos sive notabilia practica ex utroque iure probatisque auctoribus ac theologiae praesertim fontibus libata ad iuridicam praxim in unum collecta et methodo alphabetica disposita“ (Romae 1656; 1679; Venetiis 1683; 1694; 1706; 1722) edidit (conf. „Acta S. Cong^nis de P. F. anni 1662“ fol. 18; H. Hurter, Nomenclator literarius theologiae catholicae theologos exhibens aetate, natione, disciplinis distinctos, edit. III, Oeniponte 1907, tom. III pag. 1165).

esse Caetanus Moroni testatur, qui a Mauro cardinali Cappellari, S. Cong^nis de P. F. praefecto, Castrutio Castracane degli Antelminelli, eiusdem S. Cong^nis secretario, et Vincentio Santucci, S. Cong^nis de P. F. tabularii praefecto, qui die 7. Martii 1853 cardinalis est creatus, anno 1830 ineunte invitatus, ut generalem „Actorum S. Cong^nis" et literarum in congregationibus generalibus relatarum tomorum indicem conficeret, per annum, quem diximus, fere integrum operi illi studium navavit (Moroni, Dizionario etc. tom. 16 pag. 255, Indice generale alfabetico delle materie del dizionario etc. tom. IV. pag. 447), anno autem 1832 iterum monitus, ut laborem illum resumeret, recusavit (Indice generale, tom. IV. pag. 447). Hic autem C. Moroni Mauri cardinalis Cappellari, S. Cong^nis de P. F. praefecti, postea summi pontificis Gregorii XVI^i, minister familiaris erat (Dizionario, Indice t. IV. pag. 446—476).

V. DE IIS, QUAE E S. CONG^nis DE P. F. TABULARIO IN LUCEM SUNT EDITA.

Urbani Cerri opus, quod tetigimus, cuius tria exemplaria in S. Cong^nis de P. F. archivio reperiuntur, non est primum, cui archivium hoc originem dedit. Jam anno 1632 primus S. Cong^nis de P. F. secretarius, Franciscus Ingoli 5 epistolas S. Cong^nis de P. F. gesta inde ab ea instituta usque ad annum 1631 exeuntem enarrantes conscripsit, quas a [Joanne] Agucchia, qui inde ab anno 1623 usque ad annum 1632 ineuntem, quo diem supremum obiit,[1369]) sedis apostolicae ad rem publicam Venetam nuntius erat, „emendatas et stilo elegantiore politas" S. Cong^o de P. F. typis describi et cardinalibus ipsi ascriptis distribui iussit.[1370])

Opus aliud, quod generalia S. Cong^nis de P. F. decreta inde ab anno 1622 usque ad annum 1674 exeuntem facta necnon decreta de singulis rebus dubiis tam a S. Officio, quam a S. cardinalium

[1369]) Joannis Agucchia archiepiscopi Amasiae mortem literae attingunt die 31. Januarii 1632 Venetiis a Joanne Antonio Massari, nuntiaturae ministro eiusque post nuntii mortem administratore, ad S. Congnem de P. F. datae („I. — Lettere d'Italia e Malta 1632. Num. 7" fol. 19).

[1370]) Id nos congregationis generalis die 13. Junii 1633 habitae acta docent („Acta S. C. de P. F. anno 1632 e 1633" fol. 245). Ad Francisci Ingoli epistolas autem a Joanne Agucchia emendatas iam literae ab eo ad Franciscum Ingoli die 21. Decembris 1630 missae („I. — Lettere d'Italia 1629. Num. 4" fol. 83) pertinent. V. supra in annot. 695; conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide (Zprávy zemského archivu království Českého, I. pag. 47—48).

concilii Tridentini interpretum Congregatione et ab ipsa S. Cong^ne de P. F. eodem temporis spatio facta continet, Don Jos. Zambecchini, S. Cong^nis de P. F. tabularii praefectus, composuit et in generali congregatione die 1. Aprilis 1675 peracta protulit. Opus hoc, quod tomis duobus constat, typis non excussum S. Cong^o de P. F. in suo archivio collocari iussit.[1371]) Nonnullae tamen eius partes typis descriptae in libro, quem Dr. Otto Mejer annis 1852 et 1853 Gottingae edidit („Die Propaganda, ihre Provinzen und ihr Recht, tomi duo), leguntur. Dr. O. Mejer Josephi Zambecchini opus ipsum quidem nunquam vidit, sed solo eius exemplo, quod in bibliotheca civitatis Hamburgensis asservatur verbis: „Quaestiones et responsa Congregationis de Propaganda Fide" inscriptum,[1372]) usus est. Num exemplar hoc totum Josephi Zambecchini opus contineat, editor, qui neque hoc neque illud vidit, dicere non potest, affirmare autem audet exemplar Hamburgense e Josephi Zambecchini opere profectum esse: nam non solum ea, quae exemplar continet, cum iis, quae in opere ipso legi superius diximus, sed etiam tempus, quod tam exemplum, quam opus ipsum spectant, plane congruunt. Exemplar Hamburgense, cui paginae 659 praeter 61 paginas, quas index explet, sunt,[1373]) anno 1622 incipiens, pauca hoc et sequenti anno facta decreta, plura autem ad annos 1624—1626 atque plurima ad annos 1627—1637 pertinentia affert; decretorum annos 1639—1643 spectantium numerus magis exiguus est, pauca decreta deinde annos 1645 et 1648 spectant, annorum sequentium, si annos 1653, 1656, 1658 et 1660 exceperis, decreta desunt, et demum inde ab anno 1661 decretorum numerus crescit, annis 1668 et 1669 maximus est, deinde decrescit et anno 1674 exempli decreta finem sumunt.[1374]) Ratio, qua decreta in exemplo Hamburgensi digesta sunt,

[1371]) In literis ab [Urbano Cerri] S. Cong^nis de P. F. secretario ad [Camillum] cardinalem de Massimi die 16. Junii 1675 datis („Registro delle lettere della S. Cong^ne 1675 Num. 64" fol. 50b) haec de Josephi Zambecchini opere scripta sunt: „Nella congregatione generale tenuta il primo Aprile prossime passato espose D. Gioseppe Zambecchini archivista di haver' estratti da tutti i registri le risolutioni e decreti generali fatti dal principio dell'erettione di questa S. Cong^ne sino al presente ed anche tutti i dubii risoluti dalle Cong^ni del S. Off^o, del Concilio e di questa di Propaganda, come più a pieno Si degnarà vedere ne due libri ch' egli stesso presentarà all' Em^za Vostra che sono i medesimi originali, che si devono conservare in questo archivio ∞." — Conf. H. Kollmann, l. c. pag. 48.

[1372]) Dr. O. Mejer, Die Propaganda ∞, tom. I. pag. 106.

[1373]) V. ibid., pag. 106.

[1374]) Dr. O. Mejer, l. c., I. pag. 104, 113, 116—120, 125—127, 397 (ann. 1); II. pag. 85.

Drem. Ottonem Mejer movit, ut exemplar duabus partibus constare crederet,[1375]) id quod opinionem nostram etiam corroborat. — Singula Hamburgensis exempli decreta, ea nimirum, quibus dies est ascriptus, temporis ordinem non ubique servant,[1376]) nec omnia de „Actorum S. Cong^nis^," sed nonnulla etiam ex aliis, v. gr. „Congregationum particularium," „Dectorum," literarum, de quibus in congregationibus generalibus relatum est, tomis deprompta sunt, at non omnia decreta aperte indicant, unde sint exscripta.[1377]) Codicem Hamburgensem Dr. O. Mejer alicuius alius codicis exemplar ita diligenter transscriptum esse dicit, ut omnes eius paginas, sicut index aperte prodit, quod ad verborum numerum pertinet, sollicite reddat, quod autem ad verba ipsa attinet, mendis erroribusve, quae eorum sententiam corrumpunt, non careat;[1378]) quia vero Josephi Zambecchini opus duobus tomis, Hamburgensis uno solo tomo constat, manifestum est codicem hunc non recta via ex opere ipso, sed circuitione quadam ortum esse.[1379])

Perinde ac D. Josephi Zambechini, qui inde ab anno 1663 in S. Cong^nis^ de P. F. cancellaria minister, anno 1672 S. Cong^nis^ de P. F. tabulario praefectus est,[1380]) opus etiam liber ab Urbano Cerri,

[1375]) „Sonach zerfällt sie gewissermassen in zwei Hälften" (ibid. pag. 104).

[1376]) Conf. Dr. O. Mejer, l. c. I. pag. 104.

[1377]) Conf. ibid. t. I. pag. 104—105. Praeter „Actorum S. Cong^nis^" (pag. 104) et „Decretorum" (pag. 105) volumina, Hamburgensis codex Congregationum particularium de rebus Synarum et Hiberniae (pag. 105) et e literarum, de quibus in congregationibus generalibus relatum est, serie tomorum verbis: „I. Rhetia", „Bohemia tom. 2", „Archipelago tom. 2", Archipelago tom. 3", „Ibernia 1640", „Persia tom. 1", „Graecia tom. 2", „Polonia, tom. 3", „Maroniti tom. 1", „Indie tom 2", „Memoriali 1627" (pag. 105), „Cause" (pag. 104) „Cause dell' Indie tom. 1" inscriptorum mentionem iniicit.

[1378]) Conf. Dr. O. Mejer l. c., tom. I. pag. 106. — Mendum eiusmodi ex. gr. in verbis „In Tom. 1. R. Getiae pag. 157" (ibid. pag. 105) cernitur, ubi loco verborum: „R. Getiae" verbum: ‚Rhetiae' legendum est; mendum aliud Mejer l. c. tom. I. pag. 248 annot. 2 affert, mendi alius mentionem ibid. pag. 397 annot. 1 iniicit. — Modum, quo S. Cong^nis^ de P. F. decreta in hunc codicem relata sunt, hoc exemplum ostendit: „Die 23. Januarii 1669 S. Cong^o^ de P. F. censuit non licere missionariis absolvere a quibusvis censuris latis per epicsopos et vicarios apostolicos in foro externo, quum ipsi non habeant iurisdictionem nisi in foro poenitentiae tantum" (Dr. O. Mejer, l. c. I. pag. 247 annot. 2).

[1379]) Codicem nunc Hamburgensem Dr. O. Mejer antea Gustavi Schröder parochi Glückstadiensis fuisse dicit (l. c. tom. I. pag. 106), e cuius bibliotheca eius possessionem Joannes Wolf (1695 Hamburgi mortuus) nactus est, a quo aut eius filio Joanne Christ. Wolf (anno 1690 nato et die 9. Februarii 1770 Hamburgi defuncto) in civitatis Hamburgensis bibliothecam pervenit.

[1380]) In epistola ab Urbano Cerri, S. Cong^nis^ de P. F. secretario, ad [Camillum] cardinalem de Massimi die 29. Januarii 1677 missa („Registro di lettere della S. Cong^ne^ 1677. Num. 66" fol. 6) haec legimus: „D. Giuseppe Zambecchini, archivista di questa S. Cong^ne^, ... dopo haver servito 9 anni per giovane di questa segreteria, esercita dal [16]72 in quà l'offitio d'archivista [v. supra in annot. 69] con quell' applicatione e lode che è ben nota all' Em^za^ Vostra ꝛc." — In alia ab eodem S. Cong^nis^ de P. F.

S. Cong^nis^ de P. F. secretario, compositus, quem supra, pag. DCXXXVIII et DCLIII tetigimus, a S. Cong^ne^ de P. F. ipsa prelo non est subiectus, sed aeque ac illud opus saepius transcribebatur,[1381]) et unum eius exemplar, quod e monasterio S. Galli in Helvetia Turicum venit, Richardus Steele describendum curavit et primum (anno 1714) in linguam britannicam a Michaele de la Roche translatum, deinde (anno 1716) in gallicam linguam conversum anno 1716 („État présent de l' Eglise Romaine dans toutes les parties du monde. Écrit pour l'usage du pape Innocent XI. par Mons. Urbain Cerri, sécretaire de la Congregation de Propaganda Fide. Avec une lettre dedicatoire du chevalier Richard Steele au pape Clement XI. Traduit de l'anglois. Amsterdam 1716") typis exscripsit.[1382]) Huius operis exemplar, quod in regia bibliotheca Monacensi asservatur, verbis: „Urbano Cerri, secretario della Cong^ne^ de Propaganda: Stato della religione cattolica in tutto il mondo 1677" inscriptum est, cum codex „Miscell. varie t. XIII: Stato della relig. cattol. in tutto il mondo ꝛc" (v. supra, pag. DCXXXVIII)

secretario ad [Stephanum] Agostini datarium die 18. Martii 1677 data (ibid. fol. 28) haec leguntur: „D. Giuseppe Zambechini, sacerdote da Ortezzano diocesi di Fermo, ha supplicato questi Em^mi^ signori, affinchè si degnino ottenergli da N. S^re^ un beneficio in Monte Ottone dell' istessa diocesi .... che rende 12 scudi in circa l'anno con oblighi di messe, e perchè preme molto all' Em^ze^ loro, che egli resti consolato non solo in questa, ma in ogn' oltra occorenza per il buon servitio che da più anni in quà con intiera sua lode e piena sodisfattione dell' Em^ze^ loro presta a questa S. Cong^ne^ in qualità d' archivista, m' han commandato, che preghi V. S^ia^ Illma, voglia compiacersi supplicare in loro nome S. Beat^ne^, si degni fargli la gratia, già che anche le sue qualità personali e bontà di vita ne lo fanno reputar degno." — D. Josephus Zambecchini in S. Cong^nis^ de P. F. archivio iam anno 1672 adiutorem (‚sottoarchivista') D. Dominicum Bianchi habuit, qui ei, postquam die 19 Septembris 1707 in otium se contulit, successor in S. Cong^nis^ de P. F. tabularii praefecti munere datus est et ipse inde ab anno 1707 adiutorem habuit Joannem Zambecchini, sui praedecessoris nepotem (v. supra in annot. 72), quem tomus „Udienze di N. S^re^ 1710—1740. Num. 4" fol. 23 die 12. Novembris 1714 „sottoarchivista della Propaganda del 1707" vocat. Hic D. Joannes Zambecchini D. Dominico Bianchi vita defuncto (ante diem 7. Junii 1717), in generali congregatione die 7. Junii 1717 peracta S. Cong^nis^ de P. F. tabulario interim praefectus est („Acta S. Cong^nis^ de P. F. de anno 1717" fol. 182) et, munere eo retento, ineunte mense Aprili anni 1738 fato cessit („Acta S. Cong^nis^ de P. de anno 1738" fol. 159b).

[1381]) S. Cong^nis^ de P. F. archivio ipsi plura eius exempla erant, e quibus unum, quod [Caesari] cardinali d'Etrées (‚Estrée') commodatum erat, per literas die 11. Augusti 1692 datas („Lettere delle S. Cong^ne^ e di Monsr segr^io^ dell' anno 1692" fol. 180b) [Odoardus Cybo] S. Cong^nis^ de P. F. secretarius studio repetebat; quae literae sic habent: „.... Con quest' occasione mi faccio lecito di suggerire a V. Em^za^, che già alcuni mesi Le fù consegnato il libro composto da Monsr Cerri sopra lo stato generale della Cong^ne^ e delle missioni, del quale havendo somma necessità per non essermene remasto alcun essemplare, e quello istesso è anco d' altra persona, riceverò a somma gratia, che Si compiaccia rimetterlo alle mie mani ꝛc." Conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide, str. 48. —

[1382]) Conf. Dr. O. Mejer, l. c. tom. I. pag. 107, 188; H. Kollmann, l. c. pag. 48.

in sua inscriptione perperam annum 168[-] gerit; opus ab Urbano Cerri aut anno 1677 iam exeunte aut anno 1678 ineunte absolutum esse constat.[1383])

Num scriptum, quod in prima voluminis „Scritture riferite nei congressi: missioni, miscellanee. Tom. 1" parte attingitur,[1384]) Urbani Cerri laborem integrum reddat eique ea, quae Nicolaus Forteguerri addidit, adiungat, editor dicere non potest, cum codicem utrumque comparare nequiverit; utriusque tamen operis dispositio dispar est, nam Urbani Cerri ipsius liber a Britannia et Hibernia,[1385]) hoc autem opus post sacras missiones variasque religiones descriptas a Germania et Batavia incipit. Modo simili editor annum, quo labor hic absolutus sit, indicare non potest; tempus enim operi perscrutando non suffecit.

Opus a Nicolao Forteguerri compositum Caietanus Moroni (in „Dizionario di erudizione storico - eclesiastica") compluribus locis attingit, sed non ubique sibi ipsi consentit, cum illud nunc verbo ‚Memoria', nunc verbo ‚Memorie', nunc verbo ‚Relazione' vocet et eius inscriptionem vario modo reddat,[1386]) cumque opus ipsum a Nicolao Forteguerri, Clemente XI° summo pontifice iubente, modo seculo XVIII° ineunte, modo anno 1706 conscriptum esse, codici autem bibliothecae Vaticanae, in quo opus legitur, annum 1726 ascriptum esse asseveret,[1387]) quo tempore Nicolaus Forteguerri S.

[1383]) Conf. Dr. O. Mejer, l. c. I. pag. 198.

[1384]) V. supra, pag. DCLIII.

[1385]) Conf. Dr. O. Mejer, l. c. I. pag. 128 sqq.

[1386]) C. Moroni l. c. tomo 81° pag. 27: „Memoria intorno alle missioni d'Africa ecc.", tomo 98° pag. 267: „Memorie intorno alle missioni d'Africa ecc.", tomo 98° pag. 278, 299, 311: „Memorie intorno alle missioni d'Africa", tomo 72° pag. 310: „Memorie intorno alle missioni d'Asia", tom. 98° pag. 347: „Memorie intorno le missioni dell' America", tomo 98° pag. 350: „Memorie intorno alle missioni d'America", tomo 16° pag. 259: „Memorie intorno alle missioni di Africa, di Asia e di America", tomo 98° pag. 141, 159, 186, 254, 288: „Memorie intorno alle missioni", tomo 98° pag. 190, 242, 309: „Memorie", tomo 55° pag 101: „Relazione delle missioni d'Africa, Asia e d'America", tomo 77° pag. 82: „Relazione delle missioni" scribit.

[1387]) C. Moroni tomo 16° pag. 259 ita habet: „Nicolò Fortiguerra di Pistoia per comando di Clemente XI dall' archivio di Propaganda trasse le memorie intorno alle missioni di Africa, di Asia e di America ∝", et tomo 77° pag. 82 ita: „Leggo nella relazione delle missioni da Monsr Fortiguerri segretario [!] di Propaganda fide estratta da quell' archivio d' ordine di Clemente XI ∝", et tomo 81° pag. 27 ita: „Nella Memoria intorno alle missioni di Africa ecc. estratta dall' archivio di Propaganda Fide d'ordine di Clemente XI da Monsr Forteguerri ∝", et tomo 98° pag. 190 ita: „.... intendeva parlare di Clemente XI, d'ordine del quale raccolse le Memorie ∝". — Idem tomo 98° pag. ita scribit: „Memorie scritte nel principio del passato secolo ∝", ibid. pag. 309 ita: „Fortiguerri che scrisse le Memorie nel 1706 ∝", tomo eodem pag 364: „.... scriveva nel 1706 il Fortiguerri ∝" atque tomo 55° pag. 101 ita: „Relazione delle missioni ∝ [v. supra in annot. 1386 usque ad:] America estratta dalle memorie dell' archivio di Propaganda Fide e offerta a Benedetto XIII, come dal codice Vaticano colla data 1726 ∝".

Cong^nis de P. F. secretarius nondum erat (v. supra in annot. 68). Opus ipsum S. Cong^nis de P. F. archivio niti et ab eius auctore, qui a Clemente XI° laboris praemium (praelati dignitatem, canonicatum in sacris s. Petri aedibus nonnullaque curiae apostolicae munera) acceperat, Benedicto XIII° summo pontifici dedicatum, tandem saeculo XIX° ab Angelo cardinali Mai, qui die 12. Februarii 1838 cardinalis creatus, anno 1854 diem supremum obiit, typis mandatum esse idem Caietanus Moroni dicit.[1388]) Qui auctor, quamquam S. Cong^nis de P. F. archivium cognovit, cum anno 1830 indicis componendi cura ipsi delata esset,[1389]) codicem „Scritture riferite nei congressi: missioni miscellanee. Tom. 1," quem supra tetigimus, non vidit, cum autem tomo 45° pag. 250 aperte dicat: „.... il Fortiguerri fece un' opera intorno alle missioni mancante però di quelle d' Europa che pur voleva scrivere," et opus, cuius index seu brevis summa in codice, quem modo diximus, continetur, sacras missiones Europaeas non omittat, hoc opus a Nicolai Forteguerri opere, quod Angelus cardinalis Mai edidit, diferens esse luculenter apparet. Quia autem index ipse, quem toties tetigimus, se ad Urbani Cerri et Nicolai Forteguerri opus pertinere dicit missionesque sacras non solum in Africae, Asiae et Americae regionibus, sed etiam in Europaeis terris institutas, quas Nicolai Forteguerri liber ab Angelo cardinali Mai typis publicatus silentio praetermittit, spectat atque ab Urbani Cerri opere ordine ipso non leviter differt, quaestio hic nata solvi potest, si opus, ad quod index ille pertinet, a Nicolao Forteguerri, qui praeter S. Cong^nis de P. F. archivii tomos Urbani Cerri libro usus erat, compositum esse credimus; hocce vero Nicolai Fortiguerri opus missiones Europaeas, quas Caetano Moroni teste hic S. Cong^nis de P. F. secreta-

[1388]) Opus S. Cong^nis de P F. archivio niti ea, quae modo in annot. 1387 attulimus, et ea tomo 16° pag. 259, tomo 55° pag. 101, tomo 77° pag. 82 atque tomo 81° pag. 27 leguntur, probant. Post verba, quae e tomo 16° (pag 259) in annot. 1387 allata sunt, haec sequuntur: „.... e n' ebbe la prelatura e un canonicato a s. Pietro oltre alcuni offici nella corte pontificia. In morte di Clemente XI il Fortiguerra ne lodò le gloriose geste Quindi dedicò il suo lavoro a Benedetto XIII ∝." — Tomus 98us pag. 141 ita habet: „Memorie intorno alle missioni di Monsr Fortiguerri stampate dal cardinal Mai ∝" et pag. 309 sic: „.... avverte il cardinal Mai che pubblicò le Memorie inedite de Fortiguerri."

[1389]) V. supra, pag. DCLIV.

rius scribere volebat, complectens probat id, quod Nicolaum Fortiguerri scripturum fuisse C. Moroni dicit, ab illo revera esse conscriptum.

Prius etiam, quam Don Jos. Zambechini suum opus in S. Cong^nis de P. F. archivio compilavit, nonnulla archivii ipsius monumenta, dico constitutiones apostolicae, quae ad S. Cong^nem ipsam pertinebant, in lucem edita sunt: „Constitutiones apostolicae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide“ (Romae 1641), qui liber singulis cardinalibus eidem S. Cong^ni ascriptis donari solebat.[1390]) Altera constitutionum apostolicarum collectio eaque multo amplior, verbis: „Bullarium pontificium Sacrae Congregationis de Propaganda Fide“ inscripta, Romae anno 1775 foras data est,[1391]) tertia, etiam auctior huius bullarii editio usque ad annum 1841 perducta Romae „typis collegii Urbani“ anno 1839 vulgari coepta quinque voluminibus verbis: „Bullarium pontificium Sacrae Congregationis de Propaganda Fide“ inscriptis, duobus tomis verbo „Appendix“ inscriptis et uno tomo, qui verbis: „Index analyticus bullarii S. Congregationis de Propaganda fide“ inscriptus et anno 1858 in lucem editus est, constat.[1392]) Primus huius bullarii tomus, qui non ab anno 1622, quo S. Cong^o de P. F. instituta est, sed duabus Clementis VIII. constitutionibus anno 1595 factis incipit, nil aliud continet ac ea, quae in uno e quatuor bullarii a Benedicto XIV° annis 1754—1758 editi voluminibus leguntur.[1393])

[1390]) R. de Martinis, Juris pontificii de propaganda fide pars prima, tom. I. pag. X. — Ad opus, quod anno 1641 vulgatum esse diximus, verba, quae testamenti a Petro Fuchs a Vrambholz facti particulae („Germania, Bohemia 23. Num. 327“ fol. 244—245) a tergo sunt addita, pertinent, quae sunt: „Per la prossima congregatione di P. F. [generalis congregatio 83°, quae die 10. Martii 1664 peracta est, significatur]. — Per manus Emmorum cardinalium Piccolomini, Celsi, qui ultimus dignetur remittere secretario [Marius Alberici erat]. || Con queste scriture v' andarebbe la bolla della fondatione del seminario di Praga, mà V. Em^za Si degnarà di vederla al foglio 87 del libro delle constitutioni apostoliche della S. Congne, che se L' è mandato, acciò resti appresso V. Em^za“.

[1391]) R. de Martinis, Jus pontificium ∝ tom. I. pag. X.

[1392]) Tomus I. anno 1839 editus anno 1705, tomus II. (1840) anno 1740, tomus III. (1840) anno 1757, tomus IV. (1841) anno 1823, tomus V. (1841) anno 1841 finem sumit. Appendicis tomus I. constitutione anno 1207 [!] edita, quae ad fidem catholicam propagandam pertinet, incipiens, anno 1721, tomus II. anno 1827 finem capit. Anni, quibus hi duo tomi editi sunt, non indicantur.

[1393]) Conf. Dr. O. Mejer, Die Propaganda ∝ tom. I. pag. 101; H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide, pag. 48—49; Dr. Ed. Rittner, Církevní právo katolické. Přeložil JUDr. Em. Zítek (Pragae 1887) pag. 63. — Benedicti XIV. bullarium, quod anno 1826 Mechliniae iterum est editum, etiam tomos XVI^um—XIX^um „Magni bullarii Romani a b. Leone usque ad S. D. N. Benedictum XIII^um“ Luxemburgi sumptibus Andr. Chevalier editi perinde ac unam „Continuationis bullarii Romani“ (Prato 1843—1867) partem (tomos XV—XVII) efficit. Conf. Dr. Ed. Rittner—Zítek, Církevní právo katolické

Hoc Bullarium pontificium S. Congregationis de Propananda Fide, quod Grisar eximia laude decorat, O. Mejer male praeparatum ac negligenter editum esse asseverat.[1394]) S. Cong^nis de P. F. archivio bullarium hoc parum, sed maxima ex parte editionibus pridem editis nititur, cuius generis praeter Benedicti XIV. bullarium, quod diximus, v. gr. sunt: „Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum pontificum amplissima collectio“ Romae typis Hieronymi Mainardi a Carolo Cocquelines 5 tomis edita (inde ab anno 1739) et continuatio eius verbis: „Bullarium Romanum seu novissima et accuratissima collectio apostolicarum constitutionum ex autographis, quae in secretiori Vaticano aliisque Sedis apostolicae scriniis asservantur“ inscripta, quae tomis 9 constat, „Magnum bullarium Romanum summorum pontificum Clementis XIII etc.,“ Romae cura Andreae Barberi annis 1835—1856 evulgatum.[1395])

Postquam brevi tempore omnia huius Bullarii exemplaria divendita sunt, S. Cong^ni de P. F. „maxime necessarium visum fuit huiusmodi actuum novam accuratioremque edere collectionem: quare

pag. 62; Wetzer und Welte's Kirchenlexikon tom. II. (Freiburg i. Br. 1883) col. 322, 1480, 1481; Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche, tom. II. (Lipsiae 1897) pag. 572, tom. III. (Lipsiae 1897) pag. 392; Český slovník bohovědný, tom. II. (Pragae 1916) pag. 98, 593. — Supplementum bullarii Benedicti XIV^i, verbis: „Benedicti papae XIV^i acta inedita ed. recent.“ inscriptum, Romae anno 1885 vulgari coeptum est (Realencyklopädie für protest. Theologie ∝, tom. III. pag. 392).

[1394]) Dr^is H. Grisar Soc. J. verbis: „Von Bullarien anderer Communitäten oder Kirchen musz noch dasjenige der Congreg. de Propaganda fide genannt werden, welches seiner musterhaften Anlage nach für derlei Publicationem Vorbild sein dürfte“ (Wetzer und Welte's Kirchenlexikon ∝ tom. II. col. 1482) verba Dr^is O. Mejer: „Die Arbeit war, wie schon der obenerwähnte Rechenfehler der Vorrede beweist, überhaupt nicht gehörig vorbereitet; und dem entsprechend ist sie denn auch ausgefallen“ (Die Propaganda, ihre Provinzen ∝ tom. I. pag. 102—103) et: „Auch ist der Abdruck so wenig sorgfältig, dasz er gelegentlich ganze Reihen ausläszt“ (ibid. pag. 102) pugnant. — Bullarii, quod tractamus, prooemium revera dicit totum opus duobus voluminibus absolutum iri (Dr. O. Mejer, l. c. tom. I. pag. 101), sed loco unius annunciati voluminis quatuor tomi postea accesserunt (ibid., tom. I. pag. 102). — Raphael de Martinis de Bullario illo ita scribit: „Veteris Bullarii pontificii de Propaganda retinuimus iuridicam dumtaxat partem, cum exemplaribus autographis pro viribus collatam, quolibet nihilominus documento non pontificio vel nullius momenti omisso: ex quo factum est, ut plerique adscripti dies correcti sint, pleraque errata et documenta prorsus inutilia evanuerint“ („Juris pontificii de Propaganda Fide pars prima“ tom. I. pag. XI).

[1395]) Dr. O. Mejer l. c. (tom. I. pag. 102) ita habet: „Von diesen Urkunden sind nur die neueren unmittelbar aus den Originalen der Congregations-Archive mitgetheilt, die älteren hingegen groszentheils aus anderen Sammlungen zusammengestellt worden“ et alio loco (tom I. pag. 103) sic: „Wenn das Bullarium verhältniszmäszig wenig aus den eigentlichen Acten der Congregation mittheilt ∝“. — Quod ad bullaria attinet, conf. Wetzer und Welte's Kirchenlexikon, tom. II. col. 1480—1481; Realencyklopädie für protest. Theologie ∝, tom. III. pag. 392; Český slovník bohovědný, tom. II. pag. 593.

studio R. P. D. Francisci Rosi-Bernardini, archivio S. C. tunc praepositi, commissum est negotium colligendi pontificia acta ad eamdem S. Congregacionem spectantia. Vir diligentissimus, nulli parcens labori, strenue accurateque ingenti collectioni documentorum operam dedit; quod opus, morte correptus, non perfecit."[1396]) Qui non sola documenta pro iure speciali S. Cong^nis de P. F. praefiniendo, sed omnia, quae invenire potuit, quocunque modo ad fidem propagandam spectantia collegit. Quia vero in congressu die 3. Junii 1873 peracto, qui „ad criteria in nova collectione actuum ad Fidei Propagandae Congregationem spectantium decernenda" indictus erat, statutum est, ut „solummodo acta iuridica post Congregationis fundationem edita" colligerentur, magna eorum, quae P. Franciscus Rosi-Bernardini collegerat, pars, alio tempore evulganda, seposita est, novumque opus a Joanne cardinali Simeoni, S. Cong^nis de P. F. praefecto, Raphaëli de Martinis, congregationis missionis sacerdoti, postea archiepiscopo Laodicensi, conficiendum commissum est. Qui tam veteris Bullarii pontificii, quam Rosianae collectionis sola iuridica parte retenta, ratione eadem ingenti documentorum collectione a Romana commissione sub auspicio Francisci cardinalis Gaude pro bullario Romano continuando undique congesta multisque monumentis e S. Cong^nis de P. F., secretarii brevium cancellariae atque Vaticano archivio depromptis usus opus absolvit,[1397]) quod, Leoni

[1396]) Ita Raphael de Martinis in prooemio (‚Ratio operis') suae editionis, quam verbis: „Juris pontificii de Propaganda Fide pars prima" inscripsit (tom. I. pag. X).

[1397]) V. ibid. pag. X—XI. — Qua ratione Raphael de Martinis S. Congnis de P. F. archivio usus sit, hi numeri ostendunt: e documentis in primo prioris Bullarii S. Congnis de P. F. tomo et in primo eius Appendicis volumine contentis in primo „Juris pontificii ∝" tomo, qui 244 numeros habet, 63 numeri leguntur, quos omnes Raphael de Martinis cum exemplaribus, quae in brevium secretariae archivio invenit, comparavit; cetera dicti bullarii documenta „Juris pontificii ∝" editor praetermisit, iuridica duntaxat eius parte retenta; e „Bullarii magni Romani editione Taurinensi" (sub auspiciis Emmi card. Francisci Gaude: additionibus auctae etc.), quae inde ab anno 1857 vulgari coepta est et anno 1872 tomo XXIVo finem cepit, Raphael de Martinis in suum opus 13 numeros (eosque 2 e tomo XIIIo, sex e tomo XIVo, tres e tomo XVo, unum e tomo XVIo, unum e tomo XVIIo) transtulit, e peculiari Terrae Sanctae bullario Romae anno 1727 edito 6 numeros; ex Aug. Theiner „Veteribus monumentis Poloniae et Lithuaniae ∝" (Lipsiae 1861—1864 tomi 4) 2 numeris usus est; etiam e his 21 numeris Raphael de Martinis plurimos cum exemplis, quae partim in brevium secretariae, partim in Vaticano archivio repperit, comparavit; alios duos numeros „Juris pontificii ∝" editor in opus suum e bullario ordinis Praedicatorum (quod Th. Ripoll Romae anno 1729 vulgare coepit) transtulit, unum in Bartholomaei Ferro opere „Istoria delle missioni de' clerici Theatini con la descrizione de' regni, fede, riti e costumi delle genti" Romae anno 1704 sq. in duobus voluminibus edito invenit; ex operibus itaque, quae typis vulgata sunt, Raphael de Martinis 78 numeros in sua editione repetivit, qui ne tertiam quidem omnium, qui in ipsius tomo primo continentur, nume-

XIIIo summo pontifici dicatum, verbis: „Juris pontificii de propaganda fide pars prima complectens bullas, brevia, acta S. S. a Congregationis institutione ad praesens iuxta temporis seriem disposita auspice Emo ac Rmo dno s. R. e. cardinali Joanne Simeoni, S. C. de Propaganda Fide praefecto," inscripsit.[1398]) Hoc opus, licet eius inscriptio id non prodat, prioris Bullarii pontificii editio nova est; bullarii nomen Raphaël de Martinis ei propterea non imposuit, quod praeter bullas „etiam brevia, decreta ceteraque pontificia acta" contineret,[1399]) quae tamen causa non obstitit, quominus editio prior, quamvis omnia illa literarum genera complecteretur,[1400]) bullarium appellaretur. Plurimae bullae pontificiae decreta a S. Cong^ne de P. F. facta, quae per eas confirmantur, continent. Huiusmodi S. Cong^nis

rorum partem efficiunt; contra e secretarii brevium cancellariae archivio primus „Juris pontificii ∝" tomus 128 numeros (praeter unum, qui in nota legitur) affert, e quibus 7 Gregorii XVi, 60 Urbani VIIIi, 19 Innocentii Xi, 24 Alexandri VIIi, 6 Clementis IXi, 12 Clementis Xi tempus spectant, ex archivio Vaticano unum et e S. Congnis de P. F. tabulario 27 numeros (praeter unum in nota allatum), e quibus 1 ad Gregorii XVi, 9 ad Urbani VIIIi, 2 ad Innocentii Xi, 6 ad Alexandri VIIi, 2 ad Clementis IXi, 7 ad Clementis Xi tempus pertinent. Numeri igitur e S. Congnis de P. F. archivio allati vix nonam omnium, qui in primo „Juris pontificii ∝" tomo leguntur, numerorum partem faciunt. — In altero „Juris pontificii ∝" tomo, in quo 243 numeri leguntur, eiusdem operis editor 53 numeros prioris Bullarii S. Congnis de P. F. et utriusque eius Appendicis atque 13 numeros ex aliis bullariis (plurimos, octo dico, e particulari Terrae Sanctae bullario) sumptos repetit; e brevium archivio 136 numeros, ex archivio Vaticano 5 (praeter tria documenta in notis vulgata), e Congregationis Sacrae Familiae (Neapolitanae) 4 et e S. Congnis de P. F. 15 numeros (praeter 7 documenta in notis exscripta) affert; ceteri numeri — XIIo numero Innocentii XIi excepto, quem unde sumpserit, editor non prodit — e variis operibus (plurimi — octo dico — e „Clementis XIi epistolis et brevibus selectis" Romae 1724 in duobus voluminibus editis) sunt translati. In tomo IIIo alias res se habet: ex eius 196 numeris 78 sine ulla originis indicatione leguntur, 41 numeri e priore Bullario S. Congnis de P. F. eiusque utroque Appendice, 19 ex aliis, praecipue (10) Benedicti XIVi, bullariis sumpta sunt, duo ex aliis fontibus; e Brevium archivio soli 5 numeri (praeter documentum unum in nota allatum), ex archivio Vaticano 17 numeri (praeter 10 documenta in notis allata), ex archivio Consistoriali numerus unus, e Sancti Officii archivio numeri duo, e tabulario domus professae Soc. Jesu Romanae numeri 3, e tabulario collegii apostolici Sinensium Neapolitani 4, ex archivio typographiae Reverendae Camerae apostolicae 5, ex ipsius S. Congnis de P. F archivio numeri 20 (praeter 2 documenta, quae in notis leguntur) sunt allati. — In tomis posterioribus Raphael de Martinis raro indicat, unde documenta sumpserit. E notis tamen, ubi additae sunt, patet in tomo IVo 43 numeros e S. Congnis de P. F. archivio sumptos esse, e quibus 3 Clementis XIIIi, 5 Clementis XIVi, 5 Pii VIi, 21 Pii VIIi, 9 Leonis XIIi tempus spectant, et praeterea 13 documenta ex eodem archivio in annotationibus afferuntur, e quibus 1 ad Pii VIi, 9 ad Pii VIIi, 3 ad Leonis XIIi pontificatum pertinent; in tomo Vo secundum notas appositas 40 numeri et 4 documenta in annotationibus, in altera tomi eiusdem parte numerus unus et 9 documenta in annotationibus, in tomo VIIo numeri 12 et 4 archivii eiusdem documenta in annotationibus reperiuntur.

[1398]) Huius operis tomus I. Romae ex typographia polyglotta S. C. de P. F. anno 1888, tomus VII. (ultimus) ibidem anno 1897 est emissus.

[1399]) Raph. de Martinis, Jus pontificium ∝, tom. I. pag X—XI.

[1400]) Conf. Dr. O. Meier, l. c. tom. I. pag. 102—103.

de P. F. decreta „Juris pontificii de propaganda fide pars prima“ affert; decreta a summo pontifice bulla non confirmata, quae tamen eandem iuris vim ac illa habent, alteri Juris pontificii parti sunt relicta.[1401])

Primus „Juris pontificii de propaganda fide partis primae“ tomus a Gregorii XV^i constitutione „Inscrutabili divinae providentiae,“ quae Romae apud s. Mariam Maiorem 22. Junii 1622 data est, incipit et brevi a Clemente X. die 2. Novembris 1675 data finem capit. Continet praeter 244 bullas, brevia etc., e quibus 12 ad Gregorii XV^i, 107 ad Urbani VIII^i, 31 ad Innocentii X^i, 44 ad Alexandri VII^i, 12 ad Clementis IX^i, 38 ad Clementis X^i tempus spectant, formulam professionis orthodoxae fidei ab Orientalibus iussu Urbani VIII^i faciendae lingua graeca et latina conscriptam. Tomus secundus anno 1888 editus die 26. Junii 1677 incipiens dieque 17. Januarii 1640 finem sumens, 243 numeros affert eosque 35 Innocentii XI^i, 10 Alexandri VIII^i, 34 Innocentii XII^i, 66 Clementis XI^i, 14 Innocentii XIII^i, 32 Benedicti XIII^i, 52 Clementis XII^i. Tomus tertius, anno 1890 emissus, die 20. Septembris 1740 incipiens et die 19. Martii 1758 finem capiens, 196 et in supplemento 12, in summa igitur 208 bullas, constitutiones etc. a Benedicto XIV° datas complectitur. Tomus quartus, anno 1891 vulgatus, inde a die 18. Augusti 1758 usque ad diem 7. Septembris 1830, numeros 418 eosque 71 Clementis XIII^i, 32 Clementis XIV^i, 132 Pii VI^i, 118 Pii VII^i, 44 Leonis XII^i, 21 Pii VIII^i, continet. Tomus quintus, anno 1893 editus, die 8. Martii 1831 incipiens et 23. Maii 1846 finem sumens, 275 constitutiones, bullas etc. a Gregorio XVI° datas complectitur. Tomus sextus, cuius pars prima anno 1894, altera pars anno 1895 emissa est, inde a 14. Julii 1846 usque ad 29. Januarii 1878 Pii IX^i bullas, brevia etc. 585 affert. Tomus septimus (supplementum) anno 1897 emissus 175 bullas, constitutiones etc. summorum pontificum inde a die 17. Augusti 1622 usque ad diem 22. Martii 1869 datas, inter quas tres Gregorii XV^i, 9 Urbani VIII^i, 7 Innocentii X^i, 16 Alexandri VII^i, 5 Clementis IX^i, 6 Clementis X^i, 7 Innocentii XI^i, 1 Alexandri VIII^i, 10 Innocentii XII^i, 17 Clementis XI^i, 5 Innocentii XIII^i, 6 Benedicti XIII^i, 14 Clementis XII^i, 16 Benedicti XIV^i, 8 Clementis XIII^i, 5 Clementis XIV^i, 2 Pii VI^i, 3 Pii VII^i, 4 Leonis XII^i, 4 Pii VIII^i, 13 Gregorii XVI^i, 14 Pii IX^i sunt, continet; in appendice

[1401]) Conf. R. de Martinis, Juris pontificii ∝, tom. I. pag. XI—XII.

I^o tomo huic addito 7 „formulae professionis fidei orientalibus et latinis praescriptae in lingua Graeca, Chaldaica, Arabica, Aethiopica, Armena et Latina,“ in appendice II° 25 „tractatus seu concordata de re ecclesiastica inita inter s. sedem et civilia gubernia regionum, quae iurisdictioni S. Cong^nis de P. F. subsunt,“ leguntur, qui tractatus anno 1821 (conventione inter Pium VII^um et regem Borussiae) incipiunt et die 7. Novembris 1893 (pactis adstipulatis inter s. sedem et gubernium reipublicae Gallicanae pro Tuneto) finem sumunt; indices huius septimi voluminis, qui sequuntur, „index alphabeticus totius partis primae iuris pontificii de propaganda fide“ subsequitur.

Totum itaque opus hoc, si fidei profitendae formulas, quae in I. et VII. tomo leguntur, et tractatus in tomo VII. allatos exceperis, 2148 numeros habet, praeter quos in tomo I^o duas bullas etc. Urbani VIII^i, in tomo II° 13 literas, bullas etc. Innocentii XII (1), Clementis XI^i (5), Innocentii XIII^i (1), Benedicti XIII (2), Clementis XII^i (4), in tomo III° 31 bullas, literas, allocutiones etc. Gregorii XV^i (2), Clementis XI^i (1), Innocentii XII^i (1), Benedicti XIV^i (27), in tomo IV. 52 bullas, decreta etc. Clementis XIII^i (22), Clementis XIV^i (3), Pii VI^i (13), Pii VII^i (10), Leonis XII (3), Pii VIII^i (1), in tomo V^o 17 bullas etc. Benedicti XIII^i (1), Pii VI^i (1), Gregorii XVI^i (15), in tomo VI° 23 literas, allocutiones etc. Pii IX^i, in tomo VII° 6 literas etc. Alexandri VII^i (1), Clementis XI^i (2), Clementis XII^i (3) in notis, quae nonnullis numeris sunt additae, affert.[1402])

Et praeter haec omnia in opere hoc aliae bullae, constitutiones etc. pontificiae in numeris allatis insertae, quin et nonnullae — paucae quidem — literae summorum pontificum ante S. Cong^nem de P. F. institutam scriptae, eaeque aut in aliis insertae aut in notis additae cernuntur,[1403]) quin et S Cong^nis ipsius literae, decreta, institutiones

[1402]) Haec igitur „Juris potificii de propaganda fide pars prima“ inde a S. Cong^ne de P. F. instituta usque ad diem 29. Januarii 1878, quo die tomus VI^us finem sumit, 2292 constitutiones, bullas, literas, allocutiones pontificias continet; usque ad diem 12. Augusti 1841, quo „Bullarium pontificium Sacrae Congregationis de Propaganda Fide“ anno 1839 vulgari coeptum finem capit, et in eo soli 441 numeri leguntur, „Juris pontificii ∝ pars prima“ 1584 bullas, constitutiones etc. pontificias complectitur.

[1403]) In „Juris pontificii ∝“ tomo primo v. gr. Gregorii XIV^i bulla die 15. Maii 1591 data (pag. 92 in nota), Pauli V^i constitutiones die 2. Junii 1608 (pag. 444 in nota), 7. Martii 1613 (pag. 287 in nota), 22. Aprilis 1613 (pag. 6 in nota) datae, Gregorii XV^i constitutio die 9. Junii 1621 scripta (pag. 67 in annot. 2), Sixti V. constitutio die 13. Decembris 1589 data (pag. 11—12) et alia a Paulo V^o die 22. Januarii 1618 scripta (pag. 12—13), utraque in Gregorii XV^i constitutione die 18. Novembris 1622 data (pag. 11—14) inserta, Pauli V^i constitutio die 12. Augusti 1611 scripta (pag. 27—31) in Urbani VIII^i constitutione die 30

perinde ac aliorum curiae pontificae magistratuum varia acta atque literae ab aliis v. gr. episcopis ad summum pontificem vel ad alios datae leguntur.[1404])

Julii 1624 data (pag. 27—33) inserta leguntur; modo simili in tomi VIi parte 2a ex. gr. Clementis VIIIi bulla die 23. Decembris 1595 data (pag. 230 in annot. 2) est allata.

[1404]) In „Juris pontificii x" tomo quarto v. gr. S. Congnis de P. F. literae die 27. Julii 1822 ad Ambrosium Marechal archiepiscopum Baltimorensem missae (pag. 621 in nota), in tomo quinto v. gr. pag. 86 (in nota) eiusdem S. Congnis literae die 4. Julii 1833 ad Antonium, archiepiscopum primatem Armenum Constantinopolitanum, datae et pag. 96 (in nota) aliae ab ea die 14. Junii 1834 ad Jacobum [Whitfield] archiepiscopum Baltimorensem missae, quibus Carolus Maria cardinalis [Pedicini] episcopus Praenestinus et S. Congnis praefectus, atque Angelus Majus, S. Congnis de P. F. secretarius, nomen subscripserunt, in prima tomi VIi parte v. gr. pag. 32 (in nota) S. Congnis de P. F. literae die 3. Julii 1847 ad Samuelem Eccleston archiepiscopum Baltimorensem datae, quibus Jacobus Philippus cardinalis Fransoni, S. Congnis de P. F. praefectus, et J[oannes] B[aptista] Palma, eiusdem S. Congnis officialis [v. supra, pag. CCCXLII], nomina subscripserunt, in eiusdem sexti tomi parte altera pag. 174 (in nota) S. Congnis de P. F. literae circum patriarchas et antistites orientales die 6. Julii 1803 missae, quibus Stephanus cardinalis Borgia praefectus et Dominicus [Coppola] archiepiscopus Myrensis, S. Congnis de P. F. secretarius, nomen subscripserunt, in tomo septimo v. gr. pag. 24 (in nota) eiusdem S Congnis literae ad [Garziam] Congi regem die 3. Octobris 1648 missae, pag. 41 (in nota) aliae ab eadem S. Congne ad sacerdotes et laicos provinciae Terrae Malabarium die 20. Januarii 1660 missae, quibus Flavius cardinalis Chigi [v. supra, pag. CCCXLI—CCCXLII] et Marius Alberici, S. Congnis de P. F. secretarius, nomina subscripserunt, leguntur. — Item in quarto „Juris pontificii x" tomo v. gr. pag. 548 (in nota) duo S. Congnis de P. F. decreta, quibus dies 18. Augusti 1816 ascriptus est, et Laurentius cardinalis Litta, eiusdem S. Congnis praefectus, atque Carolus Maria Pedicini secretarius nomina subscripserunt, pag. 578 (in nota) decretum generalis congregationis die 15. Martii 1819 peractae, pag. 580 (in nota) aliud, cui dies 22. Martii 1817 ascriptus est, iidemque praefectus (L. cardinalis Litta) et secretarius (Pedicini) nomen subscripserunt, in tomi VIi parte prima pag. 33 (in nota) S. Congnis de P. F. decretum die 2. Julii 1847 datum, cui Jacobus Philippus cardinalis Fransoni praefectus et J. B. Palma, „S. Congnis officialis" nomina subscripserunt, leguntur. — In eadem prima tomi sexti parte v. gr. pag. 91 (in nota) institutio a S Congne de P. F. ad Paulum Cullen archiepiscopum Armacanum die 18. Aprilis 1850 missa, cui Jacobus Philippus cardinalis Fransoni nomen subscripsit, et pag. 236 (in nota) alia die 16. Februarii 1857 data, cui Alexander cardinalis Barnabò praefectus et Caietanus Bedini, archiepiscopus Thebarum, S. Congnis de P. F. secretarius, nomina subscripserunt; in eiusdem tomi parte altera pag. 178 (in nota 6a) S. Congnis de P. F. institutio „pro ecclesiasticis viris apostolicae sedi commendandis ad episcopatus ritus armeni provinciae Constantinopolitanae" legitur, cui Jacobus Philippus cardinalis Fransoni praefectus et Alexander Barnabò, S. Congnis de P. F. secretarius, nomina subscripserunt. — In eadem tomi sexti parte altera (pag. 128 in nota) S. Congnis Rituum decretum (Urbis et orbis) die 11. Martii 1871 factum, cui Constantinus cardinalis Patrizi, episcopus Ostiensis et Velitternensis, eiusdem S. Congnis Rituum praefectus, et D[ominicus] Bartolini secretarius nomen subscripserunt et pag. 373 (in nota) aliud decretum Urbis et orbis ab eadem S. Congne Rituum die 7. Julii 1875 factum legitur, cui Aloisius cardinalis Bilio, episcopus Sabinensis, eidem S. Congni praefectus, et Placidus Ralli secretarius nomina subscripserunt. In eiusdem tomi sexti prima parte (pag. 143 in nota) S. congregationis Romanae et universalis contra haereticam pravitatem Inquisitionis decretum, cui dies 18. Martii 1852 ascriptus est, et V[incentius] cardinalis Macchi, sacri collegii decanus, eiusdem S. Congnis secretarius, et Prosper Catherini assessor, nomina subscripserunt, est allatum. In tomo Vo (pag. 366 in nota) institutio ab A[loisio] cardinali Lambruschini, status pontificii secretario, die 30. Aprilis

In „Juris pontificii" prooemio editor quidem exponit a se e documentis a P. Francisco Rosi-Bernardini et Romana commissione sub auspicio Francisci cardinalis Gaude collectis omnes bullas, constitutiones pontificias ante S. Congnem de P. F. institutam scriptas, etiam si ad negotia fidei propagandae pertineant, seiunctas separatasque esse, sed, cum „non desint acta anteriora, quae necessaria sunt ad explicanda et intelligenda posteriora, illa noluimus [ait R. de Martinis] negligere, ut quam maxima claritate hoc iuris opus polleret. Quapropter huiusmodi acta, si brevia et in posterioribus sint [sic] citata, imis paginis leguntur; longiora vero in appendicis volumine collegimus. Quod volumen continet etiam plura acta pontificia dogmatica et ad disciplinam spectantia, quae priusquam Congregatio fundaretur, edita sunt, et quae scire debet, quisquis sit missionibus addictus, cui tamen difficile discenda ea aliis in libris se praebent. Hac de causa inserta passim sunt in ipso corpore iuris de Propaganda quaedam acta pontificia universalem disciplinam respicientia, quae,

1841 „ad primatem, archiepiscopos et episcopos in Hungariae regno", pag. 369 (in nota) alia ab eodem secretario „ad archiepiscopos et episcopos Austriacae ditionis in foederalis Germaniae partibus" die 27. Maii 1841 missa, in prima tomi sexti parte (pag. 419 in nota 3a) literae a Jacobo cardinali Antonelli, status pontificii secretario, ad ordinarios cum syllabo complectente „praecipuos nostrae aetatis errores, qui notantur in allocutionibus consistorialibus, in encyclicis aliisque apostolicis literis Smi D. N. Pii papae IX." die 8. Decembris 1864 missae leguntur. — In eiusdem sexti tomi parte altera scheda a P. Aloisio Ferrari, protonotario apostolico atque caeremoniarum praefecto, ad cardinales omnesque concilii Vaticani officiales ante diem 2. Decembris 1869 (pag. 54 in nota), item alia ab eodem circum cardinales, episcopos, abbates aliosque eiusdem concilii participes ante diem 8. Decembris 1869 (pag. 57 in nota 3a), item alia ab eodem circum eiusdem concilii participes ante diem 24. Aprilis 1870 (pag. 76 in nota 1a), item alia ab eodem circum eosdem ante diem 18. Julii 1870 (pag. 88 in nota) missa legitur. In eodem volumine pag. 87 et 88 in nota) duo monita a [Josepho Fessler] episcopo Sancti Hippolyti, oecumenici concilii Vaticani secretario, eiusdem concilii particicibus die 16. Julii 1870 perlecta et loco eodem (pag. 88 in nota) protestatio publica a Philippo cardinali de Angelis, Antonio cardinali de Luca, Josepho Andrea cardinali Bizzarri, Aloisio cardinali Bilio, Hannibale cardinali Capalti, eiusdem concilii praesidibus, et Josepho Fessler, episcopo Sancti Hippolyti, concilii secretario, die 16. Julii 1870 data leguntur. — In eiusdem tomi sexti parte prima (pag. 111 in nota) literae a Josepho a Silva Torres, archiepiscopo Palmyrensi, die 18. Novembris 1850 ad Pium IX. summum pontificem scriptae, ibidem (pag. 311 in nota 2a) literae a provinciae Chiliensis episcopis (Raphaele Valentino [Valdivieso] archiepiscopo Sancti Jacobi, Justo [Doñoso] episcopo Serenae et Josepho Hippolyto [Salas] episcopo Conceptionis) die 4. Novembris 1858 ad Pium IX. summum pontificem missae, ibid. (pag. 449 in nota) libellus gratulatorius ab omnibus episcopis ad Pium IX. pro Vaticano concilio indicto missus, in altera tomi eiusdem parte (pag. 63 in nota) decretum ab Antonio Josepho Pluym, archiepiscopo Thyanensi et [in urbe Constantinopolitana] delegato apostolico, die 11. Novembris 1870 contra antistites et secerdotes Armenos latum et pag. 170 (in nota) literae monitoriae ab eodem Antonio Josepho Pluym ad clerum Armenum die 29. Septembris 1870 datae leguntur.

etsi ad commune ius ecclesiasticum pertineant, tamen in extraordinaria Propagandae iurisdictione observari necesse est."[1405])

Num appendicis tomus, quem Raphael de Martinis hoc loco praenuntiavit, iam editus sit, editorem latet.[1406])

[1405]) R. de Martinis, Juris pontificii ∞, tom. I. pag. XII.

[1406]) „Juris pontificii ∞" tomum septimum, cuius inscriptioni verba: „Supplementum et index" addita sunt, Appendicem, quem Raphael de Martinis pollicitus est, non esse praeter nomen diversum praecipue id probat, quod tomus hic (VIIus) a Gregorio XVo post S. Congnem de P. F. institutam incipit et unum solum, Clementis VIIIi dico, breve ante eandem S. Congnem institutam datum, quod affert, in nota numero 2o Gregorii XVi adiecta positum est; contra quidem pugnare ea videntur, quae sequuntur: in nota 2da ad paginam 232 tomi Ii verba legis: „In appendice vero vide professionem fidei pro Graecis Greg. XIIIi", et in nota 1a ad pag. 275 tomi IIi verba: „Versionem [professionis fidei] armenam lector inveniet in appendice cum ceteris versionibus et formula Gregorii XIIIi pro Graecis," quae formulae reapse in supplemento (tomo VIIo) sunt allatae et quidem versio armena pag. 279—283 et Gregorii XIIIi formula pro Graecis in nota 1a ad pag. 264; modo simili in nota 2a ad pag. 517 eiusdem tomi IIi verba leguntur: „Cum iam expletum esset hoc vol. et typis mandatum, in Tab. Cong. de P. F. invenimus lit. ap. Clementis XI. in forma brevis Supremum apostolatus datum die XXI. iulii MDCCXXXVII [!] . . . ., propterea hic eas referre haud potuimus, verum lector in appendice inveniet", et breve hoc, cui dies 21. Julii 1738 ascriptus est, revera in supplemento (tomo VIIo) reperitur (pag. 146 num. 13); at longe saepius contrarium accidit: in nota 2a ad pag. 375 tomi Ii v. gr. haec leguntur: „. . . . Collegium Germanicum pro scholaribus nationis germanicae instituit Julius III. Const. Dum sollicita; et, quasi destitutum restituit Greg. XIII. Const. Postquam Deo. Has constitutiones vide in Appendice," in supplemento vero eas non reperies; in tomo IIIo pag. 50 (nota 1a) haec legis: „Huiusmodi acta [acta Italo-Graecos spectantia, quae Innocentius IV., Leo X, Clemens VII., Paulus III., Julius III., Pius IV., Pius V., Gregorius XIII. et Clemens VIII. ediderunt, intelliguntur] vide in appendice" ea vero in supplemento, quod diximus, non invenies; in eodem tomo pag. 403 (nota 2) verba: „. . . . literas vero Greg. XIII., quibus [collegium Illiricum] institutum fuit, nondum invenimus; sed, si inventa fuerit, lector in appendice leget" sunt posita, in supplemento autem constitutionem illam frustra quaereres; ibidem (pag. 647 in nota 1) verba: „Quod [decretum ab Eugenio IV. pro instructione Armenorum editum] vide in App. op[eris] cum ceteris docum. institutioni Cong. de P. F. anterioribus" leguntur, sed in supplemento decretum illud non reperies; in tomo IV. pag. 383 (nota 1) verba: „Harum lit. secundam vide t. II. p. 485, primam [Clementis XIIi breve ‚Super dispositione' die IV. Idus Junii 1735, ideo post S. Congnem de P. F. institutam, datum intellige] in Appendici" sunt posita, literas ipsas autem in supplemento frustra quaeres; ibidem (pag. 484 nota 1) verba: „Reliqua vide apud Cherubini . . . . et in Append. h[uius] Juris P., ubi colliguntur regulae regularium et colleg." legis, sed in supplemento eas non invenies; ibidem (pag. 494 nota 1) verba: „Has literas [Clementis VIIIi ‚Decet Romanum pontificem' die 23. Februarii anno incarnat. 1595] vide in App." leguntur, sed in supplemento desunt; in tomo Vo (pag. 197 in nota 1) haec legis: „Acta, quae abrogantur [Pauli IV. literae ‚Pro excellenti' die 4. Febr. 1557, aliae (‚Etsi sancta') die 4. Febr. 1557, Clementis VIIIi literae (‚In supremo') 4. Aug. 1600, Pauli Vi (‚Alias postquam') die 6. Febr. 1616 datae intelliguntur], lector videre potest in Supplemento [!], in quo continentur ea emanata ante Cong. de P. F. fundationem," sed in supplemento (tomo VII) ea non invenies; in tomi VIi parte prima (pag. 26 nota 1) verba: „Perutile credimus S. Pii V. constitutionem [30. Aug. 1567 datam] transcribere, quam videsis [!] in suppl. [!]," in supplemento ipso autem eam non reperies; in eiusdem tomi VIi parte altera (pag. 200 nota 1) haec leguntur: „Vide in appendice Postulata," sed in supplemento literas eas non invenies. Haec igitur exempla, quae duo illa superius allata exempla numero superant,

Quinque annis post, quam „Juris pontificii de propaganda fide partis primae" tomus primus evulgatus est, aliud opus, quod, Joanne cardinali Simeoni, S. Congnis de P. F. praefecto, iubente, in eiusdem S. Congnis archivio praecipue canonici Aloisii Orestis Borgia, tunc eidem tabulario praepositi, opera concinnatum erat,[1407]) foras datum est verbis: „Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide seu decreta instructiones rescripta pro apostolicis missionibus" (Romae ex typographia polyglotta 1893) inscriptum, cuius operis anno 1907 editio altera „pluribus aliis et recentioribus locupletata documentis," quae sola hic citari solet, publicata est, duobus voluminibus constans, quorum primum, anno 1622 incipiens et anno 1866 finem capiens, numeros 1—1299, alterum, inde

---

probant supplementum seu VIIum Juris pontificii tomum appendicem, quem Raphael de Martinis ab ipso vulgatum iri dicit, non esse. Ex iis etiam patet Raphaelem de Martinis, qui in tomo Vo (pag. 197) verbo ‚supplementum' loco verbi ‚appendix' usus est, sibi non ubique constitisse: si enim in appendice literas pontificias ante S. Congnem de P. F. institutam datas a se editum iri dicit, quo iure Clementis XIIi breve ‚Super dispositione', quod paulo superius tetigimus, anno 1735 datum in appendicem reiicit et quo iure in tomo IIIo (pag. 669 nota 1) verba: „In appendice operis vide constit. Clem. XII. Pro suprema die XIV. Martii MDCCXXXVIII [!] dat., qua indulget alumnos collegii [Sinensium Neapoli instituti] ordinari posse ad titulum missionis, quamque suo non retulimus loco, quippe nondum ipsam, tunc temporis, in tabul. Collegii nobis fas fuerat invenire" posuit, cum in „Juris pontiifcii ∞" supplemento (tomo VII), ad quod potius pertineret, constitutio illa desit? — Tam ad appendicem, quam ad „Juris pontificii de propaganda fide partem alteram" haec verba, quae in nota 1a ad pag. 5. tomi VIIi (supplementi) anno 1897 editi leguntur, pertinent: „Cum ex sacrae Congr. P. F. mandato haec collectio suum habeat initium ab eiusdem Congr. fundatione, acta ad missiones pertinentia, quae ante constitutionem Inscrutabili a Gregorio XV. lata fuerunt, frustra in ipsa ipsiusque supplemento exquiruntur: ea lector inveniet in altera collectione actorum ad missiones pertinentium, quae ante Congregationis institutionem Pontifices ediderunt. Haec autem nova collectio (quae propter actorum tempus dici poterit prima primae partis Juris) typis mandabitur vix ut, Deo favente, absoluta fuerit ipsius Juris pars altera, S. Congregationis complectens decreta. Et hic, quoniam res ipsa monuit, fas est innuere duplicem, qua constabit huius Juris corpus, partem: primam scilicet, quae Pontificum acta sive ante sive post Congregationis institutionem edita continebit; secundam vero, quae capiet Congregationis acta, quibus ipsa in universo mundo acceptam exercet auctoritatem. Sicut enim duplici (hoc est, Pontificum et, Congregationis) auctoritati innititur missionum regimen, ita duplex mandatorum genus opus est ut Jus ferat."

[1407]) Titus Trocchi, Tributo di venerazione e di affetto al canonico Luigi Oreste Borgia, santo sacerdote Romano (Roma, stab. tip. R. Garroni [1914]) pag. 17 ita habet: „. . . . E frutto dell' opera sua diligente, assidua, amorosa ivi prestata, sono le moltissime pregevoli note d'archivio, ch'egli vi ha lasciato e la duplice edizione della Collectanea, lavoro di gran mole, di somma pazienza e di massima utilità, messo alla luce senza neppure apporvi il suo nome." — D. A. O. Borgia secundum eundem auctorem (l. c. pag. 16) S. Congnis de P. F. archivii minister inde ab anno 1868, anno 1878 eidem archivio praefectus est, quod munus retinuit usque ad mortem, quae eum magnam sanctitatis famam relinquentem die 14. Januarii 1914 rapuit (ibid. pag. 4).

ab anno 1867 incipiens annoque 1906 finem sumens, numeros 1300—2317 (praeter duos additos) complectitur.

Huius operis causam praefatio, quae in tomo I. legitur, ita illustrat: „Quae quidem Sacra Congregatio [S. Cong° de P. F. intelligitur] Apostolicarum Constitutionem vestigiis inhaerens, et Regularium praesertim Ordinum, qui opus Apostolicarum Missionum alacriter susceperunt, subsidio usa, evangelicorum operariorum labores iuvare nunquam destitit sive facultatum Formulis, sive decretis et instructionibus, sive responsis ad quaestiones, quae a missionariis sunt propositae. Huiusmodi vero decreta et rescripta, quae semper haud exiguae utilitatis in recta Missionum administratione fuerunt, in unum colligere atque evulgare valde opportunum visum est, uti prudentissimo consilio factum fuit anno 1880 a Presbyteris Parisiensis Societatis Missionum Exterarum quoad ea, quae ad ipsos pertinent.“ Ratione hac ductus Joannes cardinalis Simeoni iussit eiusmodi collectionem „in Tabulario eiusdem Sacrae Congregationis ita elaborari, ut non solum ea referrentur, quae ab eodem Sacro Consessu in usum et normam Missionum prodierunt, sed etiam quae hanc in rem a Romanis Pontificibus, vel ab aliis Sacris Congregationibus, praesertim S. Romanae et Universalis Inquisitionis, decreta vel declarata fuere.“ Documenta in opere confecto publicata „versantur quidem, ut in prima editione, circa res morales, canonicas aut liturgicas, sed ita sunt disposita, ut chronologicus ordo integre servetur ab anno 1662 [iuste: 1622], quo erecta fuit Sacra Congregatio de Propaganda Fide, usque ad annum 1906 inclusive. Nonnulla autem antiquioris aevi documenta, ad pleniorem rerum intelligentiam, visum est in adnotationibus referre, illa praecipue, quae in recentioribus decretis vel instructionibus memorantur.[1408]) Juverit denique animadvertere non omnia, quae ad res morales, canonicas aut liturgicas spectant, in hoc Opere contineri, sed ea, quorum notitia potissimum opportuna

[1408]) Hoc modo v. gr. in tomo I° pag. 5 in annotatione numero 7° addita constitutio Pauli V^i^ die 31. Julii 1610 (‚Apostolicae servitutis‘) data, pag. 6 in nota numero 9° adiecta S. Officii decretum, cui dies 12. Octobris 1600 est ascriptus, pag. 30 in annotatione numero 114° adiuncta Pauli III^i^ constitutio (‚Altitudo divini‘) die 1. Junii 1537 scripta, pag. 55 in nota numero 176 addita Clementis VIII^i^ constitutio die 31. Augusti 1595 data, quae Graecos spectat, pag. 70 in annotatione numero 206° adiuncta Pauli V^i^ breve (‚Romanae sedis‘) die 27. Junii 1615 scriptum, in tomo II° pag. 143 in annotatione numero 1544 addita constitutionis (‚Decori‘) a Pio V° die 24. Januarii 1570 datae pars, pag. 216 in nota numero 1658 adiecta declaratio a S. Officio die 19. Septembris 1556 facta, pag. 428 in annotatione numero 2139° adiuncta constitutionis ‚Exposcit debitum‘ a Gregorio XIII° die 1. Januarii 1583 datae pars afferuntur.

evangelicis operariis, in sacri ministerii exercitio, futura esse visa sunt.“

Haec praefationis verba totius operis institutum perspicuum faciunt. Unde etiam manifestum est huius operis consilium ei simillimum esse, quo ductus D. Josephus Zambecchini suum laborem (v. supra, pag. DCLIV—DCLV) agressus est, nec multum a Juris pontificii de propaganda fide partis alterius forma, quam Raphael de Martinis animo comprehensam habuit (v. supra pag. DCLXVII) abhorrere.

Et revera in „Collectaneis S. Congregationis de Propaganda Fide“ multa legimus, quae, quod e D^ris^ O. Mejer libro „Die Propaganda, ihre Provinzen und ihr Recht“ cognoscere possimus, in D. Josephi Zambecchini opere allata sunt,[1409]) ubi praeter S. Cong^nis^ de P. F. decreta etiam decreta a S. Cong^ne^ S. Romanae et universalis Inquisitionis, a S. Cong^ne^ Concilii et fortasse ab aliis S. Cong^nibus^ facta, quin et nonnullae summorum pontificum constitutiones leguntur,[1410]) quae scriptorum genera etiam in „Collectaneis“ afferuntur.

[1409]) E primi „Collectaneorum“ tomi numeris numeri 8, 14, 17, 26, 29, 30, 33, 34, 42 (conf. Mejer, l. c. I. p. 184 ann. 2), 44, 48, 51 (conf. Mejer, l. c. I. pag. 205 annot. 4), 61, 62, 68, 69, 79, 84, 86, 91 (conf. Mejer, l. c. I. pag. 183 ann. 4), 126, 134, 155, 159, 166, 170, 171, 172, 174, 176, 177, 178, 180, 182, 183, 185, 189, 191, 195, 196, 201, 203 et 205 in D. Josephi Zambecchini opere iam leguntur (conf. Mejer, l. c. I. pag. 116—120, 125—129), at non omnibus numeris his idem dies ascriptus est, ac in D. Josephi Zambecchini opere seu in Hamburgensi manuscripto iis ascriptus cernitur: numero 26° v. gr., qui generalis S. Congnis de P. F. congregationis decretum reddit, dies 6. Novembris 1626 ascriptus est, apud O. Mejer autem dies 9. Novembris 1626 cernitur, qui iustus est, nam congregatio generalis non die 6., sed die 9. Novembris 1626 peracta est („Acta S. C. de P. F. anno 1626 e 1627“ fol. 131); simili modo ‚Collectanea‘ numero 79° diem non iustum, diem dico 10. Septembris 1634 loco iusti diei 18. Septembris, qua congregatio generalis est habita („Acta S. C. de P. F. anno 1634 e 1635“ fol. 116b), et is apud Dr. O. Mejer (tom. I. pag. 119) legitur, ascribunt; numero 51° „Collectanea“ diem 2. Julii 1629 ascripserunt, qui non iustus est, nam decreto in S. Congne Concilii facto dies 2. Junii 1629 et sequenti S. Congnis de P. F. decreto, quod „Collectanea“ praetermiserunt, dies 22. Junii 1629 (Mejer, l. c. I. pag. 118 et 205 in annot. 4) est ascriptus; contra numero 44° iustus dies 24. Novembris 1628 ascriptus est, ubi Mejer (tom. I. pag. 118) diem 20. Novembris perperam ponit („Acta S. C. de P. F. de anno 1628 et 1629“ fol. 161) itidemque numero 61° „Collectanea“ iustum diem 6. Septembris 1630, quo congregatio generalis coram S^mo^ peracta est („Acta S. C. [de] P. F. anno 1630 e 1631“ fol. 124b), ascribunt, Mejer autem diem 7. Septembris 1630 indicat (tom. I. pag. 118).

[1410]) Numeri 8, 14, 17, 26, 29, 30, 33, 34 et plura alia, quae tam in „Collectaneis“, quam e Hamburgensi ms. apud D^rem^ O. Mejer leguntur, S. Congnis de P. F. decreta reddunt, numeri 126, 134, 171, 176, 177, 185, 189, 196, 201, 205, qui utroque loco occurrunt, S. Officii decreta, numeri 51 et 203, quos in „Collectaneis“ legere potes, et eos Dr. O. Mejer attingit, S. Congnis Concilii decreta sunt; fol. 489 sqq. manuscripti Hamburgensis trium constitutionum a Clemente X° datarum partes inveniri Dr. O. Mejer (tom. I. pag. 127) dicit, at quaenam sint, non prodit, solummodo paginas I^i^ Bullarii S. Congrega-

Quod ad „Juris pontificii de propaganda fide partem alteram“ pertinet, sicut eam Raphaël de Martinis in primae eiusdem operis partis prooemio praemeditatus est, Collectanea ad ea tam prope accedunt, ut facile opinio nasci possit ea nil aliud ac Juris pontificii partem alteram esse mutato solo nomine, quam opinionem nonnullae annotationes, quae in Juris pontificii de propaganda fide leguntur, confirmare videntur, annotationes dico, quae lectorem primae partis ad partem alteram reiiciunt, si ea, quae in altera parte quaerenda sunt, in „Collectaneis“ reperiri possunt; cuius generis annotationes in „Juris pontificii de propaganda fide parte prima“ reapse non desunt, sed longe plures annotationes contrarium probant: ea enim, quae in parte altera afferenda dicunt, in „Collectaneis“ frustra quaereres.[1411]) Praeterea etiam alia via probatur „Collectanea“ „Juris

tionis de Propaganda Fide tomi in annotatione 5a indicans, unde patet constitutiones ‚Romanus pontifex“ (23. Decembris 1673), ‚Iniuncti nobis‘ (23. Decembris 1673) et — si pagina 188 perperam loco paginae 198 in illa annotatione posita est — ‚Solicitudo pastoralis‘ (22. Decembris 1673) fuisse, quae in „Collectaneis“ non leguntur.

[1411]) In 1a annotatione ad pag. 256 secundi tomi „Juris pontificii de propaganda fide partis primae“ v. gr. haec leguntur: „Vide in secunda parte huius op. decretum S. C. de Prop. Fide datum Romae ex aedibus S. C. die XII. Martii MDCCCLXXIII,“ quod decretum in „Collectaneorum“ tomo IIo pag. 70 num. 1396 reperitur; simili modo in tomo VIIo „Juris pontificii de propaganda fide partis primae“ pag. 149 nota 1a haec legimus: „.... In secunda parte eiusdem Juris invenietur Instructio ad Monachos Maronitas Baladitas Ordinis S. Antonii Abbatis Congr. Montis Libani, qua quaedam praescribuntur de voto paupertatis et vita communi, probata in Congr. Generali Emmorum ac Revmorum PP. christiano nomini propagando praepositorum pro negotiis ritus orientalis die IV. Februarii MDCCCXCV,“ et in „Collectaneorum“ tomo IIo (pag. 317 num. 1887) pars institutionis illius („Ex Instr. S. C. de Prop. F. 4 Febr. 1895“): „De voto religioso paupertatis“ reapse reperitur; contra autem ea, ad quae annotationes aliae in „Juris pontificii de propaganda fide parte prima“ v. gr. in tomi VIi parte prima pag. 405 nota 1a: „En decretum S. Congr. de Prop. Fide pro decretorum approbatione, literas vero eiusdem vide in II. parte Juris,“ vel pag. 430 nota 1a ibidem: „Vide in secunda parte Decretum Cum per diei 30. Sept. 1890,“ vel pag. 436 nota 1a ibid.: „Vide in secunda parte huius operis S. Congr. decreta et instructiones,“ et in altera eiusdem tomi VIi parte pag. 6 nota 1a: „Vide in parte secunda Juris instructionem Sanctissimus Dominus noster,“ vel pag. 24 nota 1a ibidem: „Vide .... in secunda parte Juris Decretum Congr. Postquam 28. Maii 1876, quo concilium recognoscitur,“ vel pag. 67 nota 2a: „Instruct. S. C. de Prop. Fide 20. Aug. 1842. — Decretum eiusdem 25. Apr. 1850,“ et nota 3a: „Decret. S. C. de Prop. Fide 20. Aug. 1853, quae vide in secunda parte Juris,“ vel pag. 110 nota 1a: „Vide [instructiones et decreta a Congr. de P. F. .... sancita] in secunda parte Juris suo loco“ et tomo VIIo pag. 258 nota 1a: „Decretum Congr. Cum gens Bulgarorum die 16. Martii h. a. [1865] vide in secunda parte“ lectorem reiiciunt, in „Collectaneis“ nusquam inveniuntur, ad quae etiam ea, quae tomo IIo „Juris pontificii pag. 268 annot. 3o leguntur: „Decretum de quo agitur, [„decretum, quod prius, nempe in Congregatione eorumdem cardinalium die III. octobris MDCCVII coram nobis habita, edideramus“] vide in sec. parte huius op.,“ addere licet, nam decretum in eadem congregatione generali factum et in „Collectaneorum“ tomo Io (pag. 91 num. 273) allatum,

pontificii de propaganda fide“ partem alteram non esse: cum enim in „Iuris pontificii ∝ partis primae“ prooemio editor aperte dicat in parte prima sola illa S. Congnis de P. F. decreta afferi, quae bullis aliisque literis pontificiis inserta sunt, decreta autem bullis et aliis literis pontificiis non inserta in partem alteram esse reiecta ita, ut „Iuris pontificii“ pars prima ea tantum, quae pontifices ipsi statuerint, altera autem eius pars „cetera omnia decreta Congregationis de P. F., quae in actis pontificiis non sunt inserta,“ contineat,[1412]) si „Collectanea“ praeter eiusmodi S. Congnis de P. F. decreta non inserta etiam summorum pontificum bullas, constitutiones aliasque literas pontificias complectuntur, quae in „Iuris pontificii“ parte prima iam publicatae erant, eo ipso comprobant se „Iuris pontificii“ partem alteram non esse; et revera in eorum Io tomo (pag. 2 num. 3) bullam Gregorii XVi ‚Inscrutabili divinae‘ die 22. Junii 1622 datam, quem in „Iuris pontificii ∝ partis primae“ tomo Io (pag. 1 num 1.) invenimus, ibidemque pag. 4 (num. 4) constitutionis, Romanum decet‘ ab eodem summo pontifice die 22. Junii 1622 datae, quae in „Iuris pontificii ∝ partis primae“ tomo Io (pag. 3 num. 2) reperitur, partem pag. 4 (num. 5) literarum brevium ‚Cum inter‘ ab eodem pontifice die 14. Decembris 1622 scriptarum, quae in „Iuris pontificii ∝ partis primae“ tomo Io (pag. 14 num. 7) afferuntur, partem legimus, ut plurimas alias bullas, constitutiones, literas pontificias, quae in „Collectaneis“ publicantur,[1413]) hic silentio praetereamus. Ipsa quoque „Collectaneorum“ praefatio ea, quae ad rem „a Romanis pontificibus .... decreta vel declarata fuere,“ e documentis in opere hoc edendis minime excutit.[1414])

Ut clarius pateat, quid „Collectanea“ contineant, hic tabulas ponimus documentorum ad annos 1622—1800, quod temporis spatium nostra spectat editio, pertinentium, quae in „Collectaneis“ afferuntur: e 647 — seu, ut iustius dicam, 648[1415]) — numeris id tempus spectantibus 313 S. Congnis de P. F. decreta, e quibus decreta in congregationibus particularibus, duo in audientia Smi facta sunt, 38 institutiones ab eadem S. Congne missae, 9 literarum ab ea

ubi ei perperam dies 4. Octobris 1707 ascribitur, aliud est ac illud, quod Clementis XIi breve (‚Crediti nobis‘ in secundo „Iuris pontificii“ tomo pag. 268 num. 29) attingit.

[1412]) R. M. Martinis, Iuris potificii ∝ pars prima, tom. I. pag. X—XII.

[1413]) V. etiam supra in annot 1408, ubi bullarum a Romanis pontificibus ante S. Congnem de P. F. institutam datarum, quae in „Collectaneis“ afferuntur, mentio fit.

[1414]) V. supra, pag. DCLXX.

[1415]) Numerus 616 in „Collectaneis“ perperam bis positus est (v. pag. 384 et 385).

datarum, e quibus literis 5 circum varios homines missae erant exempla, 1 praefatio a Francisco Ingoli, primo S. Cong^nis de P. F. secretario, scripta, 1 prospectus ad collegium Urbanum pertinens,[1416]) sunt ita, ut ad S. Cong^nem de P. F. numeri 362 pertineant; S. Con^nis S. Officii decreta, institutiones, literae earumve partes 156 sunt et praeter eos „praefatio Em^mi d. cardinalis de Cremona [Petrus cardinalis Campori erat] in formulas facultatum,"[1417]) cui annus 1637 ascriptus est; S. Cong^nis Concilii decreta sunt 20, S. Cong^nis Rituum decreta, literae 38, S. Cong^nis Episcoporum et Regularium decreta 2, S. Poenitentiariae apostolicae decretum 1 et 58 constitutiones pontificiae vel earum partes. E his 58 constitutionibus 48 etiam in „Iuris pontificii ∝ parte prima" leguntur, 10 autem ibi desiderantur.[1418]) Modus, quo bullae aliusque generis literae pontificiae in „Collectaneis" eduntur, a ratione, qua Raphaël de Martinis in „Iure pontificio ∝" usus est, abhorret. Raphaël de Martinis enim bullas integras cum omnibus clausulis dieque ascripto — sine tamen cancellariae apostolicae ministrorum nominibus subscriptis — afferre solet „Collectanea" praeter Gregorii XV^i constitutionem ‚Inscrutabili divinae' (pag. 2 num. 3), quae sola integra typis exscripta est, omnes alias literas apostolicas truncas reddunt, aut clausulis quae in extremis literis poni solent, omissis aut exiguis dumtaxat literarum partibus publicatis[1419]). Ubi ‚Collectanea' solam exiguam literarum eiusmodi

[1416]) Pag. 26 (num. 89) „praefatio R. d. Francisci Ingoli S. C. de Propaganda fide secretarii in formulas facultatum," cui annus 1637 est ascriptus, pag. 394–396 (num. 647) „prospectus collegii Urbani S. Congreg. de Prop. Fide necnon eiusdem alumnorum ad scientias et ad apostolicam vitam institutionis," cui — in margine solum — annus 1798 est ascriptus, leguntur. Prospectum similem etiam „Iuris pontificii de propaganda fide pars prima" tomo V^o pag 372–373 affert, cui hanc annotationem adiicit: „Ut apud exteras gentes innotescat, quanta sit Collegii Urbani S. Congregationis de Propaganda Fide praestantia, prospectus eiusdem Collegii typis editus est anno MDCCCXLI, quem hic adingere consonum esse visum est collectioni tot monumentorum S. Congregationem respicientium." Ceterum prospectus hic (anno 1841 editus etiam in priore „Bullario S. Cong^nis de P. F. tomo V^o pag. 235 (conf. Dr. O. Majer, Die Propaganda ∝ t. I. pag. 239 annot. 1 et pag. 241 annot. 3) est publicatus.

[1417]) V. supra in annot. 1416.

[1418]) Quae in „Iuris pontificii ∝ parte prima" desiderantur, sunt literae apostolicae Urbani VIII^i ‚Caelestis Hierusalem' („Collectanea" num 77), ‚Sacrosancta Tridentina' (num. 1 6), Alexandri VII^i decretum super residentia episcoporum 26. Julii 1662 datum (num. 146), Clementis IX^i literae ‚Cum fel. rec. Alexander pp. VII' (num. 188), Innocentii XII^i ‚Speculatores' (num. 238), ‚Clementis XII^i, Pastoralis officii' (num. 318), Benedicti XIV^i ‚Accepimus' (num, 357), ‚Exposito Nobis (num. 359), ‚Quamvis iusto' (num. 370), ‚Odo de Soliaco (num. 380).

[1419]) E constitutione ‚Romanum decet' a Gregorio XV° die 22. Junii 1622 data, quam Raphaël de Martinis („Iuris pontificii ∝" tom. I. pag. 3–6) in 9 paragraphos dividit, „Collectanea" (num. 4) solum paragraphum 3um eumque non integrum, afferunt. Simili modo e 5 constitutionis ‚Cum inter' ab eodem Gregorio XV° die 14. Decembris 1622 datae paragraphis, qui in „Iuris pontificii ∝" tomo I^o pag. 14–15 cernuntur, ‚Collectanea' (num. 5) solum paragraphum 1um atque eum non integrum exscribunt; e Benedicti XIV^i constitutione ‚Apostolica praedecessorum' die 14. Februarii 1742 data, quam „Iuris pontificii ∝ pars prima" (tom. III. pag. 48–53) in 14 paragraphos dividit, „Collectanea" pag. 117 num. 335) parvam paragraphi 7^i partem et nonnulas paragraphi 10^i partes afferunt. E 54 constitutionis ‚Eo quamvis tempore' a Benedicto XIV° die 4. Maii 1745 datae paragraphis („Iuris pontificii ∝ pars prima tom. III. pag. 221–230) „Collectanea" solum paragraphum 6um atque eum non integrum exscribunt (I. pag. 179 num. 351).

partem afferunt, nec semper ipsa earum verba adhibent nec ubique indicant, utrum quae verba ab editore sint praetermissa, an quae ab eo sint addita.[1420]) Ceterum textus, quem in „Collectaneis" videmus atque cernimu cums textu, qui in „Iuris pontificii ∝ parte prima" legitur, non semper ad literam congruit, aliquando etiam dies literis hic et illic ascriptus discrepat.[1421]) Idem iam animadvertimus, ubi

[1420]) Tomus I. „Collectaneorum" (pag. 117 num. 333) Benedicti XIV^i — declarationis ‚de matrimoniis in Belgio et Hollandia' die 4. Novembris 1741 datae partem affert, quae ita incipit: „Quod spectat ad ea coniugia, quae in foederatis Belgii provinciis ∝"; qui locus in „Iuris pontificii etc. "parte prima" (tom. III. pag. 23) his verbis traditur: „Quod v e r o spectato ad ea coniugia, quae p a r i t e r in i i s d e m Foederatis Belgii provinciis ∝." — Constitutionis ‚Apostolica praedecossorum' pars (v. supra in annot. 1419) in „Collectaneis" verbis: „Pro tempore existens Patriarcha (M a r o n i t a r u m) sacra olea gratis omnino transmittat ∝" incipit, quae in „Iuris pontificii ∝ parte prima" ita leguntur: „... pro tempore existens Patriarcha a l i o o p p o r t u n o t e m p o r e sacra olea gratis omnino transmittat ∝"; utraque autem loco alia eiusdem constitutionis pars: „decimas consuetas (decimâ tamen decimarum singulis Antistitibus in suis respective dioecesibus relictâ) in iisdem dioecesibus colligendi" eadem ac par est, unde patet „Collectanea" una atque eadem uncinarum forma uti, sive aliquod verbum textui addunt, sive uncinas, quae in textu iam erant, reddunt. — Constitutionis ‚Cum venerabilis' a Benedicto XIV° die 17. Januarii 1757 datae („Iuris pontificii ∝ pars prima" tom. III. pag. 675–680) pars, quam „Collectanea" afferunt, in „Iuris pontificii ∝ parte prima (pag. 677) ita scripta est: H i n c t r a n s e u n d o ad personas, cum quibus missionarii, sive pro conscientiae sive pro iudiciali foro, iuxta praemissa dispensare possunt, Neophyti quidem hi sunt ∝," in „Collectaneis" autem idem locus (tom. I. pag. 257 num. 402) ita redditur: „Ad personas q u o d a t t i n e t, cum quibus missionarii (in I n d i i s) sive pro conscientiae, sive pro iudiciali foro, iuxta praemissa, dispensare possunt: neophyti quidem hi sunt ∝." Constitutionis ‚Quam cara' a Clemente XIII° die 1. Augusti 1760 datae pars, quam „Collectanea" (tom. I. pag. 277 num. 433) publicant, verbis: „Abdicationis Patriarchae C ... consequentisque in eius locum sacerdotis I ... designationis negotium cum discutiendum delegaverimus nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Fidei Propagandae ∝" incipit, qui locus in „Iuris pontificii ∝ parte prima" (tom. IV. pag. 50) ita scriptus est: Q u o n i a m v e r o n u l l u m i n t e r r i s g a u d i u m e s t, q u o d a m a r i t u d i n e a l i q u à n o n p e r m i s c e a t u r, h a n c i p s i a e g r i t u d i n e m p r o p t e r p e c c a t a n o s t r a p e r i n s i m u s a c c e p t o n u n c i o d i v i s i o n i s i n t e r n a t i o n e m i s t a m n u p e r r i m e s u b o r t a e, o c c a s i o n e abdicationis Patriarchae C y r i l l i h u i u s n o m i n e III., consequentisque in eius locum sacerdotis I g n a t i i designationis. Q u o d q u i d e m negotium cum discutiendum delegaverimus nonnullis venn. fratribus nostris S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationis Fidei Propagandae ∝."

[1421]) In constitutione v. gr. ‚Cum venerabilis' (v. supra in annot. 1420) „Collectanea" verba: „mixti seu m i x t i t i i" ponunt, ubi „Iuris pontificii ∝ pars prima" verba „mixti seu

„Collectanea“ cum Hamburgensi operis a D. Josepho Zambecchini confecti exemplo comparavimus,[1422]) idemque interdum cernimus, si „Collectaneorum“ exempla cum ipsis S. Cong^nis^ de P. F. archivii Actis vel literis componimus.[1423])

Omnem dubitationem, quam „Collectanea“ ratione „Iuris pontificii de propaganda fide“ suscitare potuerunt, annus 1904 dissipavit, quo „Iuris pontificii de propaganda fide pars secunda complectens decreta, instructiones encyclicas litteras ab eadem Congregatione lata“ (Romae ex Typographia polyglotta S. C. de Propaganda Fide) in lucem exiit. Cuius editionis tomus I. inde a S. Cong^ne^ de P. F. instituta (an. 1622) incipit et anno 1877 finem capit. Quominus opus suum perficeret, Raphaëlem de Martinis mors praepedivit.[1424])

Interea S. Cong^o^ de P. F. alius generis opera edere coepit: anno 1843 liber verbis: „Notizia statistica delle missioni cattoliche in tutto il mondo. Anno primo“ (Roma coi tipi della S. C. di Propaganda Fide) foras datus est, paginas 305 continens, cui (pag.[2]) annotatio est addita, qua annuntiabatur S. Cong^nem^ de P. F. desideran-

mistitii“ habent; atque eidem constitutioni „Collectanea“ diem „27 Ianuarii 1757,“ „Iuris pontificii ∝ pars prima“ autem diem „XVII. ianuarii MDCCLVII“ ascribunt. In constitutione ‚Quam cara‘ die 1. Augusti 1760 a Clemente XIII° data (v. supra in annot. 1420) „Iuris pontificii ∝ pars prima“ verba: „...auditis procuratoribus hinc et inde Romam missis ∝“ habet, ubi „Collectanea“ verba: „...auditis procuratoribus hinc inde Romam missis ∝“ ponunt, et in constitutione eadem, ubi „Iuris pontificii ∝ pars prima“ verba: „...patriarchalis [!] Ecclesiae...debet ex integro providere ∝“ „habet „Collectanea“ iuste verba: „...Patriarchali Ecclesiae...debet ex integro providere.“ — Constitutioni ‚Etsi pastoralis‘ „Iuris pontificii ∝ pars prima“ (tom. III. pag. 58—73) diem verbis: „anno Incarnationis Dominicae MDCCXLII. Kal. iun. ∝,“ „Collectanea“ vero (tom. I. pag. 118 num. 338) verbis: „26 Maii 1742“ ascribunt; alii Benedicti XIV^i^ constitutioni (‚Ex quo singulari‘) „Iuris pontificii ∝ pars prima“ (tom. III. pag. 73-82) diem: „V. idus iulii anno Incarnationis Dominicae MDCCXLII.“ ascribunt, in „Collectaneis“ autem (tom. I. pag. 130 num. 339) dies: „5. Julii 1742“ legitur.

[1422]) V. supra in annot. 1409.

[1423]) Numero 6° v. gr. verbis: „6||S. C. de Prop. Fide — C. G.“ inscripto „Collectanea“ (tom. I. pag. 5) diem: „24. Iunii 1623“ ascribunt, die autem 24. Junii 1623 congregatio generalis („C. G.“) non est peracta, nam 32^a^ congregatio generalis Gregorii XV^i^ tempore celebrata die 13. Junii 1623 („Acta S. C. de P. F. anno 1622 ad 1625“ fol. 42b), 33^a^ autem die 27. Junii 1623 (ibid. fol. 48b) habita est. Modo simili die 24. Julii 1626, quem „Collectanea“ numero 23° (tom. I. pag. 9) ascribunt, congregatio generalis non est peracta, nam 60^a^ Urbani VIII^i^ tempore congregatio generalis die 14. Julii, 61^a^ die 28. Julii 1626 celebrata est („Acta S. C. de P. F. anno 1626 et 1627“ fol. 82b, 93b). Item die 30. Junii 1629, qui in „Collectaneis“ numero 50° ascriptus est, congregatio generalis non est habita, sed die 30. Maii 1629, 22. Junii et 13. Julii 1629 („Acta S. C. de P. F. de anno 1628 et 1629“ fol. 276b, 289, 300b). V. etiam supra in annot. 865.

[1424]) Conf. H. Kollmann, „O badání českém v archivě Kongregace de Propaganda fide“ (Zprávy zemského archivu království Českého, tom. I. pag. 49).

tem quotannis publicare opus eius generis, et propterea a se episcopos et missionarios rogari, ut ipsam de omnibus ad rem pertinentibus certiorem facerent, quae essent apta, ut opus accuratius et exactius redderetur.[1425]) Et re vera erant, qui anno proximo librum verbis: „O. Corsi, Notizie statistiche delle missioni di tutto il mondo dipendenti della S. Cong^ne^ di Propaganda Fide“ (Romae 1844, pag. 718) inscriptum „evulgatum esse affirmarent,[1426]) sed res non substitit, et proximus ad missiones pertinens tomus demum post 53 annos exiit, verbis inscriptus: „Missiones catholicae ritus latini cura S. Congregationis de P. F. descriptae“ (Romae ex typographia polyglotta S. C. de P. F. 1886), quem postea duo tomi alii iisdem ac ille verbis inscripti sunt secuti a. 1887 et 1888. Liber autem qui anno 1889 in lucem est editus, verbis: „Missiones catholicae cura S. Congregationis de P. F. descriptae“ inscribitur, quibus verbis etiam libri 1890, 1891, 1892, 1895, 1898, 1907, 1922 et 1930 publici iuris facti, inscripti sunt.[1427])

Quantum ad hosce libros conscribendos S. Cong^nis^ de P. F. tabularium contulerit, difficile est dictu. Ipse primi anni liber paucissima excerpta historica affert, atque ea dumtaxat ad S. Cong^nem^ de P. F. ipsam et ad singula collegia seu seminaria („collegii o seminarii destinati a formare de' missionarii“) spectant.[1428])

[1425]) „Avviso.||Desiderandosi publicare ogni anno le Notizie Statistiche delle Missioni Cattoliche, sono pregati i Vescovi e i missionarii a voler communicare alla Segretaria di Propaganda, a Roma, ogni minuto ragguaglio, che potesse servire a rendere maggiormente essata questa opera.“

[1426]) Hunc secundi anni librum Dr. O. Mejer, qui librum primi anni Romae anno 1845 vel 1846 casu et fortuito emit ibidem frustra quaesivit (Mejer, Die Propaganda ∝, tom. I. pag. 109-110). — Anni primi librum integrum Dr. O. Mejer in primo sui operis tomo (pag. 473-562) indice solo praetermisso repetivit. — Ne P. Roberto Streit O. M. I. (Bibliotheca missionum, I. Band, Münster i. W. 1916, pag. 607 n. 1228) quidem contigit librum, quem O. Corsi edidisse dicitur, cruere

[1427]) Conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě Kongregace de Propaganda fide (Zprávy zemského archivu král. Českého, tom. I. pag. 49). Librorum ultimis annis editorum curam Rev^mus^ d. Josephus Tani gerebat.

[1428]) Ad S. Cong^nis^ de P. F. tabularium haec verba, quae in anni primi libro leguntur, pertinent: „L'Archivio la [intellige: ‚corrispondenza che si estende a tutte le parti del Mondo] conserva colle lettere originali, e le copie delle risposte loro date, come ancora dei decreti, risoluzioni fatte, e de' rescritti, bolle e brevi Apostolici: collezione preziosissima alla religione ed inestimabile pe' monumenti autentici d'istoria ecclesiastica che racchiude. Nella militare invasione di Roma, gli Archivii di Propaganda furono trasportati a Parigi, ma per un tratto mirabile della Providenza al ritorno dell' immortale Pio VII. alla sua Dominante furono restituiti [v. supra, pag. V cum annot. 7 et pag. DCXXXIX]. Non si è risparmiata fatica per rimetterli in ordine, e riparar se è possibile le perdite fatte“ (Mejer, l. c. tom. I. pag. 477). Et S. Cong^nis^ de P. F. typographiam polyglottam

Ultimum opus vere magnum, imo magnificum, quod S. Congregationem de Propaganda Fide tanquam in speculo limpidissimo monstrat, anno 1934 exeunte prodiit: praefationi, quam Petrus cardinalis Fumasoni-Biondi, cardinalis praefectus eiusdem S. Congregationis, posuit, dies 21. Novembris 1934 ascriptus est. Opus dirigebant: Monsr Dr. Jos. Monticone, S. Cong^nis de Prop. F. archivarius generalis, P. Joh. Considine, Monsr Dr. Bartocetti, officialis secretariae S. Cong^nis de Prop. F., Dr. Hugo Bertini, Dr. Bernhardinus Caselli et Dr. P. Joh. Dindinger O. M. I., bibliothecarius Bibliothecae Missionum. Opus vocatum est: „Guida delle missioni cattoliche. Redatta sotto gli auspici della Sacra Congregazione di Propaganda Fide" (Roma, Unione missionaria del clero in Italia, Via Propaganda 1 c, in lex. 8°, XXX—670—306* pp.). Liber in sectiones quinque dividitur: I. Roma et missiones (historia propagandae religionis catholicae, organisatio missionaria), II. Campus missionum (statistica, divisio missionum cum uniuscuiusque missionis historia), III. (instituta sacerdotum, Fratrum et Sororum laborantium in missionum territoriis), IV. (cooperatio missionaria), V. (studia specialia). Accedunt appendices: (A tabula statisticae), B (bibliographia). Est opus omnibus numeris expletum et perfectum, quod „Missiones catholicas" etiam ultimas (anni 1930) satis superque superat. —

Nunc ab auctore rogandus ac perorandus est benevolus lector, ut paulisper cum eo retrocedat et auctori concedat, ut, quae desunt, suppleri possint.

Pluribus auctor locis accusabat S. Cong^nis de P. F. tabularium non esse nec in ipsis initiis unquam fuisse integrum. Primus generalis secretarius eius, Franciscus Ingoli, qui episcopali dignitate nondum excellebat, sed immensa fiducia ubique fruebatur, quae ipse in munere agebat, sua putabat et, quamvis laboriosissimus et maxime assiduus esset, pauca pro rata in archivio suae diligentiae suique non communis ingenii vestigia reliquit. Ideo non est mirum, quod Dr. Alphonsus Bellesheim, „Vom Vatikanischen Archiv" (Historisch-politische Blätter", 94. Band, München 1884 pag. 705—725, 785—804) dicit, multa S. Cong^nis de Prop. Fide acta originalia ad annos 1623—1633 pertinentia in archivio Ravennatensi jacere, Ravenna autem Francisci Ingoli erat patria et est sepultura, ubi et suum supremum diem ipse obiit. — Alio loco et quidem in „Wilhelm Cardinal Allen (1532—1594) und die englischen Seminare auf dem Festlande" (Mainz 1885) pag. 250 in annot. 2 idem doctissimus Bellesheim multa acta ad S. Congregationis de Propaganda Fide tabularium spectantia in Ravennatensi bibliotheca asservari dicit ubi tomus verbis: „Acta Sac. Congregationis de Propaganda Fide 1622—1628. Acta Francisci Ingoli Ravennatis, primi secretarii, manu signata" inscriptus reperitur, id quod Dr. A. Bellesheim in alio opere suo: „Geschichte der katholischer Kirche in Irland von der Einführung des Christenthums bis auf die Gegenwart. Band II." (Mainz 1890) pag. 325 annot. 1 repetit. Quorum ea, quae in hocce tomo superius pag. DCII et DCIII et in an. 1255, 1256 leguntur, confer.

Faciliter nobis explicabimus Francisci Ingoli, S. Cong^nis de Prop. Fide secretarii, literas in bibliotheca quondam Barberiniana, quae nunc bibliothecae Vaticanae partem integrantem efficit (Bedř. Jenšovský, Knihovna Barberini a český výzkum v Římě, in: Zprávy českého zemského archivu, svazek VI. V Praze 1924 pag. 135) reperiri.

Contra difficillime exponeretur justa ratio non vilipendendae archivii S. Cong^nis de Prop. Fide partis, quae haud exiguum efficit literarum allatarum, relationum, memorialium numerum, una cum originalibus Francisci Ingoli, tanquam S. Cong^nis, quam modo commeroravimus, secretarii, literis ac responsionibus, quae in codice Otthoboniano Nr. 2536 bibliothecae Vaticanae occurrit.

Qui Francisci Ingoli ingenii valorem, animi fervorem in omne bonum studium incensum cognoscit, aestimare poterit, quantum detrimentum S. Cong^nis de Propaganda Fide tabularium hac, quam accusavimus, eius incuria acceperit. —

Quod ad librum a Nicolao Fortiguerra, S. Cong^nis de Prop. Fide secretario, de Africae, Asiae et Americae missionibus editum attinet, H. Lemmens (Geschichte der Franziskanermissionen, Münster 1928, X) eius exemplar, cui nec annus, neque locus, quibus editum

---

haec (subsequentia) verba spectant: La Stamperia una delle più belle e ricche del Mondo per la varietà de tipi, delle lingue straniere, specialmente orientali, arricchisce gl'idiomi di quelle rimote nazioni di libri necessarii all' esercizio del culto divino nei differenti riti nazionali venerabili per la loro antichità, che la S. Sede si è fatta gloria non solamente di rispettare, ma ancora di conservare nella loro natia purezza: presenta non solamente agli Alumni, ed a'loro connazionali, ma all' Europa medesima i mezzi di acquistare una cognizione perfetta di quelle lingue per mezzo delle grammatiche e dizionarii composti da valentuomini in esse periti; finalmente conserva la fede, nudrisce la pietà di que' popoli, colla pubblicazione di opere dirette a confermare e difendere la prima, ed a fomentare ed accrescere la seconda. La Stamperia della Propaganda ha ultimamente ricevuto dei notabili accrescimenti. Il ch[iarissimo] Monsig. [Antonino] De Luca ne è il Direttore" (ibid. pag. 477).

est, indicabatur, prae manibus tenebat. Unum ex Angeli cardinalis Mai editione absque dubio erat. —

Proximus Nicolai Fortiguerra in S. Congregationis de Propaganda Fide secretarii munere successor, Philippus Monti una cum P. Fr. Petro Maria Lucensi, generali ordinis Capucinorum procuratore, pluribus epistolis P. Fr. Horatii Pennabili (seu: Horatii della Penna), missionis Capucinorum in Tibet apostolici praefecti, usi „Relationem ad S. Congregationem de Propaganda Fide de moribus et religione populorum Thibet et Nepal" (Romae typis S. Congregationis de Prop. Fide 1738) ediderunt.

Huius libri germanica versio S. Cong^nis^ de Prop. F. secretarii Philippi Monti mentionem in suo titulo iniicit: „Missio apostolica Thibetano Seraphica, das ist: neue durch päbstliche Gewalt in dem grossen Thibetanischen Reich von denen PP. Capucinern aufgerichtete Mission und über solche von R. P. Francisco Horatio della Penna, praefecto missionis, der heil. Congregation de propaganda Fide anno 1738 beschehene Vorstellung von Rev^mo^ et Illmo d. d. Philippo de Montibus, dermahligen S. Congregat. Secretario in Rom, zum offentlichen Druck befördert, hinnach allen des catholischen Glaubens eyfrigen Seelen zu Lieb aus dem Welschen in das Teutsche und diese Geschichtsform übers[etzt] von F. E[merich Däger von Perlach], C[apucinus] I[ndignus], einem Priester Capuc. Ord. der Chur-Bayrischen Provinz. — Erstes Buch: Thibetaner Religion und Lebensarth ∞ (München 1740, in 4°, 15 + 128 pp.).

Zweites Buch: Anfang den Thibetanischen Mission (ibid. 1740 in 4°, 224 + 12 pp.) V. Streit R. Dindinger J., Bibliotheca missionum, Tom. VI. (Aachen 1931, pag. 106).

Altera magna relatio P. Francisci Horatii da Pennabili: „Relazione del principio e stato presente della missione del vasto regno del gran Tibet et altri due regni confinanti, raccommandata alla vigilanza e zelo de' Padri Cappuccini della provincia della Marca nello stato della chiesa" (Roma 1742; conf. P. Fredegando d'Anversa, I Messaggeri di Cristo nel Tibet dal secolo XIV fino ai nostri giorni. In: Omnis terra adoret te Collana di pubblicazioni missionarie. Num. XXIII.) pari via ac praecedens — opinor — mundi lucem conspexit. Haec secunda relatio P. Francisci Horatii eodem anno 1742 (perinde ac a. 1744 et 1745) in linguam hispanicam, 1747 in linguam anglicanam, 1749 bis in linguam gallicam et 1750 itidem in

linguam germanicam est versa (R. Streit et J. Dindinger, Bibliotheca missionum I. pag. 448, 450, 451; VI. pag. 112—114). —

Etiam Stephanus Borgia, S. Cong^nis^ de Propaganda fide secretarius (1770—1789), postea cardinalis praefectus (18.2—1804), vir admodum doctus, diligentissime in S. Cong^nis^ tabulario studiis historicis vacabat. Laborum eius magnificus fructus: „Apographa, excerpta et indices tabularii S. Cong^nis^ de Prop. Fide, in quibus prima eiusdem institutio, decreta, sanctiones, ecclesiasticae, topographicae et historiae relationes fere omnium missionum breviter et succincte continentur idoneique sunt et opportuni, accedente secunda manu, ad universae ecclesiae historiam conscribendam; in illis enim religionis status christianorum Coptorum, Syrorum, Chaldaeorum, Armenorum, Persarum, Iberorum, Malabarorum, Tibetanorum, Peguanorum, Siammensium, Sinnensium aliorumque traditur et delineatur" — in dicto tabulario manu scriptus prostat (Rob. Streit O. M. I. et Joh. Dindinger O. M. I, Bibliotheca missionum. Tom. VI. p. 210 num. 722).

Stephani Borgiae dissertationem S. Congregatio de Propaganda Fide edidit:

„Stephani Borgia De Chaldaeorum dioecesi dissertatio. Accedit vetustissima Chaldaeorum Liturgiae latina versio nondum edita" (Romae 1773 in 4°).

Idem Stephanus Borgia musaeum splendidum condidit, quod moriens S. Cong^ni^ de Propaganda Fide legavit (Musaeum Borgianum).—

Praeter opera, quae hucusque adduximus, Sacra Cong^o^ de Prop. Fide multa alia minora aut ipsa in typographia propria edidit, aut alios adiuvit, ut laborum suorum fructus, si ipsi S. Cong^ni^ ad rem faciebant, ibidem ipsius typis, haud raro etiam ipsius sumptibus imprimere possent. Quos libros, quoad nobis invenire potuit, in huius tomi supplementi prima parte ponentur.

S. Cong^nis^ de P. F. tabularium mox etiam rerum gestarum scriptores allicere coepit, e quibus Carolus Carafa, episcopus Aversanus primus erat, qui mense Octobri 1628 sedis apostolicae ad aulam imperialem nuntii munere perfunctus et Vienna, unde plurimis et re vera magni momenti literis nonnullisque uberrimis relationibus S. Cong^nis^ de P. F. archivium locupletavit, Romam reversus, cum opus suum („Commentarii de Germania sacra restaurata"), quod

componebat, literis relationibusque a nuntio Coloniensi[1429]) ad S. Cong^nem^ de P. F. missis replere cuperet, anno 1629 ineunte libello supplici eandem S. Cong^nem^ adiit, rogans, ut ipsi documentis in S. Cong^nis^ de P. F. tabulario asservatis uti liceret, quibus opus suum excoleret[1430]). De hac eius petitione S. Cong^o^ de P. F. in generali congregatione die 6. Martii 1629 in Octavii cardinalis Bandini aedibus celebrata egit et decrevit: „23. Instante Rev^mo^ domino episcopo Aversano sibi communicari scripturas, quae in archivio S. Cong^nis^ habentur ad nuntiaturam Coloniensem et Rhetiae pertinentes, ut historiam ecclesiasticam rerum in tota Germania gestarum tempore suae nuntiaturae perficere possit, Ill^mi^ Patres censuerunt domini oratoris petitioni non esse absolute annuendum, sed prius de singulis scripturis, quas praefatus dominus orator cupit, commonendam esse S. Cong^nem^, ut decerni possit, quae sint vel non sint communicandae"[1431]). Haec igitur responsio, quamvis S. Cong^o^ de P. F. plane non abnueret, re ipsa erat negativa, nam Carolus Carafa, cui aditus in S. Cong^nis^ archivium non patuit, nec indicare poterat, quaenam essent literae aliusque generis scripta, quibus uti vellet, neque certum habebat fore, ut literae, quas expetere posset, ipsi revere traderentur, cum S. Cong^o^ dixisset se de singulis decernere velle[1432]).

[1429]) Sedis apostolicae Coloniae Agripinensi nuntii munere tempore, quo Carolus Carafa nuntium ad aulam imperialem agebat usque ad mensem Julii 1624 Petrus Franciscus Montorio episcopus Nicasteriensis, inde ab Augusto 1624 Petrus Aloisius Carafa, episcopus Tricaricensis et Caroli Carafa cognatus, perfungebantur. Qui Petrus Ludovicus Carafa undecim annis Coloniae Agrippinensi peractis ad episcopalem sedem suam Tricaricum reversus, die 6. Martii 1645 cardinalis creatus est et die 15. Februarii 1655 diem supremum obiit. Quae tempore, quo nuntii munere fungebatur, acta sunt, P. Pietra Santa Soc. Jesu — fortasse literis annotationibusque ab ipso nuntio scriptis fultus — edidit verbisque: „Legatio apostolica Petri Aloisii Caraffae" (Leodii 1634) inscripsit; qui liber verbis: „Legatio apostolica Petri Aloysii Carafae ep. Tricar. sed. Urbano VIII. P. M. ad tractum Rheni et ad provincias inferioris Germ. ab a. 1624 usque ad a. 1634 "incriptus, iterum anno 1840 (Herbipoli) a Josepho Augustino Ginzel est editus. Conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide, pag. 47.

[1430]) Eorum, quae Carolus Carafa episcopus Aversanus a S. Cong^ne^ de P. F. petebat, summa Francisci Ingoli, eiusdem S. Cong^nis^ secretarii, manu scripta haec est: „Proponendo un opera delle cose ecclesiastiche successe in Germania nelli tempi della sua nuntiatura, supplica la S. Cong^ne^ a dar ordine al secretario, che li communichi le scritture delle cose similmente ecclesiastiche che sono succedute o si sono fatte nella nuntiatura di Collonia, acciò possa con esse perfettionar detta sua opera" („Memoriali del 1629. Num. 389" fol. 62).

[1431]) „Acta S. Cong^nis^ de P. F. de anno 1628 et 1629" fol. 233 et 241, „Memoriali del 1629. Num. 389" fol. 62.

[1432]) Conf. H. Kollmann, O badání českém v archivě kongregace de Propaganda fide, pag. 47.

Dominicus Verusius, qui S. Congregationi de Propaganda Fide tam plane alienus non erat, circa annum 1663 frustra satagebat, ut de regni Loando nuncupati regina, cui nomen erat Jingae, librum excudere posset; ei petenti S. Cong^o^ a. 1667 plane renuit (Kilger, Die Missionen in Kongoreich, in Zeitschrift für Missionswissenschaft- und Religionswissenschaft, Jahrg. 20. Münster 1930 pag. 122 in annot. 148). Aliquot annis post Fr. M. Gioia, „La meravigliosa conversione ... della regina Singa ∞" (Napoli 1669) edidit (Zeitschrift für Missionswissenschaft und Religionswissenschaft. Jahrg. 20. Münster i. W. 1930 pag. 120).

Plane repulsus a S. Cong^ne^ de P. F. abiit abbas Giustiniani, qui desiderans, ut in operis sui verbis „Scientia sacra del rito latino a inscripti appendice aliqua negotia ad eam rem pertinentia Archipelagique insulas spectantia, quae a S. Cong^ne^ de P. F. pertractata erant, publicare posset, eandem S. Cong^nem^ rogavit, ut ipsi exempla idonea traderet; eius enim libello supplici in generali congregatione die 20. Augusti 1669 (num^o^ 34°) relato, S. Cong^o^ his verbis, quae apud Dr. Ant. Pieper, Römische Archive (Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde ∞ tom. I. pag. 260 in annot. 2) leguntur, decrevit: „Respondeatur non esse solitum, ut S. Cong^o^ scripturas existentes in archivio alteri communicet."

Anno 1672 exeunte generalis ordinis Praedicatorum minister, quo munere tunc P. Joannes Thomas Rocaberti (Roccaberti) a Perelada fungebatur, S. Cong^nem^ de P. F. supplex adiit, ut ipsi nonnullas relationes a Fratribus ordinis s. Dominici de iis, quae in sacris missionibus egerunt, ad S. Cong^nem^ missas, transscribendi potestatem faceret; cui petitioni S. Cong^o^ de P. F. quidem non renuit, sed, quod ad scripta illa typis describenda pertineret, omne ius reservavit. Decretum hoc in generali congregatione die 19. Decembris 1672 habita factum per literas eodem die datas S. Cong^o^ generali ministro roganti indicavit[1433]). Et postquam aliquot relationes rem spectantes in S. Cong^nis^ de P. F. archivio transcriptae sunt, earum exempla eadem S. Cong^o^ non ad generalem ministrum petentem,

---

[1433]) Litterae, quas tetigimus, ita scriptae sunt: „Al P. generale de Predicanti 1672, 19 Dicembre. — E' benignamente condescesa questa S. Cong^ne^ d'accordare a V. Patt^à^ la grazia di poter estrarre da questo archivio la copia d'alcune relazioni dei progressi fatti dai religiosi del Suo ordine nelle missioni. Si vaglia dell' avviso, mentr' io [Palutius cardinalis Altieri erat] riserbandomi in ordine al darle alle stampe di notificarle i sentimenti di questi Emm^i^ miei signori ∞" („Lettere della S. Congreg. anno 1672. Num. 59" fol. 92b).

sed ad [Joannem] cardinalem Bona, qui antequam cardinalis creatus est, S. Cong^nem de P. F., S. Romanae et universalis Inquisitionis, Sacrorum Rituum et Indicis librorum prohibitorum consultor fuerat,[1434]) die 18. Aprilis 1673 misit una cum suis literis, per quas eum rogabat, ut exempla ipsa consideraret, num quid in eis esset, quod non esset aptum, ut in lucem ederetur[1435]). Utrum P. Joannes Thomas Rocaberti exempla petita a S. Cong^ne de P. F. revera acceperit, nec ne, editorem latet[1436]).

Paucis annis post (1685) aliquod simile a S. Cong^ne de P. F. alius religiosus vir expetebat. Fr. Joannes Franchini Mutinensis ordinis Minorum s. Francisci Conventualium erat, qui res a suo ordine gestas scripturus,[1437]) supplici libello S. Cong^nem de P. F. rogavit, ut ipsi e relationibus annis 1630—1650 e Hungaria et Bohemia missis ordinis Minorum Conventualium s. Francisci religiosorum missionariorum, qui in regnis illis laboraverant, nomina, mortis genus et, quid illic operati essent, suppeditaret[1438]). Quo libello in congregatione generali die 24. Septembris 1685 peracta relato, S. Cong^o de P. F. petentis desiderio non indulsit[1439]).

[1434]) Conf. C. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, tom. V. pag. 314.

[1435]) Quae literae („Registro di lettere della S. C. 1673. Num. 61" fol. 32 b) ita scriptae sunt: „All s^r cardinal Bona 18 detto. — Prima di consegnare in mano del P. generale dell' ordine de Predicanti alcune copie di relationi estratte da questo archivio con ordine di questa S. Cong^ne per formar, per quanto ha rappresentato, le croniche della sua religione, ha voluto la medesima, ch'io [Palutius cardinalis Altieri erat] le rimetti, come fo humilmente, in mano di V. Em^za, affinche Si degni di considerare, se in esse vi sia qualche particolare, che non sia opportuno di darsi alla luce ∞."

[1436]) Conf. H. Kollmann, O badání českém ∞, pag. 47.

[1437]) Fr. Joannes Franchini iam anno 1682 Romae opus „Status religionis Franciscanae Minorum Conventualium expressus numer. provinciarum et conventuum" edidit (Moroni, Dizionario ∞, tom. 14 pag. 151, Dr. Heribert Holzapfel, Handbuch der Geschichte des Franziskanerordens, Friburgi in Br. 1909 pag. 593 annot. 4, 598 annot. 2, 3) et postquam a 1693 Mutinae aliud opus („Bibliosofia e memorie letterarie di scrittori Francescani Conventuali ch'hanno scritto doppo l'anno 1585") emisit, diem supremum anno 1695 obiit (Dr. H. Holzapfel, Handbuch ∞, pag. 608)

[1438]) Qui libellus supplex („Scritture originali riferite nelle congregazioni generali de 24 Settembre, 13 e 26 Novembre e 17 Decembre 1685. Num. 494": „congr. 24 Sett. 1685 numo 11o his verbis scriptus est: „Em^mi e Rev^mi Signori. — Fr. Giovanni Franchini, Minor Conventuale di Modena, scrivendo le historie della sua religione, della quale sono stati uccisi dalli eretici molti missionarii in Ungheria e Boemia ne' tempi, che da questa S. Cong^ne vi havevano le missioni, e fecero molte buone operationi in servitio della santa fede, nè havendo l'oratore cognitione de' nomi delli uccisi, genere di morte et operati, supplica humilissimo l'Em^ze Vostre a permetterli haverle dall' archivio di Propaganda Fide ne' libri delle relationi d'Ungheria e Boemia dell' anno 1630 all' anno 1650. Gratia ecc. Che Dio ecc.

[1439]) S. Cong^nis de P. F. decretum de P Joannis Franchini petitione in generali congregatione, quam supra diximus, factum hoc est: „11. Il P. Giovanni Franchini Minore Conventuale che scrive le historie della sua religione, suplica l'Em^ze Vostre della licenza di poter estrarre da questo archivio li nomi de missionarij del suo ordine che furno uccisi in servitio della santa fede in Ungaria e Boemia dell' anno 1630 sino all' anno 1650 ricavando con li nomi il genere delle morti e loro operati. — Rescriptum. — Lectum" („Acta S. Cong. de anno 1685" fol. 161, 164b).

Fortunam meliorem P. Joannis Bolland successorum preces anno 1730[1440]) S. Cong^ni de P. F. fortasse a [Thoma Philippo] cardinali de Alsatia e comitibus a Chimay, archiepiscopo Mechlinensi, porrectae habuerunt, nam [Bartholomaeus Ruspoli] S. Cong^nis de P. F. secretarius, per literas die 29. Julii 1730 ad cardinalem, quem diximus, datas eum certiorem fecit S. Cong^nis de P. F. archivii custodem, quo munere tunc D. Joannes Zambecchini fungebatur[1441]), ab ipso iussum esse omnia, quae P. Joannis Bolland succesores peterent, in archivio illo exquirere,[1442]) literisque aliis ad eundem die 5. Augusti 1730 scriptis ei significavit illa omnia iam transcripta ad illum mitti[1443]).

Seculo XVIII° exeunte Joannes Fridericus Le Bret nonnulla ad vicariatum apostolicum Germaniae septentrionalis pertinentia monumenta in suis operibus, quae verbis: „De missione septentrionali et vicariatu Hannoverano. Oratio habita, cum veniam creandi magistros daret" (Tubingae 1792) et „Oratio II. de iure principis evangelici circa vicarios apostolicos" (Tubingae 1793) inscripsit, vulgare potuit; eorum autem monumentorum exempla potius ab apostolico Germaniae septentrionalis vicario aut a quodam eius ministro, quam ex ipso S. Cong^nis de P. F. archivio habuit; id vel ex eo colligere licet, quod utriusque operis quod modo diximus, auctor, cum anno 1761 aut 1762 Romae commoraretur, eandem ac apostolicus Germaniae septentrionalis vicarius, quo munere inde a die 5. Octobris 1761 Franciscus Josephus a Gondola episcopus Tempensis fungebatur, domum inhabitabat[1444]).

[1440]) Qui anno 1730 opus a P. Joanne Bolland Soc. J. inchoatum persequebantur fuerunt P. Joannes Baptista du Sollier Soc. J, P. Joannes Pien Soc. J., P. Guilelmus Cuypers Soc. J. et P. Petrus van den Bosch Soc J. Conf. Český slovník bohovědný, tom. II Pragae 1916 pag. 328; Wetzer und Weltes Kirchenlexikon, edit. II. tom. II. Friburgi in Brisgovia 1883, col. 989.

[1441]) V. supra, in annot. 1380. Hunc S. Cong^nis de P. F. archivii praefectum inde ab anno 1721 D. Raimundus Giacone adiuvabat („Lettere di M^r segr^io dell' anno 1721. Num. 111" fol. 210).

[1442]) Quae literae in volumine „Lettere di Mons^re segr^io dell' anno 1730. Num. 131" fol. 236 leguntur.

[1443]) V. ibid. fol. 256 b

[1444]) Conf. Dr. O. Mejer, Die Propaganda ∞, tom. II. pag. 258 (ann. 1), 265 (ann. 2), 266 (ann. 2), 274 (ann. 2), 278 (ann. 3 et 4); Allgemeine deutsche Biographie, tom. XVIII (Lipsiae 1883), pag. 100.

Rerum gestarum investigatoribus S. Cong^nis de P. F. archivii portae demum seculo XIX° exeunte, etiam priusquam tabularium Vaticanum Leonis XIII° magnanimitate patefactum est, anno dico 1879 se aperuerunt, at non eodem modo, quo in archivio illo a. 1881 factum est; loci enim inopia id non permitteret, etiamsi S. Cong°, quae hoc animo semper fuit, ut ipsius archivium secretum remaneret[1445]) suum consilium mutare vellet. S. Cong^nis de P. F. praefectus, qui primus rerum gestarum investigatores in eiusdem S. Cong^nis archivium intromisit, Joannes cardinalis Simeoni fuit, quem — et is inde ab anno 1878 S. Cong^ni de P. F. praeerat — anno 1892 fato functum in praefati munere Miecislaus cardinalis Ledóchowski, pari erga antiquitatis investigatores liberalitate praeditus, est secutus.

Primus, qui ex abundantibus S. Cong^nis de Prop. Fide tabularii fontibus liberius haurire potuit, et is iam ante Joannis cardinalis Simeoni tempora, P. Roccus da Cesinale fuit, qui postquam anno 1867 primum sui operis („Storia delle missioni dei Cappuccini") tomum Lutetiis Parisiorum edidit, iis pro tomo II° anno 1872 Romae vulgato et pro tomis sequentibus usus est. Brevi post Francisco Patritio Moran (postea cardinali) librum „Spicilegium Ossoviense", quem Dublini anno 1874 et 1878 edidit, compilanti successit.

Aliorum, quibus eadem fortuna — copia tabularii S. Cong^nis de Propaganda Fide thesauris uti — arrisit, eorumque operum nomina hoc loco adducere, longius esset; ideo nunc seponuntur. Omnium eorum et aliorum, qui de S. Congregatione de Propaganda Fide, aut de eius institutis studiorum suorum fructus vulgaverunt, nomina eorumque opera in supplementi, quod Tomo prodromo addetur, parte altera afferentur.

VI. QUOMODO HAEC EDITIO INSTITUTA SIT.

Lex prima hujusce editionis eadem est ac omnium editionum modernarum proinde quod orthographiam, ac quod exemplorum in tabulario (tabulariis) transcriptorum delectum attinet.

Annotationibus tam ad personas, quam ad res spectantibus omnia exempla, quae in editione afferuntur, abunde exornata sunt,

[1445]) Suum archivium S. Cong° de P. F. secretum atque familiare tenere voluit ea, opinor, ratione ducta, ut ii, qui ad ipsam literas mittebant, sive missionarii eorumve superiores, sive alii erant, id non ignorantes, liberius apertiusque scriberent, metu liberati ne quid effluueret neve ad aures hominum emanaret.

iisque vel sub linea, vel in exemplorum (numerorum) calce positis. Utroque loco in nonnullis annotationibus variae literae sive e S. Cong^nis de Prop. Fide tabulario sive ex aliis archiviis bibliothecisve depromptae, quo clarius persona vel res attacta illustretur, apponuntur; hoc per se intelligitur, si opus fuit longiores literas aut longiorem earum vel chronicae aliusve libri etiam typis exscripti partem adducere, omnia talia in annotationes in numerorum calce positas reiici soluisse. Semper autem hoce loco tam numerus prior, quam posterior, cum quibus exemplum allatum connectitur, indicatur, quod eo magis necessarium visum est, quod non singulis tomorum partibus, sed solis ultimis indices addentur.

Solita praefatio primo huiusce editionis tomo non praemittitur. Cuius rei causa omnium prima est, quod tempore, quo haec editio praeparari, imo iam typis imprimi coepta est, nulla alia editio e S. Cong^nis de Prop. Fide tabulario mundi lucem aspexerat. Ideo necessarium videbatur, ut de S. Cong^nis de Prop. F. natura, de modo, quo officio suo fungebatur, de eius tabulario accuratior relatio offeretur. Licet interea plures labores de S. Cong^nis, quam diximus, archivio et ex eo prodierint, hoce nostrum conamen neque cassum neque irritum hodie censemus, inane autem reputamus omne consilium licet a viris doctissimis, qui magni pendendi sunt, datum, ut archivii, quod tractamus, instructio vel saltem nonnularum eius partium denominatio (ex. gr. lettere antiche) immutaretur, cum tam tabularii divisio, quam omnium eius partium intitulatio optime cum eius et origine et historia concordant.

E primi huius editionis tomi praefatione, quae primam eius partem praecedere debebat, hice, qui prae manibus jacet, tomus prodromus excrevit, qui prooemii vices saltem aliquatenus explere debet. Cum autem in his, quas tractat, S. Cong^n.s de Prop. F. cum Bohemiae regno commercii primitiis admodum multae et maxime variae res agebantur, brevi fabula vix enarrari possent; proinde benevolus lector in indice acquiescere velit, qui in proximo capite subsequens et res tractatas et numeros, in quibus tractantur, monstrat.

Hic ad Caroli Carafa, apostolici ad imperatorem Ferdinandum II., Bohemiae regem, nuntium, relationes Romam missas lectoris animum advertere volumus, quae hactenus ignotae remanserunt. Haec nostra editio in parte I. duas eius relationes attulit, tertia in tomi primi secunda parte sequetur.

Duae praeterea quaestiones in I. tomo lectoris animum rapere incipient: altera Carolinam universitatem Pragensem spectat, quae diuturnae inter religiosorum ordines contentioni ansam dedit, altera ad ecclesiastica bona inde ab hussiticorum bellorum tempore variis occasionibus etiam per Bohemiae reges alienata attinet, quae longarum atque molestarum inter Bohemiae reges eorumque officiales et cameram bohemicam ex una, archiepiscopos Pragenses, religiosos ordines, S. Cong^nem^ de Prop. Fide parte ex altera actionum impulsus erat.

In summa anni, quos tomus primus huius editionis spectat, tempus praeparatorium merito atque optimo iure appellari possunt.

Tomo primo numeri omnes 464 sunt, at documenta aliquantum plura. Si enim in quo tabularii S. Cong^nis^ de Prop. F. volumine quibus literis vel documento aliae, quae die ascripto carebant, vel alius generis documenta adjuncta erant, quae cum illis tam arcte cohaerent, ut separari ab invicem nequeant, etiam in hac editione propinquae manent ita, ut unum solum numerum gerant, ad quem primae alphabeti literae additae cernuntur, ex. gr. in tomi I. parte I. 4a, 4b; 70a, 70b, 70c.

VII. QUID HUIUSCE EDITIONIS TOMUS PRIMUS CONTINEAT.

E 464 tomi primi numeris materias sequentes subsequentes numeri spectant:

S. Congregationem de Propaganda Fidem ipsam nri. 1, 2; eius contentionem redituum augendorum nri. 112, 127, 141, 160, 170, 171, 177, 178, 186; anuli cardinalitii pretium S. Cong^ni^ ipsi addictum nri: 22, 83, 111, 122, 140, 159, 176, 313, 318, 327, 329, 351, 365, 380, 398, 399, 410, 424, 427, 428, 435.

S. Cong^nis^ de Prop. F. studium impensum, ut in Bohemiae regno res emendarentur, nri. 11, 12, 14 (pag. 60, 61), 15, 26, 30—32, 38, 39, 41, 45, 46, 49, 55, 60, 62, 71, 72, 75, 76, 78, 80, 81, 83, 84, 115, 116, 118, 120, 133, 138, 140, 148—150, 154—157, 161, 165, 166, 172—174b, 175, 187, 190a, 192—196, 198, 200, 201, 204—206, 224, 226, 235, 240, 242, 247—249, 254, 255, 259, 261, 263, 266, 268, 270, 273, 274, 279, 281—285, 293, 295—297b, 298—301, 304, 306, 308—310, 312, 314—316, 321, 325, 326, 331, 333, 336, 337, 340, 347, 364, 366, 370, 390, 392, 398, 400, 401, 405, 417, 429, 430, 438, 442, 443, 459, 460.

Bona ecclesiastica alienata, nri. 4b, 7, 14 (pag. 60), 19, 25 (cap. 14, 30, 32, 33 [f]), 28, 43, 54, 64, 85 (cap. 33d, 33g, 41, 42), 119, 125b, 155, 163, 166, 170, 172, 174a, 174b, 187, 190a, 190b, 202, 204, 205, 212, 213, 219, 224, 231, 238, 243, 244, 246, 252, 254, 267, 270 (annot. in calce), 273, 274, 279 (annot. in calce), 282, 283, 288—290, 293—295, 298—300, 312, 314—316, 321, 323, 326, 334, 338, 342—345, 354—356, 361a, 361b, 362, 363a, 366, 371, 372, 377—379, 381, 384 (annot. in calce), 386, 391, 393, 394, 405, 408, 413—416, 420, 423, 431—433, 448—450, 456, 457, 460, 462.

Collegia (generatim), nri. 4b, 10, 14 (pag. 60), 25 (cap. 33 [e], [g], 48, 74, 85 (cap. 33c, cap. 49), 111, 128, 287, 290.

Collegium Ferdinandeum (s. Bonaventurae) ad s. Jacobi aedes Pragae, nri. 3, 10, 25 (cap. 26), 35, 43, 126, 192, 194, 210, 211, 230, 237, 241, 247, 250, 253, 270, 275, 302, 395, 408 (annot. in calce), 417, 436, 437, 448 (annot. in calce), 453.

Episcopatus novi erigendi, nri. 4b, 25 (cap. 38), 70c, 73, 75, 78, 83, 85 (cap. 37), 125b, 146, 155, 165 (cap. 27), 166, 170, 172, 174a, 174b, 187, 190a, 190b, 204, 205, 294 (annot. in calce), 323, 344, 354, 456.

Episcoporum relationes expetuntur, nri. 1 (pag. 4, 7), 26, 30 (pag. 184), 83, 103, 113, 120.

Externi aut Bohemi in peregrinis regionibus, nri. 95, 96, 140, 159, 180, 247 (Rutheni), 251 (Ruth.), 263 (Ruth.), 292, 306, 322 (Ruth. et alii), 327 (Ruth.), 329 (Ruth.), 331 (Ruth.), 332, 342 (annot. in cal.), 343 (Transilv.), 351 (Ruth.), 359 (Poloni), 363a, 365 (Ruth.), 372 (Transil.), 375, 380, 382 (annot. in calce), 383—386 (Pol.), 392, 393, 405, 410, 418 (Illyr.), 424, 427, 433, 449, 451, 454, 456, 458 (Transil.), 463 (Pol.)

Internum Bohemorum (regis, archiepiscopi aliorumve) studium, ut religio reformaretur, nri. 4a, 4b, 25 (cap. 40), 67, 70a, 70b, 74, 83, 85 (cap. 39), 107—110, 113, 117, 121, 125a, 125b, 125c, 144—146, 148—150, 154—156, 163—165 (cap. 23, 24), 166, 170, 172—174a, 174b, 187, 190a, 196, 200, 256, 264, 269, 277, 303, 330, 333, 338, 340, 358 (ann. in calce), 360, 369, 373, 374, 376, 384, 386, 390, 396, 397, 402, 404, 407, 417, 421—423, 426, 455, 456, 462—464.

Libri (impressores, bibliopolae, censura), nri. 4b, 14 (pag. 60),

25 (cap. 33 [i]), 88, 92 (annot. in calce), 97, 98, 104, 153, 183 (ann. in calce), 456, 457.

Missionarii S. Cong^ni de Prop. F. sese offerunt vel offeruntur, nri. 6 (annot. in calce), 90, 94, 272, 327 (annot. in calce).

